This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HW 2M0T V

Digitized by Google

KE 33337(12)

HARVARD
COLLEGE LIBRARY

THE GIFT OF

Dr. John Rathbone Oliver

CLASS OF 1894

OF BALTIMORE, MARYLAND

AUGUST 4, 1941

TRANSFERRED
TO THE LIBRARY OF
the
Classical Department

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT.

VOL. XII.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT,

EX EDITIONE G. A. RUPERTI

CUM SUPPLEMENTIS

NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

INDICE LOCUPLETISSIMO

ET

GLOSSARIO LIVIANO

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN DUODECIMUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1828.

Digitized by Google

~~L9.62~~
KE 3333a (12)
HARVARD COLLEGE LIBRARY
GIFT OF
DR. JOHN RATHBONE OLIVER
AUGUST 4, 1941
Transferred to the
Classics Library

Digitized by Google

LIBER V.

CAP. I. § 1 *Pace alibi parta*] *Parata* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Port. quæ horum vocabulorum confusio in codd. vetustis frequens est. Vide ad h. lib. c. 6. § 1. I. 19. 'Pace terra marique parta:' ubi similiter in quibusdam scriptis peccabatur. II. 26. 'In magna jam spe partæ undique pacis.' III. 19. 'Pace parta instare tum tribuni.' XXI. 60. 'Nec pax modo apud eos, sed societas etiam armorum parta est.' Mox *finem esse*, pro *fin. adesse*, Leid. 2. et Lov. 1. Deinde verbum *sunt* deficit in Voss. 1.

1 § 2 *Octo, quot numquam antea, creati*] Discrepat hic a tabulis Capitolinis historia Liviana, quæ octo tribunos militum, insolito prius numero, nobis exprimit, censores ejus anni tribunis adjungens. Nescio quosnam in hoc sequatur auctores. M. Camillum et M. Postumium Albinum non tribunos milites, sed censores hoc anno fuisse, et lustrum Urbis XVI. condidisse, ex fragmento Fastorum Capitolinorum haud dubie cognoscimus. Quibus etiam suffragatur non solum Plutarchus, qui censuram Camilli ante alios suos magistratus omnes describit in ejus Vit. p. 129. sed etiam Valerius Maximus II. 9. M. Camillum et M. Postumium in censura conjungens, referensque cum Plutarcho eos primum censores edicto populum Romanum ad matrimonia coëgisse, et æra pœnæ nomine eos qui viduas sprevissent, et ad senectutem cælibes pervenerant, deferre in ærarium jussisse. Unde lex illa, quam de Legib. III. 3. inter alias ad censuræ munus pertinentes recitat Cicero, 'Cælibes esse prohibento;' viduarum turbam vetans, civitati præsertim frequentibus armis exhauriendæ perniciosam. Plutarchus idem fere scribit, additque, Camillum emolumento fuisse, consuluisseque reipublicæ, quod orphanos, qui prius immunes erant, ad tributa pendenda compulerit. *Pighius* in Annal. ad a. CCCL. p. 209. Quem Livius secutus sit, octo tribunos consulares hoc anno constitutos narrans, mihi quoque ignotum est. Interim tamen aliis etiam persuasum fuisse, interdum octonos tales tribunos Romæ creatos esse, sive in ea re Livio, sive aliis prioribus scriptoribus fides habita sit, constat ex oratione Claudii in tabula ærea apud Grut. p. DII. col. 1. QVID. IM . . . . . VRIS (forte supplendum QVID. IN. PLVRIS.) DISTRIBVTVM. CONSVLARE. IMPERIVM. TRIBVNOSQVE. MILITVM. CONSVLARI. IMPERIO. APPELLATOS. QVI. SENI. ET. SAEPE. OCTONI. CREARENTVR. Quin et plures, quam senos, adeoque octonos, uno anno electos fuisse constabit ex Pomponio JCto, secundum verisimilem virorum doctorum conjecturam, in l. 2. § 25. ff. de Orig. Jur. 'Hique' (nempe tribuni militum) 'constituti sunt vario numero: interdum enim seni fuerunt, interdum plures, nonnumquam pauciores:' ubi vide Corn. van Bynkersh. Ceterum *quod numquam*, pro *quot*, Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et nonnullæ veterum edd. quomodo alibi etiam librarios lapsos esse, indicabo ad XLIV. 1. § 1. Mutato etiam ordine *creati antea* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 3. *ante creati* Lov. 4.

Digitized by Google

M. Æmilius Mamercus iterum] Lege *M'. Æmilius Mamercinus iterum*. Sic enim scriptum est in primo et tertio hujus tribunatu Capitolino, et apud Diodorum l. XIV. p. 415. *Sigon.* Ante hunc annum duo tantum ex gente Æmilia tribunatum consularem consecuti sunt, alter a. CCCXVII. supra IV. 16. qui *Mam. Æmilius* dictus est, et hoc loco indicari nequit; alter biennio ante lib. præc. cap. ult. qui quidem in aliis codd. *C. Æmilius*, in aliis *Cn. Æmilius*, in aliis, ut et in multis edd. *M. Æmilius* vocatur, sed, ut ibi vidimus, omnino *M'. Æmilius* vocandus est. Idem ergo prænomen nunc in secundo tribunatu eidem quoque reddendum est, licet hic omnes codd. præferant *Marcus*, vel *M. Æmilius*. Vetustissimæ edd. quas vidi, habent proxime veram lectionem *Martius Æmilius*. Locus quidem Diodori a Sigonio laudatus non est integer. Præfert enim Μάνιος Κλώδιος. Supplendus est autem hoc modo, Μάνιος Αἰμύλιος, Ἄππιος Κλώδιος vel Κλαύδιος. Interim tamen recte Æmilii prænomen *Manius* inde adstruitur. Passim *Manius* sive *M'.* et *Marcus* sive *M.* in Mss. ignorantia librariorum confundi vide ad XXVII. 25. § 2. Præterea *Mamercus* est in omnibus scriptis. Verum id non cognomen, sed prænomen est. Recte igitur Sigonius monuit legendum *Mamercinus*, idque non tantum ex primo et tertio ejus tribunatu Capitolino confirmatur, sed etiam ex hoc secundo. Licet enim Fasti in nomine ejus laceri ad nos pervenerint, supersunt tamen ultimæ literæ *IN. II.* id est *Mamercin secundum*. Passim male librarii *Mamercus*, pro *Mamercinus*, scripserunt. Vide ad VIII. 12. § 4. Mox *Licinius Valerius*, pro *L. Valerius*, perperam Leid. 2. *Lucinius Valerius* Lov. 1. Deinde *M. Quintilerius Varrus* inepte Hav. *Varrus* etiam est in Lov. 2. 4. et Flor.

M. Julius Tullus] Scriptores Capitolinorum tribunatuum *L. Julium* vocant. Diodorus item lib. p. 415. Λούκιον Ἰούλιον Ἴουλον. Si Julio huic *Marci* prænomen tribu apud the Voss. ambo, Leid. 2. Lo Harl. ambo, Port. Hav. et fra Hav. quod recte Pighius in An ad an. CCCL. p. 209. genti Juliæ suetum dicit. In cognomine m variatur. *Tullus* vocatur in Leid. 2. *Albinus* in Flor. cujus lil rius duorum postremorum nomin *Furius Camillus, M. Postumius Alb* omisit. *Publius* in Voss. 2. Leic Lov. 2. 3. 5. Gaertn. Port. et fra Hav. a m. pr. in quo manus secu interpolavit *Rullus*. Et ita est Voss. 1. Lov. 1. Harl. utroque, F omnibusque editis usque ad Fro nium, qui a. 1531. *Tullus* substit *Rulus* in Lov. 4. proxime ver Recte enim etiam hic Sigonius J restituit. In eo tamen erravit, q eum ita etiam a Diod. vocari istimet. Is enim omnium, quos anno memoravit, tribunorum cog mina omisit, adeoque tantum et habet Λεύκιος Ἰούλιος. Ceterum gonii, *L. Julius Julus* legentis, em dationem probari auctoritate co Oxoniensium B. L. 1. 2. et C. anc est Hearne.

M. Postumius] Ita constanter om scripti et editi, pro quo Fasti Cap lini substituunt *M. Furium Fus* Diodor. loco laud. Μάρκον Φούρ An itaque hic alios auctores Li secutus est? Id tanto verisimi videtur, quod Fasti Capitolini, et supra proposita conjectura pla etiam Diod. Sicul. tantum sex, Li octo tribunos militares consulari testate hoc anno numerent.

M. Furius Camillus, M. Postu Albinus] Nemo est, qui non M. rium Camillum tribunum milit hunc esse putet, qui post dicta Gallos Urbe expulit. Ita eos senti argumento est, quod et 'tertium' 'septimum' tribunum hunc post

Digitized by Google

contra auctoritatem veterum librorum scripsere, hunc annum numerantes. Errare autem eos ostendam, si prius tribunatus Camilli, prout in vulgatis habent libris, apposuero.

A. CCCLII. M. Furius Camillus cum M. Postumio Albino unus ex octo (hoc loco).
— CCCLIV. M. Furius Camillus iterum (hoc lib. c. 10.)
— CCCLVII. M. Furius Camillus tertium (hoc lib. c. 14.)
— CCCLXI. M. Furius Camillus, sine nota numeri, Faliscos vicit (hoc lib. c. 26.)
— CCCLXX. M. Furius Camillus, sine nota numeri, Sutrium recipit (VI. 6.)
— CCCLXXII. M. Furius Camillus quintum (VI. 18.)
— CCCLXXV. M. Furius Camillus septimum (VI. 22.)

Quæ, malum, est ista emendatorum inscitia, qui, si septem tribunatus Camilli numerarunt, non a. CCCLXXII. *sextum* correxerint, pro *quintum*? Itaque quoniam Camillus in libris veteribus invenitur esse tribunus militum a. CCCLVII. *iterum*, non *tertium*, et a. CCCLXXV. *sextum*, non *septimum*: quoniam item Plutarchus a. CCCLVII. cum Capenatibus eum pugnasse tribunum militum τὸ δεύτερον, non τὸ τρίτον, ait in Camill. p. 130. quo anno uterque prodigium Albani lacus exponit, et a. CCCLXXV. eundem Camillum *sextum* tribunatum gessisse narrat p. 148. non *septimum*: quo anno L. Furium collegam infestum habuisse uterque tradit: præterea vero quoniam inter Capitolinos hujus anni tribunos non *M. Furius Camillus* numeratur, sed *M. Furius Fusus*: *Camillus* autem cum *M. Postumio Albino* censuram hoc anno gessisse scribitur; propterea non videtur esse dubitandum, quin principium tribunatuum Camilli non ab hoc anno, sed ab a. CCCLIIII. ducamus, quo anno aperte apparet, insignem illum Camillum in magistratu fuisse; hoc autem anno non illum; sed alium *M. Camillum* minus strenuum tribunatum gessisse dicamus, quippe qui nihil in magistratu gessisse tradatur. Quare ita dispone et corrige:

A. CCCLII. M. Furius Camillus alius a dictatore.
— CCCLIV. M. Furius Camillus, qui post dictator.
— CCCLVII. M. Furius Camillus II.
— CCCLXI. M. Furius Camillus, sine nota numeri.
— CCCLXX. M. Furius Camillus, sine nota numeri.
— CCCLXXII. M. Furius Camillus V.
— CCCLXXV. M. Furius Camillus VI.

Sigon. Sigonium hic errasse, pluribus evicit Jac. Perizon. in Animadvers. Histor. c. 2. p. 43. et seqq. Omnis quæstio eo redit, non utrum Camillus revera septies tribunus militum consulari potestate fuerit; sed potius, an Livius, sive vere, sive falso, sibi persuaserit, eum septies hunc magistratum gessisse, eumdemque numerum administrati honoris in scriptis superstitibus ipsi tribuerit? Nihil itaque huc faciunt testimonia Plutarchi, quibus inprimis innititur Sigonius. Is enim in alia, quam Livius, opinione fuit. Præterea Sigonius, ut doceat, Livium a Plutarcho non dissentire, ac probet, eum Camillo tantum sex tribunatus militum adscribere, M. Furium Camillum hujus anni tribunum consularem a celebri Camillo diversum fuisse statuit, et forte illum esse, qui in Fastis Capitolinis 'M. Furius Fusus' vocatur: deinde duo vel tria Livii loca emendat, unum ex conjectura, duo reliqua, ut contendit, auctoritate vet. lib. Verum notandum est, id quod jam supra Pighius monuit, Livium, octo tribunos militum memorantem, duos censores, quos eum magistratum hoc anno, obtinuisse indicant marmora Capitolina, inter illos numerasse. Ex his censoribus unius Postumii Albini,

Digitized by Google

ultimo loco inter tribunos militum apud Livium memorati nomen integrum servant fasti illi marmorei hoc modo: POSTVMIVS. L. F. A. N. ALBINVS. REGILLENSIS. L. F. XVI. Nomen autem collegæ ejus simul cum ipsius Postumii prænomine in iisdem Fastis temporum injuria intercidit. Fuisse tamen penultimo loco a Livio memoratum M. Furium Camillum constat ex Valer. Max. qui II. 9. 1. Camillum et Postumium in censura collegas recenset. Jam autem, Camillum censorem fuisse celebrem illum Camillum, colligi potest ex Plut. in Vit. Camilli p. 129. ubi ipsum in censura idem constituisse narrat, quod Valer. Max. Camillo et Postumio adscribit: ut adeo pateat, Livium, pro censore Camillo eumdem tribunum consularem producentem, nullum alium, quam Gallorum victorem, intelligere potuisse. Et sane in historia horum temporum quatuor tantum Camilli obcurrunt. Primus est M. Furius Camillus, sæpius tribunus consularis et dictator, qui patriam ex potestate Gallorum eripuit. Secundus et tertius sunt duo ejus filii, L. Camillus bis dictator et consul, et Sp. Camillus, qui primus Romæ prætor creatus est. Quartus denique est L. Camillus, Marci ex filio Spurio nepos, bis consul. Præter hos alium M. Camillum, a priori diversum, fingere, magna est temeritas. Errat etiam in eo, quod 'M. Furium Fusum' in Fastis Capitolinis, et 'M. Furium Camillum' a Livio memoratum eumdem hominem putet; nam jam antea dictum est, Livium hic alios annales secutum esse, quam auctores Fastorum Capitolinorum secuti sunt; præcipue autem inter alia in unius tribuni consularis nomine dissensisse; et loco *M. Postumii*, quem Livius hoc anno in summo magistratu fuisse dicit, in Fastis recenseri *M. Furium Fusum*. Denique secundum eam sententiam, quam veriorem esse puto, longe minori mutatione in Livio opus est, quam si Sigonium sequamur. Si nius enim hoc lib. c. 10. § 1. ubi Furius Camillus *iterum* tribunus m tum dicitur, expungit vocabulum *rum;* tum c. 14. § 5. pro *tertium* le *iterum*, et denique VI. 22. § 5. *septimum* substituit *sextum*. Con secundum meam sententiam ui tantum mutandus est locus VI. 18 1. ubi vox *quintum* servari nequit. sane plures sunt codd. qui vel e vocem non agnoscunt, vel ejus lo prænominis Quincti notam *Q.* tanti præferunt, ut ibi videndum erit.

§ 3 *Tædio annuæ ambitionis, quæ terdum discordiarum caussa erat, reg creavere*] *Tædio annuo amb.* Harl. Deinde *amb., interdum seditionis caus erant, regem creav.* Port. In margi deinde emendatur *ambitionis, quæ i discord. caussæ erant, regem creave Caussæ* etiam præferunt Voss. 2. Gaertn. In verbis seqq. vox *reg* non adparet in Voss. 2. et Lov. 2.

§ 4 *Gravis jam is antea genti fuera Gravis jamque is antea* Lov. 2. *gravis jam antea is* Lov. 4. *graves jam anti is* Harl. 2. et Hav. Ad vocem ante *is* in marg. Port. additur *rex*. Mo *violentus diremisset* Leid. 2. quod ca posset ut 'occultus' subsistebat XXII. 12. § 7. ubi plura dicuntu Vulgatum tamen ob reliquorum co dicum consensum præferri debet. *Di rimisset* Leid. 1. et Hav.

§ 5 *Alius sacerdos ei prælatus esset Alius ei sac.* Lov. 2. et Port. Paull ante *tum ob iram*, pro *quum ob ir* Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. *quum obind repulsæ* Lov. 4.

Artifices, quorum magna pars ipsiu servi erant] Per *artifices* intellige his triones. Infra VII. 2. 'Vernaculi artificibus, quia hister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum.' Deinde *magna pars ipsius erant servi* Leid. 2. *magna pars ipsi servierant* Hearnii Oxon. L. 2. Alibi sæpe librarii duas voces perperam conjunxerunt. Vide ad I. 47. § 9. et ad III. 71. § 3. Mox verbis seqq. *ad-*

Digitized by Google

duxit, pro *abduxit*, Lov. 4. et 5. Vide ad XXVII. 29. § 1.

§ 6 *Eo magis dedita religionibus, quod excelleret arte*] *Eo dedita magis* Gaertn. Tum *quod excellet* Leid. 1. errore ex compendio scribendi orto. Vide ad XL. 14. § 2. *Excederet* Leid. 2. qui etiam negligit vocem *eas*. Mox *esse*, pro *essent*, Harl. 1.

§ 7 *Cujus decreti subpressa fama Veiis*] Mss. O. *suppressa fama est Veiis*. J. F. Gron. *Fama est suppressa Veiis* Voss. 1. Lov. 1. et Leid. 2. *suppressa fama est Veiis* Flor. Leid. 1. Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Klockian. Hearnii Oxon. L. 2. N. C. et omnes excusi usque ad Gruterum, qui in postrema ed. verbum substantivum omisit; quod propterea loco suo restitui.

Qui, a quo tale quid dictum referretur] *Quia qui tale dictum referret* Harl. 2. et Port. *qui a quo tale dictum referetur* Gaertn. *quia quo tale decretum referretur* Hav. *quia quo tale decretum quid dictum refertur* Lov. 4. et 5. *quia quo tale dictum referretur* Leid. 2. *qui quo tale quid dictum referretur* fragm. Hav. a m. pr. *quia quo tale quid dictum referretur* Leid. 1. et Lov. 2. *qui a quo tale dictum quid referretur* Lov. 1. et Voss. 2. *qui, a quo tale quid dictum refertur* Voss. 2. *quia quo tale quid dictum refertur* Lov. 3. *quia a quo tale quid dictum referretur* vett. edd. usque ad Aldum, qui vulgatum primus recepit. Ei autem consentiunt Flor. Harl. 1. et Klockian.

Pro seditionis eum principe, non novi sermonis auctorem habebat] Scribe *non vani sermonis auct. hab.* Rhen. Ego scripsissem *auctore haberet*. Vetus etiam ed. servat *quia a quo, &c.* ut potuerit fuisse *quia a quo, &c. auctore habendum*. Grut. Longe aliter olim edidit Campanus *seditionis eum principem, non vani sermonis auctorem habebat*. Gebh. Scribe *auctore*: pendet enim a præpositione. Lib. IV. c. 54. 'Patres contra, non pro communicatis, sed pro amissis honoribus, fremere.' Est vero 'auctor' hic idem qui 'nuncius.' Ut X. 14. 'Ab Sutrio legati, auctores, concilia Etruriæ populorum de petenda pace haberi.' Cæterum omnes visæ nobis edd. vett. And. Bec. Ven. Tar. Mog. usque ad Curionem *novi sermonis*. Quod haud scio, an non retineri debuerit. Neque enim tam vanus ac falsus, quam novus iste rumor foret. Alterum est a Rhenano, et Campanum edidisse audio: et, si placet, memineris, 'vanum' non pro falso, sed pro irrito, quem tyrannus iste nihil ad se pertinere, nihil sibi nocere posse putaret, quem tamquam verba ventis data acciperet, intelligendum. *J. F. Gronov. Auctore*, ut Gruterus et Gronovius scribendum conjecerunt, est in Voss. utroque, Lov. 1. a m. sec. (*auctoritate* habebat a m. pr.) Lov. 3. Leid. 2. et Gaertn. Verum ita Livius potius præpositionem *pro* repetiisset; *pro principe, non pro auctore*, ut in exemplo, quod Gronovius laudavit. Vide ad VI. 28. § 6. *Seditionis eum principem*, ut Campanus edidit, profert ex Neapol. Latinius; cujus librarius ita dedisse videtur, quod displiceret, aliam constructionem in priori, aliam in posteriori membro adhiberi, licet utrumque ex eodem verbo penderet. Clare id ostendit lectio, quæ in quibusdam vett. edd. superest *pro seditionis eum principem*. Ita autem editur Mediol. a. 1480. et 1495. in utraque Tarvisina, et alibi. Veneti deinde restituerunt a. 1495. *pro seditionis eum principe*; quod verum esse puto. Id servant etiam ex meis Flor. Leid. 1. Harl. uterque, Lov. 2. 4. 5. Port. Hav. fragm. Hav. et Klockian. Neque ullam diversitatem scripturæ Hearne ex codd. suis produxit, licet et conjecturæ Gronov. et lectionis libri Neapolit. meminerit. Quibus recepta lectio displicuit, non satis ad consuetudinem Livii adtenderunt, qui, quacumque ratione po-

Digitized by Google

tuit, orationem variare solitus est. ‘ Habebat eum pro principe, non habebat eum auctorem’ eodem modo dictum est, quo ‘ nihil referre, ipsi coram, an ad præsidium nunciaretur’ XXXVI. 3. ‘ Gergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita, quam originum memoria’ XXXVIII. 39. quo utroque loco alia plura notantur. Doujatius quidem, si vulgatum servetur, nihil fore, quod sive in sententia sive in constructione argui possit, contendit; sed nec ipse tamen satisfecit. Nam inverso parumper verborum ordine hunc sensum constituendum arbitratur; ‘ eum non vani sermonis auctorem’ (id est, eum, licet non esset auctor vani sermonis, tamen) ‘ pro seditionis principe habebat.’ Deinde *non novi sermonis* omnes priscæ edd. *non vani* autem *sermonis*, quod Rhenanus reponendum judicavit, non Curio, sed demum Basileenses a. 1555. ac Sigonius eodem anno primi in contextum receperunt. Et ita præferunt Voss. uterque, Lov. 1. 3. Harl. uterque, Klockian. et fragm. Hav. eodemque ducunt plerorumque reliquorum codd. vestigia; nam *non vanis* habet Port. in fine vocis *vanis* repetita prima litera vocis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Simili errore *novanis*, pro *nō vanis*, est in Leid. 1. *nova vis* in Lov. 2. 4. et 5. At *non navi*, literis transpositis, legit Hav. *non varii* Leid. 2. sollemni errore librariorum, qui infinitis locis *vanus* et *varius* commutarunt. Vide ad XXII. 7. § 7. Solus Gaertn. præfert *non nova vis*, pro *non vani sermonis*. ‘ Vanus’ autem et ‘ novus’ sæpe inter se confundantur. Vide ad XXXVII. 42. § 1. Hic vero *non vani* genuinum judico. Rex Veientium subprimebat decretum Etruscorum; ideoque, ne homines de eo hiscere auderent, illum, qui rem nihilominus Veiis divulgare auderet, graviori pœna, neque tali, quæ in rei vanæ auctorem statui, sed qua seditionis princeps puniri solet, adficiebat. ‘ Vanu antem tum accipio pro falsum. S pra IV. 13. ‘ Ne cujus incerti vaniq auctor esset.’ I. 51. ‘ Id vanum n ne sit, extemplo sciri posse:’ i etiam vide. Præterea vox *sermo* deficit in Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. et Port. a m. pr. in quo posteriore marginem a m. sec. adscriptum *s monibus:* quemadmodum in margi Lov. 2. *sermonis*. Potest ea v abesse; hic tamen potius neglige tia librarii omissa est, quod non o scure inde colligi potest, quod iisdem illis codd. pro *non vani* scri tum sit *non vanis, novanis*, et *nova vi* quarum vocum fini, ut jam dixi, a crevit prima litera seq. *sermoni* ipsa autem vox *sermonis* deinde n glecta est ob similitudinem syllab finientis *nis*. Recte vero Gronovii monet *auctorem* hic poni pro ‘ nunc qui rem narrat.’ Supra I. 16. ‘ Gravi ut traditur, quamvis magnæ rei au tor:’ ubi plura vide. IV. 13. loc modo laud. et eodem cap. ‘ Quæ re consulem non auctorem solum des deraret, sed etiam vindicem.’ X. 2 ‘ Deletam quoque ibi legionem, it ut nuncius non superesset, quida auctores sunt.’ XXVIII. 25. ‘ Quur alios nuncios exspectarent, neque su perveniret quisquam, tum primi auc tores requiri cœpti.’ XXIX. 32. ‘ Ind vanus auctor absumti Masinissæ a regem rediit.’ Ovid. Epist. Heroid XIV. 109. ‘ Ultima quid referam quorum mihi cana senectus Auctor dant anni, quod querar, ecce, mei. Justin. XI. 2. § 8. ‘ Macedonum de letas omnes cum rege copias a Tri ballis adfirmaverit, producto in con cionem auctore, qui in eo prælio, in quo rex ceciderat, se quoque vulneratum diceret.’ Denique quum nulli codd. adsentiant antiquis edd. *quia a quo* præferentibus, (ut patet ex illis quæ ad verba præcedentia dicta sunt,) τὸ *habebat* etiam cum Grutero in *habendum* mutandum non existimo.

Digitized by Google

§ 8 *Romanis etsi quietæ res ex Etruria nunciabantur*] Scribe cum Pall. duobus *quietæ res Etruria nunc.* Gebh. Præpositio *ex* deest etiam in Voss. 2. et Lov. 3. quam reliqui omnes servandam suadent. Alibi tamen præpositionem nominibus regionum non addi, verum est. Vide ad XXXIII. 41. § 5. Præterea *Romani* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 2. et Port. Quæ lectio, mutata distinctione, recipi potest: *Romani, etsi quietæ res ex Etr. nunc. tamen, &c. ita muniebant.* Optimi tamen codd. stant pro vulgato. Ita IV. 3. 'Civis Romanus si sit ex plebe, præcisa consulatus spes erit:' nempe, eidem civi. Ita hic *ita muniebant;* nempe, iidem Romani.

Quia omnibus conciliis eam rem agitari adferebatur] *Qua omnibus* Port. et fragm. Hav. a m. pr. *quia qua omnibus*, utraque lectione juncta, Lov. 2. Deinde *consiliis* Leid. 2. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. et Hav. Vide ad IV. 61. § 2. Hinc *agitari eam rem* Lov. 4.

Ita muniebant, ut ancipitia munimenta essent] *Ita monebant* Lov. 4. *ita vivebat* Port. *munimenta* autem *ancipitia* illustrat Gronovius ad XXX. 33. § 3.

§ 9 *Alia in urbem et contra oppidanorum eruptiones versa; aliis frons*] Vide genus hoc dicendi, ut mutatum; *alia*, mox *aliis*. Neque enim *aliis* cum *auxiliis* conjungendum. *Glar.* Glareanus notat hunc locum, ut vitiosum, sine causa. Nihil enim habet mendi, quamquam obscuritatis non parum. ['Glareanus non dicit locum vitiosum, sed mutatum dicendi genus, id quod verum est; nec mendi ullam facit mentionem. Imo Sigonius hic fatetur, obscuritatis non parum huic adesse loco.'] Romanis, inquit, cum ad Veios castra haberent, etsi nunciabantur quietæ res ex Etruria, ita ut subsidio eos ab Etruscis adjutum iri non timerent, tamen muniebant ita, ut una munimenti fronte Veientium eruptionem ex urbe impedirent, altera auxiliis, si qua ab Etruscis forte venirent, aditum obstruerent. Sic enim post Appius loquitur c. 5. 'Munitiones non in urbem modo, sed in Etruriam etiam spectantes, si qua inde auxilia veniant, opposuere.' Ergo recte ait: ancipitia munimenta erant, alia erant in urbem versa, aliis frons spectans in Etruriam opponebatur auxiliis, si qua forte inde venirent. *Sigon. In urbe* Harl. 2. *in urbem et contra in oppid. erupt.* Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *alii frons* Flor. et Voss. 1. pro quo in margine posterioris emendatur *alia frons*: et ita est in Lov. 3. et Leid. 2. *aliis factos* habet Harl. 2.

Auxiliis, si qua forte inde venirent, obstruebatur] *Auxilia* manu recenti emendatur in Flor. *in auxiliis* habent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et quædam ex vett. edd. Hinc *τὸ inde* deest in Lov. 2. et in contextu Port. ubi tamen a m. sec. adscriptum est margini. Ejus loco *ivit* habet Lov. 5. Tandem *observabantur* Flor. a m. pr. in quo deinde litera s erasa est. *Obstruebantur* Leid. 1. Lov. 4. 5. Harl. 1. Port. et Gaertn. Neque aliter exhibent Voss. 1. et fragm. Hav. ita tamen, ut in iis literæ s adjecta sit nota, quæ librariis index esse solet, aliquid delendum esse.

CAP. II. § 1 *In obpugnatione esset, kibernacula etiam, res nova*] *In obpug. esse, kibern. et jam, res nova* Gaertn. Τὰ *etiam* atque *et jam* alibi sæpe commutantur. Vide ad I. 47. § 9. In præcedentibus vox *Romanis* deficiebat in Lov. 2.

§ 2 *Nullam novandi res caussam inventientibus Romam est adlatum*] *Novandi nullam res caussam* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *in Veientibus* Flor. Lov. 4. et Gaertn. 'Veientes' ac 'venientes,' item 'in Veientibus' et 'invenientibus' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad IV. 52. § 7. *Muni-*

Digitized by Google

entibus Lov. 4. Deinde vox *Romam*, quam omnes scripti agnoscunt, exsulat a vetustis edd. Primus Aldus eam recte recepit. Tantum *illatum* Gaertn. *allata* Lov. 5.

§ 3 *Hoc illud esse dictitantes*] *Hic illud esse* Port. *Hoc bellum esse* Oxon. N. in margine apud Hearnium. Livius in Præfat. ' Hoc illud est præcipue in cognitione rerum salubre.' XXXVI. 17. ' Hic is est, qui nihil memorabilius toto tempore hibernorum gesserit:' ubi quædam vide. Cicero de Senect. c. 20. ' Hoc illud est, quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est.' Deinde *dictantes* Voss. 1. et Lov. 1. ac 3. Male. Vide ad III. 20. § 8.

Æra militibus sint constituta: nec se fefellisse, id donum] *Constituta sint* Voss. 2. et Harl. 2. *constituta sunt* Lov. 3. Tum *se* deficit in Lov. 1. quod excidit ob similitudinem literarum initialium vocis seq. Præterea *donum id* Hav. Mox. *veneno militum*, pro *veneno inlitum*, Port. Lov. 2. a m. pr. et Lov. 4. ac 5.

§ 4 *Venisse libertatem plebis, remotam in perpetuum et ablegatam ab urbe et ab republica*] *Veniisse* Port. a m. sec. Supra II. 14. ' Ea deinde venisse, bonaque Porsenæ adpellata.' Infra XXXVIII. 58. ' In pace crimen quæri: eam dici venisse.' Vulgo tamen nunc editur in Epit. Liv. lib. LV. ' Sestertio nummo veniit.' Tum *remotum* Gaertn. Hinc *allegatam* Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Alibi ita nonnumquam peccarunt librarii. Vide ad IV. 58. § 12. Rectum est *ablegatam*. Vide ad VII. 13. § 8. Postea *ab urbe, ab republica*, omissa copula, Lov. 5. Vide ad III. 68. § 4. Hic tamen, reliquis codd. voculam *et* servantibus, nihil mutandum censeo. *Ab urbe et a republica* Lov. 2. et Gaertn. *ab urbe et ab re pre* fragm. Hav. An voluit librarius *ab re patriæ*? Sed vulgatum verius est.

Jam ne hieme quidem aut temperi anni cedere, ac domos et res inv suas] *Jamve hiemi* Hav. Deind *domos ac res inv.* Flor. Voss. uter Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 5. E 1. Port. Gaertn. Hav. et fra Hav. Vir doctus ad marginem Curionis conjecerat scribendum *domos et res inv.* Sed præstat *domos*, in quod scripti et editi sentiunt.

§ 5 *Quam ne quid per infrequen juvenum eorum*] *Infrequentiam* pl que habent codd. quod etiam ex sari potest; præsertim si *per* ' propter ' accipiatur. Ego tar *frequentiam* magis probo, quod dam emendarunt. *Glar.* Vocula *q* non est in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5 Gaertn. Eadem etiam a m. pr. sulat a fragm. Hav. ut et a conte Port. tantum margini ejus postea scripta. Deinde *per frequentiam* nes scripti, (nisi quod librarii la *per frequentium* sit in Hav.) omnes edd. vett. *per infrequentiam* dem inveni in Venetis 1510. 1513. 15 et 1530. Qui autem ita ediderun non videntur intellexisse locution ' agere aliquid per frequentiam,' ' per infrequentiam aliorum,' id e quum frequentes vel infrequen adessent, in eorum frequentia infrequentia. Exempla vide ad 23. § 12. ubi etiam hunc locum la davi. Sed in eo excudendo ope per errorem dedere *per infrequentia* Infra VII. 18. ' Per infrequentia comitia nihilo segnius perficiun Eodem sensu *per* accipi debet III. 1 ' Mansuetum id malum, et per ali rum quietem malorum semper e oriens.' Similiter ' per lacrimas de quo vide Burmann. ad Vale Flacc. I. 767. ' per tenebras ' apu Ovid. Epist. Her. IV. 141. ' Non til per tenebras dabitur reseranda m riti Janua.' ' per noctem ' Justin. 8. ' Cyrus reversus per noctem sa cios obprimit.' c. 10. ' Per nocte deinde equum, pridie constitutu

Digitized by Google

diem, ad eumdem locum ducit.' Paullo ante *continuatæ militiæ*, transpositis vocibus, Lov. 4.

In quibus vires omnes plebis essent, agi de commodis eorum posset] *In quibus jure omnes* Hav. *in quibus vires plebis omnes* Gaertn. Tum *de commodis posset eorum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 6 *Egregiis muris situque naturali urbem tutantes*] At non cives ita tutantur urbem; sed ipse situs. Et sic voluit Livius. Scribe *tutante*. c. 6. 'Urbium plerasque munitionibus ac naturali situ inexpugnabiles.' *Jac. Gron.* Non necessaria est emendatio. Utrumque rectum est, 'muri et situs tutantur urbem,' et 'cives tutantur urbem muris et situ.' Livius XXVI. 45. 'Mœnia ipsa sese defensabant.' Cæsar B. Gall. VI. 15. 'Facile se loci natura defensuros dicunt' urbem. Et B. Gall. VIII. 10. 'Castra munitione ipsa videbat posse defendi.' Curtius IV. 3. 'Interiorem quoque murum, ut, si prior fefellisset, eo se tuerentur, undique orsi.' *Duk.* Jac. Perizonius in margine Livii sui monuit, si quid mutandum sit, potius se *tutantibus* legendum censere: sæpe enim ultimam syllabam *es* vel *eis* pro *ibus* exarari. Conspirant tamen omnes codd. in vulgatam lectionem, quam satis fero. Veientes 'tutabantur,' id est, tuebantur, urbem non tam corpora obponendo pro salute patriæ, quam munimento et situ naturali. Supra II. 30. 'Locoque magis, quam armis, freti, summis se jugis montium tutabantur.' III. 42. 'Persecutis hostibus nusquam se æquo certamine committentes, natura loci ac vallo, non virtute aut armis, tutabantur.' Paullo ante vox *hiemem* adscripta erat marg. Portug. in contextu deficiebat.

§ 7 *Nivibus pruinisque obrutum*] *Τὸ nivibus* deficit in principibus, quas vidi, edd. Primus eam vocem recepit Aldus, quam etiam servant omnes codd. Deinde *pluviisque* Klockian. Male. Infra hoc lib. c. 6. 'Venandi studium ac voluptas homines per nives ac pruinas in montes silvasque rapit.' Cic. Orat. Catil. II. 10. 'Quo autem pacto illi Apenninum, atque illas pruinas ac nives perferent?' de Nat. Deor. II. 10. 'Quæ neque conglaciaret frigoribus, neque nive pruinaque concresceret.' Vide Kanneg. ad Avian. Fab. XXIX. 1.

Sub pellibus durare, ne hiemis quidem spatio, &c. arma deponentem] Livius XXXVII. 39. 'Aut sub pellibus habendos milites esse, aut, si concedere in hiberna vellent, differendum esse in æstatem bellum:' et Cicero in Lucullo c. 2. 'Ut non multum imperatori sub ipsis pellibus otii relinquatur.' His hibernacula vel tabernacula pellibus contecta significantur: siquidem tecta castrensia tabernacula vocantur, licet tentoriis aut pellibus contegantur, aut fiant. Unde 'contubernales' vocati sunt, auctore Festo voce 'Contubernalis.' Ex hoc loco 'hiberna' et 'hibernacula' inter se differre, et quid differant, intelligitur. *Sigon.* Florus I. I. c. 12. 'Tunc primum hiematum sub pellibus.' Tacit. Ann. XIV. 38. 'Contractus deinde omnis exercitus, sub pellibus habitus est ad reliqua belli perpetranda.' Videndus est etiam Turnebus Advers. VII. 1. Klockius ad marginem adscripserat locum Festi in voce 'Adtubernalis.' 'Unde etiam tecta castrensia, quamvis pellibus tegantur, tabernacula tamen dicuntur.'

§ 8 *Hoc neque reges, &c. neque importunos decemviros injunxisse servitutis*] Voces *neque reges* desunt in Flor. inertia scribæ, cui repetitio *τοῦ neque* fraudi fuit. Vide ad IX. 11. § 11. Tum *hoc, &c. injunxisse servituti* Harl. 2. Lov. 4. 5. et Port. a m. pr. *hæc injunxisse servitutis* a m. sec. Vox *servilutis* deest in Gaertn. Sed 'hoc

Digitized by Google

servitutis,' ut 'hoc solatii' XXX. 13. 'Perdito tamen atque adflicto sibi hoc in miseriis solatii esse:' ubi plura vide. Præterea *ne importunos dec.* Lov. 5. *neque inoportunos dec.* Leid. 1. Lov. 1. et Hav. Male. Liv. XXIX. 17. 'Quæ crudelissimi atque inportunissimi tyranni scelera in obpressos cives edunt.' Florus I. 8. 'Postremo Superbi illius inportuna dominatio nonnihil, immo vel plurimum, profuit.'

§ 9 *Quidnam illi consules dictatoresve facturi essent, qui proconsularem imaginem*] *Quodnam* Leid. 2. Tum *dictatoresne* Hav. *dictatori sue*, perperam distinctis vocibus, Harl. 1. Sed corruptius adhuc *dictatori suo* Lov. 2. et *dictatoris suæ* Leid. 1. Deinde *per consularem imaginem* fragm. Haverk. Recte Klockius monuit per vocem *illos* intelligendos esse tribunos militum; ut sensus sit: quid illi tribuni militum facturi essent, si consules vel dictatores creati fuissent? Ita 'victi Macedones' infra, pro 'si victi essent,' recte exposuit Gronovius IX. 18. § 4. ubi vide. Mox *id accedere*, pro *id accidere*, Lov. 5. Vide ad XXI. 10. § 12. Hinc *ubi plebeio*, pro *ulli plebeio*, Hav.

§ 10 *Antea trina loca cum contentione summa patricios explere solitos*] *Ante an trina loca* Flor. *Ante trina loca* Gaertn. et editi vetusti. Aldus deinde vulgavit *Antea*, quod est in reliquis scriptis: *terna loca* Lov. 5. et Hav. *tribuna loca* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *cum contione* Flor. Vide ad IV. 6. § 4. Deinde *ex plebe*, pro *explere*, Hav.

Et ne in turba quidem hærere plebeium] *Hærere* quid sibi hoc loco velit, ipse propemodum hæreo. 'Turbam' autem vocat octo tribunos militum consulari potestate, quot numquam antea creati fuerant. *Glar.* 'Hærere quid sibi hoc loco velit, ipse propemodum hæreo,' inquit Glareanus. Cicero ostendet in Vatinium c. 5, 'Quæro abste, teneasne memi cum P. Sextius quæstor sit cui suffragiis factus, tunc te vix, in omnibus, non populi beneficio, consulis, extremum adhæsisse?' lerius Maximus VI. 9. de Ma 'Prætureæ candidatus supremo i co adhæsit, quem tamen non periculo obtinuit:' ita legendi nam Mss. *supremo in loco ita hæ quam.* Vulgo *supremo loco hæsit*, qu Ovid. Met. IX. 563. 'Talia neq quam perarantem plena reliquit ra manum, summoque in mari versus adhæsit.' Sed ad sentent Terentius Eunucho V. 9. 24. 'per hoc Precibus, pretio, ut hærean parte aliqua tandem apud Thaid M. Seneca Controv. XXVIII. 'I potest filia tam anguste paternis bulis adhærere, quas aut totas po dere debet, aut totas perdere.' M tialis IX. 49. 'conviva. nec ultii hæsi.' *J. F. Gron. hre* Lov. 1. e Simile compendium deinde cau extitisse videtur, ut perperam s beretur *habere*, pro *hærere*, in Lov et Hearnii Oxon. N. Solent aut ea verba et alibi in Mss. commut Vide ad XXIX. 4. § 8.

§ 11 *Admoneat collegas, liberos et ves eorum, non servos, militare*] *A veat* Gaertn. *admoveat* Lov. 5. et H Vide ad IX. 38. § 12. Tum *lib. ci eorum et non servos* Harl. 2. et H Paullo ante *τὸ qui* deerat in Fl Sed interceptum est a præceder ultima syllaba *quam*. Tale exempl etiam habuimus II. 7. § 10.

§ 12 *Usurpare libertatem, et cre magistratus*] Hic folium unum vel terum periit in fragm. Hav. et mum incipit iterum c. 10. § 4. Ce rum *supra re libertatem* est in Lov. Tum *ac creare magistratus* in Voss. et Leid. 2.

§ 13 *Hæc taliaque vociferantes versarium haud inparem nacti su Hæc itaque vocif.* Hearnii Oxon. *Hæc et alia vocif.* Harl. 2. *Hæc al*

Digitized by Google

que vocif. Lov. 2. 4. Gaertn. Hav. et apud Hearnium L. 1. et C. quod forte non improbandum. Supra I. 51. 'Hæc atque alia eodem pertinentia seditiosus facinorosusque homo quum maxime dissereret.' Infra XXIX. 1. 'Hæc aliaque dicendo non populares modo, sed Ausetanos quoque, vicinam gentem, concitat.' Ita Gronovius ex Mss. restituit, pro *taliaque*. Vide etiam quæ ad eum locum notantur. Voces hæ sæpe in Mss. turbari solent. Vide hoc lib. ad c. 5. § 6. et Glarean. ad X. 10. § 6. Adde viros doctos ad Suet. Aug. c. 43. Sed nec vulgatum temere spernendum. Similiter enim Tacit. Annal. XI. 24. 'His atque talibus haud permotus princeps statim contra disseruit.' Tum *aversarium* Port. Deinde *nati sunt* Klockian.

Relictum a collegis] Non tamen solum; uti adparet ex iis quæ scribit Livius c. 7. 'Senatusconsultum factum est, ut tribuni militares concione advocata peditibus equitibusque gratias agerent:' sed cum aliis relictum, ut solum ex omnibus maxime idoneum comprimendis seditionibus tribuniciis. *Duk. Relictum ab collegis* Hav. *relictum ad collegas* Lov. 1. *relictum a collegio* Lov. 5.

Imbutum jam ab juventa certaminibus plebeiis] *Jam juventa* Lov. 5. *jam a juventa* Port. et Gaertn. *jam ubi certam.* Voss. 1. in quo *jam ati*, id est *ante, certam.* inter versus adscriptum est, quod exstat in contextu Lov. 1. *jam certaminibus* Leid. 2. Præterea *certaminibus plebis* Voss. 2. et Lov. 3. In fine cap. *dissolvundæ*, pro *dissolvendæ*, Harl. 1.

CAP. III. § 1 *Is tum jam non promtus ingenio tantum*] *Is cum jam non promtus* Voss. 2. Lov. 3. et Port. a m. pr. *Iste jam non promtus* Flor. et Neapol. Latinii. *Is tamen jam* Lov. 4. et 5. Vide ad XXII. 17. § 5. De particulis 'tum jam,' sive ordine inverso, ut sæpe obcurrunt, 'jam tum,' vide ad I. 41. § 7. Mox trajectis vocibus *sed et usu exercitatus* Lov. 4. *sed etiam usu exercitatus* Harl. 2. Hav. et prisci excusi usque ad Aldum, qui dedit *usu etiam*, quomodo etiam præferunt reliqui scripti; nisi quod *etiam* desit in Lov. 5. et *exercitus* habeat Flor. de quo vide ad XXVII. 44. § 6.

§ 2 *Si unquam dubitatum est, Quirites*] *Dubitatum est quis* Leid. 1. *dubitatum est cur* Klockian. pro quo in margine *dubitatum est quin* pro var. lect. adscribitur. *Dubitatum est a quin* Voss. 1. in cujus ora alia adpicta est scriptura *dubitatum est a Quiritibus.* Et hoc modo præferunt Leid. 2. et Lov. 1.

Vestra, an sua, caussa seditionum semper auctores fuerint] Lege per ὑφ' ἓν *semper-auctores*, hoc est sempiterni. De quo vide Animadversiones nostras ad Propertii Eleg. I. 18. 15. 'Ut tibi sim merito semper furor.' Hoc noto, ut arguam scripturam Pal. secundi, immutantis in deterius *seditionum auctores semper fuerint.* Infra cap. 42. 'Nec ullum erat tempus, quod a novæ semper-cladis alicujus spectaculo cesseret.' *Gebh.* Similiter etiam Gebhardus ad d. loc. Propertii accipiebat illud Livii in Præfat. 'Dum novi semper-scriptores aut in rebus certius aliquid adlaturos se, aut scribendi arte rudem vetustatem superaturos credunt.' Ceterum Pal. secundo conciunt hic Lov. 5. et Hav. Neque multum interesse puto, utro ordine verba legantur. Receptum tamen non muto ob reliquorum, et inter eos optimorum, codd. consensum. Quamvis autem figura illa ὑφ' ἓν crebro cum particula *semper* obcurrat, ut Vossius multis exemplis docet Instit. Orat. IV. 5. § 6. eam tamen non ubique quærendam arbitror. Certe necesse non est, ut ad eam hoc loco recurramus, quum commodissime τὸ *semper* ad verbum *fuerint* referri possit; ut apud Tibull. El. I. 1. 5. 'Nec spes destituat, sed frugum semper acervos Præbeat:'

Digitized by Google

ubi non jungendum *semper-acervos*, sed *semper præbeat:* apud Livium VI. 40. 'Quæ tandem ista merces est, qua vos semper tribunos plebis habeamus?' ubi similiter jungi debent voces *semper habeamus:* multo minus eo recurrendum est apud Liv. in Præfat. § 2. Non enim adsequor quid ibi notaret 'semper-scriptores.' In hac figura nimius ubique fuit Gebh. Vide etiam ad II. 52. § 7. Insuper *vestra ac sua caussa* Lov. 5. Tum *seditionis semper auctores* Harl. 2. et Hav. sed accusationi Appii magis convenit numerus pluralis, quem servant alii omnes. Deinde *auctores fuerunt* Leid. 2.

Id ego hoc anno desisse dubitari certum habeo] Pronomen *ego*, quod in scriptis constanter exstat, non adparet in edd. vett. Primus id recepit Aldus. Præterea *dedisse* habet Leid. 1. *desiisse* Leid. 2. Male. Vide ad IX. 46. § 3.

§ 3 *Et quum lætor, tandem longi erroris*] *Etenim lætor* Leid. 2. *et tum lætor* Lov. 4. 5. Harl. 2. et Hav. Vide ad VI. 23. § 3. Mox *vobis* ĩ *finem facturum esse* Lov. 5.

Tum, quod secundis potissimum his vestris rebus hic error est sublatus] Ablativus *his* a quopiam additus est. Nec enim in Borbetomagensi codice habetur. *Rhen.* Tὸ *his* servant Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. *hiis vestris* habent Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *is vestris* Leid. 1. Lov. 2. et Klockian. *iis vestris* Lov. 5. Adsentior tamen Rhenano id pronomen delenti, quod non agnoscunt Flor. Voss. 2. Lov. 3. Harl. 1. Gaertn. et edd. principes. Primus Aldus contextui adjecerat. Alio etiam ordine *quod potiss. secundis* præfert Harl. 2. Mox *et propter vos, et reipublicæ*, addita voce, Harl. 2. *et propter vos rep.* Lov. 5.

§ 4 *An est quisquam, qui dubitet, nullis injuriis vestris*] Legendum omnino est *ullis:* quod et vis τῆς διανοίας, et hæc verba ostendunt 'si quæ umquam.' Ridendus vero hoc loco Gallicus interpres vetus. *T. Faber.* Contra Doujatius, adversatus Fabri contendit non posse hoc loco dem negatione idoneum sensum ex men auctoris confici; necessario itaq legendum esse *an est quisquam, q dubitet*, sive qui nesciat, *nullis u quam*, aut, quod eodem redit, nu quam ullis *injuriis vestris æque offe sos, &c.* Ant. Perizonius vero, serva τῷ *nullis*, pro *umquam* malebat *nu quam.* Miror hic viros doctos h sisse. 'Æque offensos nullis injurii capiendum est, ac si dixisset 'n æque offensos ullis injuriis.' Plat in Epid. II. 3. 1. 'Nullum esse opin ego agrum in agro Attico Æque f racem, quam hic est noster Periph nes.' Ita 'neminem eorum per It liam ire liciturum,' pro 'non licit rum, quemquam eorum ire per It liam,' est XLII. 36. § 6. ubi vide qu notantur. *Nullis* et *umquam* in on nibus scriptis et editis constanter s persunt, nisi quod *in illis*, pro *nulli* præferant Voss. 2. et Lov. 3. Pra terea *an est quisq. qui* habet Leid. *an est priusquam qui* Hav. Deinde i *juriis* ñris, sive *nostris*, Lov. 2. I foret a nobis inlatis: quo sensu ol currit hoc lib. c. 54. 'Etsi minus i juriæ vestræ, quam meæ calamitati meminisse juvat:' id est, injuriæ vobis inlatæ. Terent. Heaut. I. 85. 'Carens patria ob meas inju rias.' Hic tamen vulgatum servo *vestris* enim exstat in reliquis omn bus codd. 'Injuriæ vestræ' aute sunt vobis inlatæ, quas vos perpes estis. Ita Sall. in Jug. c. 14. 'Incer tus, quid agam; tuasne injurias pe sequar, ipse auxilii egens.' c. 2 'Existumans, dolore permotum Ac herbalem injurias suas manu perse cuturum:' quo utroque loco vid Cort. Ceterum *miraris* Voss. 1. cu jus margini tamen adjectum est alio legere *erariis*, vel *injuriis.*

Si quæ forte aliquando fuerunt] Vi deo diversam etiam lectionem qui husdam placuisse: *si quæ forte al*

Digitized by Google

quando inciderunt. Rhen. Plerique manu et typis descripti constanter præferunt *fuerunt*. In Flor. tantum est, duplice lectione recepta, *inciderunt fuerunt*; sed in Lov. 4. *fuere*: in Lov. 1. et Leid. 2. *fuerint*, qui posterior mox addita voce *quum nunc munere* præfert.

Constituta sunt, tribunos plebis offensos ac concitatos esse] *Constituta sint* Voss. 2. Deinde *offensos et concitatos* editi ante Aldum, qui primus *ac concitatos* vulgavit, consentientibus scriptis. Insuper τὸ *esse* deficit in Leid. 2. Paullo ante *militibus*, pro *militantibus*, Lov. 4. Male. Infra hoc cap. 'Utrum militantium adversarii estis, an caussam agitis?' c. 4. 'Nunc de ipsa conditione militantium dicere libet.' Ita στρατευόμενος pro στρατιώτης apud Sueton. in Tib. c. 21. 'Inter tot rerum difficultates καὶ τοσαύτην ἀποθυμίαν στρατευομένων. Dion Halic. Antiq. l. VIII. p. 541. Ἀργύριον εἰς τοὺς ὀψωνιασμοὺς τῶν στρατευομένων ἀναλοῦσθαι. Lucas in Euang. c. III. 14. Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν καὶ στρατευόμενοι. Similia præsertim apud poëtas frequenter occurrunt. Vide Vechner. Hellenol. I. 2. cap. 9. pag. 119.

§ 5 *Quid illos aliud aut tum timuisse creditis*] *Quod illos* principes excusi; pro quo Ascensius a. 1513. *quid illos* substituit. Neque aliter in scriptis inveni. Tum *quid illos autem alios tim.* Lov. 5. *quid illos aliud autū tim.* neglecta unius literæ *t* repetitione, et duabus vocibus in unam contractis, Leid. 1. Hinc factum, ut *quid illos aliud aut*, id est, *autem timuisse* datum sit in Gaertn. quod ipsum totidem literis est in Lov. 4. Ex eo iterum natum *quid illos aliud aut timuisse*, ut præferunt Voss. 2. Lov. 2. 3. et Port. Potest tamen illud *tum* etiam interceptum esse a primis literis vocis seq. *timuisse*. *Quid illos ante tim.* se in Neapol. reperisse testatur Latinius. Mox τὸ *nisi* exulat a Leid. 2.

Quam dissolvendæ maxime tribuniciæ potestatis rentur esse] Non dubito quin scripserit Livius *quam dissolv. maxime trib. potestati rentur esse*: ut sit loquendi modus crebro obvius apud hunc auctorem. Sic et lib. proxime superiori c. 35. 'Experiundam rem denique in uno alterove esse, sitne aliquis plebeius ferendo magno honori.' Item hoc lib. c. 6. 'Etsi prodendæ patriæ dissolvendæque reipublicæ est.' *Rhen.* Quidam 'caussam' intelligunt, ut sit sensus: quam concordiam rentur esse caussam dissolvendæ potestatis tribunitiæ. Quidam, pro genitivo *potestatis*, dativum *potestati* restituerunt, quod placet. Nam verbum 'sum' sæpe hunc habet casum. *Glar.* In vetustis plerisque libris legitur *potestatis* in casu gignendi, non *potestati*. Quam lectionem probat Rhenanus, non intelligens usitatam hanc locutionem historicis esse, ut dicant 'Esse alicujus rei faciendæ,' pro pertinere ad rem illam faciendam. Sic loquitur III. 39. 'Quod unum exæquandæ libertatis esset.' Et XXXIX. 16. 'Nihil æque dissolvendæ religionis esse.' Et Sallustius in concione Lepidi in Fragm. Histor. l. I. 'Et omnia retinendæ dominationis honesta æstimet.' Et Livius XXVII. 9. 'Ea prodendi imperii Romani, tradendæ Annibali victoriæ esse.' Ergo *potestatis* retinendum. *Sigon.* Eleganter hic quidem Sigonius, et subservit alter Vossianus, quo nunc primum incipio uti. Alter tamen, Helm. Buslid. Rott. Chifletianus subscribunt Borbetomagensi, et habent *potestati*. J. F. Gron. *Dissolvendū maxime et tribuniciæ* Port. *dissolvendæ maxime et tribuniciæ* Leid. 2. et Lov. 1. quomodo etiam est in contextu Voss. 1. pro quo in margine emendatur *dissolvendæ maximum tribuniciæ*: quod præfert Gaertn. *solvendæ maxū et tribuniciæ* Klockian. Deinde *tribuniciæ potestati rentur esse* præter Voss. 1.

Digitized by Google

habent etiam Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. ut II. 5. 'Ut tam eminens area, firma templis quoque ac porticibus sustinendis esset.' c. 9. 'Divites conferrent, qui oneri ferendo essent.' x. 5. 'Satis fretus, esse etiam nunc tolerando certamini legatum.' xxx. 6. 'Ea modo, quæ restinguendo igni forent, portantes.' Reliqui tamen mei servant alteram lectionem *tribuniciæ potestatis rentur esse*, quod Hearnio etiam obvium fuit in Oxon. L. 1. 2. et C. et Latinio in Neapol. Id autem recte Sigonius exponit: eam pertinere rentur ad dissolvendam tribuniciam potestatem. Ita III. 24. 'Clamant fraude fieri, quod foris teneatur exercitus; frustrationem eam legis tollendæ esse.' c. 31. 'Legum latores et ex plebe et ex Patribus, qui utrisque utilia ferrent, quæque æquandæ libertatis essent, sinerent creari:' ubi *æquandæ libertati* legendum esse existimat is, qui nuper in Belgio Terentium commentariis suis inlustratum in lucem emisit publicam, in addend. ad Ter. Adelph. II. 1. 29. Sed ad eumdem lapidem obfendit, ad quem etiam hoc loco Rhenan. Omnes enim, quos consului, codd. constanter ibi receptam scripturam uno ore tuentur. xxx. 9. 'Pro se quisque, quæ diutinæ obsidionis tolerandæ sunt, ex agris convehit:' ita legendum ex Mss. Flor. esse, ibidem videbimus. xxxiv. 54. 'Omnia discrimina talia et concordiæ et libertatis æquæ minuendæ esse:' ubi plura vide. Sallust. in Cat. c. 6. 'Regium imperium initio conservandæ libertatis atque augendæ reipublicæ fuerat:' ubi vide Cortium, et ad Jug. c. 88. Hanc itaque posteriorem lectionem cum Sigonio priori præferendam puto.

§ 6 *Hoc, hercule, tamquam artifices inprobi, opus quærunt*] Scribe *Sic, hercule, tamquam artifices improbi*. Rhen. *Hoc, g*, sive *ergo*, Lov. 5. *Hoc, hercle* Lov. 4. *Hoc, hercule* Lov. 2. P Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. N C. *Hoc sic, hercule*, utraque lecti adoptata, Gaertn. Sed recte R nanus *Sic, hercule* probavit, quom etiam obferunt edd. principes. *Hoc* primus Aldus receperat. D de *tam artifices improbi* Klock *tamq. artifices probandi improbi* V 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Qui et semper ægri aliquid ess republica volunt] Muretus delet *qui*: ut sit *tamq. artifices impr opus quærunt: et semper ægri*. J. Gron. Tò *qui* servant omnes no Sed *etiam*, pro *et*, habet Hav. D de *ægri* deficit in Leid. 2. *esse* Harl. 2. et Hav. Sed, ordine tato, *in republica esse* legit Lov Mox *a nobis adhibeantur* Lov. 2. *nobis adhibeantur* Hav.

§ 7 *Utrum enim defenditis, an pugnatis plebem*] *Utrum autem* Leid. 2. Deinde *aut inpugnatis* P sollemni errore scribarum, qui pius has particulas confundere s sunt. Exempla vide ad IV. 7. § VII. 30. § 10. VIII. 21. § 6. et a Cortium ad Sall. Jug. c. 14. § ubi idem error bis obcurrit. Om autem hæc verba deficiunt in F Ceterum *def. an inpugnantis* præ Lov. 5. Mox *milit. estis adv* Gaertn.

Nisi forte hoc dicitis, Quidquid tres faciunt, displicet] *Hæc dicitis* L 2. *hoc agitis* Leid. 2. ut videri po librarius scribere voluisse *aitis*. potius est, ut dicamus, illud *agitis* mente ejus hæsisse ex præcede periodo. Deinde *quid Patres faci* Harl. 2. per scribarum negligenti omissa syllabæ repetitione. *Quidq faciunt Patres* Port.

Sive illud pro plebe, sive contra bem est] Ita primus edidit Sigoni in prioribus Scholiorum edd. mone se eam lectionem in vet. lib. re risse. Verum id Scholion postea ed. 1592. omissum est. Antea v

Digitized by Google

gatum fuerat *sive illud pro plebe, seu contra. Seu τῷ sive* recte subjungi posse, dicam ad x. 14. § 9. Hic tamen Sigonio consentio, quod omnes Mss. etiam illi, quibus utor, stant ab ejus lectione. Ultimum *est* exsulat a Lov. 2.

§ 8 *Et, quemadmodum servis suis vetant domini quidquam rei cum alienis hominibus esse*] Insere *quum* adverbium quod omissum est. *Et, quemad. quum servis suis vet. dom.* Rhen. Illud *quum* eodem loco insertum exhibent Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. 5. Klockian. Port. Gaertn. apud Hearnium Oxon. L. 1. et C. atque omnes excusi ante Aldum, qui primus omisit. Et sane diligentius ad sensum adtendenti patebit id omnino recipiendum non esse. Præterea *servis sui vetant domini* Hav. *servis vetant domini*, voce omissa, Harl. 2. Deinde *cum omnibus alienis esse* Hav. Sed 'omnes' et 'homines' infinitis locis commutari solent. Vide quæ notantur ad III. 54. § 6.

Beneficio ac maleficio abstineri, æquum censent] *Benef. et malef.* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *æquum esset* Voss. 2. Lov. 2. 3. et Port. a m. pr. qui *æquum censent esse* a m. sec. præfert: quod etiam inveni in Lov. 4. *æquum est* in Lov. 5. *æquum esse censent* in Harl. 2. Verum non tantum τὸ *esse* modo præcessit, sed codicum illa inconstantia, ut et optimorum dissensu, id a mala manu esse evincitur.

Sic vos interdicitis Patribus commercio plebis] Istam lectionem in margine annotatam reperio. Verum antiquior habet *sic vos interdicto Pat. comm. plebis;* subaudi 'facitis.' Quæ sententia nentiquam est huic similitudinis accommodationi inconveniens. *Rhen.* Placet satis: neque tamen valde improbo, quod Rhenanus adnotat ex Borbet. *interdicto.* Subaudi non, quod ille vult, 'facitis:' id enim durum: sed ex præcedenti commate, 'æquum censetis, ne' (scilicet quod sequitur) 'nos munificentia nostra provocemus plebem.' *J. F. Gron. Sic vos interd. Patr. comm. plebis* in solo apud me est Hav. minimæ auctoritatis codice; quare eam etiam lectionem probare nequeo. *Sic nos interdictis Patr. commercia plebis* habet Voss. 2. *sic vos interceditis Patr. comm. plebis* Harl. 2. *sic vos interceditis Patr. commercium plebis* Hearnii Oxon. N. in margine: *commercia* ejusdem C. ut et Lov. 3. 4. atque Harl. 1. Utrumque genus loquendi 'interdicere Patribus commercio' et 'commercium' probum, atque quum apud Livium, tum apud optimos scriptores, in usu est. Prius apud Livium VIII. 14. 'Interdictumque mari Antiati populo est.' XLI. 23. 'Quum regibus Macedonum Macedonibusque ipsis finibus interdixissemus.' Cic. de Senect. c. 7. 'Quemadmodum nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet:' qui et sæpe alibi ita loquitur. Val. Max. III. 5. ex. 2. 'Ei Q. Pompeius præter urbanus paternis bonis interdixit.' VIII. 6. ex. 1. 'Postulavit, ut patri suo bonis, tamquam ea dissipanti, interdiceretur.' Quinctil. Instit. Orat. VI. 3. p. 535. 'In hac quidem pugna forensi malim mihi lenibus interdicere:' et p. 554. 'Quod ei domo sua Proculeius interdixisset.' Pluribus etiam locis ita locuti sunt Tacitus, et passim JCti antiqui. Alterum apud Livium XXXIV. 7. 'Feminis dumtaxat purpuræ usum interdicemus.' Valerius Max. II. 7. ex. 9. 'Interdixit etiam ei convictum hominum usumque balneorum.' Vide insuper Gronovium ad Senec. Epist. XVIII. et doctos interpretes ad Nason. Metam. VI. 332. Quum tamen pro vulgato stent meliores codd. illud etiam verius esse nullus dubito.

Nec plebs nobis dicto audiens atque obediens sit] *Nec nobis plebs* editi vetusti usque ad Aldum, qui seriem atque ordinem vocabulorum inmu-

Digitized by Google

tavit. Cum Aldo autem faciunt omnes calamo exarati. *Nec plebs vobis* perperam habet Hav. Tum *obediens fit* Gaertn. sollemni errore, cui caussam præbuit similitudo ductuum, quibus literæ *ſ* et *f* formari solent. Vide quæ notavi ad Silii Ital. IX. 335. Similes errores obcurrunt III. 9. § 5. hoc lib. c. 11. § 7. c. 27. § 6. VI. 3. § 5. c. 37. § 4. et 7. c. XL. § 3. VIII. 22. § 10. et alibi. Voces *nec plebs* omittebantur in Flor.

§ 9 *Si quidquam in vobis, non dico civilis, sed humani esset, favere vos magis*] *Si quidquid in vobis* Harl. 2. Deinde *fovere* idem Harl. 2. Lov. 4. et Gaertn. Sed solent interdum negligentia scribarum ea verba in codd. vetustis confundi. Vide N. Heins. ad Claudian. Bell. Gild. vs. 245. Tum *vos* deficit in Lov. 2. cujus loco *nos* perperam legunt Lov. 4. et 5. Voces *non dico civ., sed hum. esset, fav. vos magis, et, quant. in vobis* omittuntur in Lov. 3. et Leid. 2. Repetitio *τῶν in vobis* hujus erroris caussa fuit. Paullo ante *Quanto tñ*, id est *tamen*, Lov. 2. Vide ad XXII. 2. § 11. Mox *ind. com. potius* trajectis vocibus est in Gaertn.

§ 10 *Quæ si perpetua concordia sit, quis non spondere ausit*] *Quod si perpetua* edd. principes: in qua lectione *τὸ quod* eleganter abundat. Vide ad II. 29. § 8. Primus Aldus postea vulgavit *quæ si perpetua*. Et ita præferunt omnes scripti, nisi quod *ne si perpetua* habeat Gaertn. Tum *concordia* non adparet in Port. Vir doctus ad marginem ed. Curion. conjecit scribendum *quæ si in perp. conc. sit*; sine caussa. Hinc *respondere* Leid. 2. Denique *possit*, pro *ausit*, Hearnii Oxon. L. 1. *auxit* Lov. 5.

Maximum hoc imperium inter finitimos brevi futurum esse] *Hoc maximum imp.* Gaertn. sed vox *maximum* deficit in Leid. 2. Præterea *intra finitimos* Voss. 2. quomodo sæpe peccarunt scribæ. Vide ad hujus lib. c. 27. § 3. Tandem *τὸ esse*, quod om scripti servant, exsulat ab edd. Ald antiquioribus.

CAP. IV. § 1 *Quo abducere infe re a Veiis exercitum noluerunt*] Sec dus e Mss. Pall. *abducere infecta suum a Veiis ex. nol.* Gebh. Mure e v. l. *quod*. Ego malim *qui*. J. Gron. *Tò quo* exsulat ab Harl. 2. Lov. 2. Reliqui mei constanter *abducere*, quod neque in *quod*, ne in *qui* mutandum esse, patet ex 'hoc consilium.' Tum *interfecta* Harl. 1. qui forte voluit *inperfecta* ut I. 54. 'Ut re inperfecta redit bios.' Sed nihil mutandum. I IX. 32. 'Ne infecta re abiretur.' X 16. 'Re infecta redierunt.' Ita 'fecta pace' IX. 1. XXX. 31. XXXVI et alibi. Deinde *suum exercitum* I 4. et 5. utraque autem lectione jun *suum a Veiis ex.* Harl. 2. Gaertn Hav. *ab Veiis ex.* Leid. 2. Lov. 1 Port. Præterea *noluerint* edd. R 1472. et Parm. Paullo ante *atqui quantum* edd. principes. Nonn quam particulæ *atqui* et *atque* r ligentia operarum confunduntur membranis vetustis. Vide III. 5 8. Adde Corte ad Sall. Cat. c. § 31. Licet *atque* pro *atqui* inter poni, et occupationi inserviens vero,' 'et tamen' notare, mo idem Corte ad Sall. Jug. c. 4. iidem librarii alibi etiam in com tandis vocibus *quam* et *quantum* l sunt. Vide ad III. 46. § 5. et lib. c. 5. § 9. *quam* tamen hic ser dam esse, constat ex illis quæ no tur ad IV. 31. § 2. Deinde *hoc con* male Lov. 2. 4. 5.

Non utile solum, sed etiam neces um fuerit, postea edisseram] M *disseram*, quod est in volumine V maciensi. *Rhen. Dissertim* Port. *seram* Lov. 2. *disseram* Flor. V uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 5. Harl. uterque, Gaertn. Klock et Hav. quod ex emendatione I nani recepit Frobenius a. 1535. et

Digitized by Google

centiores servarunt usque ad Gronovium, qui non modo priorem lectionem revocavit, sed eamdem etiam præferendam esse monuit ad Livii XXVII. 7. § 4. Sane 'edisserere' Livio familiare esse, patet ex iis quæ d. loc. notantur. Sed et 'dissérere' eodem sensu usus est. Infra XLI. 6. 'Senatus iis a M. Titinio prætore datus in æde Bellonæ ad disserendas res, quas gessissent:' ubi vide quæ dicam. Quum itaque *disseram* tueantur optimi scripti, eam etiam lectionem genuinam esse puto, et in contextum recepi. Præterea *sed necessarium etiam*, vocibus trajectis, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

De ipsa conditione militantium dicere] Ita primus vulgavit Frobenius 1535. Priores enim in alium ordinem digestis dictionibus habent *cond. dicere milit.* quibuscum etiam faciunt Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. ambo, Port. Gaertn. Klockian. et Hav. Quare ita etiam edi jussi.

§ 2 *Non apud vos solum, sed etiam in castris*] Τὸ *etiam* non est in Hav. Vide ad II. 6. § 1. Quia tamen reliqui codd. stant pro vulgata lectione, ejus unius auctoritatem mutandæ lectioni non sufficere existimo. Mox *videtur posse*, pro *videri posse*, Flor.

Si mihi ipsi nihil, quod dicerem, in mentem venire posset] *Si mihi ipse nihil quidem dicerem* Port. *mihi ipse* etiam Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 3. 5. Harl. 1. et Gaertn. Miror librarios, qui passim hanc elegantiam ferre non potuerunt, eamdem hic admittere voluisse, ubi ei locus esse non potest. Τὸ *ipsi* deficit in Lov. 2.

§ 3 *Quonam modo igitur nunc indignari possunt*] *Quemadmodum igitur* Lov. 4. 5. et Hav. *quonam igitur non indignari* Lov. 1. *igitur quonam modo* Leid. 2. qui mox non agnoscit vocalem *nunc*. Sed pro ea *numquam* est in Gaertn. *ñ* per compendium in Klockian. Paullo ante *æra danda militibus esse* Lov. 2. *æra danda militibus*, omissa ultima voce, edd. principes. Aldus deinde reposuit *danda esse æra militibus*. Et ita legunt reliqui manu exarati, nisi quod *esset* perperam habeat Hav.

Quibus aliquid novi adjectum commodi sit] *Adjectum commodum sit* Gaertn. *aliquid novi adjecti commodi sit* Harl. 2. et Hav. Vide ad II. 57. § 3. Verum reliqui codd. recte stant pro vulgato. Quid caussæ librarii habuerint, ut a recepta lectione abirent, ad IV. 44. § 5.

Eis laboris etiam novum pro portione injungi] Lege *eis laborem etiam novum pro port. inj.* Rhen. Ita legunt etiam omnes nostri, nisi quod *eis in laborem etiam novum* Lov. 4. *eis in laborem et novam* Lov. 5. habeant. Deinde *proportionē injungi* Leid. 1. Lov. 5. Harl. 1. et Hav. Verum primo perperam duæ voces coaluerunt; deinde ultima litera *m*, sive ejus nota literæ præcedenti suprascripta, nata est ex prima syllaba vocis seq. *injungi*. Vide ad III. 46. § 5. Deinde *pro portione jungi* Harl. 2. Male. Vide ad VIII. 32. § 15.

§ 4 *Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est*] *Nec operam* male Flor. Leid. ambo, Harl. 1. Port. et Klockian. Tum *sine emol. ferme fiet, nec emol. ferme sine* Hav. *sine emol. ferme fiet, emol. sine* Harl. 2. *sine emol. ferme sine* Gaertn. Deinde *sine impensa ferme opera* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Labor voluptasque dissimillima naturæ, &c.] Muretus Var. Lect. XVI. 1. docet, Socratem, quum paullo post moriturus vinculis ex more solutus esset, idem monuisse apud Platonem. Locus exstat in Phædone non longe post princ. p. m. 376. Ὡς ἄτοπον ἔοικέ τι εἶναι τοῦτο, ὃ καλοῦσι οἱ ἄνθρωποι ἡδύ· ὡς θαυμασίως πέφυκε πρὸς τὸ δοκοῦν ἐναντίον εἶναι τὸ λυπηρόν· τῷ ἅμα μὲν αὐτῷ μὴ θέλειν παραγίνεσθαι τῷ ἀνθρώ-

Digitized by Google

πῷ· ἐὰν δέ τις διώκῃ τὸ ἕτερον καὶ λαμβάνῃ, σχεδόν τι ἀναγκάζεσθαι ἀεὶ λαμβάνειν καὶ τὸ ἕτερον, ὥσπερ ἐκ μιᾶς κορυφῆς ἡμμένω δύ' ὄντε. *Quam mirabile videtur id, quod suave homines vocant: et mirabiliter effectum natura erga id, quod ei adversari videtur, molestum: quum ambo quidem simul in homine esse nolint: alterum autem eorum si quis persequatur ac capiat, alterum quoque fere capere cogatur, tamquam ex eodem utraque capite apta ac colligata sint.* Ceterum *dissimilia natura* Leid. 2. Lov. 1. et Harl. 2. ut *labor voluptasque dissimilia* dictum sit, quemadmodum 'gratia atque honos oportuniora' IV. 57. § 6. Præfero tamen vulgatum, quod reliquorum codicum auctoritas firmat. Olim scribebatur *dissimilima*, vel *dissimilia*, unde exigua mutatione factum est *dissimilia*.

Societate quadam inter se naturali sunt juncta] Pall. duo *soc. quidem inter se naturaliter sunt juncta*. Andreas edidit *soc. quadam inter se naturali sunt innexa*. Gebh. *Soc. quadam inter se natura* Leid. 1. *soc. quadam inter se naturaliter* Lov. 2. 5. et Port. Deinde *sunt conjuncta* Haverk. Klockian. et Hearnii Oxon. N. Neque aliter a m. pr. fuerat in Voss. 1. Sed syllabæ *con* adpictæ sunt notæ, quibus librarii aliquid delendum indicant. *Sunt innexa* non tantum Andreas dedit, sed idem etiam superest in aliis, quas vidi, edd. vetustis usque ad Aldum, qui primus *juncta* substituit. Et ita etiam habent reliqui scripti.

§ 5 *Se suo sumtu operum reipublicæ præbere*] *Se sumtu suo* Leid. 2. Vox *sumtu* a m. pr. aberat a Port. sed a m. sec. postea ad marginem adscripta est. In verbis præcedd. *ante* est in edd. Aldo antiquioribus. Is autem *antea* substituit, concinentibus omnibus manu exaratis.

Gaudebat idem, partem anni se agrum suum colere; quærere, unde domi] Voces *gaudebat idem* desunt in contextu Port. quorum loco postea manu sec. ad marginem adscripta est sol*debat:* quæ sola etiam exstat i 2. Sed *gaudebant idem* habet *gaudebat deinde* Lov. 4. *gaude est* Leid. 1. quod natum adpa non intellecto compendio *id* quo librarius divisis vocibus d *ẽ*. Error hic in libris scripti quenter obcurrit. Videndi su docti ad Flor. IV. 2. § 15. Add notantur ad VI. 14. § 12. et mann. ad Sueton. Ang. c. 32. *parte anni* Lov. 2. Præterea *reque, unde domi* edd. antiqu Aldus deinde *τὸ que* expunxit, mihi etiam in nullo cod. script vium fuit. Mox *domi militiæ* particula connectente Lov. 4. q do Livium sæpe locutum esse mus ad III. 68. § 4. Ita mox *ab ab re familiari abesse.* Reliquoru men in servando vulgato cons efficit ne uni testi dissentienti habeam. Insuper verbum *posset*, a contextu Port. abest, tantu ejus ora visebatur a m. sec.

§ 6 *Æquo igitur animo patiat ab domo, ab re familiari abesse*] *A* pro *igitur*, aberranti manu ded brarius Leid. 2. ut et *sed* pr Deinde *a domo, ab fam. re* Ga *ab domo, re fam.* Harl. 2. P ante in verbis præcedd. *sibi* ex a Leid. 2. et Lov. 3.

§ 7 *An, si ad calculos eum resp vocet*] Nempe ad putandam ratio ut constet, quid a republica acc rit, quid in vicem ipsi debeat. de Amic. c. 16. 'Hoc quidem e mis exigue et exiliter ad cal vocare amicitiam, ut par sit acceptorum et datorum.' Qui Declam. XII. 2. 'Exsangues ac dos ad calculum vocat; quasi non confitear, illum etiam nin multum adtulisse tam paucis.' terum *Ausim*, pro *An si*, Lov. *cum*, pro *eum*, Lov. 2. 4. 5. et Ga Vide ad IV. 19. § 2.

Non merito dicat, annua æra h

Digitized by Google

annuam operam ede] Secundus e Mss. Pall. *annuam operam mihi ede.* Gebh. *Non immerito dicat* perperam Neapol. Latinii. Deinde *æra annua habes* Leid. 2. et Lov. 1. *annua æra dices* Flor. Sed vox *dices* ex præcedenti in mente librarii hæc scribentis perperam hærebat. Tum *ann. op. mihi ede* Hav. et Lov. 2. *ann. op. mede* Leid. 1. *ann. op. imꝑēd'* Port. *ann. op. impende* Hearnii Oxon. N. in marg. Ea autem lectio quibus gradibus locum hunc invaserit, ex prius memoratorum codicum vitiosis lectionibus intelligi potest. Locutionem 'operam edere' inlustrat Gronov. ad III. 63. § 3.

An tu æquum censes, militia semestri solidum te stipendium annuum accipere] Expunge dictionem *annuum*, quam nescio quis hic infulsit, quum ea nil sit opus. *Rhen.* Ejeci vocem *annuum* suasu Pall. trium aliorumque. Exstat tamen apud Sigonium aliosque; minus necessario. 'Solidum' enim 'stipendium' idem est cum justo ac perfecto, hoc est annuo. Sic Noster I. 19. 'solidum annum' vocat, integrum. Hinc venit 'solidare rationes,' &c. *Grut.* *Ante æquum censes* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Gaertn. *an tum æquum censes* Flor. *an æquum censes* Lov. 2. et Port. Deinde *militia semestri* Flor. Leid. 1. Lov. 1. 3. et Klockian. Vide notata ad IV. 24. § 5. Tum *solitum te stip.* Lov. 4. qui error ex pronunciatione vitiosa verba præeuntis orta est. Vide ad VII. 16. § 3. *solidum re stip.* Voss. 1. Vocem vero *annuum*, quam viri docti ejecerunt, in nullo etiam meorum codd. observavi. Minus recte igitur Hearne eumque secutus editor Londinensis eam revocarunt. Denique *stip. accipere, aut non suscipi* præfert Harl. 1. quæ verba ex § 9. hic perperam repetita sunt.

§ 8 *Invitus in hac parte orationis, Quirites, moror*] Legendum, ut habent membranæ Pall. *Inv. in hac parte or., invitus, Quirites, moror.* Ut hac geminatione acrius eis fidem faciat, quam invitus tali inmoretur orationi. *Gebh.* Quidam libri, *invitus, Quirites:* quæ repetitio vocis non insulsa videtur, et auget vim sententiæ. *J. F. Gron. Invictus in hac parte orat.* Leid. 1. quomodo nonnumquam variant codd. scripti. Vide ad Epit. Liv. lib. III. Sed τὸ *Invitus* non adparet in Voss. 2. Quatuor autem priores voces non erant in contextu Port. sed tantum postea margini adjectæ sunt. *Invitus in hac parte or., invitus, Quirites, moror,* quod viri docti probarunt, quamvis apud me in uno tantum supersit levioris auctoritatis cod. Hav. nihilominus plurimum placet. In vocis enim *invitus* repetitione magna est emphasis. Ita emendarunt viri docti II. 40. 'Sine, sine, prinsquam amplexum accipio, sciam, inquit, ad hostem, an ad filium venerim:' et IX. 9. 'Dedite interea, dedite, inquit, profanos nos:' quo utroque loco plura vide. In contextum tamen recipere non sustinui.

Sic enim agere debent, qui mercenario milite utuntur] Τὸ *enim* non adparet in Gaertn. Vox autem *milite* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *utantur* præfert Lov. 5.

At nos tamquam cum civibus agere volumus] *At* quoque particula præter auctoritatem manu scripti codicis est superaddita. *Rhen.* Vet. lib. *At nos tamquam cum.* Sigon. Particula *at* deerat in Flor. Leid. 2. Harl. 1. Lov. 1, et Hearnii Oxon. B. deerat etiam in edd. vetustis. Aldus deinde vulgavit *ut nos tamquam:* et ita habent Leid. 1. et Klockian. Idem tamen in erratis reponendum monuit *at nos tamquam,* quomodo præferunt Voss. uterque, Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Oxon. L. 1. 2. C. et N. ut Hearne auctor est. *At* et *ut* nonnumquam in Mss. confundi solent. Vide ad I. 18. § 9. Deinde *tamquam cum civilibus* Voss. 1. Sed

Digitized by Google

duabus literis *li*, quæ abundant, librarius stigmata adposuit, indicans eas per errorem scriptas, atque expungendas esse. Nescio vero, unde factum sit, ut *tamquam cum cymbris* datum sit in Gaertn.

Cum patria nobiscum æquum censemus] *Vobiscum esse censemus* Harl. 2. *vobiscum æquum censemus* Gaertn. et Hav. Vide ad XXXIV. 2. § 2.

§ 9 *Geri pro dignitate populi Romani et perfici*] *Agere*, pro *geri*, Flor. Tum *pro digu. populorum, et perfici* Harl. 1. Scriptum fuisse olim videtur *populi R.* pro eo deinde levi errore factum esse *populor.*, id est, *populorum*. *Pro dignitate nobiliter perrogici* Flor.

§ 10 *Si urgemus obsessos, si non ante abscedimus*] *Si urgemur obsessos* Leid. 1. Deinde *si non aut*, id est, *autem*, Hav. Solent autem hæ voces in membranis vetustis inter se commutari. Vide ad XXVII. 35. § 7. Denique *abscendimus* Voss. 1. a m. pr. Vide ad III. 8. § 8. *absedimus* Leid. 1. *abcedimus* Leid. 2. *obsedimus* Harl. 2. Nihil mutandum. Ita 'abscedere,' non addito casu, simpliciter positum est, pro 'discedere,' XLV. 6. 'Ea cohors, prosecuta regem fugientem, ne tum quidem abscedebat.' Mox *capitis*, pro *captis*, Voss. 1. et Harl. 1.

Si, hercule, nulla alia causa] *Hercules* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. et Gaertn. qua forma dixit III. 68. 'At, hercules, quum stipendia nobis consulibus faciebatis.' *Hercle* Lov. 4. Mox *dignitas*, pro *indignitas*, Lov. 4.

§ 11 *Decem quondam annos*] *Quidem* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. qui iidem codd. simul cum Gaertn. mox præferunt *a domo*, pro *ab domo*. Deinde *quod terras* Flor. Klockian. et Hav. Tum *quod maris* Leid. 1. Utroque loco etiam quædam vetustarum edd. *quod*, pro *quot*, exhibent.

§ 12 *Nos intra vicesimum lapidem in conspectu prope urbis nostræ annuam obpugnationem perferre piget*] *Nob pigetur* Port. a m. pr. *Nobis . get* Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. *Lei* Harl. uterque, Gaertn. et Hav. *bis, ŷc. piget* Lov. 1. et Kloc utramque lectionem jungens; d vide ad III. 44. § 4. Tum *intra simum est lapidem* Lov. 4. Hinc *vre*, id est, *vestræ*, Lov. 5. et Ga infinitis locis obvio errore. mox ad § 13. cap. seq. § 1. XXXIV. 2. § 2. Deinde *annuam* eit in Lov. 2. Hinc *expugnati* habet Lov. 5. Vide ad XXI. 57. Præterea *proferre* Hav. qui err non intellecto compendio scrib profluxit. Plura ejus erroris e pla jam supra habuimus. Vid II. 56. § 9. cap. 57. § 4. III. 14. c. 46. § 6. cap. 54. § 15. IV. 49. Infra VII. 1. § 4. c. 36. § 13. F dicentur ad IX. 10. § 7. Cet *vicesimum lapidem* constanter o codd. calamis ac typis exarati, quod in quibusdam eorum alia o graphia sit *vigesimum*: in Flor. pr. *vicensimum*. Pro eo *duodeci lapidem* scribendum esse, conte Phil. Cluverius Ital. Antiq. II. 3. 530. variis ad id permotus rati bus: primo quia id spatium Veii ma distare dicuntur in tabula I tingeriana: secundo, quia Pli docet Hist. Nat. III. 5. Tiberim tra tredecim millia passuum U Veientem agrum a Crustumino rimere:' tertio, quia urbs Veii nndum Dionys. l. II. p. 116. ἀπ τῆς Ῥώμης ἀφὶ τοὺς ἑκατὸν σταδί *distat a Roma centum admodum sta* et tot stadia ex ejus calculo effic millia duodecim cum passibus q gentis. De vero Veiorum situ Fontanin. in Antiquit. Hortæ I pag. 77. aliosque quos ibi lauda Hearne aliud agens *duodequadrag mum lapidem* legendum dicit; et men Cluverium ob oculos hab quem ipse laudavit.

Nec satis quidquam justi doloris

Digitized by Google

Male hæc verba deficiunt in Gaertn. *Non satis* habet Lov. 5. Tum *quisquam* præferunt Flor. et Leid. 1. Deinde *justi coloris* vulgavit Gruterus in postrema ed. sive id inter operarum aberrationes referendum sit, sive ita legendum censuerit; pro quo Gronov. recte a. 1665. *justi doloris* restituit. Vide Gronov. ad cap. seq. § 7. Hanc enim scripturam servant omnes codd. Librarii etiam interdum has voces commutarunt. Vide Nic. Heinsium ad Claud. Bell. Getic. vs. 378. In verbis præcedd. quædam ex edd. vetustis *quia levis belli causa est*, transpositis vocibus; aliæ corruptius *quia levius belli causa est*, invitis scriptis; qui suffragantur Aldo *quia levis causa belli* reponenti.

§ 13 *Septies rebellarunt*] *Species rebellarunt*, transpositis literis, Lov. 3. et Hav. *Septies rebellaverunt* Port.

In pace numquam fidi fuerunt] Voss. 1. *fidei*. Muretus in *fide*. Flor. Helm. Rott. Voss. alter *in pace numquam fida fuerunt*. Et satis placet. Infra c. 17. 'Cum quibus nec pax satis fida, nec bellum pro certo sit.' XL. 34. 'Nulli alii, quam consulibus, creditarum senatum, sincera fide in pace Ligures esse.' *J. F. Gron. In pace numquam fideles* Leid. 2. Voss. 1. in marg. Lov. 1. 2. Port. et Gaertn. *in pace numquam in fide fuerunt* Harl. 2. et Hav. *in pace numquam fide fuerunt* Leid. 1. Reliqui vulgatum servant. Sed probo, quod ex quatuor codd. protulit Gronovius, sibique placere testatus est, ac Lov. 3. etiam habet, *in pace numq. fida fuerunt*; idque in contextum recepi. 'Esse in pace' sæpe apud Livium obcurrit. Infra XXIII. 42. 'Pacem necessariam accepimus, fuimusque in ea per annos prope quinquaginta.' XXXI. 29. 'Nunc vos in pace esse cum Philippo prohibent.' XXXVI. 29. 'Ut, si in pace fuissent, illo impetu iræ concitari potuerint ad bellum.' XXXVIII. 33. 'Civitatem in pace futuram, si id fecissent, pollicens.' c. 43. 'Sibi, quum in pace essent, bellum inlatum questi.' XXXIX. 56. 'Ulterior Hispania eo anno in pace fuit:' 'in pace manere' dixit XXX. 32. 'Quod neque non petere pacem propter metum, neque manere in ea præ insita animis perfidia potuissent.' Eadem ratione Livius etiam dixit 'esse in victoria,' 'esse in induciis,' 'esse in lætitia.' Vide ad VII. 38. § 1. et ad VIII. 33. § 20. 'Pax fida' autem, ut VIII. 21. 'Qualem nos pacem vobiscum speremus? Si bonam dederitis, inquit, et fidam, et perpetuam.' Et paullo post, 'Ibi pacem esse fidam, ubi voluntarii pacati sunt.' Sic contra 'pax infida' IV. 10. 'Victoriam potius ex Volscis, quam pacem infidam Romam relaturum.' IX. 45. 'Ad Æquos inde, veteres hostes, ceterum per multos annos sub specie infidæ pacis quietos versa arma Romana.' Ceterum, addita conjunctione, *et in pace numquam* præferunt edd. principes, quam Aldus, concinentibus membranis scriptis, delevit. Mox *agros vestros*, pro *ag. nostros*, Harl. 2. Vide modo ad § præc.

Fidenates deficere a nobis coëgerunt; colonos nostros ibi interfecerunt] *Fidenates a nobis deficere* alio ordine Lov. 2. et Port. Tum *cogerunt* Lov. 3. et Harl. 2. *cogere* Hav. Deinde *colonos nostros illi interf.* Port. Voces autem *ibi interf. auctores, &c. res repetentes legatos nostros* perperam deerant in Leid. 2.

§ 14 *Auctores fuere contra jus gentium cædis impiæ legatorum nostrorum*] Genitivus *gentium* non est in archetypo Vormaciensi. Et abesse potest, quandoquidem subauditur. Glossæ nomine in contextum irrepsit. *Rhen.* Vocem *gentium* primus editorum admisit Aldus, quum in prioribus edd. desideraretur. Non comparet etiam in Voss. utroque, Leid. 1. Lov. quinque, Harl. 1. et in contextu Port. in cujus margine deinde a m. sec. ad-

Digitized by Google

scripta est. Alibi tamen expresse in hac re 'juris gentium' meminit Livius. Supra II. 4. Legati 'quamquam visi sunt commisisse, ut hostium loco essent, jus tamen gentium valuit.' IV. 19. 'Hiccine est raptor fœderis humani, violatorque gentium juris? Jam ego hanc mactatam victimam legatorum manibus dabo.' V. 36. 'Legati contra jus gentium arma capiunt:' et eod. cap. 'Postulatumque, ut pro jure gentium violato Fabii dederentur.' c. 51. 'Clades num ante exorta est, quam gentium jus ab legatis nostris violatum?' VI. 1. 'Quod legatus in Gallos contra jus gentium pugnasset.' VIII. 5. 'Tamquam victor armis Capitolium cepisset, non legatus jure gentium tutus loqueretur.' XXI. 25. 'Evocatique legati ad colloquium non contra jus modo gentium, sed violata etiam fide comprehenduntur.' XXX. 25. 'Etsi non inducarum modo fides a Karthaginiensibus, sed jus etiam gentium in legatis violatum esset.' XXXVIII. 25. 'Successisset fraudi, ni pro jure gentium, cujus violandi consilium initum erat, stetisset fortuna. XXXIX. 25. 'Jam ne a legatis quidem, qui jure gentium sancti sunt, violandis abstinere.' Præterea *auctores fuerunt* Voss. 1. et Lov. 1. *actores fuere* Lov. 5. Vide ad I. 26. § 5. Tum *propter jus* Lov. 4.

Etruriam omnem adversus nos concitare voluerunt, hodieque id moliuntur] *Et Etruriam* Lov. 2. Sed vocula *et* ex vocis seq. initialibus literis perperam repetita est. *Ac Etruriam* habent edd. priscæ. *adversum nos concitare* Leid. 1. Harl. 2. Gaertn. et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVII. Tum *hodieque hic moliuntur* Voss. 2.

Haud procul abfuit, qui violarent] *Affuit* Leid. 2. Lov. 1. 5. et Port. *afuit* Flor. et Leid. 1. Vide ad IV. 12. § 6.

CAP. V. § 1 *Cum his molliter et per dilationes bellum geri oportet*] *Molitus* Leid. 2. et Lov. 1. *moliretur* Gaertn. Tum *ac per dilationes* Voss. 2. Dein *gerere* Flor. a m. pr.

Si nos tam justum odium nihil mor ne illa quidem, oro vos, movent] *Si tam justum* Port. et Gaertn. *Si non tam justum* Lov. 5. Hinc *oro* Voss. 2. et Lov. 2. 3. ac 5. Vide cap. præc. § 12. Præterea *nihil n vent* Leid. 1. Tum *nec illa quidem* Vo 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Vide I. 10. § 3. Denique *moveant* Leid. et Lov. 1. ac 5. *moveat* Harl. 2. *n neant* Lov. 4. Verba *movet, ne i quidem, oro vos* desunt in Flor. ob militudinem vocum *movet* et *move* Mox autem sequens *movent* a m. s mutatum est in *movet*.

§ 2 *Quibus intra muros coërcetur h tis*] *Τὸ hostis* abest a Voss. 2. et Lov. 2. 3. 4. et 5. Abest etiam Harl. 2. et a Port. qui præterea pr ferunt *intra muros coërcent*. Eoru vero posterior in margine, ut et Lo 2. 4. ac 5. legunt *intra muros host coërcentur*. Paullo ante *Ingentib operibus*, mutato ordine dictionum, e in Leid. 2. Lov. 1. et Voss. 1. *Opib ingentibus* in Lov. 3. Vide ad VII 16. § 4.

Agrum non coluit, et culta evasta sunt bello] *Agrum non colunt* Voss. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Po a m. pr. Gaertn. Hav. et Hearnii O on. L. 2. et C. Deinde *et cultata su bello* Port. in contextu, in cujus ma gine altera exstat lectio: *culta eva tate sunt* Leid. 1. *culta evastæ su* Harl. 1. *cultæ evastatæ sunt* Klockia *culte vastata sunt* Flor. unde m. se factum est *culta vastata sunt*, quo posterius præferunt etiam Lov. Voss. 2. et Gaertn. Vulgatum v rius est. 'Evastare' verbum est L vio amatum, et sæpissime apud eu obvium. Vide ad XXXII. 33. § 14.

§ 3 *Si reducimus exercitum, quis es qui dubitet*] Pall. 1. ac 3. *quis enim d bitet*. Gebh. Ita et Voss. 2. Port. a Lov. 3.

Illos non cupiditate solum ulciscend

Digitized by Google

Vetus lectio, *illos non a cupid. solum ulcis.* Ubi *a* particula non est supervacanea. Nam causam significat, non instrumentum. *Rhen.* Præpositionem, a Rhenano adjectam, Gruterus in postrema ed. in contextum recepit. Eamdem præferunt Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 4. 5. Harl. 1. et Gaertn. Et quidem *a cupiditate* est 'propter cupiditatem.' Vide ad XXIV. 30. § 1. et ad XXVI. 1. § 3. *ulciscendæ* erat in Leid. 1. Vox autem *illos* exsulat a Lov. 2.

Non differimus igitur bellum isto consilio, sed intra fines nostros accipimus] In eumdem sensum vide Sulpicii consulis orationem XXXI. 7. *bellum justo consilio* est in Flor. Tum *sed accipimus intra muros nostros* in Harl. 2. *sed intra muros vestros accepimus* Gaertn. et Lov. 2. Male. Soluta enim obsidione non tam timendum erat, ne Veientes urbem Romam expugnarent, quam ne agrum Romanum vastarent. *Intra fines vestros* est in Lov. 5.

§ 4 *Quibus boni tr. pl. quum stipendium extorquere voluerint, nunc consultum repente volunt*] *Tum stip. ext. voluerunt* Lov. 1. Harl. 2. et Hav. Sed passim voculæ *cum* et *tum* permutantur in Mss. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. in fin. Corruptius autem ex ea scriptura *tamen stip. ext. voluerunt* datum est in Leid. 2. Sæpissime autem *tum* et *tamen* confunduntur. Vide ad XXII. 17. § 5. Ceterum *voluerint* primum invenio in Froben. a. 1531. Priores autem edd. habebant *voluerunt*, et ita etiam præferunt omnes codd. mei: nisi quod *noluerunt* sit in Lov. 2. Præterea *nunc repente consultum esse volunt* Harl. 2. Paullo ante *ad milites proprie pertinet* Lov. 2. *ptiũ*, pro *pertinet*, Hav.

§ 5 *Ingentis utramque rem operis, per tantum spatium duxerunt*] Repone *per tantum spatii.* Rhen. Ita ex meis tantum Flor. Voss. 1. et Leid. 2. *per totum spatii* autem Lov. 1. Vide ad XXXIV. 27. § 1. Reliqui omnes stant pro altera lectione. Præterea *ingentis utrumque rem operis* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. Port. a m. pr. et ed. Parm. An forte legendum *ing. utrumque operis?*

Castella primo pauca, postea, exercitu aucto, creberrima fecerunt] *Castellã* Leid. 1. in quo etiam est *exercito aucto.* Deinde *creberrimas* Leid. 2. et Lov. 1. Sed ultima ejus vocis litera nata est ex prima sequentis ob ductuum similitudinem. Vide ad IV. 33. § 10.

Munitiones non in urbem modo, sed in Etruriam etiam spectantes] *Non in urbem munitiones modo* Gaertn. *munitiones non urbem modo* Lov. 4. 5. et Port. a m. pr. *mun. non urbi modo, sed Etruriæ etiam exspectantes* Lov. 2. *in Etruria etiam exspectantes* Leid. 1. *in Etruriam etiam exspectantes* Flor. Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. Harl. 1. Port. Gaertn. et priscæ edd. Pro quo recte Veneti a. 1495. *spectantes* substituerunt. Passim ita scribæ in codd. antiquis errare soliti fuerunt. Vide ad VI. 33. § 1. Mox *opposuerunt*, pro *opposuere*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 6 *Et talium obpugnandarum urbium adparatum*] Sensus exposcit ut pro *talium* scribatur *alium* hoc modo: *testudinesque et alium oppug. urb. app. loquar?* Rhen. Ex nostris Rhenani emendationem firmant Flor. Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et Hav. *testudinesque et talium*, ut ante Rhenanum edebatur, servant Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. et Klockian. ubi ultima litera voculæ *et* perperam repetita est in initio seq. dictionis. Vide ad XXXVII. 29. § 8. *Testudinesque talium* est in Voss. 1. et Leid. 2. ubi prima litera *τοῦ et* intercepta est ab ultima vocis proximæ, et altera litera adcrevit voci sequenti. *Testudinesque taliumque* habet Lov. 1. *testudinesque et talem* Harl. 1. Voces *alius* et *talis* interdum in Mss. commutari, dictum

Digitized by Google

est hoc lib. ad c. 2. § 13. Vide etiam ad XXIX. 1. § 25.

Exhaustum sit, et ad finem jam operis tandem perventum] Voces *exhaustum* et *tandem* non recte desiderantur in Leid. 2. Earum prior exulat etiam a Lov. 1.

Relinquendane hæc censetis] *Relinquenda nec hæc censetis* Voss. 2. et Lov. 1. ac 3. *relinquenda nec hæc castra censetis* Hav. *relinquendane hæc castra censetis* Harl. 2. et Gaertn. Sed vox *castra* ex margine, cui ab indocto librario adscripta erat, in contextum clam inrepsit. Certe in Port. non nisi in margine, et quidem a m. sec. conspicitur. Sufficit *hæc;* nempe 'opera ingentia' et 'obpugnandarum urbium adparatum.'

Rursus novus de integro his instituendis exsudetur labor] *Ad ætatem versus novus* perperam Harl. 2. *ad ætatem rursus novis* Lov. 1. *ad ætatem rursus novus* Lov. 4. scribæ culpa. Alibi enim 'æstas' et 'ætas' commutari solent. Vide quæ notavi ad Silii Ital. III. 383. Mox vocula *his* exsulat a Leid. 2. Tum *restituendis* habent Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *exsudet labor* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. et Voss. 1. a m. sec. Neglexerunt perperam librarii notam, qua ultimæ literæ *ur* vulgo designari solent. Vide ad X. 10. § 1. Eamdem scripturam Gebhardus etiam in Pall. duobus invenerat, unde suspicatus est legendum *exundet labor*, ad IV. 13. § 4. *Excudetur labor* est in Lov. 4. Sed nihil muto. Similiter locutus est Silius Italic. III. 531. 'Unde nec edomitos exsudatosque labores Respexisse libet.' Et ita 'exsudare caussas' dixit Horat. Sat. I. 10. 28. 'Quum Pedius caussas exsudet Poplicola atque Corvinus.'

§ 7 *Et perseverare, defungique*] Haud scio, ut postremis aliquot edd. exciderit vox, quam prisci omnes libri editique agnoscunt, *defungique cura?* Sic mox factum est *differendo bellum*, pro *differendo bello*. Et capite pr cedenti, *justi coloris*, ἀντὶ τοῦ *justi loris*. J. F. Gron. Ultima est G teri ed. a qua perperam exsulat *cura*. Eam vocem agnoscunt omn scripti. Sed *defungique* aberrante n nu scripsit librarius in Port. Pr terea *atque perseverare* excusi ar quiores usque ad Aldum, qui *et per verare* substituit, consentientibus c nibus scriptis.

Si uno tenore peragitur] *Uno t pore* Flor. Voss. 2. Leid. ambo, L quinque, Harl. ambo, Port. Gae Hav. Klockian. et Neapol. Lati Male. Vide ad IV. 37. § 9. Deit *agitur* Port. et Lov. 2. Paullo a *Brevius enim*, pro *Brevis enim*, Lov Τὸ *est* deficit in Lov. 5.

Nec ipsi per intermissiones has in vallaque lentiorem spem nostram fi mus] Legendum puto *et ipsi*, pro *ipsi;* nisi quis, pro *lentiorem*, m legere *celeriorem*. Glarean. Pend hæc ex præcedenti *si*, atque *nec* solvendum est in 'et non:' si tenore peragitur, et si ipsi spem n tram non facimus lentiorem. S stitue jam τῷ *nec ipsi* cum Glare *et ipsi*, vel *celeriorem* τῷ *lentiorem* velis, ut Livius diversa dicat, qu dicere debuit. *Per has intermissio* trajectis vocibus, est in Voss. 1. L 2. et Lov. 1. Tum *intervalloque* I 5. τὸ *que* non adparet in Hav. nique *letiorem* præfert Gaertn. lemni scribarum lapsu. Vide notavi ad Silii XII. 567. 'Nec lentiorem spem facimus' expo nec ipsi caussa sumus, ut len eveniat id, quod speramus. I VI. 8. 'Minus esse animi ratus hoste, quam ut in eo tam lentæ victoriam exspectaret.' Vide C nov. ad c. 12. hujus lib. § 4.

Loquor de opere et de temporis ja ra] Pall. tres *loquor de operis et t poris jactura*. Gebh. *Loquor de op et temporis jactura*, ut Gebhard. Pall. invenit, superest etiam in V

Digitized by Google

2. Lov. 2. 4. Port. et, teste Hearnio, Oxon. C. Neque aliter exstat in Harl. 2. et Hav. nisi quod *loquar* insuper præferant: *loquar* autem est in Gaertn. *loquar de operis et de temporis jactura* habet Lov. 3. *loquor de tempore et de operis jactura* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N.

§ 8 *Periculi, quod differendo bello adimus, num oblivisci nos*] *Periculi quid diff. bello addimus* Lov. 2. *periculi, quod diff. bello addimus* Port. a m. sec. *addimus* etiam Hav. Vide ad IV. 57. § 11. *periculi, quod diff. bello audimus* Gaertn. *pericula, quæ, &c. oblivisci* Harl. 2. Gaertn. et Hav. Servius ad Virg. Æn. I. 203. '*Memini* et genitivum regit et accusativum. Dicimus enim et 'memini malorum,' et 'memini mala.' Et justa ratione (nam memoriæ oblivio contraria est) *obliviscor* similiter et genitivum regit et accusativum; et Tullius Cicero, 'Obliviscere cædis atque incendierum:' et 'Obliviscor injurias tuas, o Clodi.'' Ita hunc locum interpungendum et legendum existimo. Quum tamen reliqui codd. Liviani *periculi, quod* servent, id etiam genuinum esse non dubito. Deinde *differendo bella* Hav. Et ita fere Gruterus, qui in postrema ed. vulgavit *differendo bellum*. Sed recte Gronov. ad § præc. priorem lectionem, in quam etiam ceteræ membranæ conspirant, revocavit. De locutione autem *differendo bello* vide ad I. 53. § 3. Denique *nunc oblivisci* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Gaertn. Klockian. Hav. et edd. ante Moguntinos, qui primi mutarunt in *num oblivisci*. Alibi eadem varietas in Mss. obcurrit. Vide ad VII. 6. § 11.

Hæc tam crebra Etruriæ concilia de mittendis Veios auxiliis] Pronomen desideratur in Lov. 1. Leid. 2. et Voss. 1. Tum *consilia et de mitt.* Leid. 2. *consilia de mitt.* Lov. 1. et Hav. *consilia dimittendis* Lov. 5. *concilio de mitt.* Voss. 2. *concilia dimittendis* Leid. 1. et Lov. 4. 'De mittendis auxiliis,' accipio, pro de militibus auxiliaribus mittendis. Vide viros doctos ad Nason. Metam. XI. 387.

§ 9 *Ut nunc res se habet, irati sunt, oderunt*] *Ut nunc res resese habet* Port. sed literis *re* subjectæ sunt notæ tamquam signa, eas expungendas, ac legendum esse *Ut nunc res sese habet:* quod exstat in Lov. 4. sed *Ut nunc res se habent* præferunt Lov. 3. Gaertn. Hearnii Oxon. B. et vetustiores excusi. *Ut nunc res habent* ed. Mediol. a. 1480. pro quo Moguntini dederunt *se habent;* Aldus *se habet*. Et ita reliqui codd. mei. Infra VII. 13. 'Utcumque enim se habet res.' IX. 7. 'Dicitur Ofilius Calavius, Ovii filius, longe aliter se habere rem dixisse.' c. 9. 'Quia ita se res habeat.' XXXVII. 54. 'Utcumque tamen res se habuit.' XL. 11. 'Ita enim se res habet: periculum vitæ propellere a me potes.' XLIV. 24. 'Res autem ita sese habuit.' Cic. de Orat. II. 67. 'Sic profecto res se habet, multum ut sit vitæ tempus, in quo non deceat humanitatem versari:' in Orat. pro Quinct. c. 1. 'Verum ita se res habet, ut ego cum patrono diserti-simo comparer.' Vide Burmann. ad Sueton. Cæs. c. 34. ubi et alterum 'ita res habet' in usu fuisse docet, de quo vide ad XXII. 39. § 9. Præterea *rati sunt* Lov. 4. et Hav. Verbum *sunt* autem non est in Leid. 2. et Lov. 1. Mox *negant se missuros* inserto pronomine Lov. 2. quod recte abesse potest, quum id reliqui codd. non agnoscant. Vide ad I. 23. § 5.

Quantum in illis est, capere Veios licet] *Quam in illis est* Port. Quomodo sæpe peccarunt librarii. Vide ad cap. præc. § 1. Deinde *Veios capere* Harl. 2.

Eumdem, si differtur bellum, animum postea fore] *Sibi differtur bellum* Flor. *si differatur bellum* Harl. 2. *si defertur*

Digitized by Google

Lov. 2. 3. et ed. Parm. Deinde *annum postea* Leid. 2. Frequenter in his vocabulis confundendis peccarunt scribæ. Vide ad XXXII. 5. § 2. *Postea animum* trajectis vocibus habet Hav. Denique voces *bellum, animum postea fore? quum, si laxamentum* negligentia librarii omittuntur in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 10 *Si laxamentum dederis, major frequentiorque legatio itura sit*] *Laxamentum dederitis* Lov. 5. Harl. 2. Gaertn. et Hav. Tum *major frequentior legatio*, omissa copula, Leid. 2. et Lov. 1. Mox vocula *nunc* non recte omittitur in Port.

Spatio mutari interposito possit] *Mutari spatio interp. possit*, in aliam seriem digestis dictionibus, Flor. Voss. uterque, Harl. 1. Leid. uterque, Lov. quinque, Port. Gaertn. et Hav. quorum auctoritati cedendum putavi. *Spatio interp. possit mutari* habet Harl. 2. Mox *reconcilietur*, pro *reconcilient*, Lov. 2. et Leid. 2. Sed similes errores in Mss. frequentes sunt. Exempla vide ad XXXVIII. 40. § 1. Paullo post τὸ *suum* abest a Leid. 2. et Lov. 1.

§ 11 *Jactura operum tanto labore factorum*] *Actura operum* Leid. 1. litera initiali ab ultima vocis præced. intercepta. Vide ad II. 44. § 6. *jactura gravis operum*, addita voce, Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. Paullo ante *Videte, quod res quam inutiles sequatur* Lov. 4. *Videte, quod res quam inutilis sequatur* Lov. 5. Mox *vastatio inm. fini nostrorum* Harl. 2. *vastatio inm. finium vrorum* Gaertn. et Lov. 5.

Etruscum bellum pro Veiente concitatum] *Et Tuscum bellum* Gaertn. Vide ad II. 47. § 6. Deinde *suscitatum* Hearnii Oxon. N. in margine. Male. Supra IV. 2. 'Ventum jam ad finem esse; domi plus belli concitari, quam foris.' Ita 'concire bellum' XLI. 8. 'Qui in his provinciis bellum conciviissent.' Similiter 'concire' et 'concitare tumultum.' Vide ad XXXVIII. 33. § 7.

§ 12 *Non, hercule, dissimilia, quis ægro, &c. insanabilem morbum ciat*] *Hercle* contracte Lov. 4. et qui similiter infra scribunt cap. § 12. Deinde *si quis æger ef* Leid. 2. Lov. 4. et Port. a m. sec. vulgatum præstat. Ægro enim vius comparat plebem; ei vero, ægro insanabilem morbum efficit, bunos plebis, qui plebem in sedi nem concitare conabantur. Dei *et forte insanabilem*, pro *et forsitan san.* Gaertn. Mutato denique orc *forsitan et insan.* editi ante Ald qui ordinem nunc vulgo exstan dedit. Et ita omnes codd. scripti

CAP. VI. § 1 *Si me Dius Fidius hoc bellum nihil pertineret*] Ita ed dum curavi, pro *medius fidius*. V Voss. Etym. Ling. Lat. ea voce. *lius*, pro *Fidius*, corrupte præf Leid. 1. Deinde pronomen *hoc* de in Lov. 4. Mox *multum intererat*, *plurimum int.* Port. Deinde *milit vestrum*, pro *mil. nostrum*, Lov. 5.

Non solum parta victoria uti] Om no placet, quod Burmanno in me tem venit ad Petron. Satyr. c. *parata victoria uti*; id est, facili, qu quasi in manibus ac præsto est. F matur hæc conjectura auctorita codicum Leid. 2. et Hav. Ita P nius Hist. Nat. XIX. 4. 'At, hercul quam vilia hæc, quam parata volu tati satietatique.' Et mox, 'Exp dita res et parata semper.' Curti v. 1. 'Prædam opimam paratamqu ipsum et milites ejus spectare.' ita recte viri docti emendarunt apu eumdem Curt. IX. 10. 'Hoc mod per dies septem bacchabundum ag men incessit, parata præda, si qui victis saltem adversus comessante animi fuisset.' Ovid. Ep. Heroid VIII. 82. 'Ecce Neoptolemo præd parata fui.' Quinctil. Instit. II. 2 'Supervacua enim videntur, cura ac labor, parata, quidquid effuderint, laude:' ubi vide Burmann. et ad

Digitized by Google

Quinctil. Instit. VII. 1. p. 590. ut et Broekhus. ad Tibull. Eleg. II. 4. 1. ac Corte ad Plin. Ep. III. 5. § 8. Sæpissime autem vocabula 'partus' et 'paratus' in Mss. commutari solent. Vide ad I. 10. § 7. c. 19. § 3. II. 26. § 4. c. 31. § 10. c. 47. § 9. III. 31. § 4. c. 60. § 5. c. 62. § 2. IV. 5. § 1. V. 1. § 1. VII. 18. § 5. X. 10. § 12. XXI. 60. § 4. XXXIV. 58. § 5. XXXVII. 19. § 8. c. 53. § 28. c. 54. § 9. ad Epit. Liv. lib. XLV. et alibi. Adde Acidal. ad Tacit. Ann. XVI. 1. Ita commutantur etiam 'parare' et 'parere;' (vide ad IX. 46. § 15.) 'compertus' et 'comparatus;' (vide ad XXXIX. 29. § 5.) Ceterum *parva victoria frui* corruptius est in priscis excusis. Pro quo Mediolan. 1505. et postea Ascensius 1513. *parta* dederunt.

§ 2 *Sed, si res etiam lentior sit, pati tædium, et quamvis seræ spei exitum exspectare*] *Sed, si etiam res lentior sit* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. uterque, Port. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *sed etsi etiam res lentior sit* Voss. 2. et Lov. 3. *sed, etiamsi res lentior sit* Gaertn. Deinde *quam visere spei* Leid. 1. perperam divisis vocibus, quæ olim unica serie scriptæ erant, et neglecta unius literæ repetitione; ut olim scriptum fuerit, non distinctis vocibus, *quamvisere*. Ex qua lectione postea *quamvis egre* vel *quamvis ægræ spei* datum est in Lov. 4. Harl. 2. et Hav. *quam jussere spei* Lov. 3. *quam in egre rei* Lov. 5. *quamvis seræ rei* Lov. 2. *Spes* et *res* sæpe commutantur. Vide hoc lib. ad c. 12. § 4. Mox *si non sit cur æstate perfectum bellum* Gaertn. Deinde *hieme operiri* Hav. et Lov. 4.

Nec, sicut æstivas aves, statim autumno tecta ac recessum circumspicere] 'Æstivæ aves' sunt, quas videmus æstate, hieme non videmus, cum vel lateant, vel autumno hinc avolent in diversas plagas. *Turnebus*, Advers. XXIV. 38. *Tecta ac secessum* Hearnii Oxon. C. Tum *exspectare*, pro *circumspicere*, ejusdem codex N. in margine: quod verbum ex præcedenti periodo male adhuc oculis librarii obversabatur.

§ 3 *Voluptas homines per nives ac pruinas in montes silvasque rapit*] *Voluntas* Voss. 2. et Lov. 3. ita sæpe peccatur in scriptis. Vide II. 32. § 9. hoc lib. c. 17. § 9. VII. 38. § 5. et alibi. Vide etiam Victor. ad Varr. de Re Rustic. I. 17. Nic. Heinsium ad Nason. Art. Am. III. 617. Trist. II. 358. J. G. Grævium ad Cic. de Amicit. c. 25. Rich. Bentl. ad Hor. Od. I. 27. 13. et Petr. Burmann. ad Nason. Epist. Heroid. XVII. 177. Adde viros doctos ad Lucani IV. 705. Similitudo literarum *n* et *p* in scriptura Longobardica librarium in errorem abduxit. Ita *in se* et *ipse* eamdem ob causam commutantur III. 9. § 5. Tum *in silvasque* Lov. 4. Deinde *capit* Harl. 2. Vide quæ notantur ad VI. 23. § 5.

Eam patientiam non adhibebimus] *Eam patiam* Harl. 1. Deinde *adhibemus* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Gaertn. Hav. et editi ante Aldum, qui recte *adhibebimus* in contextum recepit.

Quam vel luxus ac voluptas elicere solet] Ms. *usus*. Lego *quam vel ursus ac vulpes elicere solet*. Klock. Vocula *vel* non est in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et, quos Hearne Oxonii consuluit, L. 2. et C. quæ tamen hic emphasin habet, et pro 'etiam' ponitur. Vide ad XXXVI. 41. § 2. Præterea *luxus* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. quomodo sæpe variant codd. scripti. Vide quæ notavimus ad I. 5. § 9. et exemplis ibi memoratis adde IV. 17. § 4. Sed *usus* habent Leid. ambo, Lov. 1. et Harl. 1. ubi prima litera intercepta est ab ultima proximæ vocis: quomodo alibi sæpe peccant scribæ. Vide mox ad § 8. et ad II. 44. § 6.

Digitized by Google

Longe vero facilius est, ex τῷ usus, præposita litera, quæ in voce præcedenti finalis est, effingere *lusus*, quam inserta litera legere *ursus*; ut taceam, ita etiam sequens *voluptas*, invitis omnibus scriptis, mutandum esse in *vulpes*.

§ 4 *Adeone effeminata corpora militum nostrorum esse putamus*] *Vestrorum* habet Gaertn. Deinde τὸ *esse* desideratur in Leid. 2. pro quo *et* habet Port.

Ut hiemem unam durare in castris, abesse ab domo non possint] Duæ priores voces inertia scribæ desunt in Harl. 1. quemadmodum τὰ *ab domo* in Leid. 2. et Lov. 1. *a domo* habent Lov. 5. Gaertn. et Port.

Observando tempore anni] *Observando tempora anni* Leid. 2. et Gaertn. Male. Dictum enim est, ut præcedens 'tempestatibus captandis,' et 'divendenda præda,' de quo vide ad I. 53. § 3. Mox *frigora anni pati* Lov. 1. Tum *possunt* perperam Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. et Port.

§ 5 *Si quis eis hæc objiciat*] *Ei* præfert Leid. 2. Tum vocula *hæc* non est in Voss. 2. et Lov. 3. Sed ejus loco *hoc* habent Flor. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et edd. ante Aldum. Is enim primus *hæc* substituit, quod servant reliqui scripti. Mox *contendatque* Lov. 5. et Hav. Sed copula *que* exsulat a Port. a m. pr. Deinde *justa hieme atque æstate* Lov. 1. 3. 4. 5. Vide ad VI. 6. § 18. *juxta hieme et ætate* Hav. *juxta hieme ac æstate* Lov. 2. Denique *belli gerere* Leid. 1. An voluit librarius *belligerare?* Sed in vulgatum conspirat reliquorum codicum turba.

Nec se patrocinium mollitiæ inertiæque mandasse tribunis, et meminisse] Pal. 2. *mollitiei*, a recto casu 'mollities.' *Gebh.* Ea lectio in nullo codi mihi obvia fuit. Quum autem vocabulum hoc utraque forma usitatum sit, adhærendum puto et optimis et pluribus Mss. Vide ad VII. 32. § 7. *Et se nec patr. mollitiæque iner. ma trib.* Harl. 2. et Hav. *et se nec pa moll. inertiæque* Lov. 5. *et se nec pa milicie inertiæque* Lov. 4. *ne patr. m inertiæque* Gaertn. Tum conjunc *et* desideratur in Hav.

§ 6 *Hæc virtute militum vestroru hæc Romano nomine*] *Militiæ vest rum* Hav. *militum nostrorum* Lov. 4. Harl. 2. Gaertn. et ed. Rom. 14 Sed Gaertn. legit præterea *hoc Ro nom.*

Famam et ad alia bella et ad cete populos in posterum quærere] L XXIV. 19. 'Fabius omittendam re parvam ac juxta magnis difficile abscedendumque inde censebat, qu res majores instarent. Marcell multa magnis ducibus sicut non a gredienda, ita semel aggressis n dimittenda esse dicendo, quia mag famæ momenta in utramque parte fierent, tenuit, ne incepto abiretu Cæsar Bell. Gall. VI. 1. 'Magni i teresse etiam in reliquum tempus opinionem Galliæ existimans, tant videri Italiæ facultates, ut, si qu esset in bello detrimenti acceptu non modo id brevi tempore sarci sed etiam majoribus adaugeri copi posset.' *J. F. Gron. Famam ad al bella et ad cet. pop.* Harl. 2. Gaertn. Hav. Vide ad II. 44. § 3. *famam alia bella et ad cet. pop.* Flor. Vo ambo, Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Port. *famam et alia bella ad cert pop.* Lov. 1. et Leid. 2. Voces 'ce ti' et 'ceteri' alibi etiam a librari commutari solent. Vide ad XXXI 36. § 4.

§ 7 *An mediocre discrimen opinion secuturum ex hac re putatis*] Code Leid. 1. quem ex exemplari, in qu omnia verba continua serie exarat erant, descriptum fuisse, sed ab i perito librario, qui contextu in voc dispescendo passim turpiter lapsu est supra diximus, ejus rei insign hic exemplum exhibet, dando *An me dio credis crimen opinionis.* Sed *A*

Digitized by Google

med. ad discr. op. habent Voss. 2. *An med. discrimine op.* Hav.

Utrum tandem finitimi populum Romanum esse putent] In scripto codice superadditus est accusativus *eum. Pop. Rom. eum esse putent.* Tu adde. *Rhen.* *Τὸ eum* agnoscunt ex meis Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 1. et Klockian. Verum tres priores alio loco inserunt, hoc modo *fin. pop. Rom. esse eum putent.* Deinde *fin. populi Rom. eum esse putent* edidit Jac. Gronov. Utrum autem ita scribendum existimaverit, an vero ea lectio ex operarum errore nata sit, non habeo quod adfirmem; animus tamen eo inclinat, ut posterius verius existimem, tum quod mutationis hujus ne verbo quidem rationem reddiderit, tum etiam quod ex codd. meis nullus, nisi soli Lov. 1. et 4. eam scripturam præferat. Invenit tamen, qui sequeretur, Clericum; licet is in præfatione glorietur, se Livium ad J. F. Gronovii mentem edidisse. Et posset quidem ferri ea lectio; nam ita 'finitimos populos' memorat Liv. III. 72. 'Scaptione hoc, concionali seni, adsignaturos putarent finitimos populos?' *Romanus* autem, pro *Romani*, etiam alibi apud Livium obcurrit. Vide ad III. 2. § 11. Invitis tamen plerisque Mss. a recepto non recedendum putavi. Priorem itaque lectionem reduxi. Ceterum *finitimum*, pro *finitimi*, dedit aberrans librarius Gaertn. *putant* habet Lov. 4.

Urbs primum illum brevissimi temporis sustinuerit inpetum] *Primum illud* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Harl. 1. Et ita in plerisque edd. antiquis ante Moguntinos. Forte autem id dictum est, quemadmodum 'ultimum illud,' de quo Gronov. egit ad I. 29. § 3. *Primum illico* Lov. 5. Tum vox *temporis* culpa librarii exsulat ab Harl. 2. Deinde *sustinuisset* Port. et Hav. *substinuisset* Harl. 2. *sustulerit impetum sustinuerit* Lov. 4. Mox *inde timeat*, pro *deinde tim.* Lov. 2. Vide ad XXXVI. 24. § 10. *Nihil denique timens* Lov. 5.

§ 8 *An hic sit terror nominis nostri, ut exercitum Romanum*] *An hic sit error* uterque Leid. Alibi frequenter ita variant scripti. Vide ad XXIV. 30. § 6. Eo tamen hic facilius ita librarii peccare potuerunt, quod ultima litera vocis præced. primam seq. interceperit. Vide paullo ante ad hujus cap. § 3. Præterea *nominis vestri* Leid. 1. Vide ad XXXIV. 2. § 2. et mox ad § 13. Tum vox *Romanum*, quam ignorant edd. principes, et demum Aldus adjecit, in omnibus codd. meis constanter superest.

Amovere possit, nec finem ullum alium, quam victoriam, noverit] *Amovere posset* est in Gaertn. Deinde *moverit* in Voss. 2. et Lov. 3. Sæpius hoc modo lapsos esse scribas, olim monui ad Silii XIV. 141. Adde ad VI. 18. § 10.

§ 9 *In obsidendis urbibus necessaria est*] *Est necessaria* Port. Sed *τὸ est* non exstat in Voss. 2. et Lov. 3. ut nec mox in eorum priore *τὸ situ.* Vocabulum etiam *inexpugnabiles* deficit in vetustioribus excusis. Ascensius demum contextui addidit 1513. Paullo ante *in omni genere quidem militiæ* Leid. 2. et Lov. 1. *in omni quidem militia* Lov. 4. Præterea *tū*, pro *tamen*, Lov. 5. Vide ad XXII. 17. § 5.

§ 10 *Quæ nequidquam in Etruria quærunt*] *Nequiquam* Harl. 1. Vide ad XL. 47. § 9. Deinde *in Etruriam quærunt* Leid. 1. Harl. 1. et Klockian. *in Etruriam quærant* Lov. 5. *in Etruria quærant* Harl. 2. *et Etruria quærant* Hav. *in Etruria quierunt* Leid. 2. *in Etruria quiverunt* Lov. 1.

§ 11 *Ut seditionibus primum urbs Romana, deinde velut ex contagione castra impleantur*] Vox *primum* non in contextu, sed a m. sec. tantum in margine Port. exstat. Deinde *vult*, pro *velut*, aliud agens dedit librarius Leid. 2. Ea vox non adparet in Lov. 4. Tandem *impleāt*, id est, *impleant*,

Digitized by Google

habet Hav. Vide plura ejus erroris exempla ad x. 10. § 1. Paullo ante *continge posset*, pro *contingere possit*, Gaertn. Forte olim *conting'e* scriptum fuerat, et librarius ad notam adjectam animum non adtendit.

§ 12 *At, hercule, apud hostes tanta modestia est*] *Ad* perperam Leid. 1. Vide ad III. 17. § 3. Tum *hercle* Lov. 4. et Hav. Vide ad cap. præc. § 12. Codex posterior mox *deindeque regni*, pro *denique regni* obfert. Tum *nominatum*, pro *novatum*, Lov. 1.

Non negata auxilia ab Etruscis irritaverint animos] *Nisi negata aux.* Lov. 2. *non negata consilia* Lov. 4. et Port. Hinc *irritaverunt* Leid. 2. Lov. 4. Harl. 2. et Hav. Et ita ed. Gruteri postrema dedit, quod Dan. Heins. et J. F. Gronov. servarunt. Sed recte Jac. Gronov. *irritaverint* contextui reddidit. Tandem *animos eorum* Harl. 2. Gaertn. et Hav.

§ 13 *Morietur enim extemplo, quicumque erit seditionis auctor*] *Moritur* Hav. Postea *quidquid erit* Gaertn. *quicum erit* Leid. 1. Sed *τὸ erit* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1.

Nec cuiquam dicere ea licebit, quæ apud vos inpune dicuntur] *Ne cuiquam* Leid. 1. et Port. Sed ultimam literam *τοῦ nec* intercepit prima vocis seq. Similiter *ne cessabat*, pro *nec cessabat*, in uno male scriptum erat III. 61. § 13. Alia vide exempla ad XXIII. 8. § 9. Tum *nec quicquam dicere ei licebit* Voss. 2. *ne quicquam dicere ea licebit* Lov. 3. *nec cuiquam ea dicere licebit* Lov. 4. *libit*, pro *licebit*, Hav. Denique *apud nos* Lov. 2. 4. et Gaertn. Vide modo ad § 7.

§ 14 *Fustuarium meretur, qui signa relinquit, aut præsidio decedit*] Hunc locum citans Cælius Antiq. Lect. x. 5. *fustuarium* castigationem fustium virgarumque supplicium interpretatur; tum Polybium ejus meminisse in libro de Tribus Politiis, qui disciplina militari duo imprimis supplicíorum genera fuisse tradit, decimationem et fustuarium. Sed, p Cælii, longe aliud et majus fuit fustuarium supplicium, quam i arbitratur; quippe quod capitale set, mortemque inferret. Quod eodem Polybio est manifestum quod in quodam ejus librorum Fr mento VI. 35. adhuc legitur: quod Re Militari quidam inscribunt, c de neglectis excubiis agit, ac ill per quem crimen commissum supplicio, ad hunc modum: 'Ad cato concilio coram tribuno d causam' (scilicet is, cui commissa vigiliarum tessera): *κἂν καταδικασ ξυλοκοπεῖται. Τὸ δὲ τῆς ξυλοκοπίας τοιοῦτον· λαβὼν ξύλον ὁ χιλίαρχος, το τοῦ κατακριθέντος οἷον ἥψατο μόνον γενομένου, πάντες οἱ τοῦ στρατοπε τύπτοντες τοῖς ξύλοις καὶ τοῖς λί τοὺς μὲν πλείστους ἐν αὐτῇ τῇ στρα πεδίλῃ καταβάλλουσι· τοῖς δ' ἐκπε μένοις, οὐδ' ὃς ὑπάρχει σωτηρία. γάρ; οἷς οὐτ' εἰς τὴν πατρίδα τὴν ἑαυ ἐπανελθεῖν ἔξεστιν· οὔτε τῶν ἀναγκα οὐδεὶς ἐν οἰκίᾳ τολμήσειε δέξασθαι τοιοῦτον. διὸ τελείως οἱ περιπεσόν ἅπαξ τοιαύτῃ συμφορᾷ καταφθείρον* Hoc est: *Et si condemnetur, fuste ditur: id supplicium est hujusmodi. cepto fuste, tribunus vix tantum attin damnatum, quod ubi factum est, omn qui in castris sunt, cædentes fusti lapidibusque plerosque in ipsis cast conficiunt. At si qui evaserint, nec quidem servari possunt. Etenim quon pacto? quibus neque in patriam red licet, neque aliquis ex necessariis d eum recipere auderet? ob hoc fundi perierunt, qui in talem inciderunt cala tatem.* Idem quoque hoc suppli multari ait, 'qui furtum in cast fecerunt, aut falsum dixerunt tes monium, aut qui juvenibus ab fuerunt, aut ter ob idem delict puniti sunt.' Ex quibus, ni fall liquet, acerbius id fuisse suppli genus, quam opinatus est Cæli Quibus succinunt auctoris belli H paniensis (quem rudem et incult

Digitized by Google

quendam militem fuisse apparet, qui ei gerendo interfuit) verba c. 27. ' Miles, qui fratrem suum in castris jugulasset, intercepta est a nostris, et fuste percussa.' Non enim fratris interfectori levis pœna erat irroganda, sed ultimum supplicium, et summa militaris pœnæ acerbitas, sicut hoc fustis supplicium erat. Haud absimile huic, quo ' per infestas hastas ' graviter delinquentes milites ' discurrere,' et mori cogantur. At ob levia delicta plures erant animadversiones militares, inter quas erat et ' vitis supplicium.' Non enim milites virgis verberabantur, (ut supplicio ignobili,) sed vitibus; idque a centurionibus, qui ob id vitem gestabant: quod ipsum C. Taciti auctoritate fit manifestum in primo historiæ Augustæ libro c. 23. sic scribentis, cum seditionem militum Pannoniensium enarrat: ' Et centurio Lucillius interficitur, cui militaribus facetiis vocabulum, ' cedo alteram,' indiderant; quia, fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rursus aliam, poscebat:' quod ipsum copiose prosequitur Guilielmus Budæus in posterioribus annotationibus in Pandectas. Ceterum levius apud jurisconsultos ' fustis supplicium ' fuisse, quod admonitionem solum, seu castigationem, vocant, omnibus notum est, imo levius ' flagellorum pœna,' ut habet lex 10. ' in servorum. π. de pœnis:' ideoque de iis amplius aliquid addere supersedemus. *J. N. Loensis* Miscell. Epiph. I. 19. *Fustuarium* pœna fuit militaris, qua milites, qui deliquerant, fuste feriebantur. Hujus rei fidem faciet Polybius VI. 35. Ea animadversio fiebat, tribuno militem fuste cædente, ac mox reliquis militibus fustibus et lapidibus noxium petentibus. *Turneb.* Advers. XXVIII. 34. Adde viros doctos ad Vell. Pat. I. 78. Lipsium de Milit. Rom. V. 18. et Sichterm. de Pœn. Milit. Romon. c. 2. c. 3. et c. 4. Ceterum *signa reliquit* est in Leid. 2. Mox *ac deserendi*, pro *et deserendi*, Voss. 2. *castra et defendendi* Lov. 4. Tum *in concionem audiuntur* Port. *in concione auditione audiuntur* Voss. 2.

§ 15 *Adeo quidquid tribunus plebei loquitur*] *Audeo quicquam tribunus* Leid. 2. *plebei* dedit Clericus, invitis omnibus editis et scriptis. Priores excusi præferunt *tribunus plebis*; quomodo est in Flor. Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. Harl. 2. et Hav. Gronov. a. 1665. recepit *tribunus plebi*. Et ita præferunt Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. Port. Gaerta. et Klockian. Ex quibus Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. etiam ordinem vocabulorum mutant hoc modo, *tribunus loquitur plebi*. Male: *plebi* enim non casus tertius, sed secundus, est. Vide ad II. 42. § 6.

Dissolvendæque reipublicæ est, adsuescitis audire] Scribe *assuetis*. Sed quia in exemplari vetusto scriptum fuit *qui audire*, cogitandum an legi debeat *assuetis æqui audire*. Rhenan. [Vid. Lectt. Varr.] Hoc quoque a Sigonii ingenio. Vett. libri plerique, *assuetis qui audire et dulcedine*. Neque difficillimum verum suspicione assequi. Certe enim Livius scripsit *assuetis, Quirites, audire: et dulcedine*. Gulielmius, Quæst. Plaut. in Bacchid. c. 2. Ms. *adsuetus q*^{i} *audire*. Est autem τὸ q^{i}, *Quirites*, ut infra in oratione Licinii hoc lib. c. 18. § 3. et in precatione Camilli c. 21. § 15. liber Celon. *assuescitis quidem audire*. Klock. Rhenanus infert legendum *assuetis æqui audire*. Sigonius vero, quia in suo reperit *quippe*, ut et habet Pal. 2. exinde, ait, se intellexisse legendum esse *assuetis audire: quippe dulcedine potestatis ejus capti*. Pall. 1. ac 3. et Campani ed. *assuetis quidem audire*. Sed Gulielm. quoniam vett. libri *assuetis qui audire*, certo affirmat Livium scripsisse *assuetis, Quirites, audire*. Ceterum similis est locus III. 52. ' Ne nunc dulcedine capti ferant

Digitized by Google

desiderium.' *Gebh.* *Assuetus* Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. et in margine Voss. 1. Reliqui omnes mei et cum iis Hearnii Oxon. N. et B. *assuestis.* Vide ad IV. 45. § 4. Post eam vocem inseritur *τὸ qui* in Voss. 1. Leid. utroque, Harl. 1. et Port. a m. pr. pro quo postea in eo interpolatum est a m. sec. *quippe.* Et ita legunt Hearnii Oxon. N. Hav. et Harl. 2. quorum posterior tamen postponit post verbum *audire;* et expungit *τὸ et* plane quemadmodum Sigonius scribebat. *Qui* interponitur etiam post *adsuestis* in Lov. 1. et 5. sed illi ignorant vocem seq. *æqui,* quæ nihilominus etiam deest in Lov. 2. et 4. *assuestis quidem* habent Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et ap. Hearnium Oxon. B. quomodo etiam Aldus in contextu expressit, qui tamen in erratis pristinam lectionem prætulit. Ego vero Rhenani conjecturam *adsuestis æqui audire* præferendam puto: *Æqui,* id est, faventes, probantes. Vide quæ notavi ad Silii III. 2. Præterea *τὸ est* deficit in Port. a m. pr.

Et dulcedine potestatis ejus capti quælibet sub ea scelera latere sinitis] Locus tam in Mss. quam in editis antiquis corruptus. Pal. 1. *et dul. potestat. ejus capti, quæ jubet si ea scelera latere finitis.* Pal. 2. *quæ jubet, sub ea scelera latere sinitis.* Et ita fere Pal. 3. Forte fuit, *quæ lubet, sub ea scelera latere sinitis.* Eo modo legendum docui apud Propert. Eleg. II. 6. 26. 'Si cuivis nuptæ, quod libet, esse licet.' Ex illo Ciceronis pro Quinctio: 'Si poterit, quod libet; et sic libebit, quod non licet.' Et ex illo Paterculi II. 100. 'Quicquid liberet, pro licito judicans.' Andreas vero edidit *quenlibet sub ea scelera latere sinitis.* Gebh. *Τὸ et* deest non modo in Harl. 2. qui ejus loco, ut modo dictum est, *quippe* præfert, verum etiam in Hav. Deinde *dulc. ejus capti potestat.* Voss. 1. *dulc. ejus capi potestat.* Leid. 2. et Lov. 3. *dulc. ejus potestat. capti* Hav. *dulc. pot. ejus capere jubet? si ea scelera la nitis* Lov. 2. *dulc. potestat. ejus jubet, sed si ea scelera latere sinit* 4. a quo non differt lectio quæ Lov. 5. nisi quod *late* legat, pro Denique *quenlibet sub ea sceler sinitis* edd. Rom. a. 1472. et *quæ jubet sub ea scelere* Leid. 1 *jubet sub ea scelera* Leid. 2. Vos bo, Lov. 1. Harl. ambo, Klock Hav. pro quo, similiter ac G dus, *quæ lubet* scribendum exist Vide quæ olim monui ad Sili IV. 747.

§ 16 *Quæ hic vociferantur, ea castris agant*] *Quæ hic vocifera eadem in castris agant* Gaertn. terea *in castra* prisci excusi. M ercitusque corrumpant, pro *et ex corr.* Port. Tum *parare,* pro Leid. 1.

§ 17 *Non senatum, non magist non leges*] Ita non modo vetusta præferunt, verum etiam omnes bus usus sum, codd. scripti. leenses manifesto operarum err 1539. *senatus* vulgarunt; quæ diutissime a recentioribus servat Quamvis enim subinde Vascos Gryphius a. 1548. et Sigonius in edd. *senatum* reposuerint; nem men ad hæc tempora usque illis cultavit, nisi Jac. Gronovius, e ejus lectionem expressit, J. Cler Id vero mirum est, Hearnium ignorasse, Sigonium *senatum* edic et tamen lectionem ejus non pisse; quum, si animum adtendi aliter legi non posse facile de hendisset. In fine *non disciplin teri militiæ* perperam est in Ga et Lov. 3. ac 5.

CAP. VII. § 1 *Par jam etia concionibus erat Appius tribunus pl Jam et in conc.* Voss. 2. Lov. 2. Harl. 2. quæ voces sæpe commu solent. Vide ad XXII. 47. § 9. ut que illam servans *jam et etiam in cionibus* habet Hav. Contra ea neutra est in Voss. 1. Leid. 2. et

Digitized by Google

1. 4. 5. Præterea *Appius tribunus plebis* perperam legunt Leid. 1. et Port.

Accepta calamitas apud Veios et superiorem Appium in caussa] *Accepta cal. ad Veios* Port. ut II. 31. 'Dum ad Antium hæc geruntur.' Et alibi sæpissime. Utrumque Latine dici, monuit Corte ad Sall. Jug. c. 20. § 1. Reliquorum itaque consensus efficit, ut vulgatum *apud Veios* genuinum putem. Deinde *Appium in eam* Hav. Scriptum per compendium fuerat *in vā*, id est, *in caussa:* id non adsecutus librarius indoctus in hunc errorem præcipitavit; quod et alibi factum est. Vide ad XXXVIII. 58. § 11.

Et concordiam ordinum majorem, ardoremque ad obsidendos pertinacius Veios fecit] Pall. 1. et 3. *majoremque ard. ad obs.* At Pal. 2. *et concordia ordinum majoremque ardorem ad obsid. p. V. f.* Campanus autem, *et concordia ordinum majorem ardorem, &c.* Cur improbem vulgatam, quis codex mihi imponat? *Gelh.* Voss. alter, et Pall. omnes, *majoremque ardorem.* Muretus e v. l. *concordia ordinum majorem ardorem.* VII. 27. 'Quum et foris pax, et domi concordia ordinum otium esset.' *J. F. Gron. Et concordiam ordinum majoremque ardorem,* præter Voss. 1. a Gronovio laudatum, etiam Lov. 3, Gaertn. et Hearnii Oxon. N. *et conc. ord. maj. ardorem ad obsid.* Harl. 2. et Leid. 1. *et conc. maj. ardoremque,* omissa voce *ordinum,* Leid. 2. et Lov. 1. At supra est IV. 60. 'Communis ordinum lætitiæ concordiæque soli expertes.' *Et concordia ord. maj. ad obsid.* Hav. *et concordia ord. maj. ard. ad obsid.* Port. Lov. 2. 4. 5. et, ut Hearne observat, Oxon. C. *et concordia ord. maj. ardoremque* Flor. Caussam non video, cur a scriptura recepta discedatur.

§ 2 *Vineæque tantum non jam injunctæ mœnibus essent*] *Tantum non inj. jam* Leid. 2. et Lov. 1. *tantum non etiam inj.* Voss. 2. et Lov. 3. Male. *Tantum non jam,* ut XXXIV. 40. 'Nunciis aliis prope super alios adferentibus, tantum non jam captam Lacedæmonem esse.' XXXVII. 29. 'Non posse æquare ordinem Romanos, et tantum non jam circumveniri a dextro cornu.' *Jam* et *etiam* alibi quoque commutantur. Vide hoc lib. c. 18. § 11. VI. 39. § 10. et alibi. *Tantum non jam junctæ* Lov. 2. ubi prima syllaba *tov̄ injuncta* intercepta est ab ultima litera vocis præced. Vide ad V. 27. § 6. Sed verbum 'injungere' in hac re proprium est. Vide ad IV. 9. § 14. *Tantum non jam invectæ* Gaertn. *tantum non jam invinctæ* duo Pall. teste Gebhardo ad Liv. IV. 9. § 14. Similitudo ductuum in literis *ui* et *in* caussa est, ut 'junctus,' 'vinctus,' et 'injunctus,' 'invinctus' sæpe in scriptis commutentur. Vide Burmann. ad Rutil. Itiner. I. 489. viros doctos ad Valer. Max. II. 9. ex. 6. ad III. 3. in princ. et quæ olim notavi ad Silii VIII. 487. Ita apud Colum. VI. 27. ubi vulgo editur: 'Paullisper ad molam vinctus, amoris sævitiam labore temperat:' cod. Sangerman. præfert *ad molam junctus:* quod etiam verius esse videtur. Verbum *essent* non adparet in Leid. 2. Mox *interdum fiunt* Flor. a m. sec. et Gaertn. Deinde *intentisque nocte custodiuntur,* contra mentem Livii, Harl. 2. Paullo ante etiam *Namque quum agger* Hav.

§ 3 *Simul aggerem ac vineas, &c. incendium hausit*] Vox *simul,* quam servant omnes scripti, ab edd. Aldina prioribus aberat. Deinde *aggerem et vineas* Hav. *aggerem ac muros* Lov. 4. Nihil mutandum. 'Agger' et 'vineæ' junguntur etiam XXXVII. 26. 'Utrimque vineas et aggerem muro injunxit:' ut et sæpissime apud Cæs. ita Bell. Gall. II. 12. et 30. VII. 17. et 58. et alibi. Ex tali autem materia vineæ construebantur, quæ igne incendi poterat. Sall. Jug. c. 92. 'Vineæ cum ingenti periculo frustra agebantur. Nam cum eæ paullum processerant, igni aut lapidibus cor-

Digitized by Google

rumpebantur.' c. 94. 'Sæpe antea vineis Romanorum subvorsis aut incensis.' Tum *incendium arsit* Voss. 1. quod ex interpretatione margini adscripta in contextum inrepsit. Similiter Silius, qui Livium imitari amat, XIV. 476. 'Progeniem hauserunt et nomen amabile flammæ.' Tacit. qui ita sæpius locutus est, Ann. III. 72. 'Pompeii theatrum, igne fortuito haustum, Cæsar exstructurum pollicitus est.' Histor. IV. 60. 'Cunctosque, qui prœlio superfuerant, incendium hausit:' et alibi. Curtius IV. 3. 'Quum ii, qui in turribus erant, partim hauvirentur incendio.'

Multique ibi mortales .... absumti sunt] *Multique ipsi mortales* Hav. Sed ridicule *multique imortales* Port. Tò *ibi* deficit in Lov. 5. Deinde *opes ferentes* Voss. 2. Præterea *igneque* edd. Rom. 1472. et Parm. invitis scriptis. Vide ad IV. 9. § 8. Tandem *assumti sunt* Lov. 1. 3. 5. Port. Hav. et quædam ex vetustis edd. pro quo Ascens. recte 1513. *absumti sunt* restituit. Vide ad II. 42. § 4.

§ 4 *Quod ubi Romam est nunciatum*] *Romæ* Gaertn. et edd. principes. Ejus loco *Romam* postea recepit Aldus, quod recte reliqui servant codd. Vide quæ notantur ad XXV. 22. § 1. Deinde *nunciatum est* Harl. 2.

Metumque injecit, ne tum vero sustineri, &c. posset] *Ne tum non sustineri* Lov. 2. 4. et Gaertn. Mox *ne in castris*, pro *nec in cas.* Leid. 1. *seditiove in castris* Port. Tum *fuit*, pro *posset*, Lov. 3. Postea *a se victæ reipublicæ* Gaertn. *ab se victæ rep.* Leid. 1.

§ 5 *Quum repente, quibus census equester erat, equi publici non erant adsignati*] *Tum repente, quibus census* Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Quum repente illi, quibus census*, addita voce, Port. in marg. Tum *equester erat, et qui publici* Hav. *publice* nonnullæ vett. edd. pro quo Aldus recepit *publici*, ut in omnibus meis superest. Ita autem legendum esse, inde patet, quod mox *equis publicis* nantur *equi sui*.

Consilio prius inter sese habito tum adeunt] *Concilio* Voss. ute Leid. uterque, Lov. 3. Port. et I ian. Vide ad IV. 6. § 6. *com ter prius habito* Hav. *consilio pri habito* Gaertn. *intra sese habito* 2. Vide hoc lib. ad c. 27. § 3. *se*, pro *inter sese*, Leid. 2. Lov. 1 5. et Port. Deinde *senatum* Hav. Mox *facta dicendi*, pro *fa dis*. Lov. 5.

§ 6 *Gratiæ ab senatu actæ* A *senatu* Voss. 1. Leid. 2. et Ga Tum *actæ* deficit in Lov. 3. Mo tem *ac urbem*, pro *atque urbem*, I

§ 7 *Pedestris ordinis se, aiunt, esse, operumque reipublicæ extra ord polliceri*] Cur, quæso, necesse h erunt dicere, se esse pedestris mis, et quidem *nunc*, quod nemo torum atque adeo civium ignora Puto Livium scripsisse, *ped. ord aiunt, nunc esse operum reip. extra poll.* quia scilicet equester ordo promiserat senatui, equis se suis pendia facturum. G. *Cuperus*. H emendationem veram esse puto. 'destrem ordinem' fortassis hoc loco dixit Livius, pro hominibus plebe, qui eo loco, statu, et con one sunt, ut pedibus stipendia fac deberent, equis militare non poss quia non erant census equestri. N eum si habuissent, utique in ordi equestrem legi, et equis milit quamquam plebeii, potuisseut: constat ex iis quæ de Sp. Mælio 13. et 15. et de Sex. Tempanio tribus aliis, qui eum eo tribuni bis facti sunt, IV. 38. et 42. scr Livius. 'Ordo' hac significati sæpe dicitur. Ter. Eun. IV. 2. 'Quemdam mei loco hinc atque dinis.' Cic. Or. Catil. IV. 7. 'Om adsunt omnium ordinum homi *Duk. Pedestris ordinis se esse aiunt, operam reip.* Port. quod ferri pos

Digitized by Google

si parva mutatione legatur *esse, aiuntque operam reip.* *Τὸ que* non est in Lov. 4. Gaertn. et Hav. quemadmodum etiam voces *extra ordinem polliceri* deficiunt in Leid. 2. Sed mox habes similiter: 'Placere autem, omnibus his voluntariam extra ordinem professis militiam æra procedere.' Mox *ducere vellit*, pro *duc. velint*, Gaertn. quasi id requirat præcedens *reipublicæ*.

Negant, se inde prius, ... redituros esse] *Se jure prius* Gaertn. *se in prius* Harl. 2. quæ scriptura ex compendio *iñ*, pro *inde*, promanavit. Vide ad X. 20. § 6. Mox *τὸ esse* exsulat ab edd. vetustioribus. Primus Aldus adjecit, accinentibus codd. quibus utor, manu exaratis.

§ 9 *Neque aut in curiam vocati*] *Atque neque ut in cur. voc.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Voce manibusque significare publicam lætitiam] *Voce manibus signif. ἀσυθέτως* Leid. 2. Paullo ante *ex superiori loco* Leid. 2. et Voss. 1.

§ 10 *Beatam urbem Romanam et invictam et æternam illa concordia*] *Beatamque urbem Rom.* Lov. 4. *Beatam urbem Romam* Harl. 2. et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX. Deinde *et æternam. Nam illa concordia dicere* Gaertn. Vocula *nam* perperam repetita est ex vocis præced. syllaba finali.

Laudare equites, laudare plebem, diem ipsum laudibus ferre] Prius *laudare* non comparet in Leid. 2. neglectum culpa librarii. Tum *diem ipsum* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Mox etiam *victam ipsam fateri*, pro *victam esse fateri*, Port. et Lov. 2.

§ 11 *Patribus plebique manare gaudio lacrimæ*] *Manare gaudio lacrima* Leid. 1. *manare gaudio lacrimas* Lov. 4. et 5. Tum *senatusconsulto factum*, omisso *τῷ est*, Lov. 4.

§ 12 *Omnibus his voluntariam extra ordinem professis militiam æra procedere*] *In omnibus* Flor. et Harl. 2. Sed *τὸ in* natum ex ultima litera vocis præced. Vide ad XXXVII. 11. § 4. Locutionem 'omnibus his æra procedere' illustrat Gronovius ad v. 48. § 6. Adde quæ viri docti, et in primis Burmannus, notarunt ad Nason. Epist. Her. IX. 109. Deinde *voluntatem ext. ord. prof. mil.* Voss. 2. Si plurium codicum vestigia eo ducerent, videri posset scribendum *voluntate*, id est, sponte; ut hoc lib. c. 17. 'Periculis consanguineorum id dari, ut, si qui juventutis suæ voluntate ad id bellum eant, non impediant:' ita enim, pro *voluntarii*, restituit Gronov. Plura ibi videri possunt. Reliquis tamen invitis nihil muto. Supra I. 59. 'Ferocissimus quisque juvenum cum armis voluntarius adest.' Deinde *æræ procedere* Harl. 1. Paullo ante *memoremque*, addita particula connectente, Lov. 4.

Et equis certus numerus æris est adsignatus] Veteres libri *equiti*. Sigon. Pall. 1. 2. et edd. priscæ *et equiti*. Sed Pal. 3. *et equitiis certus numerus*. Gebh. Eamdem lectionem probat etiam Eryc. Puteanus de Stipend. Milit. c. 5. Nec aliter est in omnibus meis et Hearnii Oxon. libris. Consentiunt autem edd. vetustæ usque ad Basileensem a. 1539. quæ prima *equis* vulgavit. Accipio autem hæc verba non de stipendio equiti adsignato, ut Donjatius aliique fecerunt, (eo enim demum pertinent verba sequentia, 'Tum primum equis merere equites cœpere,') sed de numero annorum definito, quos militare equites debebant. *Numerus æris*, ut modo 'extra ordinem professis militiam æra procedere.' Verum ut ut capias, *equis* certe defendi nequit. Non enim nunc demum certa pecuniæ summa ad alendos equos equitibus adsignata est, sed id jam factum fuit tempore regis Ser. Tullii, ut Liv. refert I. 43. 'Ad equos emendos dena millia æris ex publico data; et, quibus equos alerent, viduæ adtributæ, quæ bina

Digitized by Google

millia æris in annos singulos penderent.' Insuper *num. est æris assign.* Gaertn.

§ 13 *Tum primum equis merere equites cœperunt*] Epitome: 'Equites tum primum equis suis merere cœperunt.' Non tamen hinc Livio inserendum τὸ *suis*: qui subtilius ante negat equites.' equo meruisse,' id est, accepisse stipendium militiæ caussa, ut nec pedites accipiebant. Equum liberalitate reipublicæ habebant, atque alebant, sed eo gratis militabant: equum publicum habebant, sed non stipendium militiæ: id nunc, ut et pediti, adjectum. Livius proprie designat, qui equestris essent ordinis: et sub illis comprehendit alios qui suo equo merebant, ac tantummodo militiæ anno accipiebant et sumtum alendi equum, et stipendium. Auctor Epitomes appellat, quibus non erat assignatus publicus equus, et sub illis dat intelligendum, quid etiam contigerit illis qui equum publicum habebant. Livius ait, tum primum 'equis equites,' puta et illos qui publicum haberent, et qui suo militabant, 'meruisse,' id est, stipendium accepisse. Florus 'equis suis meruisse,' id est, stipendio accepto, militasse qui suum haberent. *J. F. Gron.* Hunc locum non eodem modo acceperunt Lipsius, Puteanus, et Salmasius, quorum sententias recenset et improbat Schelius Dissert. ad Polyb. l. IV. ubi et ex Epitoma legendum putat *equis suis*, probante Græv. in Proleg. ad Antiq. Rom. tom. I. Sigonius de Ant. Jur. Civ. Rom. II. c. 2. hoc loco Livii nixus, statuit alios fuisse equites equo publico, qui in Urbe senatoribus, alios equo privato, qui in acie peditibus opponerentur; nec hos, sed tantum illos equestris ordinis fuisse. Manut. quoque ad nonam epistolam Cœlii ad Cicer. (Epist. Cic. lib. VIII.) distinguit equites Romanos equo publico ab equitibus equo privato, et hos non fuisse equestris ordinis dicit. Et Lipsius de Mi Rom. I. 5. scribit, duplex corpus eq tum fuisse, alios equo publico, vet tissimos, et proprie ac solos equi olim dictos, alios sine eo. Adver hanc sententiam multa disputat Gr vius d. l. quæ ibi legi possunt. In quæ Sigonius de origine utrorumq equitum tradit, quædam sunt val dubia. Græv. multum juvat, qu nusquam mentio est equitum equo p vato. Sed quum tam vehementer c pugnat Sigonium, non videtur c buisse in Livio recipere conjectur Schelii *equis suis*. Nam quid inte est inter eos qui equis suis, et e qui equis privatis merent? Præter si Livius scripsit, *tum primum eq suis merere equites cœperunt*, ver *tum primum* indicant, 'deinde iden 'initio hinc orto,' in usu mansis Et leguntur quædam in Livio, e qu bus si non appellationem, tamen re fuisse, quodammodo colligi possi Vide XXI. 59. XXIV. 18. et XXVII. 1 *Duk.* Plura vide apud Gronov. Pecun. Vet. III. 2. p. 124. Ceteru *Tum primum equos* Klockian. et Lei 1. quorum posterior tamen *equus* i ter versus adscriptum habet. Plar mira et sine dubio interpolata e lectio, quam inveni in Flor. *Tum h primum equos sumerere equites cæp runt*, pro quo deinde emendatu est *sumere*: similiter quæ in Leid. exstat *Tum primum equites emere equ cœperunt*: ut et in Lov. 5. *Tum pr mum equos emere equites cœperun* Proxime accedit Lov. 2. *equos me reri equites cœperunt*. At *Tum pri mum equites merere equos cœperunt* ha bet Lov. 1. a m. pr. postea enim ul timæ literæ vocis *equos* subjecta es nota, qua eam delendam esse libra rius indicavit. Verba autem *æris es adsignatus. Tum primum equis* desun in Hav.

Non amissa modo restituit opera] *Ad missa* Hav. solito errore. Vide ad IV 12. § 11. Paullo ante *voluntariis*, pr

Digitized by Google

voluntarius, est in Gaertn. quasi distinguendum esset, *equis merere equites cœperunt voluntariis. Exercitus ductus Veios.* Inepte. Supra I. 59. 'Ferocissimus quisque juvenum cum armis voluntarius adest:' ubi simillimo errore unus codex habebat *cum armis voluntariis adest.*

CAP. VIII. § 1 *C. Servilium Halam tertium*] *Ahalam*, ut dixi. *Sigon.* Ita etiam omnes mei, nisi quod *C. Servilium Halam tertio* sit in Harl. 2. Port. et Hav. et *Halam* habeant etiam Lov. 4. et 5. Vide ad Epit. lib. IV. Male *Claudium Servilium Halam* excusi ante Moguntinos. Deinde *tertium*, *Q. Servilium* deficiunt in Lov. 5.

Q. Servilium, P. Virginium] *Q. Serv. Fidenatem* legendum puto, ut postea aliquoties legitur. Fuit autem filius Q. Servilii dictatoris, cui alii Structo, alii Prisco cognomen fuisse tradiderunt, ut præcedenti patet libro c. 46. Item *Q. Sulpicium Camerinum*, ut a. CCCLVII. legitur hoc lib. c. 14. ita hic quoque existimo legendum. Hunc quoque *Manlium*, (alii *Manilium* vocant,) et *Sergium Fidenatem* tertio hinc anno ipse Livius vocavit: nisi quis hoc loco ab auctore consulto omissa cognomina putet, quod ego non existimo, præsertim ubi magistratus creantur. *Glar.* Veteres libri aliquot habent *P. L. Virginium.* Diodorus l. XIV. p. 416. Λεύκιον Οὐεργίνιον. Ex quo *L. Virginium* puto legendum, præsertim vero, cum nusquam alias *Publii* prænomen in *Virginia* gente reperiatur; *Lucii* autem frequentissime. Accedit quod sequenti anno inquit Livius c. 11. 'Fortunasque L. Virginii ac M'. Sergii sit exsecratus;' cum de hoc loquatur. *Sigon. Q. Fulvium* Lov. 4. *T. Servilium* Flor. Deinde *P. Virginium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. B. et N. *P. Vir.* Voss. 2. *P. V'ginium* Lov. 1. *P. Verginium* Lov. 3. et Flor. *P. Verginium Manilium* Gaertn. *Pl. Vergilium* Leid. 1. et Lov. 2. *Pl. Virginium* Harl. 1. *P. L. Virginium* Hearnii Oxon. L. 2.. Cujus codex C. prænomen omisit. Ceterum quod Glareanus tribus tribunis consularibus Servilio *Fidenatis*, Sulpicio *Camerini*, et Sergio *Fidenatis* cognomina addenda censeat, eaque a Livio omissa non putet, præsertim ubi magistratus creantur, aperte fallitur, quum vel centum exemplis contrarium doceri possit. Certe hoc loco etiam Virginius et Manlius sine cognominibus memorantur, de quibus Glareanus nihil addit; quum tamen, Manlium 'Vulsi Capitolini' cognomina habuisse, ex Fastis Capitolinis pateat.

Q. Sulpicium, A. Manlium iterum] *Q. Supplicium* Harl. 2. et Port. quomodo librarios sæpius lapsos esse, vidimus ad III. 10. § 5. Voces *Q. Sulpicium, A.* desunt in Leid. 1. Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Harl. 1. et Gaertn. Pro *A.* est *M.* in Hav. et *Manilium*, pro *Manlium*, in Flor. Voss. utroque, Leid. 1. Lov. quinque, Gaertn. et Hav. Vide ad XXXIV. 53. § 2. *Maulium* in Harl. 2. Ejus prior tribunatus memoratur IV. 61. § 1. ubi in prænomen *Aulus* consentiunt scripti, in nomine vero etiam variant.

Manium Sergium iterum] *Marcum Servium Sulpitium iterum* Voss. 2. et Lov. 3. *M. Servium Sulpicium iterum* Lov. 2. et Leid. 1. *M. Sergium Sulpicium iterum* Lov. 4. *Marcum Sergium Sulpicium iterum* Harl. 1. et Lov. 1. *Marcum Sergium iterum* Leid. 2. *M. Sergium iterum* Lov. 5. Port. et Hav. Sed, *M'.* sive *Manium Sergium* dictum esse, constat ex Fastis Capitolinis, in quibus vocatur M'. SERGIVS. L. F. L. N. FIDENAS. Indocti librarii sæpe *Marcus*, pro *Manius*, et *M.* pro *M'.* scripserunt. Vide ad XXVII. 25. § 2.

§ 2 *Neglectum Anxuri præsidium vagationibus militum*] Non contemnendum erratum hic est. Legendum *vacationibus militum:* hoc est, immunita-

Digitized by Google

tibus. Obtinuerant enim a duce suo, dato scilicet commeatu, ut abesse possent. Hoc verbo etiam alias Livius utitur, ut VII. 28. 'Et cum, quod per magnos tumultus fieri solitum erat, justitio indicto delectus sine vacationibus habitus esset.' *Rhen. Vagationibus*, quod recte Rhenano displicuit, primum vidi in ed. Mogunt. quum reliquæ vetustiores recte habuerint *vacationibus*. Neque dissentiunt codd. nostri, nisi quod *vocationibus* sit in Klockian. Lov. 5. et Hav. *vacatoribus* in Lov. 4. *vagationibus* in Harl. 2. Port. et Gaertn. 'Vocare' et 'vacare' alibi commutantur. Ita I. 59. § 2. IV. 26. § 12. VII. 28. § 3. VIII. 30. § 4. et alibi. Vide quæ notavi ad Silii X. 112. Eodem modo etiam 'vocatio' et 'vacatio.' Vide ad VIII. 20. § 3. Quemadmodum autem hic 'vacatio' et 'vagatio,' ita etiam 'vagus' et 'vacuus' confunduntur. Vide ad XXVII. 16. § 4. Errori caussam dedit similitudo ductuum literarum *C* et *G*; de qua re vide ad II. 12. § 15. Frequenter autem voce 'vacatio' hoc sensu usus est Cic. Ita l. IV. in Verr. c. 10. 'Vacatio data est ab isto sumtus, laboris, militiæ.' Orat. V. Philipp. c. 12. 'Saga sumi dico oportere, delectum haberi, sublatis vacationibus, in urbe, et in Italia, præterea Gallia tota.' c. 19. 'Senatui placere, his liberisque eorum militiæ vacationem esse.' Justin. XXXVII. 4. 'Hieme deinde adpetente, non in convivio, sed in campo; non in vacationibus, sed in exercitationibus; nec inter sodales, sed inter æquales, aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat.' Etiam Livius noster. Ita VIII. 20. 'Mamercinus scribere exercitum sine ulla vacationis venia.' XXIII. 20. 'Duplex stipendium et quinquennii militiæ vacationem decrevit.' XXVII. 38. 'Sacrosanctam vacationem habere dicebantur.' Et sæpius eodem cap. lib. XXXVI. cap. 3. 'Decrevit, vacationem rei navalis his colonis r esse.' Et mox, 'Cum prætore vacatione certaverunt.' XLII. 34. ' mihi nec stipendia omnia emer essent, nec dum ætas vacationem ret.' Et ita 'vacantes' IV. 26. 'C nitio vacantium militiæ munere p bellum differtur.' Insuper *neglect est Anx. præs.* ed. Parm. Male. (hæret enim sequentibus *neglect Anx. præs. obpressum est*: ubi ill ipsum *est* exstat. *Neglectum Anx præs.* Flor. Harl. 1. et Klockian. de ad IV. 59. § 3. *neglectum Terrac præs.* Harl. 2. quod ex margine contextum receptum est, ubi o quidam adnotasse videtur 'Anx eam urbem esse, quæ postea 'T racinæ' dicta est, respiciens ad cum Livii IV. 59. 'Anxur fuit, q nunc Tarracinæ sunt.' Certe codd. utramque lectionem junxeru Nam *neglectum Terrecinæ Anxuri pr* præferunt Lov. 3. et Voss. 2. *neg tum Terracinæ Anxuri præs.* Lov. et Port. *neglectum Taracinæ Aux præs.* Hav. *neglectum Fracene Anx præs.* Lov. 5. Alibi sæpe libra glossemata simul cum vera lecti reddidisse, variis exemplis adl dictum est ad III. 44. § 4. Pa ante *omnium cura*, trajectis vocib habet Hav. *circa omnium* Lov. 5. T *in Veis bellum*, pro *in Veiens bel.* L 2. *in veniens bellum* Flor. a m. Vide ad IV. 52. § 7.

Proditis repente portarum custodi obpressum est] Non capio hos cu des *repente proditos*. Utrum τὸ *pente* conjungendum cum illis *obp sum est?* an mavis *obpressis rep port. custod. proditum est?* Puta l tibus Volscis. Ut l. 4. D. ad leg. Majest. 'Cujusve dolo malo exe tus populi Romani in insidias ded tus hostibusve proditus erit.' *J. Gron.* Donjatius non vidit ration qua permotus locum conjectura t tavit Gronovius. Dicit enim, qu *præsidii* nomine intelligantur præsi

Digitized by Google

arii, se non videre cur præsidio magis conveniat *proditum* esse, quam *oppressum*. Verum non ea locum emendandi caussa Gronovio fait; sed quia τὸ *repente* cum remotiori *oppressum* construi durius putabat; cum proximo autem *proditis* vix posse. Ant. Perissonius ad marginem Livii adscripserat potius sibi videri, ut *repente* referatur ad τὸ *oppressum est*, quam ut aliquid mutetur, adjecto etiam loco Livii ex hoc lib. cap. 12. 'Seditio intestina majore mole coorta, quam bella tractabantur:' ubi *majore mole* non referendum putat ad proximum *coorta*, sed ad remotius *tractabantur*. Insuper *oppressum est in domum* duabus vocibus auctior Klockian.

§ 3 *Minus militum periit*] *Perit* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. et Gaertn. Ita interdum peccatur in libris manu exaratis. Supra II. 40. § 10. c. 50. § 11. Vide Burm. ad Suet. Aug. cap. 10. Alia similia exempla vide ad XXXVI. 20. § 3. Mox τὸ *omnes*, quod in antiquioribus impressis deficit, primus recepit Aldus. Et superest etiam in codd. manu exaratis.

§ 4 *Nam et duces Romani plus inter se irarum*] *Vani et duces* Lov. 5. Sed prima vox non comparet in Leid. 1. qui etiam *iratum*, pro *irarum*, præfert. Paullo aute *melius gesta res est*, addita ultima voce, Lov. 3.

Adventu repentino Capenatium et Faliscorum] In exemplari vetusto est *Capen. atque Falisc.* Rhen. *Ac Faliscorum* unus Lov. 4. sed *atque Falisc.* est in reliquis omnibus meis. Et ita jam ante Rhenanum ediderant Aldus, Colonienses 1525. Cervicornus, et Ascensius 1530. Præterea *Capenatum* Lov. 4. et 5. Sed vide hoc lib. ad c. 15. § 11.

§ 5 *Bello quoque Romano se proximos fore credentes*] *Belloque Romano proximos fore* Hav. Vide ad v. 27. § 1. Paullo ante *proxima regione*, pro *proximi reg.* ed. Parm. invitis reliquis edd. et omnibus Mss.

§ 6 *Propria etiam causa infesti, quod Fidenati bello se jam antea inmiscuissent*] *Etiam propria causa* Harl. 2. Port. et Hav. *etiam proxima causa* Lov. 5. 'Proprius' et 'proximus' interdum commutantur inter se. Vide Corte ad Plin. Ep. II. 16. § 2. Deinde *infestique Fid. bello* Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8. Tum *bello se jam inmiscuerant*, omisso τῷ *antea*, Lov. 4. *bello jam antea inmiscuerant*, omisso τῷ *se*, Harl. 2. *bello se aim antea*, transpositis literis, Leid. 1.

Cum exercitibus necopinato ad Veios accessere] *Necopinate* Leid. 2. Port. et Hav. *nec inopignato* Voss. 1. a m. pr. Vide ad XXXVII. 11. § 7.

§ 7 *Qua M'. Sergius tribunus præerat*] *C. Sergius* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Marcus*, vel *M. Sergius* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. uterque, Port. Gaertn. et Hav. Et ita etiam Aldus edidit, quum in prioribus prænomen omitteretur; quibus concinit Flor. Sigonius demum *M'. Sergius* substituit. Livium Sergio prænomen addidisse, constat ex consensu codd. scriptorum. Id autem neque *Caius*, neque *Marcus*, sed *Manius* fuisse ostendunt quæ dicta sunt ad § 1. hujus cap.

Quia Etruriam omnem excitum sedibus magna mole adesse Romani crediderunt] Pall. 1. ac 3. *excitatam seditionibus*. Non admodum quadrat. *Gebh. Qui Etr.* Leid. 1. quomodo sæpissime peccatur in scriptis. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Tum *exercitum sedibus* Leid. 1. quasi scriptum fuisset *ex'citum*. Eadem varietas sæpius in Mss. obvia est. Vide ad X. 33. § 1. *excitatam sedibus* Hav. Vide ad XXVIII. 24. § 4. *excitam seditionibus* Voss. 2. et Lov. 3. Vulgatum probum est. Infra XXVII. 51. 'Metapontinos, civitatem universam, excitos sedibus suis.' XXXII. 13. 'Homines, qui sequi possent, sedibus excibat, oppida

Digitized by Google

incendebat.' XLII. 11. 'Bastarnarum gentem excitam sedibus suis.' XLIV. 27. 'Ceterorum quidem fremitus fuit, indignantium se frustra excitos sedibus suis.' Curtius III. 2. 'Hic tanti adparatus exercitus, hæc tot gentium et totius orientis excita sedibus suis moles:' ubi etiam unus Pal. *excitata*. Præterea *crediderunt* Voss. 2. Hav. et Lov. 2. 3. 4. ac 5. Mox *in urbem concitavit*, pro *in urbe conc.* Harl. 2. Gaertn. et Hav. *in urbe Veientes concitavit* Lov. 2. *Veientes in urbe incitavit* Lov. 4. Vide ad VIII. 33. § 1.

§ 8 *Ita ancipiti prælio castra obpugnabantur*] *Itaque*, pro *Ita*, Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad XXI. 53. § 7. Tum *ancipiti bello* Lov. 4. et Harl. 2. Quid autem de hac lectione sentiendum sit, jam supra aperui ad III. 61. § 2. Deinde *castra Romana obpugn.* addita voce, Flor. Voss. 2. Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Gaertn. Klockian. Hav. Hearnii Oxon. N. et C. omnesque edd. usque ad J. F. Gronovium, qui, incertum qua de caussa, eam vocem expunxit; quam loco restitui, donec certiori ratione inde expellatur. Meorum solus Voss. 1. eam ignorare videtur, si non fallant excerpta.

Concursantesque quum huc atque illuc signa transferrent] Copula *que* aberat ab editis vetustissimis. Eam restituit deinde Aldus, cujus lectionem firmat consensus omnium meorum codd. Particula illa intercepta fuerat a voce sequente *quum*. Vide ad XXXVIII. 40. § 7. Deinde *illuc atque illuc* Hav. *hac atque illac* Voss. 1. et Lov. 1. *hac et illac* Leid. 2. Male. Infra VII. 34. 'Dum huc illuc signa vertunt.' Et eodem cap. 'Huc illuc signa moveri videtis.' Præterea *transferentur* Gaertn. Mox *exhibere*, pro *cohibere*, Hav.

Nec suis munimentis arcere jam vim] Particula *jam* non est in veteri codice. *Rhen.* Vox *jam* non est n in illis, quos ego legi, libris, n in iis, quos se legisse Rhenanus fitetur. *Sigon.* Vir doctus ad ginem ed. Curionis legebat *a tantam vim*. Verum particula potius cum viris doctis delenda nam etiam in nullo meorum codd perest, ut nec in Oxon. Hea Deinde *nec a suis munim. arcere* H 2. Nihil muto. Supra III. 8. ' cipitinus populationibus arcendis ciorum agro obpositus.' VII. 'Græcosque arcere litoribus jus ubi etiam unus cod. *a litoribus*, q ob aliorum, præpositionem ignor tium, auctoritatem non audienc censeo. c. 26. 'Quum litoribus a rentur:' ubi male idem cod. *a lit bus*. XXV. 9. 'Ut partem equit postero die luce prima juberet ex ad arcendum populationibus hoste XXVI. 41. 'Ut pro ripa Iberi stan arceamus transitu hostes:' ubi notantur. Præterea *suis mun. arc vi* Flor. a m. sec. quasi 'per vim.' ita referendum foret ad Veientem urbe erumpentem. Sed male. T enim orationis compositio ad host externum, castra obpugnantem, ferendum, et propterea *arcere vim* gendum esse docet. Insuper *crede* pro *arcere*, est in Lov. 5. cujus lo pro varia lectione margini adscript est *cohercere*. Mox *tueri se pot. ext. hoste*, trajectis dictionibus, pr fert Gaertn.

§ 9 *Si ex majoribus castris subve retur*] *Sed ex minoribus* Lov. 5. Gaertn. At prima vocula non est Hav.

§ 10 *Superatas munitiones, utrimq invehi hostem*] *Superatam munitione* Hearnii Oxon. L. 2. Deinde *utrun que invehi hostem* Harl. 2. Voss. Leid. 1. Lov. 3. 4. 5. Port. Gaert et Hav. quod exponi potest hoste in castris, et hostem in urbe. Se nihil muto. Vide hoc lib. ad c. 4 § 1.

Digitized by Google

Si opus foret auxilio, collegam dictitans] *Si foret opus auxil.* Harl. 2. Tum *dictans* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad III. 20. § 8.

§ 11 *Hujus arrogantiam pertinacia alterius æquabat*] *Hujus arrogantia pertinaciam alterius æquabat* Hearnii Oxon. N. et C. *pertinacia alterius rogabat* Flor. Mox *videtur* Gaertn. Scriptum fuerat forte *vid'etur*. Sed postea vel evanuit, vel perperam neglecta est nota compendiariæ scripturæ, ut sæpe alibi accidit. Vide ad XL. 14. § 2. Deinde *petiisse*, pro *petisse*, Lov. 4. Vide ad XXXVII. 45. § 2.

§ 12 *Pars maxima atque ipse Sergius Romam pertenderunt*] *Roma* Leid. 2. *protenderunt* Gaertn. *pretenderunt* Leid. 2. ubi tamen inter versus adscriptum est *pertenderunt*. Varietas orta est ex inperitia scribarum, qui non intellexerunt compendium, quo prima syllaba τοῦ *pertenderunt* exarata erat. Vide ad IX. 10. § 7.

Ubi quum omnem culpam in collegam inclinaret] *Ibi quum omnem culpam* Voss. 2. et Hav. Vide ad XXVII. 5. § 2. *ibi communem culpam* Klockian.

Acciri Virginium ex castris, interea præesse legatos placuit] *Arcirt* Leid. 1. et Klockian. Quomodo olim grammatici scribere soliti fuerunt, quod nunc *acciri* vel *adciri* dicimus. Vide Dausquei. Orthogr. part. II. in voc. 'Arcessere:' et Voss. in Etymol. in voce 'Arcesso.' *Acciri Virginium, et castris interea præesse legatos placuit* habet Harl. 1. Voculæ *et* atque *ex* passim confunduntur in scriptis. Vide ad XXVI. 45. § 1. Τὸ *placuit* exsulat a Gaertn.

§ 13 *Pauci reipublicæ, huic atque illi*] *Paucis reip.* Voss. 1. et Lov. 1. *pauci reipublicæ, multi huic atque illi* Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. Idem etiam Puteanum in Cujaciano invenisse supra Gronov. notavit ad III. 37. § 8. ubi recte judicat vocem *multi* a male sollicitis, ne quid deesset, insertam esse.

Ut quosque studium privatim aut gratia occupaverunt] Vet. lib. *occupaverat*. Sigon. Antiqua est hæc lectio e Pall. 1. ac 3. Andreæque ed. jam amplius stabilita. Ne quis e recentiore libro, quali nota est et noster Pal. 2. *occupaverat*. Campanus olim dedit vulgo, *ut quosque studium privatum aut gratia occupaverant*. Gebh. *Et quosque* Gaertn. quomodo sæpe peccatur in scriptis. Vide ad XXI. 28. § 8. Tum *studium privatum* Leid. 2. Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. N. Sed vox *privatim* non adparet in Hav. Denique *occupaverat* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et, teste Hearnio, Oxon. L. 2. et C. Pro altera lectione stant reliqui codd. nisi quod *occupavere* sit in Gaertn. *occupaverant* in Lov. 2. Solet autem passim duabus vocibus numeri singularis addi verbum plurale. Infra hoc l. c. 27. 'Fides Romana, justitia imperatoris in foro et curia celebrantur.' Vide exempla ejus rei ad I. 31. § 7.

CAP. IX. § 1 *Infelicitate imperatorum tam ignominiosa clades accepta esset*] Vox *imperatorum*, quæ in prioribus edd. deerat, ab Aldo demum in contextum admissa est. Eadem etiam in omnibus scriptis constanter superest. *Cum tam ignom. clades accepta esset* Voss. 1. Lov. 1. et Port. sed primus et ultimus tantum in margine. *Cum tam ingeniosa clades accepta esset* Leid. 2. Τὸ *esset* deest in Lov. 3. Ceterum vir doctus ad marginem ed. Curionis addita voce legebat *quod sive culpa, sive infel. imp. tam ignom. clades accepta esset*. Verum nihil muto. Non enim hic caussa redditur senatusconsulti, quo tribuni ante tempus magistratu abire jussi sunt; verum indicatur potius, quum alii culpa, alii tantum infelicitate imperatorum cladem accidisse contenderent, senatum, non dijudicantem utra caussa verior esset, ita censuisse. Quin etiam, si maxime caussa red-

Digitized by Google

deretur, non tamen invitis scriptis particulam inserendam esse censerem. Caussales enim illas sæpe omitti, jam supra dictum est ad I. 40. § 4.

Qui Kalendis Octobribus magistratum occiperent] In veteri codice est *a Kalendis Octobribus*. Rhen. *A Kalendis* præferunt etiam nonnullæ edd. antiquæ ante Aldum, qui iterum præpositionem omisit. Ea vero in nullo etiam meorum codicum superest. Supra IV. 37. 'Consules ii, quos diximus, Idibus Decembribus magistratum occepere.' Infra hoc lib. c. 32. 'Kalendis Quinctilibus magistratum occepere.' Tum *Kalendis Octobris* Leid. 1. Lov. 3. Gaertn. et Hav. Sed præstat *Kalendis Octobribus*. Vide ad lib. præc. c. 37. § 3. et mox ad § 3. Deinde *magistratum acciperent* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Male. Vide Gebhard. ad I. 7. § 6. (ubi etiam codd. suos hoc loco perperam *acciperent* præferre testatur) et quæ notantur ad XXXI. 50. § 6. Vide etiam mox hoc cap. ad § 8. Paullo ante *monitiorum*, pro *comitiorum*, Flor. a m. pr. cujus loco postea emendatum est perperam *monitionum*.

§ 2 *In quam sententiam cum pedibus irstur*] *Ad quam sent.* non recte Gaertn. Infra IX. 8. 'Quum omnes laudibus modo prosequentes virum in sententiam ejus pedibus irent.' XXII. 56. 'Quum in hanc sententiam pedibus omnes issent.' Et ita Livius aliique passim.

Ceteri tribuni militum nihil contradicere] Vox *militum* deficit in Leid. 2. Tum *nihil contradixere* Harl. 2. *nihil contradixerunt* Voss. 2. et Lov. 3. Sed inmerito oratio infinita librariis displicuit, quum tamen eadem forma § seq. addatur 'deprecari,' 'intercedere,' 'negare,' ubi nihil mutant. Vide ad I. 50. § 5. et mox etiam § 4.

§ 3 *At enimvero Sergius Virginiusque*] *At enim Sergius* Leid. 2. et 1. *at enim non Sergius* Gaertn si ex præcedenti revocandum 'at enim non Sergius Virgini nihil contradicere,' ut sensus si vehementissime contradixisse. nihil muto.

Se ante Idus Decembres, solle ineundis magistratibus diem, hono ituros esse] *Ante Idus Decembris* 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 5. Port. G et Hav. Male. Vide modo ac Tum *sollemne ineundis magistr* Port. a m. sec. qui etiam *honori honore*, præfert. Denique *lab esse* Harl. 1. *habituros esse*, perp præposita adspiratione, Voss. 1. uterque, et Gaertn. Vide ad 59. § 19. Ita etiam est in Flor quo postea mutatum *honorem h ros*.

§ 4 *In concordia hominum secu que rebus civitatis*] Lego *in conc ordinum*. Klock. De 'concordi dinum' vide ad IV. 60. § 3. E men hic intelligi nequit, quum dum ordinum concordiam ru esse adpareat, sed tantum homi sive senatorum et quorumdam t norum militum; aut etiam tac Sergii et Virginii, quibus aderan quosque studium privatim aut g occupaverunt. Paullo ante *Inte* pro *Inter hæc*, Lov. 4.

Minari tribunis militum, nisi in toritate senatus essent] Membr Pall. *ni in auctoritate*. Gebh. *M tribunis* Port. *minari tribuni* Lov. et Leid. 1. *minati tribunis* Voss et Lov. 3. quem eumdem erro supra jam notavi ad § 2. Mo *nisi* deest in Port. sed margini de adscriptum est *ni*, quod etiam fert Hav. Vide ad XXIII. 1. § 8. *auctore senatus esset* corrupte ac sensu præfert Gaertn.

Se in vincula eos duci jussuros Se in vincla Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. quomodo se etiam in Mss. perisse notat Gebhardus ad Livi

Digitized by Google

39. § 7. Vide quæ notantur ad III. 56. § 4. *Se vincla* Lov. 3.

§ 5 *Quod ad vos attinet, tribuni plebis*] *Quod ad duos attinet* Hav. quod accipi potest de duobus tribunis militum Sergio et Virginio. Sed verius est vulgatum. *Quod ad vos pertinet* habet Klockian. *quid ad vos adtinet* Lov. 4. qui et paullo ante præfert Q. *Fulvius*, pro *C. Servilius*; ut et infra *minas vestras*, pro *minasque vest.*

Næ ego libenter experirer, quam non plus in his juris, quam in vobis animi esset] *Næ* cum diphthongo posteriores scripserunt. Cæterum sensum ipsum non plane (nisi *juris* pro æquitatis exponamus) percipio. Comparatio est Sergii Virginiique ad tribunos plebis. Sed judicet lector. *Glar.* Notavi primo abesse ab Pall. 1. ac 3. voculam *næ*, quæ tamen necessario requiritur; deinde aliam atque aliam concipi in iisdem codd. lectionem: in Pal. 1. *quanto vero plus in his viris, quam in nobis animi esset.* In Pal. 3. *quanto non plus in his viris nostris, quam in vobis animi esset.* Vulgata defenditur auctoritate Pal. secundi atque ed. primariæ. *Gebh.* Non se plane percipere horum sensum fatetur Glareanus: nam τὸ *his* refert ad tribunos militum Sergium Virginiumque; quod mihi videtur ad *minas* referendum. Cum vos, inquit, respicio et minas vestras, cupio magistratum non deponere, et palam facere nec jus vobis esse talia minandi, nec animum aut audaciam faciendi, quod minamini. Quidam libri *nobis*. Et hoc forte commodius. Ostenderem in nobis esse plus aut tantundem animi ad contemnendas vestras minas, quam in ipsis illis vestris minis est juris et æquitatis: tam nos constantes et imperterritos esse ad obtinendum magistratum a populo Romano mandatum, quam vestræ minæ ac denunciationes injustæ sunt. *J. F. Gron.* Vocula *næ* non comparet in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *næ ego liber experiar* Leid. 2. Tum *quasi non plus in his juris* Hearnii Oxoniensis B. *quanto non plus in his juris nostris* Voss. 2. *quanto vero plus in his viris nostris* Lov. 3. *quoniam non plus in his viris* Lov. 4. *quoniam* et *quam* in Mss. commutari, vidimus ad IV. 48. § 15. Similiter etiam *uiris* et *iuris*. Vide ad II. 44. § 5. *Quam nĕ plus in his juris* Lov. 5. *nĕ* sive *nunc*, et *nō* sive *non* confundi, dicam ad IX. 7. § 5. *Quando non plus in his juris* quædam ex vetustis edd. Sed *quam*, quod reliqui codd. servant, verum est. Vide ad IV. 31. § 2. *In vobis* servant omnes, quos vidi, libri scripti et editi. Loci autem hujus sententiam optime Gronovius perspexit. *In vobis est*, pro *in vobis animi*, Lov. 5.

§ 6 *Sed nefas est tendere adversus auctoritatem senatus*] *Id nefas est, tendere* Leid. 1. Mox voces *proinde et vos* desunt in Gaertn. Tum *diffinite*, pro *desinite*, Leid. 2. qui idem etiam cum Lov. 1. 4. 5. et Gaertn. *vestra certamina* præferunt, pro *nostra certa*. Deinde *in urbe quærere*, pro *injuriæ quærere*, Lov. 4.

Si pertinacius tendent] *Pertinaciter* Harl. 2. Port. et Hav. Tum *tendet*, id est, tendetur. Male. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. *Tenderent* Lov. 2. Vide ad II. 56. § 7. Mox *cogit*, pro *cogat*, Gaertn.

§ 7 *Quum omnium adsensu comprobata oratio esset*] *Omni assensu* Leid. 2. Pari errore quidam codd. *omni cura Latinorum* præferunt, pro *omnium c. Lat.* I. 45. § 3. ‘ in conluvione omni rerum ’ III. 9. § 8. ‘ consensu omni Æquorum ’ IV. 49. § 5. Deinde *approbata oratio* Harl. 2. Port. et Hav. Male. Supra IV. 38. ‘ Quum clamore comprobata adhortatio esset :’ ubi male *approbata* priscæ edd. Infra XXXI. 31. ‘ Comprobavimus ergo id facinus, an bello persecuti ?’ XXXIV. 3. ‘ Legem, quam usu tot annorum et experiendo comprobastis, hanc

Digitized by Google

ut abrogetis:' et alibi. Voces *cogat. Quum omnium adsensu comprobata* desunt in Lov. 3.

Sine tribuniciæ potestatis terriculis inventam esse aliam vim] *Tribuniciæ potestatis terroribus* apud Hearnium Oxoniensis N. in margine: *tribuniciæ potestatis periculis* ejusdem codex C. et Hav. Sed vox minus obvia librariis fraudi fuit. Ea tamen Livius et infra usus est XXXIV. 11. 'Nullis minis, nullis terriculis se motos sperantes satis opis et auxilii sibi in Romanis esse:' ubi etiam male in quibusdam scriptis et editis *periculis*. Alia ad eum locum notabo. Præterea τὸ *esse* non est in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 8 *Victi consensu omnium comitia tribunorum militum habuere*] *Victi cons. omn. trib.* Lov. 4. *victi cons. omn. tribuni* Lov. 5. *victi assensu omn. trib.* Port. Harl. 2. et Gaertn. *victi assensu omn.* Hav. Sed *adsensu* modo præcessit: quare *consensu*, in quod etiam reliqui codd. conspirant, verius puto. Tum *trib. comitia militum* Voss. 1. Leid 2. Lov. 1. et Hav.

Qui Kalendis Octob. magistratum occiperent] Vox *Kalendis* deficit in Lov. 5. *Kalendas Octobris* habet Port. *Kalendas Octobribus* ed. Parm. *Kalendis Octobris* Lov. 3. Gaertn. et Hav. Sed legendum *Kalendis Octobribus*, ut in nonnullis est antiquioribus editis. Tum *magistratu occiperent* Leid. 1. *magist. acciperent* Lov. quinque, Voss. 1. a m. pr. Voss. 2. Leid. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *acciperent mag.* Gaertn. Verum et hic vulgata lectio genuina est. Vide ad hoc cap. § 1.

Seque eam ante diem magistratu abdicavere] Τὸ *ante* non est in Gaertn. Reliqui omnes, transpositis vocibus, exhibent *ante eum diem*, quod eorum fide recepi; licet tamen altera compositio alibi frequenter apud Livium obcurrat. Vide ad II. 19. § 8. Deinde *magistratum abdioavere* Gaertn. et Flor.

CAP. X. § 1 *M. Furio Camillo iterum*] Tolle vocem *iterum*. Na
dixi ante ad c. 1. § 2. hic est p
tribunatus Camilli dictatoris.
Vocem, quam Sigonius deleri d
existimat, servandam esse, pl
ad eumdem locum evincere co
sum. In eadem retinenda c
rant etiam non modo codd. q
usus sum, sed etiam Hearnii
N. C. L. 2. aliique. Antea *F*
pro *Potito*, est in Lov. 2.

M. Æmilio Mamerco tertium] *M'. Æmilio Mamercino tertiu*
tertio hujus tribunatu Capit
Sigon. M. vel *Marco Æmilio*
merco omnes codd. mei, nisi qu
Voss. 2. cognomen Æmilii omitt
Recte tamen Sigonius *M'. Æ*
Mamercino emendavit. Vide a
61. § 1. et ad v. 1. § 2.

Cn. Cornelio Cosso iterum, C.
Ambusto] Ad finem prioris libri
§ 4. testati sumus, in hujus Cor
atque adeo etiam Ambusti præn
nibus miram esse variationem
vix, quid sequamur, certo de
queamus. *Glar.* Diodorus l. XI
420. Καίσωνα Φάβιον, Capitolini
tores *K. Fabium* scribunt. Eos ig
secuti *K. Fabio Ambusto* corrigi
Sigon. Cornelii prænomen dees
Lov. 5. *M. Cornelio* legunt Vos
Leid. 2. Lov. 1. 4. Harl. 2. P
Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. L
N. et C. atque editi antiquio
Primi apud me Moguntini subst
erunt *Cn. Cornelio*, quomodo et
præferunt Flor. Leid. 1. Voss.
Lov. 2. 3. et Harl. 1. quorum V
2. cognomen *Cosso* omisit. Ei
tem *Cnæi* prænomen fuisse, exi
mat etiam Pighius in Annal. ad
CCCLII. p. 211. ubi insuper statuit,
lum indicari, qui quinquennio a
apud Liv. l. IV. c. 58. eamdem trib
consularis dignitatem obtinuit. V
etiam ad c. 12. § 5. Præterea
Fabio Voss. ambo, Leid. ambo, L
1. 2. 3. 5. Harl. 2. Gaertn. omnesq
excusi ab Aldo usque ad Sigoniu

Digitized by Google

M. Fabio Lov. 4. Port. et Hav. *Claudio Fabio* inpressi ante Aldum. Sed recte *Kæsonis* prænomen ei vindicavit Sigonius, et postea etiam Pighius loc. laud. De utroque hoc tribuno vide ad IV. 61. § 4. Quamvis autem revera hic K. Fabius Ambustus nunc iterum eam dignitatem obtinet, in eo tamen Pighii sententiam probare nequeo, quod eidem numerum *II.* adjungendum existimet. Sæpissime enim Livium iterati honoris notas ante tribunos militares, interdum etiam post eos creatos omisisse, dictum est ad II. 16. § 7.

L. Julio Tullo] *L. Julio Julo*, ex Capitolinis lapidibus. *Sigon. L. Julio Tullo* Voss. ambo, Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. *L. Julio Tullio* Leid. 1. Lov. 3. 4. 5. Port. Harl. 1. Gaertn. et Hav. *L. Julio Tulio* Harl. 2. Sed recte *L. Julio Julo* Sigonius vindicavit; quomodo se etiam in Oxon. B. invenisse, Hearne monuit. 'Julus' et 'Tullus,' 'Julius' et 'Tullius' passim in Mss. commutari dictum est ad I. 30. § 2.

§ 2 *Et ad Veios*] Rott. Voss. uterque, Helm. Flor. ignorant copulativam. *J. F. Gron.* Eamdem copulativam insuper ex meis non agnoscunt Flor. Leid. 2. Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Gaertn. Klockian. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. omnesque excusi antiquiores. Primus eam Cælius Curio admisit a. 1549. quare iterum delevi. Paullo ante *nam bellum*, omissa vocula media, Lov. 1.

Et ad Falerios, et in Volscis, ut Anxur ab hostibus recuperaretur] *Et ad Valerios* Leid. 1. Voss. 1. in margine, Lov. 1. et Harl. 1. *et ad Faliscos* Port. et Hav. Vide hoc lib. ad c. 27. § 4. Præterea *et Volscos* Lov. 3. *et in Volscos* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 5. Harl. 2. Port. et Hav. De quo loquendi genere vide ad Epit. lib. XXI. Hic tamen nunc nihil mutandum puto. Vide hoc lib. ad c. 28. § 5. Tum *et Anxur* Voss. 1. a m. pr. *ut et Anxur*, utraque lectione juncta, Lov. 1. a m. pr. *et ut Anxur* Voss. 2. et Lov. 3. Verum ita ex uno bello librarius duo fecit. Ideo Romani bellum in Volscis gerebant, ut Anxur ab hostibus recuperarent. Nam quatuor tantum locis, ad Veios, ad Capenam, ad Falerios, et in Volscis Anxuris recuperandi caussa, bellum gerebatur. Infra hoc cap. 'In quatuor deinde bella uno delectu exercitus scriptos.' *At Auxur* Hav. *ut Anxyr* Flor. Leid. 1. Harl. 1. et Port. Vide ad IV. 59. § 3. Tandem *reciperaretur* legendum censet Gebhardus ad II. 2. § 6. Utrum autem ex ingenio, an ex Mss. auctoritate, non addit. Nostri sane omnes in vulgatum conspirant. Vide quæ dicto loco notantur.

§ 3 *Et Romæ simul de delectu, simul de tributo conferendo laboratum est*] Antiqua lectio, *et Romæ simul del. simul trib. conf. lab. est.* Rhenan. Lege ex vet. lib. *simul de delectu.* Sigon. Non magis hic addenda est præpositio, quam alibi, quum 'laborare' est labore, molestia ac malo in aliqua re premi. III. 31. 'Annona laboratum est.' IV. 30. 'Siccitate eo anno plurimum laboratum est.' XXXV. 7. 'Civitas fœnore laborabat.' *Duk. Simul de delectu, simul tributo* Harl. 2. Gaertn. et Port. *simul dilectus, simul tributo* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 1. *simul delectus, simul tributo* Klockian. Sed prima litera vocis *simul* male repetita est in fine præcedentis. Vide ad XXVIII. 25. § 2. De orthographia autem *dilectus*, pro *delectus*, ad XXXVII. 51. § 7. Vide etiam mox ad § 4. § 7. et § 10. *Simul delectum, simul tributo* Leid. 2. 'Laborare delectu,' ut 'laborare magnitudine' in Præfat. 'Quæ, ab exiguis profecta initiis, eo creverit, ut jam magnitudine laboret sua.' XXXIV. 4. 'Diversisque duobus vitiis, avaritia et luxuria, civitatem laborare.'

De tribunis plebei cooptandis conten-

Digitized by Google

tio fuit] *Tribunis plebi* Flor. et Lov. 2. *plebis* Lov. 1. 3. et plerœque edd. antiqq. Tum *coopærandis* Voss. 2. et Lov. 3. *coaptandis* Lov. 5. Vide ad III. 64. § 9. Mox *parum motum*, pro *parvum motum* Leid. 2. Quomodo etiam alibi variant codd. Vide ad III. 30. § 5. ad VII. 16. § 8. et alibi. Tum *duo indicia*, pro *duo judicia*, Gaertn. Voces 'indicium' et 'indicium' ob similitudinem literarum sæpissime in libris scriptis commutari solent. Vide plura exempla ad VII. 39. § 5.

§ 4 *Omnium primum tribunis militum fuit, delectum haberi*] Hic tandem iterum incipit fragm. Hav. in quo felium unum vel alterum desiderari, dictum est hoc lib. ad c. 2. § 12. Ceterum *dilectum* habet idem illud fragm. cum Flor. Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 1. Vide paullo ante ad § præc.

Nec juniores modo conscripti, sed seniores etiam coacti nomina dare] Mira lectio in Pal. 2. *nec jun. modo conscr. sed sen. etiam constricti:* super qua velut interpretamentum locabatur ab librario *coacti*. Et ne quid mireris, ad tale quid alludunt Pall. reliqui duo, *sed seniores etiam coacti conscripti nomina dare*. Gebh. *Nec juniores modo militum conscripti*, interposita voce auctior, Gaertn. quam tamen non ipsius Livii existimo: si enim ea addenda foret, potius scripsisset *nec juniores modo milites conscripti*. Integriores sunt reliqui, qui eam omiserunt. *Nec juveniores modo conscripti* habent Leid. 1. et fragm. Hav. Verum hunc comparativum potius commentum scribarum esse puto, quam a Livio profectum; Appuleio enim, ex cujus Metam. l. VIII. p. 210. Ed. Elmenh. a lexicographis laudatur, quam Nostro, dignior est. Usus quoque est Plin. Ep. IV. 8. ubi eam lectionem codd. optimorum auctoritate firmari, viri docti monuerunt. Vossius etiam Gramm. IV. 25. *juvenior* profert ex antiqua ed. Col Im IX. 11. Verum non mod Stephanica, ut idem Vossius ac sed etiam optimum Mstum Sa man. *junior* tuetur. Præter *seniores etiam conscripti nomina* Lov. 2. *sed seniores etiam coacti scripti nomina dare* Voss. 2. Lov fragm. Hav. Sed librarius hic lectiones junxit, ut alibi sæpe i nus hominum facere consuevit. ad III. 44. § 4. Et quidem ill qui *conscripti*, pro *coacti*, ded menti ea vox ex hujus periodi p denti membro obhæsit. Quod aliis nasutioribus displiceret, e cem, quæ modo præcessit, iteru peti ferre non possent, deinde runt *sed seniores etiam constric mina dare*, quemadmodum apu præferunt Lov. 4. 5. Harl. 2. et Port. nisi forte auctores eju tionis ineptam elegantiam ca volnerint in vocibus 'conscri 'constrictus.' Et hanc iterum tionem cum genuina junxit, e *seniores etiam coacti ac constric mina dare* proposuit librarius Ga Sed de more ejus vide quæ dicta ad IV. 55. § 5. Mox *ut urbis cust ret*, pro *ut urbis cust. agerent*, H

§ 5 *Quanto autem augebatur mi numerus, tanto majore pecunia*] S *Quantum autem aug. mil. num.* I *Quanto*, quod ante Rhenanum circumferebatur in edd. etiam s est in Voss. 2. Lov. 3. Harl. 2. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon Contra *Quantum*, quod ei substi servant reliqui codd. et inter eo timi atque integerrimi: quin et Rhenanum ita etiam editum vidi diolani 1505. Utraque lectio potest. Sæpissime componuntur *to* et *tanto*, præsertim si utrique duntur comparativi. Supra in I fat. 'Quanto rerum minus, tanto nus cupiditatis erat.' Ovid. E Heroid. IX. 107. 'Qua tanto m es, quanto te, maxime rerum, Q

Digitized by Google

quos vicisti, vincere majus erat :' et alibi passim. Interdum id etiam fit, ubi uni soli comparativus jungitur; sed tum plerumque, si alteri sensui inest comparatio: ut apud Ovid. Metam. I. 464. 'quantoque animalia cedunt Cuncta tibi, tanto minor est tua gloria nostra :' ubi *quanto cedunt* idem est ac si dixisset, 'quanto minora sunt.' Et hinc jam probari potest quorumdam codd. lectio apud Ovid. Ep. XVIII. 71. 'Quanto, quum fulges radiis argentea puris, Concedunt flammis sidera cuncta tuis; Tanto formosis formosior omnibus illa est :' ubi videndi sunt Nic. Heins. et Burmann. et Met. XIII. 367. 'quanto dux milite major, Tanto ego te supero :' pro tanto te major sum. Et ita jam etiam hoc loco *quanto* ferri posset. Nam 'quanto augebatur militum numerus' est, quanto major militum numerus conscribebatur. Vel est ellipsis τοῦ *magis*, pro 'quanto magis augebatur.' Verum tum etiam componebantur *quanto* et *tantum*. Infra VI. 38. 'Quanto jure potentior intercessio erat, tantum vinceretur favore legum ipsarum :' ubi *tantum vinceretur* est 'tanto minor,' 'minus potens,' 'impotentior esset.' Eo quidem loco nonnulli Mss. *tanto* agnoscunt; sed primæ notæ codd. omnes vulgatum propugnant. Similiter etiam *quantum* et *tanto*, apud Virg. Æn. XII. 19. 'quantum ipse feroci Virtute exsuperas, tanto me impensius æquum est Consulere.' Immo interdum etiam componuntur, licet utrumque habeat adjunctum comparativum. Sallust. in Jug. cap. 85. 'Quantum vita illorum præclarior, tanto horum secordia flagitiosior :' ita Corte ex optimis codd. edidit; qui ibidem videndus. Neque dissimile est illud quod obcurrit XLIV. 7. 'Quantum procederet longius a Thessalia, eo majorem rerum omnium inopiam sentiens regressus ad Dium est :' ubi plura vide. Quum itaque hic etiam Rhenano consentiant optimæ notæ codd. ejus lectionem servare non dubitavi. Interdum etiam *quantum* et *aliquantum*, pro *quanto* et *aliquanto*, comparativis jungi, observavit vir doctiss. in Miscell. Observ. tom. V. p. 196. Præterea *numerus militum* Lov. 4. Tum *tantum majore* Leid. 2.

Ea tributo conferebatur] *Conferebantur* Gaertn. et fragm. Hav. Mox *manebant*, pro *remanebant*, Lov. 2.

Opera quoque militari laborandum serviendumque reipublicæ] *Opera quodque militari* Leid. 1. *opera quoque militaria* fragm. Hav. Tum *laborandumque reipublicæ*, verbo altero perperam omisso, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 6 *Hæc per se gravia indigniora que ut viderentur*] Emenda, *Hæc, per se gravia, indigniora ut vid.* Rhen. Quemadmodum Rhenanus emendari jubet, præferunt ex meis tantum Voss. 1. et Harl. 1. Sed *Hic per se gravia indigniora que vid. ut* habet Gaertn. *Hæc per se gravia indigniora que ut vid.* Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 2. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. *Hæc per se gravia indigniora quæ ut vid.* Port. Quum igitur in tot codd. illud *que*, vel ejus loco *quæ*, pertinaciter supersit, vide an non Klockian. lectio *Hæc, per se gravia, indigniora quoque ut viderentur* probanda sit. *Que* autem et *quoque* passim in scriptis commutantur. Vide hoc lib. ad c. 27. § 1. Indicat autem fere quod dixit IV. 58. 'Hæc, sua sponte agitata, insuper tribuni plebis accendunt.'

Tribuni plebis seditionis concionibus faciebant] *Tribuni plebis seditiosi* Hav. *seditionis* est in Leid. 1. et Harl. 1. Tum *conditionibus* sæpius obvio errore Leid. 1. Vide ad IV. 12. § 7. *contentionibus* Lov. 4. Vide ad IV. 6. § 4. Mox *agravendo*, pro *arguendo*, Port. a m. pr.

§ 7 *Unum bellum annum jam tertium trahi*] Atqui hic erat annus quintus,

Digitized by Google

quando cœpti erant Veii obsideri. Vide A. U. C. CCCL. ipsius Livii verba IV. 61. Quare *annum jam quintum* legam. Neque enim minuere tempus, sed ampliare, volebant. *Glar. Annum quintum* emendandum esse censet Glareanus, quia quinto ante anno Veii obsideri cœpti sint. Non intelligit autem, tribunos plebis, quorum hæc oratio est, non habere rationem ejus anni, verum anni ante tertii, quo primum Veiorum obsidendorum causa hibernacula facta sunt, quod plebs indignissime tulit. Itaque ab eo anno trahi bellum inquiunt. *Sigon. Tertium* constanter superest in scriptis omnibus. Sed *bellum in annum jam tertium trahi* habet fragm. Hav. a m. sec. quomodo etiam scribendum esse, vir doctus ad marginem ed. Mediol. 1480. conjecit. 'In tertium annum' est usque in tertium annum, ut Silius inquit XI. 392. 'regnum trahat usque in tempora fati.' Ita III. 1. 'Extractum in tertium annum bellum est.' cap. 24. 'Extracta utraque res in consulum adventum est.' Ut tamen vulgatum mutemus, nulla subigit necessitas. Potius existimo τὸ *in* hic natum esse ex ultima litera prioris vocis. Vide ad XXXVII. 11. § 4. Neque etiam bellum trahebatur 'in tertium annum,' id est, usque in tertium annum; sed 'tertium annum,' id est, per tertium annum, per tres annos. Ejusdem generis locutio est, 'justitium fuerat dies decem et octo' X. 21. ubi etiam quidam codd. *per dies.* Vide quæ ibi notantur: 'diem noctemque arsere' XXXV. 40. ubi etiam vide. *Annum tertium jam trahi* alio ordine exhibent Harl. 2. Port. et Hav. Ceterum Glareanus emendans *annum jam quintum*, non initium ejus temporis desumsit ab a. CCCXLVIII. qui ipsi est CCCL. quo duo Cornelii Cossi tribuni militum fuere, teste Livio IV. 58. ut existimat Doujatius; sed, ut Glareani chronologia docet, ab a. CCCXLIX. qui ipsi CCCL. est, quo duo Quinctii T. Capitolinus e Cincinnatus eorumque collegæ t natum consularem obtinuerunt. ut inquit Livius IV. 61. 'ab his mum circumsessi Veii sunt.'

In quatuor deinde bella uno de exercitus scriptos] *Ad quat. deinde* Harl. 2. Gaertn. Port. et Hav. primam vocalm omittunt Lov. 5. et Voss. 2. Tum *uno dilectu* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Klocl et fragm. Hav. Vide hoc cap § 3.

Et pueros quoque ac senes extra Τὸ *et* non adparet in Leid. 2. Vos et Lov. 1. Tum *et senes* Ga Ceterum Doujatius existimat, vium dicendo *extractos*, indicasse eductos esse ex urna, in quam n na conjiciebantur. Sorte enim delectum tribus citari et trib Id firmare videtur locus Valer. M VI. 3. ex. 4. 'M'. Curius consul, delectum subito edicere coactus set, et juniorum nemo respondis conjectis in sortem omnibus tri bus, Polliæ, quæ proxima exie primum nomen urna extractum c ri jussit; neque eo respondente, b adolescentis hastæ subjecit.' Ve non male Lipsius de Milit. Ron 3. respondit, id ibi præter mo paullo atque ex occasione fac esse: ordinarium enim fuisse, ut te ducerentur tribus, ex quibus lectus haberetur; tribules vero ex te ductis tribubus eligerentur. Q et nescio, an hoc tempore sortitio buum jam obtinuerit. Nam tamqu extraordinarium refertur IV. 46. ' lectum haberi non ex toto pas populo placuit: decem tribus s ductæ sunt; ex his scriptos junio duo tribuni ad bellum duxere.' tius itaque videtur voce *extractos* dicari, eos invitos milites scrip et, ut supra hoc cap. dixit, 'coac fuisse nomina dare.' Infra XX 13. 'Nisi venirent in senatum, ci domos eorum ituros se, et in pu cum omnes vi extracturos esse.' E

Digitized by Google

rat. Satyr. I. 1. 11. 'Ille, datis vadibus qui rure extractus in urbem est, Solos felices viventes clamat in urbe.' Frontin. Strateg. II. 3. ex. 16. 'Plerosque eorum ab Italia invitos extraxerat.' Ita 'detrahi' dicitur 'ex Italia,' qui eam invitus relinquere cogitur. Vide ad XXIX. 20. § 2.

§ 8 *Jam non æstatis, nec hiemis discrimen esse, ne ulla quies umquam miseræ plebi sit*] *Jam æst. aut hiemis discr. esse* Voss. 2. *Jam non æst. aut hiemis discr. esse* Lov. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. *Jam non æst., et nec hiemis discr. esse* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *nec ulla quies* Voss. 1. a m. sec. Voss. 2. Leid. 2. Lov. quinque, et Gaertn. Præterea vox *umquam* deest in Hav. Qui idem codex una cum Leid. 1. Harl. utroque, Hav. fragm. Hav. et Port. a m. pr. præferunt *miseræ plebis.* Sed ultima litera *τοῦ plebis* repetita est ex prima vocis seq.

Quæ nunc etiam vectigalis ad ultimum facta sit] Quidam erasis hic aliquot literis in veteri libro scripsit *quin etiam vect. ad ult. facta sit.* Rhen. Ita, ut adnotationi Rhenani præscribitur, primus edidit Aldus, quum antea vulgo circumferretur *quæ etiam vect. ad unum facta sit.* Verum *ad ultimum* servant omnes scripti, et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XLV. 19. § 13. Præterea *quin ne etiam vectigalis* Klockian. et Voss. 1. Sed in posteriori cod. voculæ *ne* subjiciuntur stigmata; quæ indicio sunt, eam delendam esse. *Quin etiam vect.* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. *quæ ne etiam vect.* Lov. 4. Leid. 1. et Harl. ambo. *quæ nec etiam vect.* Lov. 5. et Gaertn. *quæ ut etiam vect.* Hav. et Port. *quæve etiam vect.* fragm. Hav. a m. pr. *quæ etiam vect.* a m. sec. et Lov. 2. Sed Aldi lectio verissima est. Olim scriptum fuerat *quæ nē etiam vect.* Scribendi autem compendium non intelligentes librarii diversi in varia vitia et errores abierunt. Alibi etiam *nunc* sive *nc̄* et *ne* commutantur. Vide ad VI. 37. § 6.

§ 9 *Confecta labore, vulneribus, postremo ætate corpora retulerint*] Livius XLII. 33. 'Militares homines et stipendia justa, et corpora ætate et assiduis laboribus confecta habere:' ubi plura vide. Ceterum *vulneribusque* Leid. 2. Verum amat Livius passim copulas omittere. Supra I. 59. 'Ferro, igni, quacumque dehinc vi possim, exsecuturum:' ubi eodem modo subjicitur *dehinc* ut hoc loco *postremo.* Præterea *retulerunt* præferunt Leid. 1. Voss. 2. et Gaertn. quorum duo priores, quum mox *invenerint* nihilominus servent, *retulerunt* vitiosum esse satis indicant. In tertio est *inveniunt.*

Tributum ex adfecta re familiari pendant] Andreas omittit *τὸ ex*, ut sit absolutus casus. *Affecta* vero erit ægrota atque exhausta res familiaris. Pall. duo meliores non ineleganti translatione, *tributum ex effeta re famil. pendant*, quasi sterili atque exsangui. Sed placet *affecta.* Infra c. 52. 'Instauratio sacrorum auspiciorumque renovatio affectæ Veienti bello reipublicæ remedio fuit.' Valer. Flacc. IV. 300. 'nec spes affecta, sed ambæ In pectus cecidere manus.' *Gebh. Ex effœta re famil.* in nullo apud me cod. superest, quum contra *spes effœta* rectius nunc edatur apud Valer. Flacc. loc. laud. ubi videndi viri docti. Nostri omnes hic stant pro vulgato *adfecta*, nisi quod *effecta* sit in Lov. 3. *adfectata* in Lov. 5. Gaertn. et Hav. eodem errore, quo *labefactata* datum est pro *labefacta*, similiaque ejus generis alia, de quibus vide ad X. 37. § 2. 'Adfecta res familiaris,' ut 'adfectæ vires'. hoc lib. c. 18. 'Vires corporis adfectæ, sensus oculorum atque aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtusus:' ubi etiam in nonnullis codicibus *vires effœtæ.* Vide quæ plura ad eum loc. notantur. Præpositionem *ex*, quæ ab edd. principibus

Digitized by Google

aberat, primus addidit Aldus: eam autem servant omnes scripti.

§ 10 *Inter delectum tributumque, et occupatos animos*] *Inter dilectum* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. fragm. Hav. et Klockian. Vide hoc cap. ad § 3. Tum *tribunatumque* Gaertn. *tributum et occupatos* Leid. 2.

Comitiis tribunorum plebis numerus expleri nequivit] Ita demum editum inveni in ultima Gruteri, cujus lectionem nullus neque editorum neque Mss. tuetur. A Frobenio a. 1531. editum fuerat *nequiit*, idque non modo usque ad postremam Gruteri ed. servatum est, sed ita etiam se in Oxon. L. 2. invenisse Hearne auctor est. Frobeniana vero priores edd. habent *expleri nequit:* et ita legunt etiam Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. cum Oxon. B. N. et C. *inquit* Lov. 3. *nequid* Flor. Leid. 1. Harl. 1. Hav. fragm. Hav. et Klockian. Scriptum fuisse puto *nequIt*, id est, *nequiit*, pro quo deinde librarii *nequit* dederunt, eodem modo quo *subit* pro *subiit*, *abit* pro *abiit*, aliaque similia, de quibus vide ad XXXVI. 20. § 3. In præterito autem hujus verbi aliisque temporibus inde formatis Livius contractiones amare solet. Supra II. 12. 'Ut beneficio tuleris a me, quod minis nequisti.' VI. 10. 'Quam pestem adhærentem lateri suo tot super alia aliis bellis exhauriri nequisse:' ubi quidam scripti *nequivisse*. VIII. 12. 'Quia ipse per valetudinem id bellum exsequi nequierat:' ubi nonnulli codd. *nequiverat*. XXI. 22. 'Temperare oculis nequisse:' ita nonnulli codices; vulgo *nequivisse*. XXXIV. 19. 'Ubi hostes ad pugnam elicere nequiit:' ita legendum conjicio: vulgo editur *nequit;* alii codd. *nequivit*. Similiter *nequissent*, pro *nequivissent*, restituit Gronovius ad XXI. 56. § 2. et ad XXII. 8. § 7. *nequiere*, pro *nequivere*, ad XXIX. 34. § 12. De similibus contractionibus in aliis verbis vide ad VI. 18. § 10.

§ 11 *In loca vacua ut patricii e rentur*] *Coaptarentur* Lov. 5. et G Supra hoc cap. 'De tribunis p cooptandis contentio fuit.' Mo cooptarentur tribuni plebis:' seq. aliquoties; ut et III. 64. Solent autem hæc verba in Mss. fundi. Vide ad III. 64. § 9. ante *Pugnatum esset inde* Flo forte legendum sit *Pugnatum est* Reliqui tamen omnes verbum stantivum ignorant.

Postquam obtineri non poterat] *nere* Leid. 2. Tum *non poterant* 1. Leid. uterque, Flor. Lov. 1. uterque, Port. Hav. et fragm. *non poterat* Lov. 5.

Tamen labefactanda legis tribu caussa] Veteres libri *tum labefa dæ*. Sigon. Lege *legis Trebonia* vulgatis *tribuniciæ* est, non r Nam loquitur de Trebonia lege, de non cooptandis tribunis ante res annos erat lata; et non de sacrata, qua primum tribuni cr *Pighius* in Annal. ad a. CCCLII 212. *Tu*, pro *tñ*, sive *tamen*, Lo 5. Port. Gaertn. et Hav. solito e re. Vide ad XXII. 17. § 5. Cor tius vero pro eo scriptum est c Leid. 2. Vide ad Epit. Liv. XLVIII. circa finem. Præterea *factum de legis, &c. caussa* Gaertn. *befactam de legis, &c. caussam* Lo a m. pr. et postea datum *ca* Tandem Pighius non male *legis bonia* reposuit, quod Gruterus in tima ed. in contextum recepit. nes tamen, non modo priores exc verum etiam calamo exarati mei et Hearnii Oxon. L. 1. B. et N. peram præferunt *legis tribuniciæ*. gustin. quidem de Legib. in 'Tribuniciæ leges,' ad hunc loc respiciens, per 'leges tribunicias Livio intelligi existimat, quibus bunorum plebis potestas constit et confirmata est, ut Sacratæ, Valeriæ, ut Horatia. Verum ita vius potius numero plurium *labef tandarum legum tribuniciarum ca*

Digitized by Google

dixisset. Servandum itaque puto *Treboniæ*. Intelligitur enim lex, quam L. Trebonius tribunus plebis, infestus Patribus, tulit, 'ut, qui plebem Romanam tribunos plebi rogaret, is usque eo rogaret, dum decem tribunos plebi faceret.' Vide Liv. III. 65. Et hanc conjecturam verisimillimam reddunt, quæ de lege Trebonia cap. seq. subjunguntur. J. Doujatius, qui non modo JCti vel antecessoris, sed et antecessorum principerii titulo se jactat, recte quidem vidit, quæ lex Trebonia hic indicetur; attamen turpiter erravit, dicendo 'plures Trebonias leges' fuisse. Aliam enim Treboniam legem non novi, quam hanc, cujus Livius nunc meminit, et alteram, quæ refertur in Epit. Liv. lib. CV. de qua etiam egerunt Augustin. de Legibus in voce 'Trebonia,' et Pighius in Annal. ad a. DCXCVIII. p. 389.

Ut cooptarentur tribuni plebis C. Lacerius et M. Acutius] Plerique libri habent *C. Lacerius*: aliquot etiam *C. Lucretius*. Lucretios autem constat et patricios et plebeios fuisse. *Sigon.* Andreæ editioni *Claudius Lacerius* nominatur; Campani vero *C. Lacertus*. Pal. secundo codici membranaceo Ms. *C. Lucretius*; cui subscripsit cupide, ut omnia, Sigonius. Ego pendeo. *Gebh.* Ex Scholio Sigonii non patet, eum cupide codd. *C. Lucretius* præferentibus subscripsisse; multo minus id colligi potest ex contextu ejus Liviano, in quo *C. Lacerius* servavit, quum alibi codd. lectiones, quas probabat, recipere solitus sit. Interim *C. Lucretius* est in Lov. 3. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. *C. Lucerius* in Lov. 2. 5. fragm. Hav. Oxon. L. 2. et C. atque ed. Mediolan. 1505. Reliqui mei Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Harl. 1. et Hearnii L. 1. et N. servant vulgatum. Quænam autem harum lectionum genuina habenda sit, plane hæreo. *C. Lacerius*, pro quo stant optimi codd. et *C. Lucerius* ideo probare non audeo, quia 'Lacerii' vel 'Lucerii' alibi non memorantur. Tribunum plebis tamen hujus anni *C. Lucerium* vocavit Pigh. in Annal. ad a. CCCLII. p. 212. et alium quidem ejusdem nominis memoravit ibid. ad a. CDXCIV. p. 27. sed potius, ut videtur, ex conjectura, quam præeuntibus vetustis historicis: certe nullam addidit auctoritatem. Quamvis autem gens Lucretia partim patricia, partim plebeia fuerit, non tamen etiam *C. Lucretius* recipere sustineo, tum quod optimi codd. pro alia stent lectione, tum quod nulli Lucretii plebeii circa hæc tempora obeurrant. In contextu itaque servavi lectionem, quam priores receperunt. Deinde *M. Accutius* Voss. 1. Lov. 1. 5. et Port. *M. Actutius* Hav. *M. Accurius* Leid. 2. Verum neque *Acutiorum* circa hæc tempora; sed demum fere sub imperatoribus, memorantur. Vide eorum catalogum in Glandorpii Onomast. Cogita igitur num vestigiis Leid. 2. insistendum, ac legendum sit *M'.* sive *Ma.* id est *Manius Curius*. Præterea *cooptarentur* Lov. 5. Vide paullo ante hoc §. Mox *patriciorum operibus* Voss. 1. a m. pr. et Leid. 2. quomodo alibi non raro lapsi sunt scribæ. Vide ad VIII. 16. § 4.

CAP. XI. § 1 *Fors ita tulit*] Ita recte edidit Aldus, quum antea vulgaretur *Sors ita tulit*. Aldo consentiunt plerique codd. nisi quod *Forsitã tulit* sit in Lov. 2. 4. 5. a m. pr. et fragm. Hav. *Sors ita tulit* in Lov. 1. 3. Leid. 2. et Voss. 2. Voces *fors* et *sors* passim a librariis confundi, vidimus ad I. 9. § 15.

Ut eo anno tribunus plebis C. Trebonius esset] Pall. 1. ac 3. *Cn. Trebonius*, ut et habet Camp. ed. *Gebh.* Prænomen Trebonii exsulat a Gaertn. *M. Trebonius* vocatur in Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *cum Trebonius* in Lov. 3. et 4. *Gn. Trebonius* in Port. Hav.

Digitized by Google

et fragm. Hav. *Cn. Trebonius* in Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Harl. utroque. His itaque codd. fretus ita edi jussi, quum non verisimile videatur, librarios tot codicum minus cognitum sibi prænomen notissimo illi substituisse; præsertim quum etiam alibi sæpe ita erraverint ut *C.* pro *Cn.* darent. Vide ad VII. 3. § 3.

Qui nomini ac familiæ debitum præstare videretur Treboniæ legis patrocinium] *Nominis ac fam. debitum* fragm. Hav. a m. pr. *nomina ac familiæ debitum* Leid. 1. Lov. 2. 4. et Gaertn. Præterea *viderentur* Leid. 2. *videtur* Gaertn. cujus librario fraudi fuisse puto compendium scribendi *vid'etur*. Vide ad XL. 14. § 2. Deinde *Treboniciæ legis* Lov. 4. et 5. quæ aberratio verisimiliorem reddit Pighii conjecturam c. præc. § 11.

§ 2 *Is, quod petissent Patres quidam, primo incepto repulsi, tamen tribunos militum expugnasse, vociferans*] Ad hanc priorem sententiam ultima clausula refertur per longum hyperbaton sequens: 'id fraude patriciorum, scelere ac proditione collegarum factum arguere.' *Rhen.* Hunc locum varie lectum, et varie distinctum in plerisque codd. reperias; sed mihi nondum liquet, quid de eo statuendum. Longum hyperbatum est. *Glar.* Pendet oratio a *vociferans*, usque ad 'arguere.' Est autem *vociferans arguebat*. Præterea vet. lib. *tum tamen tribunos militum*. Sigon. Lego: *Id quod pet. Pat.* (*qui clam, primo incepto repulsi, tribunos tamen nobilium*, vel *tamen tribunos nobilium expugnassent*) *vociferans, &c.* Sic enim X. 37. 'Ni sciret, mancipia nobilium tribunos plebis legem impedituros:' et IV. 48. 'Proditores plebis commodorum ac servos consularium appellantes, aliaque truci oratione in collegas invecti.' Tamen videri possit locus defectus, quem nunc ita intelligo et lego: *Id quod pet. Pat.* (*qui clam, primo inc. repulsi, cum tribunis militum collegas expugnassent*) *vociferans leg. Treb &c.* Vel lego: *Id quod pet. Pa clam, primo incepto repulsi, contri expugnassent*) *vociferans, &c.* vel *tribunos vili expugnassent:* ut cu *bunos* idem sit quod contribunos legas, una cum tribunos. Vel dem lego: *Id quod pet. Pat.*, (*qui primo inc. repulsi, contribunos ult expugnassent*) *vocif. legem Treb. &c.* Seneca libro in Sapient. cad. injur. de Constant. Sapie 18. 'Chæreæ, contribuno militu mo non pro manu erat, lang sono, et, ni facta nosses, suspec Sic partim in libro vet. Tarvisan Mureti partim Ms. Siculo est. tribunus autem prætoriæ cohor alter cum Chærea conjuratus Cornelius Sabinus. Dio extrem LIX. p. 662. Sueton. in Calig. c *Klock.* quem vide etiam epist. a Burmanno in Syllog. Epist. to p. 393. In his verbis multum va codd. Primam vocalem *is* non noscit Hav. quemadmodum n *Patres* Gaertn. *id quod petissent tres quidam* habent Lov. 2. et *qui pet. Pat. quidem* Leid. 2. *qu* est, *quoniam*, pro *quod*, est in Lo et in marg. Voss. 1. *que* in Lo Deinde *quod primo incepto*, ad prima voce, Gaertn. Præterea *pulsi sunt* Lov. 4. Tandem *cum bunos militum expugnassent* Lov. Harl. ambo, et edd. vett. *cum ta tribuni militum expugnassent*, utra lectione juncta, Hav. *tum trib militum expugnassent* Gaertn. co sis vocibus *tū*, sive *tum*, et *tñ*, *tamen*, de quo vide ad XXII. 17. *tum tribuni militum expugnassent* P a m. pr. in quo a m. altera interp tum est *cum tribuni militum expug sent*. Aldus deinde primus sub suit *tamen tribunos militum expug sent*, quomodo etiam præferunt F Leid. ambo, Voss. ambo, Lov. 1 et fragm. Hav. Id, quod vulgo n in edd. recentioribus exstat, prim

Digitized by Google

inveni in Froben. 1531. eamque lectionem veram esse puto, nisi quis parva mutatione ita legi mallet: *Cn. Trebonius esset: qui, ut nomini ac fam. deb. præst. vid. Treb. legis patrocinium, quod pet. Pat. quidam, primo inc. repulsi, tamen tribunos militum expugnasse, voc., legem Treb. sub. &c. arguere.* Inserui vocnlam *ut*, quæ facile excidere potuit ob similitudinem ultimarum literarum vocis *qui:* contra expunxi vocnlam *is*, quæ in uno etiam cod. deerat. Id si audacius videtur, legi posset *legis patrocinium, id quod petissent*, nam *id* pro *is* etiam unus meorum exhibet. Canssa, ob quam Klockius tot conjecturis neque veris neque verisimilibus locum tentarit, illa est, quod non viderit, verba *quod pet. Pat. quidam, primo inc. repulsi, tamen trib. militum expugnasse* esse verba vociferantis Trebonii; quæ propterea alio characterum genere exprimi curavi; quemadmodum etiam recte a Donjatio factum animadverti. Id si observetur, nulla in his restat difficultas. Verba *Pat. quidam, primo inc. rep., tamen trib. mil. expugnasse* inertia librarii desunt in Lov. 2.

Legem Treboniam sublatam et cooptatos tribunos plebis non suffragiis populi] *Esse sublatam*, addita voce, Harl. 2. Tum *coaptatos* Lov. 2. et 5. Vide ad cap. præc. § 11. Deinde *suffragio populi* Lov. 2. Port. et Hav. Sed numerus pluralis hic placet, quod adcommodatus optime sit augendæ invidiæ patriciorum, qui uno 'imperio' obtinuerunt, quod universæ plebis tot 'suffragiis' competebant.

Et eo devolvi rem] Sciendum est, non legendum juxta fidem vetusti voluminis, *et eo devolvi rem*, sed *revolvi rem*. Ut intelligas futurum, quod et antea factum est. *Rhen. Et eo devolvi rem* omnes Pall. et edd. Frustra ergo Rhenanus *revolvi*. Gebh. Voces *et eo devolvi rem, ut aut patricii, aut patriciorum* deficiunt in Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. culpa librariorum, quibus inposuit proxime iterum præcedens vox *patriciorum*. Vide ad IX. 11. § 11. Præterea vox *et* non adparet in Voss. 1. Lov. 2. 4. 5. Port. et Hav. sequens *eo* exsulat ab Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Deinde *revolvi* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. Harl. uterque, Klockian. et Port. quod recte Rhenanus, invito quamvis et adversante Gebhardo, probavit. Respicit Trebonius, dicendo *revolvi*, ad id, quod proxime ante latam legem Treboniam factum erat, de quo Liv. III. 65. 'Novi tribuni plebis in cooptandis collegis Patrum voluntatem foverunt: duos etiam patricios consularesque Sp. Tarpeium et A. Aterium cooptavere.' Sublata igitur lege Trebonia eo 'revolvebatur' res, quo olim ante eam legem latam 'devoluta' fuerat. Supra IV. 12. 'Revolutus ad dispensationem annonæ.' XL. 4. 'Femina ad multum ante præcogitatum revoluta facinus.' Justin. XXX. 1. 'Revolutusque in luxuriam.' Præcesserat enim 'Luxuriæ se tradiderat.' Verum inde revocatus fuerat bello Antiochi. Solent autem literæ *D* et *R*, ac verba cum voculis *de* et *re* composita inter se commutari. Vide ad IX. 10. § 6. Adde viros doctos ad Val. Max. III. 4. in pr. Mox *patric. adseculæ* Flor. a m. pr. Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. *patric. ad seculum* Lov. 4. *patric. a sede* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. *patric. ad sedem* Lov. 2. Erroris origo est, quod literæ *cl* in *d* coaluerint. Vide ad X. 24. § 2. *Ut aut patricii asseclæ habendi tribuni sint*, reliquis omissis, Harl. 2. *ut aut patricii, aux patric. scelere habendi tribuni plebis sint* Lov. 5. a m. pr.

§ 3 *Id fraude patriciorum, scelere ac proditione collegarum factum*] *A fraude patric. et scelere ac prod. colleg. factam* Voss. 2. Similiter etiam Lov. 3. nisi quod *proditionem* præferat.

§ 4 *Quum arderent invidia non Pa-*

Digitized by Google

tres modo, sed etiam tribuni plebis] Obscure dictum est: quamquam ita intelligi potest, quomodo dicimus 'Socrates laborabat magna invidia;' videlicet, cui multi invidebant: quod sæpius gloriæ est, quam vitii. *Glar.* Obscure dictum censet Glareanus, quia duplici modo accipi potest. Vel enim 'ardet invidia,' qui vehementer invidet: (ita 'ira ardere' dicitur, qui vehementer irascitur, XXXVIII. 25. 'ardere cupiditate,' qui vehementer cupit, apud Flor. III. 11. § 11.) vel etiam 'ardet invidia,' cui multum invidetur, quæ hujus loci sententia est. Eo sensu Cic. dixit Orat. Catil. II. 11. 'Tum te non existimas invidiæ incendio conflagraturum?' Ad Quint. Fratr. Epist. II. 15. 'H-S centies constituunt in prærogativa pronuntiare. Res ardet invidia:' quod Sallust. dixit in Jug. c. 25. 'In invidia res erat.'

Sed etiam tribuni plebis, cooptati pariter, et qui cooptaverant] Τὸ *etiam* non est in Harl. 2. Vide ad II. 6. § 1. Tum *et coopt. pariter, et qui coopt.* Leid. 2. *coapt.* et *coaptav.* iterum præferunt Lov. 2. et 5. Præterea vocula *qui* non exstat in Harl. 1.

Tum ex collegio tres P. Curiatius, M. Metilius, et M. Minucius] Vet. lib. omnes *Curatius.* Fuit autem 'Curatia' gens et patricia et plebeia. Itaque et hic et alius *P. Curatius*, Nasica et Bruto consulibus, tribuni plebis fuerunt. Epit. lib. LV. *Sigon.* Pal. 2. *Aulus Curiatius.* Reliqui Pall. *Purpureus Metilius.* Iterum Pal. 2. *M. Nictilius.* Gebh. *Cum ex collegio* Leid. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Tum ex coll. tres tribuni plebis* Gaertn. et Lov. 2. *tum ex coll. tres puberes* Lov. 4. et 5. *tum ex coll.* omissa voce *tres*, Lov. 3. Deinde *Auli* prænomen primo horum tribunorum dat solus Hav. reliqui in *Publius* conspirant, nisi quod prænomen desit in Lov. 2. 4. et 5. Consentiunt quoque in *Curatius*, nisi quod *Curratius* sit in Harl. 2. *Curi* Lov. 5. *Curatius* etiam habe principes usque ad Ascensit a. 1513. reposuit *Curiatius*, q gonius iterum sustulit, vetus tione revocata. Passim in h mine variant scripti. Vide a § 1. et III. 32. § 1. Quin etia bunus plebis, in Epit. Liv. l memoratus, non tantum ibi i sed etiam apud alios auctores, *Curatius*, modo *Curiatius*, vo Vide quæ ad eum locum not Verum Sigonius (quemadmodu testatur in Scholio primæ edit 24. § 1. quod in posterioribus sum est) in his scriptores G secutus est, ut Dionys. qui p Κουρίους scribit. Vide Antiq. 150. 151. et alibi. Inscription pidum utrique orthographiæ f videntur. Passim enim in iis m rantur CVRIATII. ut apud Gr CCCXCIX. NUM. 5. DCXL. num. alibi. At CVRATIVS COSANVS eumdem p. MXIII. n. 6. Verum eo CVRIATVS habet Fabrett. i script. p. 745. Attamen C. CVRA IVVENIS obcurrit apud eumdem brett. p. 360. Quum igitur utran scribendi rationem in usu fuisse simile sit, quemadmodum alibi Livium *Curiatius* editur, ita et edendum curavi. Deinde *Purpu Metilius* Voss. 2. et Lov. 3. *Pu rius Metilius* Gaertn. *M. Nect* Harl. 2. et Hav. *M. Nictilius* P *M. Metilius Curatius* fragm. H Sed voces *M. Metilius et* omittun perperam in Leid. 1. Sola partic *et* deficit in Flor. Voss. utroq Harl. utroque, Port. et fragm. H

Trepidi rerum suarum] Vox *trep* deest in Port. a m. pr. sed a m. s alio loco in margine adscripta *rer suarum trepidi.* De locutione *trep rerum* vide ad XXXVI. 31. § 4. M *priores anni*, pro *prioris anni*, Leid. et fragm. Hav.

In eos ab se iram plebis] *Iram pop*

Digitized by Google

Harl. 2. Port. et Hav. eo modo *tribunus populi* perperam scribitur sæpe in Mss. pro *tribunus plebis*. Vide ad IV. 56. § 10. Adde quæ notantur ad cap. seq. § 2. Etiam *a se* Gaertn. Deinde *evertunt*, pro *avertunt*, Lov. 4.

§ 5 *Quibus delectus, quibus tributum, quibus diutina militia*] *Dilectus* Flor. Voss. 1. Lov. 1. Leid. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Tum *diuturna militia* Leid. antiquæ, pro quo Aldus *diutina* subposuit, consentientibus omnibus scriptis. Voces illæ sæpe confunduntur a librariis. Vide ad XXVIII. 24. § 6. Mox *longinquitas belli*, sine conjunctione *que*, Lov. 4. et Gaertn. sed negligentius scribarum hoc tribuendum.

Qui clade accepta ad Veios doleant] Pal. 2. ad marginem, *qui cladem acceptam ad Veios doleant*. Et esset 'acceptam cladem delere' διορθοῦσθαι. Diodorus lib. XVIII. pag. 636. Κρατερὸς διορθωσάμενος τὰς γεγενημένας ἥττας τῶν Μακεδόνων. Et mox p. 645. de Perdicca, διορθούμενος τὰς ἐλαττώσεις. Aliter ibid. p. 666. Ἀντίγονος παραδόξως διὰ τῆς ἰδίας ἀγχινοίας καὶ στρατηγίας ἀναμαχέσατο τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα. Non tamen huc convenit. *Gebh. Qui cladem acceptam ad Veios doleant* Port. quomodo etiam interpolator in margine Pal. 2. apud Gebhard. dare voluisse videtur. Nam *qui clade accepta ad Veios doleant* simili errore, sine sensu, Harl. 2. Sæpe τὸ 'dolere' cum quarto casu jungi solet. Vide Cortium ad Plinii Epist. I. 12. § 12. et ita Ovid. Epist. Heroid. XV. 120. 'Quid dolet hæc? certe filia vivit, ait.' Justin. XII. 6. 'Ne ita mortem unius doleat, ut universos perdat:' ubi Scheffer. legendum censet *morte in unius doleat*, quoniam Bongars. in quibusdam Mss. invenit *morte unius*. Mihi vero vulgatum servandum videtur, quoniam alibi etiam 'dolere mortem' Justin. dixit, ut XXXII. 3. 'Philippus inpatientius in dies mortem Demetrii dolebat:' et ita 'dolere' etiam construit IX. 7. 'Non minus Olympiadem repudium et prælatam sibi Cleopatram, quam stuprum Pausaniam doluisse:' neque aliter Cic. fere semper. At similiter etiam 'delere' jungitur cum casu sexto. Liv. XL. 10. 'Perisse expetunt, quia tuis injuriis doleo.' Ovid. Fast. VI. 43. 'Caussa duplex iræ: rapto Ganymede dolebam.' Trist. Eleg. III. 11. 60. 'Te quoque ut auditis posse dolere putem.' Quum autem ab hac constructione omnes stent codd. reliqui; eam etiam veriorem esse, non dubito.

Amissis liberis, fratribus, propinquis, adfinibus] Perperam *fratribusque* Hav. Vide ad IV. 28. § 5. Mox *hujus publici* Lov. 2. et 4. pro *iis publici*. Deinde *jus potestatem*, omissa particula *que*, Leid. 2. Tum *a se memorant*, pro *ab se mem.* Gaertn.

§ 6 *Quam fateri reos*] Pall. duo *fateri in reos*. Gebh. Eadem lectio penes me superest in Voss. 2. et Lov. 3.

Aliter in alterum caussam conferant] *Caussam conferunt* Gaertn. et fragm. Hav. *conferunt caussam* Harl. 2. Port. et Hav.

Sergius proditionem increpans Virginii] Pal. 2. *increpitans*, ut aliquoties loqui amat Livius. Infra XXXVI. 32. 'Pertinaciam increpitabant prætoris.' *Gebh.* Eadem lectio etiam superest in Hav. Si certiores codd. accinerent, non displiceret. Ceterum *Verginii* Flor. Leid. uterque, Lov. 1. 3. et Gaertn. quomodo iidem etiam supra hoc cap. et infra cap. seq. passim exhibent.

§ 7 *Ut multo verisimilius sit, compacto eam rem et communi fraude patriciorum actam*] Quidam *compacto* mutaverant in *conspecto*, temere quidem meo judicio: nam *compacto* dictum videtur pro 'composito,' quo alias sæpe utitur Livius. *Glar.* Aliquot libri, *conspecto*. Alii, quibus assentior, *ex composito* habent, pro *compacto*. Sic c. 14. 'Clarissimis viris ex composito præparatis ad petendum.'

Digitized by Google

Sigon. *Compacto* bene Andreas olim excusum dedit. Pall. duo *conspecto:* absque dubio scriptum erat *ἀρχαϊκῶς compecto.* Sic scriptum reperi apud A. Gellium xx. 1. in Ms. Pal. 'Si reus, qui depecisci nolnerat, judici talionem imperanti non parebat.' Hinc mendi indoles manavit. Pal. 2. *consulto:* ad marginem vero *ex composito:* utrumque est genuinæ lectionis interpretamentum. Quod et perperam amplexus est Sigonius, et ante illum J. Campanus. *Gebh.* *Compacto* jam Andreas et omnes, donec Sigonius *ex composito.* Muretus *consulto.* At Flor. *conpecto.* Ex quo intelligis, quemadmodum in quibusdam Sigonianis et duobus Voss. natum fuerit *conspecto.* Hinc discis etiam, quid sentiendum sit de Suetonii loco in Octavio c. 15. 'Conspecto eum ad arma isse,' ubi Lipsius Elect. i. 12. *compacto.* Id Casaubonus non probat: esse enim *ἐκ συνθήματος,* quod huic loco non conveniat. At convenit, *ἀθρόαν,* et ita quidem, ut nihil aliud. Sensus enim, inter Octavium et L. Antonium clam convenisse, ut simularent inimicitias, et sic, qui præsentem statum gravarentur, Antonio velut duce vel capite oblato, voluntates nudarent. Sic apud Plautum Pseudolo i. 5. 126. 'Aut de compacto faciunt consutis dolis:' alter Camerarianus. *J. F. Gron.* *Ut multo verisimilius fit* Gaertn. sollemni errore, de quo vide hoc lib. ad c. 3. § 8. Tum *ex composito* Harl. 2. quo Livium alibi sæpe usum esse, Glareanus observat. Ita i. 9. 'Tum ex composito orta vis:' ubi vide plura exempla. Quum tamen nullus meorum codd. concinat, et tantum suspectæ fidei Mss. hanc lectionem præferant, recte eam a viris doctis rejectam arbitror, dissentiente quamvis Sigonio. *Consulto* est in Port. Hav. et Hearnii Oxoniensi N. *composito* in Lov. 4. et marg. Lov. 5. *conspecta caussa* in Gaertn. *conspecto,* præter Voss. utrumque a Gronovio laudatum, in Lov. 1. 2. 3. 5. a m. pr. Leid. que, fragm. Hav. et Oxoniens 2. ac C. apud Hearnium. *Co* Flor. *cõpecto* in Klockian. *com* Harl. 1. Quæ omnia eo duc cum viris doctis vel *compecto* antiquo, vel *compacto* verum censeam. *Compacto,* pro 'ex pacto,' 'de compacto.' Pl Captiv. iii. 1. 29. 'Omnes co rem agunt, quasi in velabro c Afranius in Emancipato, apu ris. Instit. Gramm. l. ii. p. 177 facere compacto omnia.' Vide Brisson. de Verbor. Signif. li voce 'Compactum.' Ita *com* pro 'ex composito,' Virgil. *A* ii. 129. 'Vix tandem magnis clamoribus actus, Composito r vocem.' 'Inproviso' Liv. v 'Patentibus portis quum inp incidissent:' pro quo etiam *ex viso* et *de inproviso* dici solet. quæ ad eum locum notantur.

§ 8 *Prius datum locum Veientil incendenda opera, belli trahendi c Primum datum locum* Voss. 1. Le Lov. 1. et Gaertn. Tum *ad inci opera* Lov. 4. Contrario error *cendentem,* pro *incidentem,* est in 1. infra hoc cap. § 14. Præter *trahendi* deficit in Leid. 2. inerti brarii. 'Trahere bellum' Livio quens. Supra iii. 62. 'Et trahi lum salubriter, et mature perfici test.' iv. 18. 'Veienti Fidenat plus spei in trahendo bello es cap. præc. 'Unum bellum an jam tertium trahi.' vi. 23. 'O sionem juvandarum ratione vir trahendo bello quærebat.' Vide et ix. 23. 27. et 32. Mox *et ut nunc ditum* Voss. 2. a m. pr. *nunc prodit* omisso *τῷ et,* Lov. 1.

§ 9 *Omnia fieri, ut consenescat Veios exercitus*] Vide Scalig. in C cem, ad illud vs. 180. p. 280. 'cuncta paranti.' *Klock.* *Consues* Hav. Male. Infra ix. 19. 'Alexa dro (quod postea Hannibali accid alieno in agro bellanti exercitus co

Digitized by Google

senuisset.' Mox *ne de agris*, pro *nec de agr.* scribendum esse, vir doctus ad marginem ed. Curionis conjecit. Sed vulgatum tuentur omnes scripti et editi, quod etiam probum videtur. Repetendum enim *τὸ ut* ex præcedenti membro.

Celebrare actiones, et resistere conspirationi patriciorum possint] *Ut resistere* Leid. 1. Voss. 1. in margine, Lov. 1. 4. et Port. a m. sec. inter versus. An forte legendum *aut resistere? Aut* enim atque *ut* sæpe commutantur. Vide ad IV. 12. § 8. Sed nihil mutari præstat. Passim *et* atque *ut* a librariis confunduntur. Vide ad XXI. 28. § 8. Tum *conspiratione* Gaertn. *conspirationem* Flor. Denique *possit* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Port. Paullo ante *frequentia*, pro *frequentiaque*, Flor. Sed nihil muto. Vide ad II. 31. § 1.

§ 10 *Et ab senatu, et a populo Romano, et ab ipsorum collegis*] *A senatu* Lov. 2. et Gaertn. Deinde *ab pop. Rom.* Leid. 1. Lov. 4. 5. Harl. 1. et fragm. Hav. *ab ipso pop. Rom.* Lov. 2. Denique *et ab eorum collegis* Harl. 2. Port. et Hav. *et ab ipsorum collegiis* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. *et ipsorum collegis* Lov. 5.

§ 11 *Nam et senatusconsulto eos ab republica remotos esse*] Vide Fabrum ad l. 2. ff. de Orig. Jur. *Kloek.* Cæsar de Bell. Civ. III. 21. 'De quibus rebus Servilius consul ad senatum retulit, senatusque Cœlium ab republica removendum censuit. Hoc decreto eum consul senatu prohibuit, et concionari conantem de rostris deduxit.' Velleius de eodem II. 68. 'In Urbe seditionem movens, primo summotus a republica, mox consularibus armis, auctore senatu, circa Thurios oppressus est.' Suetonius Julio c. 16. 'Cæsar prætor Cæcilio Metello tribuno plebis, turbulentissimas leges adversus collegarum intercessionem ferenti, auctorem propugnatoremque se pertinacissime præstitit, donec ambo administratione reipublicæ decreto Patrum summoverentur.' Hoc ipsum est, quod Suetonius in eodem Julio c. 30. sic describit: 'Bello vindicaturus, si quid de tribunis plebis intercedentibus pro se gravius a senatu constitutum esset.' Et c. 31. 'Cum ergo sublatam tribunorum intercessionem ipsosque Urbe cessisse nunciatum.' Ex hoc more interpretantur invidiose tribuni senatusconsultum de comitiis maturius habendis. *J. F. Gron.* Suet. Cæs. c. 79. 'Tribunos graviter increpitos potestate privavit.' c. 80. 'Post remotos Cæsetium et Marullum tribunos.' *Duk. A republica remotos* Voss. 2. et Lov. 3.

Recusantes abdicare se magistratu dictatoris metu ab collegis coërcitos esse] *Τὸ se* non est in Lov. 5. et Gaertn. Deinde *a collegis* habent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Gaertn. Insuper *coërctos esse* Voss. 2. et Lov. 3. *coërcito esse* Leid. 2. *exercitos esse* ed. Mediol. 1505. Mox *creasse* culpa librarii abest a fragm. Hav.

Non Idibus Decembribus die sollemni, sed extemplo Kalend. Octob.] Vocula *non* deficit in Lov. 2. Tum *Idibus Decembris* idem Lov. 2. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Deinde *Kalendis Octobris* Gaertn. Solent plerumque hæc scribi per compendium *Decembr', Octobr'*. Inde factum, ut librarii, alii *Decembris, Octobris*, alii *Decembribus, Octobribus*, redderent; quod posterius plerumque in optimis tum Livii, tum aliorum membranis superest; quemadmodum hoc loco etiam *Kalendis Octobribus* servant Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. 5. Port. et Hav. Vide ad IV. 37. § 3. *Idibus Octob.* præfert Harl. 2. Sed recte in margine emendatum est *Kalendis*. Supra enim dixerat c. 9. 'Extemplo novos tribunos militum creandos esse, qui Kalendis Octobribus magistratum occiperent.'

Magistratum occiperent] *Acciperent* Voss. 2. Leid. 2. Lov. quinque, Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1.

Digitized by Google

2. N. et C. Vide quæ notantur hoc lib. ad c. 9. § 1. Mox alio ordine *stare diut. resp.* Lov. 4. Tum *manentibus* exsulat a Lov. 2.

§ 12 *Tot judiciis confossos prædamnatosque*] *Tot indiciis* Voss. 2. De hoc errore scribarum vide ad VII. 39. § 5. Tum *confessos* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Tandem *præda natosque* Hav. *prodamnatosque* Lov. 5. Vide ad IV. 41. § 11.

Et existimare defunctos se esse] *Extimare* Voss. 2. et Lov. 3. omissa prima vocula, quæ etiam deest in Leid. 2. et Lov. 1. *et extimare* Lov. 2. ac 5. *et estimare* Harl. 2. Port. et Hav. Passim ita variant codd. scripti. Vide ad XXXIV. 2. § 5. Tum *esse se* Lov. 4. et edd. vetustæ usque ad Aldum, invitis Mss. aliis.

Quod duobus mensibus citius privati facti sint] *Privati sint*, media voce exsulante, Harl. 2. Port. et Hav. *privati facti sunt* Leid. 2. Lov. 2. 4. et vetustæ edd. ante Aldum.

§ 13 *Neque intelligere*] *Intellegere* Flor. eadem forma, qua 'neglegere' II. 11. § 4. ubi vide. Mox *arrogatum*, pro *abrogatum*, Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav.

§ 14 *Quum fuga trepidum, plenum vulnerum ac pavore incedentem portis exercitum viderint*] Sic quidem libri: sed suspicari possis, *plenum vulneris ac pavoris incidentem portis*. J. F. Gron. *Fugam trepidam* Voss. 1. Lov. 3. 5. Harl. 2. Port. a m. pr. Hav. et fragm. Hav. *fuga trepidam* Lov. 4. Tum *incidentem* omnes codd. mei præter Lov. 4. et Klockian. qui *incedentem*, et Lov. 1. qui *incendentem* male præferunt. Alibi sæpe 'incidere' et 'incedere' commutantur in membranis vetustis. Vide ad IX. 24. § 10. *Incidentem* etiam superest in omnibus excusis usque ad Gruter. qui in postrema ed. perperam *incedentem* dedit, quod reliqui servarunt usque ad Gronovium, qui a. 1665. *incidentem* edidit. Multus est in hac locutione Livius. Ita II. 65. 'Fugientes tesque castris incidere.' III. grestes pavidi incidentes por 26. 'Multi cæsi vulneratique quam pavente portis incidere 38. 'Patentibus portis quum viso incidissent.' VII. 17. 'Vel phati et adtoniti munimentis s pido agmine inciderunt.' XX 'Cum tanto pavore incidentil bis in vallum portasque.' Pr displicet Gronov. *plenum vulne pavore*, et corrigendum putat *vulneris ac pavoris*. Si quid in tandum, non video cur *vulnerum* cuerit. Rescribam itaque *plen nerum ac pavoris*. Verum, quum scripti vulgatum tueantur, eti hil innovandum censeo. De eo dubitat, quin Livius utroque m *plenus* construxerit, et cum se et cum sexto casu. Vide quæ tur ad XXVII. 40. § 8. Id ver fendere non debet, quod utru casum hoc loco ei voci addid alibi enim sæpe Livius orationi riandæ caussa uni voci duas plu alias diversa constructione ad Ita XXXVI. 3. 'Nihil referre, ip ram, an ad præsidium nunciare ubi hujus generis plura vide. Et et numero simul variat Livius 34. 'Tantaque præda fuit, ut in tem quadringeni denarii, pedit duceni dividerentur.' Similiter lib. c. 52. unus codex exhibet *lus locus in ea non religione deorur est plenus:* ubi tamen optimi ser *religionum*, ut vulgo editur. Po etiam *pavore* referri ad τὸ *inciden* Ceterum *volnerum* præfert Flor. V ad XXXIX. 53. § 2. Præterea *vid* Hav. *viderent* Leid. 2. *viderunt* H 1. et edd. priores, pro quo Al deinde *viderint* reposuit, quod serv reliqui scripti. Mox *quanquam*, *quemquam*, est in Lov. 3. et *accusan* pro *accusantem*, in Harl. 2.

§ 15 *Pro certo se habere, neminem concione stare*] *Pro certo habere*, om so pronomine, Harl. 2. Port. et H

Digitized by Google

etiam inpressi vetustiores. Primus addidit Aldus, cum quo concinunt reliqui calamo exarati. Deinde *neminem intentione stare* Harl. 2. *in contionem stare* Flor. *Tò stare* autem deficit in Leid. 2.

L. Virginii ac M. Sergii] *M'. Sergii*, ut dixi. *Sigon.* Vide supra hoc lib. ad c. 8. § 1. Clericus, qui ibi *Manium Sergium* ediderat, hic tamen *M. Sergii* dedit; nisi forte id operis typographorum aberrantibus adscribi debeat. Paullo ante *non caput, non domum fortunasque* Lov. 3. Id si plures codd. probarent, non displiceret. Vide ad VIII. 34. § 10.

§ 16 *In iis sua potestate, quum liceat et oporteat, non uti*] Veteres libri habent *summa potestate:* atque ita sine dubio legendum est. *Sigon.* Sine dubio improbum, quod adfert Sigonius, *summa potestate*, ut monuimus Observat. in Eccles. c. 11. Livius XXXVIII. 60. 'Prætori non intercedere tribunos, quo minus sua potestate utatur.' *J. F. Gron. Et in his sua potestate* Gaertn. *et his summa potestate* Harl. 2. *in his summa potestate* Port. et Harnii Oxon. L. 2. et C. *summa potestate* etiam Lov. 4. et 5. Sed recte Gronovius vulgatum vindicavit, quod etiam in optimis codd. superest. Alibi quoque *suus* et *summus* confundi solent. Vide viros doctos ad Cic. Orat. pro Plancio c. 1. Paullo ante *minimeque convenire*, addita particula *que*, Harl. 2. Deinde *iratosque Deos*, pro *iratos quisque Deos*, Voss. 2. Præterea in verbis seqq. *unquam*, pro *numquam*, Gaertn. et fragm. Hav.

Occasione ulciscendi læsos arment] *Ulciscendi reos* Klockian. id est, eos puniendi. Cic. pro Milone cap. 33. 'Numquam illum respublica suo jure esset ulta.' Ovid. Epist. Her. XV. 153. 'Sola virum non ulta pie mœstissima mater.' Sueton. in Claud. c. 42. 'Quoties quidem hostem vel insidiatorem ultus esset.' Reliqui tamen codd. nihil mutant. Et videtur ea vox inrepsisse ex principio capitis seq.

CAP. XII. §1 *Nequidquam Sergio Martem communem belli fortunamque accusante*] Alio ordine Pal. 2. *comm. Mart. bellique fort. acc.* et Campan. *fortunamque belli.* Gebh. *Comm. Mart. belli fortunamque* Voss. 1. *comm. Mart. fortunamque belli* Lov. 1. *Mart. comm. fortunamque belli* Leid. 2. *Mart. comm. bellique fortuna* Gaertn. *Martem comm. bellique fortunam* Harl. 1. Port. et Hav. Sed ordo, qui in editis est, satis placet. Passim enim 'Mars communis belli' memoratur. Infra VII. 8. 'Quidquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert:' ubi vide Sigonium. XXVIII. 41. 'In Africa quoque Mars communis belli erit:' ubi vide J. F. Gronovium. Alteri quidem ordini patrocinium parari posset loco ex lib. XLII. c. 14. 'Martem communem esse, et eventum incertum belli.' At pro altero stant codd. integerrimi. Præterea *nequiquam* Flor. Vide ad XL. 47. § 9. Paullo ante *incitata plebes* Port. pro *inc. plebe.* Vide ad I. 20. § 6. At in verbis seqq. *militans*, pro *militiæ*, Flor.

§ 2 *In hoc versa ira populi, cooptationis tribunorum*] *Versa ira plebis* Harl. 2. Contrario modo cap. præc. § 4. ubi vulgo editur 'in eos ab se iram plebis avertunt,' quidam codd. *iram populi* præferunt. Tum *coaptationis tribunorum* Lov. 2. 5. et Port. Vide de hoc errore ad III. 54. § 9.

§ 3 *Plebes haberet, legem agrariam promulgant*] *Plebis haberet* Harl. 2. Port. et ed. Mediol. 1480. Vide ad I. 1. § 11. *plebs haberet* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. et plerique edd. principes: *pl. haberet* Hav. Tam ridicule *legem agninam promulgant* Gaertn. *promulgatam* Leid. 2. et Lov. 1.

Tributumque conferri prohibent] Particulam *que*, a prioribus excusis exsulantem, addidit primus Aldus. Eamdem agnoscunt omnes scripti. Deinde.

Digitized by Google

conferre Port. Hav. et inpressi ante eumdem Aldum. Denique *prohiberent* Leid. 2. Vide ad XXXIX. 52. § 6.

§ 4 *Resque militia ita prospere gererentur, ut nullo bello veniretur ad exitum spei*] Vetus lectio *ad exitum rei. Nullo bello*, hoc est, absque bello. *Rhen.* Male Rhenanus *nullo bello;* id est, absque bello. Ita enim hæc scripta a Livio sunt, tamquam a tribunis plebei per irrisionem dicta, ut *prospere* vere hic denotet suum contrarium 'improspere.' *Klock.* Campani ed. *resque militiæ ita prosp. ger. ut nul. bel. veniretur ad extremum rei.* Duo Pall. *malitia:* perperam, censeo. *Gebh.* Scribe *militiæ;* statimque *veniretur ad exitum spei*, non *rei*, quod molesta satis vocabuli repetitione in tam vicino Rhenanus fecit. Vindicat alterum Livius ipse c. 6. 'Quamvis seræ spei exitum exspectare.' IX. 15. 'Brevi ad spem exitus respondit.' XXI. 57. 'Annibal quum plurimum in celando incepto ad effectum spei habuisset.' *J. F. Gron. Militia* constanter in scriptis meis, nisi quod *malitia* sit in Lov. 3. *militiæ* in Lov. 4. et Hearnii Oxon. N. *mitiæ* in Harl. 1. *militiæ* mihi etiam obvium fuit in Ascensianis 1513. 1516. et 1530. Mogunt. et Paris. 1529. Deinde perperam Klockius *prospere* per ironiam accipit, pro 'inprospere.' Non enim tribunorum hæc verba sunt, sed Livii, narrantis quam incommoda hæc actio tribunicia evenerit: dicit autem, res prospere quidem ac feliciter hoc anno adversus hostem geri, ita tamen, ut, quum multiplex bellum esset ad Veios, ad Capenam, ad Falerios, et in Volscis, ut Anxur recuperaretur, nulli horum bellorum finis inponi potuerit. 'Namque Veiis,' &c. Notat idem Klockius, in libro Lugdunensi *gererēt* esse. Sed a scriba errante omissa est nota, qua ultimæ duæ ejus vocis literæ *ur* scribi solebant, quemadmodum sæpe factum est. Vide ad X. 10. § 1. *Gereretur* Lov. 2. Deinde idem iterum ius recte inprobat expositione nani, *rà nullo bello* interpretan bello.' Quatuor hoc anno b rebantur, nullo vero quatuor bellorum veniebatur ad exit Denique *ad exitum spei*, ut an nanum legebatur, et postea vius non modo hic revocavit, am ad II. 18. § 2. præferendu suit, in Oxon. Hearnii uno L perest, apud me vero in uno in quo tamen adhuc inter ver scriptum est *rei*. Contra *ad rei* servant omnes reliqui cod lent certe *spes* et *res* sæpe i confundi. Vide viros doctos de Nat. Deor. I. 22. Nic. He ad Ovid. Metam. III. 416. B num ad Phædri Fab. IV. 7. 4. notantur ad IV. 17. § 5. c. 2 hoc lib. c. 6. § 2. VI. 14. § 12. § 6. VIII. 13. § 13. et alibi. men a vulgato non recedendu bitror. Quum enim utraque commodum sensum reddat, tuti detur, ut plurium atque optimæ codicum lectionem sequamur. que ideo displicere debet *τὸ rei res* modo præcessit; non tantum passim Livius quasque voces rep non nimis religiose evitavit, ut tum est ad I. 3. § 9. verum etiam quoque *τὸ res* iteravit. Vide qu II. 18. § 2. notantur. Ita un Mediol. 1505. vox *rei* vel *spei* erat omissa.

Namque Veiis castra, quæ a erant, recuperata castellis præsidi firmantur] 'Sensus postulat *firma tur*, aut *firmari*. Sed ego totam tentiam cum seq. periodo conjun dam censeo, et pro *Namque Veiis* gendum *Jamque Veiis*, et *firma Præerant:* quod nimio melius et cundum genium Livii videtur.' codici suo adscripserat Cœtierius, ita quoque Klockius legendum ce bat. Certe ad vocem *Namque* i versus adposuit *Jamque*. Et sol

Digitized by Google

passim particulæ *jam* et *nam* in Mss. confundi. Vide ad IX. 17. § 5. Hic tamen nihil muto. Nam his verbis per partes ostendit, quod modo dixerat, nullo bello ad exitum rei perventum esse, licet res militiæ prospere gererentur. Ceterum *nam Veiis* habent Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *quæ amisserant erant* est in Lov. 2. *quæ amiserant* in margine Voss. 1. De similibus erroribus passim obviis vide ad XXIII. 29. § 16. et ad Epit. lib. L. Mox *cast. præsidiis firm.* Harl. 2.

Præerant tribuni militum M. Æmilius et Q. Fabius] In horum magistratus creatione *C. Fabius Ambustus*, non *Q. Fabius*, nominatur. Ita et in posterioribus: quare hoc Q. suspectum. Sed de *C.* sive *Cn. Cornelio* jam sæpe admonuimus. *Glar.* Lege *M'. Æmilius et K. Fabius.* Hic est enim, qui in comitiis hujus anni describendis a Livio c. 10. *C. Fabius* vulgo dictus est; itaque satis mirari non possum, cur hos locos emendatores isti non concordarint. Nos autem supra hujus correctionis rationem reddidimus. *Sigon. Tum præerant* Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Sed forte vocula hæc nata est ex proximæ vocis syllaba finali. Clericus, qui supra c. 10. § 1. Sigonium secutus *Manio Æmilio* ediderat, hic tamen exhibet *M. Æmilius*, quod forte operarum errori tribuendum. Ceterum codd. omnes in mendosam lectionem *Q. Fabius* pertinacissime conspirarunt, nisi quod corruptius *Quincius Fabius* sit in Lov. 2. Voculam *et* inter duorum tribunorum nomina omittit Lov. 4. ac nonnullæ ex edd. principibus.

§ 5 *M. Furio in Faliscis, et Cn. Cornelio in Capenate agro hostes nulli extra mœnia inventi*] Scribe *a M. Furio in Fal. et Cn. Corn. i. C. a. h. n. e. m. inventi.* Rhenan. Præpositio *a*, quam Rhenanus addidit, abest ab omnibus, quibus usus sum, codd. scriptis, nisi quod in Voss. 1. exstiterit a m. pr. deinde ab alia emendatrice expuncta, et quod ejus loco habeat *Quinto M. Furio* Gaertn. Vide ad VI. 11. § 4. Præterea *M. Furius in Fal. et C. Corn.* Port. et Hav. *M. Furius in Fal. et Cn. Corn.* Lov. 4. 5. a m. sec. et Harl. 2. *M. Furio in Fal. Cornelio* Lov. 1. *M. Furio in Fal. Cn. Corn.* Voss. 1. *M. Furio in Fal. C. Corn.* Gaertn. et Leid. 2. *M. Furio in Fal. et C. Corn.* Lov. 2. et fragm. Hav. cum priscis edd. Vide ad c. 10. § 1. Tum *in Campenate agro* Gaertn. Denique *inv. extra mœnia* alio ordine Harl. 2. Port. et Hav.

Incendiisque villarum ac frugum vastati fines] *Incendiis villarum*, sine particula *que*, Hav. et edd. priscæ. Primus eam addidit Aldus, et servant etiam reliqui scripti. Deinde *et frugum* Hav. Postea *vasti fines* Harl. 1. quomodo sæpissime lapsi sunt indocti librarii. Vide ad XXIII. 30. § 7. *vastitati fines* Voss. 2. Ita Vales. ex cod. Colbert. in Amm. edidit XVI. 4. 'Ultima squalentes inopia terræ sæpe vastitatæ:' et idem etiam in cod. Valentino Pithœum invenisse monuit. Hic tamen potius librariorum peccatum puto, quia reliqui codd. stant pro edita lectione. Vide ad X. 37. § 2.

Oppida nec obpugnata, nec obsessa sunt] Similis fere locus est IV. 21. 'Exercitus in agrum Veientem ac Faliscum ducti: prædæ abactæ hominum pecorumque: hostis in agris nusquam inventus, neque pugnandi copia facta. Urbes tamen non obpugnatæ.' Sed *opp. obp. nec obsessa sunt* omnes codd. mei, nisi quod *oppida obpugnatum loco alto situm*, reliquis mediis omissis, habeat Harl. 1. errore scribæ, cui vocum *obpugnata* et *obpugnatum* repetitio inposuit. Vide ad IX. 11. § 11. attamen vel sic is idem etiam ostendit, τὸ *nec* non fuisse in exemplari, unde descriptus est. Et sensus, recepta hac lectione, statui posset, duces Romanos, qui ea parte bel-

Digitized by Google

lum gerebant, tentasse, si primo impetu Falerios et Capenam expugnare possent; re autem minus ex voto succedente, castra ad eas urbes non posuisse, contra quam mox de Anxure addit: 'Anxur nequidquam obpugnatum, loco alto situm, et, postquam vis irrita erat, vallo fossaque obsideri cœptum.' Tò *nec* deest etiam a vetustis impressis. Primum addidit Aldus. Utra lectio verior censenda sit, dubius hæreo. Malui tamen codd. scriptos sequi.

§ 6 *At in Volscis depopulato agro Anxur nequidquam obpugnatum*] *Ad in Volscis* Port. Vide ad III. 17. § 5. Tum *Auxur* Hav. *Anxir* fragm. Hav. a m. pr. *Anxyr* Leid. 1. et Klockian. Vide ad IV. 59. § 3. Denique *nequiquam* Leid. 1. De qua orthographia dicam ad XL. 47. § 9. *Oppugn. nequicq.* excusi ante Aldum, invitis omnibus scriptis.

Loco alto situm, et postquam vis irrita erat] *Loco lato*, transpositis literis, Gaertn. Ita alibi peccarunt librarii. Vide quæ notantur hoc lib. ad c. 37. § 7. *loco alio* Hav. De hoc errore vide ad XXXVII. 16. § 7. De situ urbis Anxuris, quæ in clivo montis condita fuit, vide Livium IV. 59. Tò *situm* hic non agnoscit Voss. 2. Tum *vis irritata erat*, ultima syllaba perperam repetita, Harl. 2. et Port. *vis inita erat*, duplice *r* in literam *n* coalescente, Voss. 2. et Lov. 3. Similiter variarunt codd. IV. 56. § 12. Vide ad X. 37. § 2.

Valerio Potito Volsci provincia evenerat] *Volscorum provincia* Harl. 2. Port. et Hav. Perperam. Supra II. 40. 'Sicinio Volsci, Aquilio Hernici provincia evenit.' Infra VI. 30. 'Manliis Volsci provincia, sine sorte, sine comparatione, extra ordinem data:' ubi pari modo errant iidem codd. VII. 11. 'Quum collegæ ejus M. Fabio Ambusto Hernici provincia evenisset:' ubi etiam eodem modo quidam codd. c. 19. 'Cui Tarquinii provincia evenerat.' XXXVI. 40. 'Neq gures provinciam sortitum e ubi male iterum nonnulli c *gurum provinciam*. Vide qu tantur. Deinde, inperite di ris, olim continua serie scri *vincia venerat* Leid. 1. Ex q promanavit, ut alii darent *venerat*, quemadmodum pr Voss. 2. Lov. 2. 5. Harl. 1. fragm. Hav. Certe *provinci* est in Flor. a m. pr. pro que emendatum fuit *provincia Provincia provenerat* Hav. S 43. 'Cui sorte ea provincia rat:' ubi pariter peccatur in Infra hoc lib. c. 29. 'L. L consuli ea provincia evenit:' am quidam codd. *provincia ven* 6. 'L. Genucio consuli ea pr forte evenit.' c. 11. loco modo te, ubi in quibusdam codd. si peccatur. c. 38. 'Cui Campani provincia evenerat.' Et hic unus cod. *venerat*. XXVI. 29. ' cum bello adversus Hannibale vino evenit.' XXVII. 22. 'Cui tum et Sallentini provincia even XXXIX. 40. 'L. Postumius p cui Tarentum provincia even et alibi sæpe.

§ 7 *Seditio intestina majore coorta*] *Exorta* Gaertn. Sup 45. 'Certamen subito inter tri exortum.' Sed reliqui codd. i gatum conspirant. Virgil. Æ 147. 'Ac, veluti magno in p cum sæpe coorta est Seditio, s que animis ignobile vulgus.' Li 33. 'Seditio tum inter Antiate tinosque coorta.' Ita 'coorta III. 11. 'Citati pauci rei experi caussa, et statim coorta vis: unus etiam *exorta* habet. 'Coe et 'exortus' alibi a librariis cor tantur. Vide hoc lib. c. 29. Paullo ante *hoc in statu*, addita positione, Lov. 4. Utrumque potest. Vide ad III. 68. § 3. quum omnes reliqui codd. vulg

Digitized by Google

servent, nihil nunc muto.

Quum tributum conferri per tribunos non posset] *Conferri et tribunos* Gaertn. *per tribunos conferri* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *non posuit* Flor. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr.

Nec stipendium imperatoribus mitteretur] Pall. 1. ac 3. *nec stip. in populo mitteretur* Pal. 2. solum *rò in* dejicit. At nescio, e quibus libris Campanus ediderit *nec stip. in publicum immitteretur*. Gebh. Per compendium *impp̃pp mitteretur* fuit in Flor. Leid. 1. et Klockian. *imp̃p. mitteretur* in Harl. 1. Id non intelligentes indocti librarii varia lectionum monstra ediderunt. Inde enim factum est, ut in *perpetuum mitteretur* datum sit in Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. et Hav. *imperpetuum mitteretur* in fragm. Hav. a m. sec. erasa priori lectione: *in populo mitteretur* in Leid. 2. Voss. 2. Lov. 1. 3. et in margine Voss. 1. in cujus contextu *stipendium mitteretur*, reliquis omissis, erat. Inde etiam factum est, ut *imperpetuo mitteretur* scriptum sit in contextu Port. pro quo postea in ora ejusdem cod. emendatum fuit *inperatum populo mitteretur*, quomodo etiam Hearne reperit in Oxon. N. ubi librarii duas lectiones junxisse videntur; quod idem etiam commissum est in ejusdem Hearnii Oxon. C. in quo exaratum fuit *in perpetuo populo mitteretur*. Id autem huic hominum generi sollemne fuisse, dictum est ad III. 44. § 4.

Quin castra quoque urbanæ seditionis contagione turbarentur] Perperam hæc omnia deerant in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr.

§ 8 *Inter has tras plebis in Patres, quum tribuni plebis*] *Intra has iras* Voss. 2. Vide ad c. 27. hujus lib. § 3. Tum *tribunis plebis* Gaertn. *tribunis plebi* Leid. 1. *tribuni plebi* Flor. et Harl. 1. Mox etiam *esse* exsulat a Lov. 2. Et *dicent*, pro *dicerent*, male est in Gaertn. Vide ad II. 56. § 7.

Et ab Sergiis Virginiisque] *Tò et* deficit in Lov. 4. *a Sergiis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *Verginiisque* Leid. ambo. *Verginiusque* Gaertn. Vide ad II. 17. § 1. Mox *transferendi summi honores* Leid. 2. et Lov. 1. Saltem dedissent scribæ *summos honores*. Sed pro recepta scriptura stant reliqui codd. Ita præcesserat 'Nunc illud tempus esse dicerent stabiliendæ libertatis.'

§ 9 *Quum ut unus ex plebe, usurpandi juris causa, P. Licinius Calvus*] Vocula *ut* deficit in Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et editis ante Aldum. Præterea *P. Lucinius* Lov. 2. et Hav. quorum posterior etiam cognomen *Calvus* omittit. Vide hoc lib. c. 18. § 1. *P. Lucretius Calvus* Lov. 4. Paullo ante *tum*, pro *tamen*, idem Lov. 4. Vide ad XXII. 17. § 5.

§ 10 *Ceteri patricii creati, P. Manlius, et P. Titinius, P. Melius, L. Furius Medullinus, L. Popilius Volscus*] Nomina horum tribunorum pleraque vitiose habent, quod ex Diodoro et ex Capitolinis tribunatibus intelligi potest. Nam veteres libri nulla in re alia dissentiunt a vulgatis, nisi quod quidam habent *P. Manlius, P. Titinius*, sine particula *et*, quod etiam placet. Diod. autem ita habet l. XIV. p. 421. Πόπλιος Μαλλιος, Μαίνιος Σπόριος, Φούριος Λεύκιος, καὶ ἕτεροι τρεῖς. In secundo horum tribunatu p. 443. Λεύκιος Τιτίνιος, Πόπλιος Λικίνιος, Πόπλιος Μαλλιος, Κόϊντος Μαίνιος, Γναῖος Γενούκιος, Λεύκιος Ἀτίλιος. Ergo legendum est *P. Mænius, L. Titinius, P. Mælius, L. Furius Medullinus*. Cum autem Diodori liber Μαίνιον modo Σπόριον, modo Κόϊντον nominet, nos tamen *P.* retinendum esse putamus, quod prænomen 'Mæniis' familiare esse reperimus. Porro autem *L. Publilius*, non *Popilius*, legendum est. Quod et tribunatus ejus Capitolinus ostendit, et *Vulsci* cognomen, quod 'Publiliorum' est, non 'Popilliorum.' Cum autem Livius

Digitized by Google

dicat, uno *P. Licinio* excepto, reliquos ex his tribunos militum patricios esse, 'Titinium' etiam, et 'Mænium,' et 'Mælium,' et 'Publilium' patricios esse intelligamus necesse est, cum tamen nusquam alias patricios eos esse appareat. *Sigon.* Miror Livium hæc scribere; sed sæpe a Capitolinis fastis diversus est. Constat enim ex plebeiis horum magistratibus, omnes, præter solum Furium, plebeios, non patricios, fuisse: nisi imaginemur duplices earum gentium familias, quasdam plebeias, et quasdam patricias. Præter hos tamen ne exemplum quidem aliud, quod sciam, vel ipse Livius, vel alius, suggerit, quo patriciatus istarum familiarum probari posset. Pro *M. Mælio* tamen quidam codd. *P. Manlium* habent, et pro *Mænio Menenium.* Sed cur Diodorum in his potius sequar, rationes, quas Sigonius in suis in Livium annotationibus adducit, faciunt. *L. Titinius* autem appellatur in secundo tribunatu tam in Livio hoc lib. c. 18. quam in Diodoro: quorum auctorum consensus in causa est, ut hoc etiam loco prænomine eodem eum insigniverim, licet in Livio *P. Titinius* habeatur. In eodem auctore 'Furii Medullini' prænomen falsum esse, fragmentum Capitolinum ostendit, primum videlicet ejus tribunatum hunc esse, quandoquidem 'L. Furium' bis ante tribunum habuerimus. Fratrem igitur ejus hunc esse cognoscimus ex eodem fragmento, cui idcirco avi prænomen *Spurius* addidimus. Duos enim fratres eodem prænomine usos, non est verisimile. *L. Publilium,* pro *L. Popillio,* restitui debere in Livio, cognomina *Philo Vulscus* indicant, quæ in Capitolinis exstant. Sæpius enim hæc attribuuntur 'Publiliis,' et numquam 'Popilliis.' *Pighius* in Annal. ad a. CCCLIII. p. 212. Perizonius in Anim. Hist. c. 8. erroris arguit Livium, qui, quum in Fastis, annalibus, et titulo imaginis Licinii legisse primum ex plebe tribunum n consulari potestate factum esse solum de plebe creatum esse verit. Difficultati, quæ ex i nascebatur, cur ergo in Fastis nalibus hoc magis adscriptum nomini Licinii, quam alioru plebe, de quibus idem dici p ita occurrit Perizonius, ut dic cinium primo loco inter ceter beios designatum, et hujus pri signatione ad plures ex plebe nandos gradum factum fuisse. ita nondum exemtus est omnis pulus. Nam quum in Fastis e nalibus aliquis 'primus de p dictator, consul, censor, prætor tus dicitur, id ubique ita intel dum est, nulli de plebe ante eu norem illum obtigisse, nec ad nationem primo loco factam re tur; ut ex iis constat, quæ apu rizonium leguntur. Quæro i cur Fastorum et Annalium co res, in quibus Livius legerat L um primum ex plebe tribunum tum consulari potestate factum quod nunc quoque in fragmentis torum Capitolinorum ita muti rum est MVS E PLEBE, de illo sol ita voluerint accipi, eum primo inter plures de plebe candidato signatum fuisse? Nam quum ex sententia Perizonii, Livio fi fuerit, utique alios quam plur historiæ Romanæ longe impe res in errorem abducere pot Et quis credat, si Licinius, mem hujus rei ad posteros propaga causa, hoc in titulo imaginis suæ bi voluit, ceteros illius collega plebe in suarum imaginum ti non posuisse, se 'inter primos beios' honorem illum adeptos fui Nam etsi non primo loco desig fuerant, tamen vel hoc illis hono cum et gloriosum ad posteros fi rum erat, eos primos omnium p ciis prælatos fuisse. Hæc sunt, q

Digitized by Google

mihi interpretationem Perizonii dubiam faciunt. Nec tamen negari potest, quod præter Sigonium etiam Panvinius et Pighius adnotarunt, plerosque harum gentium plebeios fuisse. Est nodus, quem aliis explicandum relinquo. Nomina propria sæpe quidem errore scribarum prodigiose corrupta sunt; sed de ea re, consentientibus Livii et Diodori exemplaribus, hic cogitari non potest. *Duk.* In nominibus horum tribunorum multum variant codd. Eorum primus vocatur *P. Manlius* in Leid. 2. quemadmodum ante Sigonium erat etiam in excusis. *P. Mamilius* in Port. *P. Manilius* in Flor. Voss. utroque, Leid. 1. Lov. quinque, Harl. utroque, Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Post ejus nomen *L. Popilius* inseritur in Lov. 4. qui propterea postea id nomen, ubi nunc *L. Publilius* editur, omittit. Sola vocula *et*, quæ etiam in editis ante Sigonium exstiterat, inseritur in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 3. 5. Gaertn. et fragm. Hav. Secundi nomen est *P. Ticinius* in Leid. 2. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. *P. Titinius* in Voss. utroque, Leid. 1. Lov. 1. 3. et Gaertn. sed exsulat ab Harl. 1. Vide hoc lib. ad c. 18. § 2. Tertius dicitur *A. Mælius* in Harl. 2. Port. et Hav. *P. Mælius* in Lov. 2. *P. Mamelius* in Lov. 5. *P. Mælius* in Flor. et quibusdam aliis. Quarti tribuni prænomen *Lucius* perperam Pighio falsum est. Vide quæ notavi ad Livii IV. 44. § 1. Quintus denique tribunorum adpellatur *L. Popirius Volscus* in Voss. utroque, et fragm. Hav. *L. Popirius Volsc.* in Leid. 1. *L. Popirius Volsco* in Leid. 2. *L. Popilius*, omisso cognomine, in Lov. 2. *L. Popillius Volsco* in Lov. 1. *L. Popilius Volsc.* in Flor. *L. Popilius Volscus* in Lov. 3. et Harl. 1. *L. Popilius Volsco* in Gaertn. et Lov. 5. *L. Papurius Volsco* in Harl. 2. *L. Paparius Volsco* in Port. *L. Papirius Volsco* in Hav. At in Lov. 4. secundo loco legi, modo dictum est; ubi etiam cognomen non additur. In fragmentis Fastorum Capitol. nomina horum trium partim integra partim inperfecta ita superaunt:

P. MAELIVS. SP. F. C. N. CAPITOLINVS
L. PVTIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS
L. PUBLILIVS. L. F. VOLER. N. PHILO. VVLSCVS.

Unde, ut et ex Diodori locis, verisimile fit, tribunorum hujus anni nomina a Sigonio recte emendata esse.

§ 11 *Ipsa plebes mirabatur*] *Verum ipsa* Lov. 4. *Eo ipsa* Voss. 2. Lov. 5. Gaertn. et fragm. Hav. Sed illud *Eo* huic loco non convenit. Credidissem itaque, natum esse ex varia lectione, et pro *eo* olim scriptum fuisse *co*, ut librarius indicaret, quosdam proximi tribuni consularis cognomen *Volscus*, quosdam *Volsco* scribere. Vide ad III. 44. § 4. nisi illud obstaret, quod inter codd. qui *Eo* præferunt, etiam sit Gaertn. in quo non *Volscos*, sed *Volsco*, exaratum exstat. Vide igitur num pro *Eo* scribendum sit *Et*. *Et ipsa plebes mirabatur*. Verum quum integerrimi Mss. τὸ *Eo* ignorent, nihil etiam mutandum censeo. Præterea *plebs mirabatur* Leid. 2. Lov. quinque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *plebis mirabatur* Leid. 1. quomodo etiam alibi dare librarii soliti sunt. Vide ad II. 24. § 2. Ei convenit, quod *stirpis*, pro *stirps* vel *stirpes*, et *frondis*, pro *frons* vel *frondes*, scribere consuerint. Vide ad I. 1. § 11. Sed vulgatum, quod servant reliqui, præfero. Vide ad I. 20. § 6. Mox *tantam se rem* alio ordine Lov. 2.

Vetus tantum senator] Non meminit Livius usquam, ubi primum senatores ex plebe accepti fuerint. At meminit Dionys. Antiq. l. VII. p. 469. qui A. U. C. CCLXIII. primum ex plebe factos scribit. *Glar.* Incertum

Digitized by Google

adhuc et a nemine veterum, cujus quidem testimonium in hac re alicujus ponderis sit, traditum est, quo tempore plebeiis aditus in senatum datus fuerit. Dionys. enim non refert, quod eum referre Glareanus existimavit. Verba ejus hæc sunt: Ἡ δὲ ἀριστοκρατία πολλὰ τοῦ ἀρχαίου ἀξιώματος ἀπέβαλε, βουλῆσαι μετέχειν ἐπιτρέπουσα τοῖς δημοτικοῖς, καὶ ἀρχὰς μετιέναι συγχωροῦσα, ἱερῶντε προσιέναι λαμβάνειν οὐ κωλύουσα, καὶ ὅσα ἄλλα τιμιώτατα ἦν καὶ ἴδια τῶν πατρικίων μόνων, ἅπασι κοινωσαμένη, τὰ μὲν ὑπ' ἀνάγκησαι καὶ ἄκουσα, τὰ δὲ ἐκ προνοίασαι καὶ σοφίας, ὑπὲρ ὧν κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν ἐρῶ. Refert ibi Dionys. quemadmodum primus C. Marcius Coriolanus per tribunos plebis capitis accusatus sit in comitiis tributis, atque ex ea re potestas plebis magnum incrementum ceperit. Ea autem occasione addit, patricios multum antiquæ dignitatis amisisse, quod plebeios in senatum admiserint, magistratus ambire iisdem permiserint, a sacerdotiis non repulerint, et summos quosque honores cum omnibus communicarint, de quorum singulis se suo loco dicturum promittit. Non itaque ad illud tempus plebeiorum in senatum adlectio magis pertinet, quam summorum magistratuum et sacerdotiorum cum iisdem communicatio; quod utrumque ad aliud tempus referendum esse, constat. Verum, quum Dionys. alibi in libris superstitibus plebeiorum in senatum admissorum non meminerit, quemadmodum pollicitus est, ea res accidisse debuit illis temporibus, quorum acta describit libris deperditis. Et quidem libri Dionysiani supersunt usque ad annum, quo M. Genucius Macerinus iterum et T. Quinctius Capitolinus quintum consules fuerunt; quorum res describit Liv. IV. 8. id est, usque ad a. XLIV. ante P. Licinium Calvum primum tribunum militum consulari potestate ex plebe. Zamoscius autem de Senatu I. beios jam aditum sibi in se parasse putat, quo tempore S lius ex equestri ordine adfecta ni suspectus sceleris cogitati luit. Ad id probandum utitu Livii ex IV. 15. ubi de Mælio 'Ut, quem senatorem concoqu vitas vix posset, regem ferre autem accidit tertio anno ant in quem finiunt libri Dionysii stites. Non tamen id, quod v Zamoscius, necessario ex verb vii sequi, supra ad eum locum di. Quamvis autem incertum si tempore plebeii primum in se lecti sint, hic tamen locus, P. nium Calvum, 'veterem senat ostentans, indicat, id din ante annum factum esse; adeoque non posse, quod 'manifestum' dicit M. Antonius Ferratius I II. 1. p. 138. plebeios tum de factos fuisse senatores, cum, Licinia Sextia perlata de altero sule ex plebe creando, magist consequi cœperunt. Vide eun Ferrat. Epist. II. 5. p. 172. Cet *vetus tñ*, id est *tamen*, *senator* Leid. 2. et Hav. quomodo sæpe a scribis peccatum est. Vide a 46. § 1.

§ 12 *Nec satis constat, cur pr ac potissimus ad novum delibandu norem sit habitus*] Campani ed. *ac tissimum*. Quid sit autem 'hon delibare,' pueri norunt. Sic et G suum ἀπάρχεσθαι usurpant. In ergo Palatini 2. lectio *ad tantum bellandum honorem*, superscripta tione alia *ad novum deliberandum h rem*. Gebh. *Nec satis jam con* Harl. 1. Port. Gaertn. et Hav. rum vocula *jam* modo præcesse quare melius abest ab integriori codd. *cum primus ac pot.* Lov. 4. *primus ac potentissimus* Lov. 5. a pr. Vide ad VIII. 34. § 6. Dende *tantum delibandum honorem* Harl. Port. et Hav. Verum etiam τὸ t

Digitized by Google

tum jam adhibitum erat in præcedenti periodo. *Debandum* autem, pro *delibandum*, præfert Gaertn. Ex cod. autem eodem modo corrupto postea nata videtur lectio, quam in Pal. 2. sibi obviam fuisse testatur Gebhardus, *debellandum*. *Deliberandum* autem inde promanavit, quod librarius *delib'andum* scriptum fuisse crediderit. Ita autem scriptum obfendi in Lov. 2. 3. et 5. a m. pr.

Alii Cn. Cornelii fratris, &c. gratia extractum credunt] 'Cornelio' fratrem non alio modo intelligimus 'Licinium,' quam quod Patrum ac plebis post decemviros connubia promiscua sunt facta. *Glar.* 'P. Licinius,' ex plebe vir, non erat frater 'Cn. Cornelii' patricii ex eadem matre, quod eadem nupsisset primum plebeio, post patricio, post communicata plebis et Patrum connubia, ut tradit Glareanus. Qui enim potuit 'P. Licinius' jam extrema senectute vir ex eadem matre nasci, qua 'Cn. Cornelius,' postquam plebi patriciorum sunt inpartita connubia, quum hoc nisi annos ante XLV. concessum sit? Verum frater erat 'P. Licinii Cn. Cornelius,' ita ut ex iisdem parentibus natus esset ille quidem, sed in 'Corneliam' gentem esset adoptatus, adeo ut modo 'Cn. Cornelius Cossus,' modo 'Licinius Cossus' diceretur, perinde atque 'M. Brutus,' 'M.' etiam 'Brutus Cæpio' dicebatur, quod a 'Cæpione' adoptatus esset. Hoc autem ita esse, ex Plutarcho didici, qui in Camillo p. 131. legatos Delphos missos ait 'Licinium Cossum, Valerium Potitum, et Fabium Ambustum,' eosdem prope, qui collegæ etiam in tribunatu militum fuisse a Livio traduntur supra c. 10. *Sigon.* Non video, quid impedire queat, ne Cornelio Cosso frater esse possit uterinus P. Licinius Calvus, vetus senator et ætate jam gravis, sive matrem eorum ex gente patricia, sive ex gente plebeia fuisse statuamus. Sane ante decemviros Patrum et plebis connubia promiscua fuerunt, ut docet Livius IV. 4. 'Hoc ipsum, ne connubium Patribus cum plebe esset, non decemviri tulerunt paucis his annis, pessimo exemplo publico, cum summa injuria plebis?' Eo tempore Licinii pater plebeius uxorem ducere potuit mulierem patriciam, quæ, mortuo priori marito, vel medio tempore, lege decemvirali nondum abrogata, vel postea, iterum nupsit Cornelii patri patricio. Vel etiam Licinii pater uxorem duxit plebeiam, quæ post mortem ejus, mox postquam promiscua connubia Patrum ac plebis facta essent, juncta fuit Cornelii patri patricio. Certe eo casu ætas mulieris permittere potuit, ut, juvenis admodum juncta Licinii patri, tamen nondum effœta fuerit post legem de promiscuo connubio latam. Finge enim, P. Licinium Calvum, qui A. U. C. CCCLV. 'vetus senator et ætate jam gravis,' (non vero, ut Sigonius tradit, 'extremæ senectutis' fuisse dicitur,) natum eo tempore fuisse annos sexaginta, ita natus esse debuit A. U. C. CCXCV. Pone insuper, matrem ejus, quo tempore filium hunc primogenitum pareret, fuisse juvenem viginti annorum, adeoque natam esse A. U. C. CCLXXV. Hinc sequetur, eamdem mulierem a. CCCX. quo lex decemviralis, ne patricius plebeiam duceret, abrogata est, tantum egisse annum ætatis XXXV. et ita nondum effœtam fuisse. Quod autem de adoptione conjicit Sigonius, credens Licinium et Cornelium iisdem parentibus natos esse, sed hunc adoptione in gentem Corneliam transiisse, ejus rei nullum exstat vestigium apud scriptores antiquos; sed ansa ita conjiciendi Sigonio data est ex loco Plut. ubi Cornelium Cossum vocat Κόσσον Δεύτερον. Verum tum vocandus fuisset *Cossus Licinianus*. Neque par est 'M. Bruti Cæpionis'

Digitized by Google

adpellatio, qua eam 'Licinii Cossi' inlustrare Sigonius conatus est. In altero enim servatur nomen pristinæ gentis, in altero pristinæ familiæ. Insuper nescio, an jam tum permissum fuerit, ut patricius plebeium, aut plebeius patricium adoptaret. Certe 'de ratione generum' in adoptione quæsitum fuisse, auctor est Cic. Orat. pro Domo c. 13. 'Quæ deinde causssæ cuique adoptionis, quæ ratio generum ac dignitatis, quæ sacrorum, quæri a pontificum collegio solet.' Et hinc de Clodio, qui patricius a Fonteio plebeio adoptatus est, ita pergit eod. cap. 'Ita perturbatis sacris, contaminatis gentibus, et quam deseruisti, et quam polluisti, factus es ejus filius contra fas, cujus per ætatem pater esse potuisti:' et cap. 14. 'Quod caussa quæri soleat adoptandi, ut et is adoptet, qui, &c. et ita adoptet, ut ne quid aut de dignitate generis, aut de sacrorum religione minuatur.' Id itaque quum dubium sit, et 'Licinii Cossi' adpellatio consuetudini apud Romanos observatæ adversetur, potius Glareano adhæreo, et locum Plutarchi mendosum suspicor. Doujatius non intellexit argumentum, quo Sigonius sententiam Glareani refellere conabatur. Putat autem id tale fuisse, non potuisse Licinium, qui jam extrema senectute esset, ex eadem matre nasci post communicata ordinum connubia, quum hoc ante annos duntaxat XLV. concessum esset. Verum neque id Glareanus statuit, et alio etiam argumento Sigonius usus est, ut ex eorum adnotationibus ac scholiis cuivis constat. Ceterum *Alii tñ* (id est *tamen*) *Cornelii fratris* Leid. 2. *Alii eum Cornelii fratris sui* Lov. 2. *Alii eum Cornelii fratris* Lov. 4. *Alii eum Cornelii fratrem* Lov. 5. *Alii eum Cornelii Furii fratrem* Harl. 2. et Port. *Alii Cn. Cornelii usurii fratris* Gaertn. Quæ lectiones persuadent, forte legendum esse *Alii Cn. uterini fratris:* quod ita maxi maret sententiam Glareani, L et Cornelium eadem matre, tre diverso natos esse. Nis vocem *uterini* ejusque deprav *Furii* et *usurii* pro glossemate mus, quod margini adscriptur ea a librariis in contextum rec est.

Qui tribunus militum priore a erat, triplexque stipendium eq dederat] *Stipendium militibus* fragm. Hav. a m. sec. Male. VII. 41. 'Æque inpotens postu fuit, ut de stipendio equitum (bant autem triplex ea tempe æra demerentur.' *Triplex* ante telligendum ratione ejus, quo dites percipiebant. Id autem p biliter inde originem habuisse adsentitur Gronov. de Pecun. III. 2. p. 124. quia simplum dabatur pro equo, alterum sim pro servo equisone, tertium in tum ipsius. Vide etiam Radb. Schelium post notas ad Hygin. matic. c. 4. quod erat 'de stipe equestri.' Insuper *qui trib. mil. potestate priore anno fuerat* pri Gaertn. *qui trib. mil. consulari pote anno fuerat* Hav. *qui trib. mil. sulari potestate priore anno fuerat* 2. Reliqui voces *consulari pote* non agnoscunt. Et videntur a l riis additæ esse, quod in optimis inveniantur. Vide c. 18. § 17.

Orationem ipsum tempestivam de cordia ordinum] *Orationem ad i* Flor. Tum *de conc. milit. ord.* Lo *de conc. militarium ord.* Harl. Hav. et Port. Non recte. Vide ad 61. § 3.

§ 13 *De tributo remiserunt: at latum obedienter, missumque ad e citum est*] Particula *at* præter au ritatem exemplaris Borbetomage addita est. *Rhen. De tributo misc* Voss. 2. *de tributo remisere* Lov Tum particula *at* exsulat ab conte

Digitized by Google

Voss. 1. præterea ab Flor. Harl. 1. fragm. Hav. et priscis excusis usque ad Aldum, qui primus addidit. Sed *ac collatum* est in margine Voss. 1. Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. *ad collatum* Voss. 2. Leid. 2. et Gaertn. An forte legendum *Id collatum obedienter?* Deinde *missum ad exercitum* sine copula *que* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 5. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *ad ex. missum est* Lov. 4. *missumque ad ærarium est* Lov. 2. Paullo ante *Hac comitiorum victoria* alio ordine Lov. 4. *Tum rem inpediebat*, pro *rempublicam imp.* Harl. 2. Alibi sæpe ita variant codd. scripti. Vide ad VIII. 31. § 2.

CAP. XIII. § 1 *Anxur in Volscis brevi receptum est, neglectis die festo custodiis urbis*] *Auxur* Hav. *Axir* Lov. 2. *Anxyr* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad IV. 59. § 3. Tum præpositio *in* abest a Lov. 3. 4. et Voss. 2. *in Volscos* habent Lov. 5. Harl. 2. et Port. Male. Vide hoc lib. ad c. 28. § 5. Mox τὸ *est* deficit in Harl. 2. Deinde *nec lectis* legit Leid. 1. Vide ad II. 11. § 4. Præterea *custodibus* Gaertn. Pariter peccant scribæ hoc lib. c. 15. § 4. De similibus autem erroribus, in codd. scriptis passim obviis, dicam ad XXII. 8. § 7. Ceterum verba *neglectis die festo custodiis urbis*, quæ in omnibus scriptis constanter supersunt, non adparebant in vetustioribus inpressis. Primi receperunt Mediolan. 1505. et deinde Ascensius 1513. hinc vero ceteri omnes.

Hieme gelida ac nivosa fuit] *Niviosa* Harl. 1. et Voss. 1. a m. pr. Infra XXI. 58. 'Tantum nivosæ grandinis dejecit, ut, omnibus omissis, procumberent homines.' Ovid. Epist. Heroid. XII. 27. 'Hic Ephyren bimarem, Scythia tenus ille nivosa Omne tenet, Ponti qua plaga læva jacet.' *Gelida et nivosa* Voss. 2. Voces *ac nivosa fuit* deficiunt in Lov. 5. a m. pr.

Adeo ut viæ clausæ, Tiberis innavigabilis fuerit] *At nive clausæ* Leid. 2. et Klockian. Forte olim vox *nive* margini adpicta erat exponendi caussa, ut indicaretur vias nive clausas fuisse; quam deinde indoctus scriba, τῷ *viæ* ejecto, in contextum recepit. Τὸ *claudere* hoc sensu inlustrabo ad XXVII. 36. § 4. *Ac viæ clausæ* Lov. 5. a m. pr. *adeo viæ clausæ*, τῷ *ut* omisso, a m. sec. Præterea *fuerint* Lov. 2. et Harl. 2. quod non spernendum judicarem, si plurium ac certiorum codd. testimonio firmaretur. Nunc vero, reliquis constanter vulgatum tuentibus, nihil muto. Infra XXXVII. 5. 'Quum oppidanos jam vires, jam tela, jam ante omnia animus deficeret, intra paucas horas urbem cepit:' ubi plura vide.

Annona ex anteconvecta copia nihil mutavit] *Annonæ ex antecon. copia* Lov. 2. *Annona ex anteconfecta copia* Lov. 4. *Annona ex ante concopia* Voss. 1. Præpositio autem *ex* deest in Leid. 2. Lov. 1. et Port. a m. pr. Supra IV. 22. 'Frumentum copiæ quoque abunde ex anteconvecto sufficiebat:' ubi alia vide. 'Convectus' et 'confectus' facile confundi possunt ob verba præeuntis minus distinctam pronunciationem. Vide ad XXI. 2. § 4. Tandem *mutaverit* Lov. 5. quasi ex præcedenti *adeo ut* penderet: unde recte majori interpunctione distinguitur. Credidit librarius, *mutav'it* scriptum fuisse. Vide ad XL. 14. § 10.

§ 2 *P. Licinius, ut cæperat, haud tumultuose*] *Ceperat*, a 'capio,' non a 'cœpi,' legendum est: et *ceperat haud tumultuose magistratum* scribendum est, sublato commate. *Sigon.* Quemadmodum Sigonius emendat, etiam in cod. suo esse Klockius monuit; neque aliter apud me est in fragm. Hav. et Gaertn. contra *ut cæperat* in Hav. *ut ceperat haud tumultuose* laudat, hunc locum pro-

Digitized by Google

ducens, J. F. Gronov. ad VII. 1. § 2. Mihi perinde videtur, utro modo legatur. *Cæperat* enim foret 'occeperat,' 'inceperat.' Minor tamen distinctio post *cæperat* vel sic etiam tollenda est. Mox *ita etiam gessisset*, pro *gessit*, Voss. 2. Gaertn. et Lov. 3.

Dulcedo invasit proximis comitiis tribunorum militum plebeios creandi] Dulcedo hæc plebem invasit Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Sed interjectæ voces, quæ ab reliquis codd. exsulant, recte intelligi possunt. Et solet præterea τὸ 'invadere' sine casu poni. Liv. XXVIII. 20. 'Adventum Scipionis præverterat fama cladis Illiturgitanorum, terrorque inde ac desperatio invaserat:' ubi vide Gronov. Sallust. in Cat. c. 2. 'Verum ubi pro labore desidia, pro continentia et æquitate lubido atque superbia invasere, fortuna simul cum moribus immutatur:' ubi vide Cortium. Deinde *tribunos militum plebeios* Port. a m. sec. ut et Lov. a m. sec.

§ 3 *Unus M. Veturius ex patriciis candidatis*] Non refert, an *leges ex patr. cand.* an *ex patr. candidatus*. Rhen. Quoad sensum quidem nihil interest, sed tamen *ex patr. candidatis* omnes apud me scripti.

L. Titinium, P. Menenium Racilium, Cn. Genutium, L. Attilium] Hoc anno 'M. Veturium' patricium, reliquos ex plebe tribunos militum creatos esse scribit Livius *L. Titinium, P. Menenium Racilium, Cn. Genutium, L. Attilium*. Pro his autem nominibus in omnibus vetustis libris hæc invenio, *M. Veturius, M. Pomponius, C. Duilius, Volero Publilius, Cn. Genucius, L. Attilius*. Itemque apud Diodorum l. XIV. p. 425. Γναῖος Γενούκιος, Δεύκιος Ἀτίλιος, Μάρκος Πομπώνιος, Γάϊος Δουίλιος, Μάρκος Οὐεταύριος, Οὐολέρων Ποπλίλιος. Quapropter ego satis mirari non possum, cur hic locus contra auctoritatem omnium monumentorum sit vitiatus, et alii tribuni siat invecti, qui numquam fuerunt. Sequamur igitur antiquam lectionem; vulgatam autem, in qua ne omnium quidem tribunorum nomina exprimuntur, rejiciamus. De 'Volerone Publilio' exstat etiam fragmenti Capitolini testimonium. Porro autem *Atilius* uno *t* scribi oportere docent et veteres libri, et Græci scriptores, et Capitolini lapides, et etymologia vocis. Ab 'Atilis' enim orti sunt, *Atii* autem ab 'Ati.' Unde Virgilius Æneid. l. v. vs. 568. 'Alter Atis, genus unde Atii duxere Latini.' *Sigonius*. Admodum varie leguntur horum tribunorum militum nomina in Livio, ut diversa conferenti exemplaria plane diversorum annorum tribuni videantur. Nos autem fragmentis Capitolinis accommodavimus quos magis convenire putavimus Diodorum Livio, quam maxime potuimus, conciliantes. *L. Atinius* autem cum *C. Duilio* reperitur in Diodoro. In Livii exemplaribus pro his leguntur *L. Titinius* et *L. Racilius*. Sed forte restituendus ibi pro *Racilii L. Atinius*. Plebeios enim omne præter unum Veturium vult fuisse Livius, et idem *L. Atilium Longum* e primis patriciis tribunum militum dicit fuisse. In *M. Veturio* et *M. Pomponio* conveniunt iidem auctores item in *Cn. Genucio*, qui cum plebeius fuerit, ex 'Aventinensium' potius quam 'Augurinorum' fuisse familia suspicor. Cæterum *Volero Publilius* in quibusdam Livii exemplaribus omnino deest, in aliis *Publius Volero* male vocatur. In Diodoro etiam exstant vestigia ejus nominis: habetur enim Οὐολέρων Πόπλιος. Nominum sane Romanorum obscuritas hos errores induxit. 'Volero' autem prænomen esse Publiliorum monetræ non solum Capitolini Fasti; sed etiam Valerius de prænominibus qui et 'Volerenis Publilii' meminit. Plebeiam vero esse hanc familiam potius, quam Menenium, (*P.* enim

Digitized by Google

Menenius quædam Livii referunt exemplaria) constat in primis ex ejusdem libro secundo c. 55. ubi Volerouis Publilii, de plebe homiuis, audaciam narrat, cujus ductu plebs consulis fasces fregit. Sed et ibi perperam *P. Volero:* ut et in Floro i. 22. incorrectius *Valerius Nero* appellatur. *Pighius* in Annal. ad a. CCCLIV. p. 214. Interest lectoris, scire hujus loci fatum, ut dubitare desinat. Andreas ediderat Romæ, *M. Pomponium, Cn. Duillium, Valeronem Publilium, Cn. Genucium, L. Antilium.* Phil. Lavaguia Mediolani, *L. Titinium, P. Menenium, G. Genutium, L. Racilium,* omisso *P. Acilio,* haud dubie petitos ex c. 18. ubi olim sic prorsus legebatur. Et hoc expresserunt etiam Tarvisina, duæ Venetæ, Ascensius, Saveterius, Moguntini. Bechar. *L. Titi. P. Menenium, G. Genut. L. Racilium.* Aldus restituit, quod habuerat Andreas: sed nescio cujus admonitu inter corrigenda pro his posuit *L. Titinium, P. Menenium, Cn. Genutium.* Itaque, qui eum secutus, Juntas, *L. Titinium, P. Menenium, Cn. Genucium, L. Atilium.* At Frobenius, *L. Titinium, P. Menenium, Racilium, Cn. Genutium, L. Atilium.* Ubi vides, *Racilium,* qui surrogatus prius fuerat *L. Atilio,* propriam facere personam. Sic Curio quoque et Gryphius, nisi quod hi, sublata interpunctione, *P. Menenium Racilium* dederunt, quasi 'Racilius' esset 'Mænenii' cognomen. Hoc Glareano et Rhenano dissimulatum reperiebat Sigonius, quum ex vett. libris et Diodoro Siculo reponeret, quod Andreas dederat, nisi quod *C. Duilium* appellat. Nondum tamen pax facta loco. Sed revocavit Curionis et Gryphianum Modius, retinuitque in prima sua Gruterus: quid postea, et unde, commentus sit, palam est. At tu scito, quod Sigonius voluit, verum esse, et id affirmare, quos vidimus, et quorum non soccordes excerptores habeamus, scriptos. Sic Flor. Rott. Helm. Voss. duo, parvis discriminibus, quæ nec piget annotare. Nam Flor. *Cn. Duilium.* Rott. et Helm. *M. Pomponium, C. Duilium.* Voss. 1. *M. Duilium:* et deinde *L. Atinium.* Voss. alter *M. Pomponium, Cn. Genutium, L. Atilium.* Hæc si cui putida et inanis diligentia videbitur, fruatur ingenio suo: nos non pœnitet suscepti laboris, quo Livium ludibriis, et studiosos dubitatione liberavimus. *J. F. Gron.* Addam et meorum codicum lectiones. Pro *M. Pomponium* habet *M. Popilium* fragm. Hav. *M. Pompinium* Voss. 2. et Port. *M. Popinium* Lov. 3. 4. 5. et Gaertn. Tum *Cn. Duilium* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. *M. Duilium* Voss. 1. Lov. 1. et Leid. 2. *M. Duillium* Lov. 2. *C. Duillium* Lov. 4. *Cn. Duillium* Port. et Hav. *C. Divilium* Gaertn. Vide ad II. 58. § 2. Hinc *Valeronem Publicum* Voss. 1. Lov. 1. et Leid. ambo. *Valeronem Publium* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *Voleronem Publicium* Flor. Harl. 1. et Klockian. *Valeronem Publicium* Lov. 2. *Voleronem Publitium* fragm. Hav. a m. pr. *Voleronem Publium* a m. sec. *P. Voleronem* Gaertn. Ambos autem hos *C. Duilium, Voleronem Publilium* omiserunt scribæ Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *M. Genucium* Voss. 1. et Lov. 1. *M. Gemitium* Leid. 2. *C. Gemicium* Lov. 4. *C. Genucium* fragm. Hav. et Lov. 5. *Celium Genucium* Harl. 2. et Hav. *Celium Gemitium* Port. Denique *L. Attilinum* Lov. 1. *L. Attilium* Port. et Lov. 4. *L. Actilium* Leid. 2. et Hav. *L. Atinium,* ut Pighius conjecit, Voss. 1. In fragmentis fastorum Capitolinorum hæ reliquiæ nominum trium tribunorum militum supersunt:

. . . VS. K. F. K. N. LONGVS
. . . . VS. TI. F. SP. N. CRASS. CICVRIN
. . . . . ILIVS. P. F. VOLER. N. PHILO

quibus Atinius, vel Atilius, Veturius, et Publilius indicantur. 'Longus' certissime 'Atiliorum' cognomen fuit,

Digitized by Google

Unus enim ex collegio primorum tribunorum consularium, qui Livio IV. 7. *L. Atilius*, Diodoro vero lib. XII. p. 304. Λεύκιος Ἀτίλιος vocatur, Λεύκιος Ἀτίλιος Λόγγος dicitur apud Dion. Hal. lib. XI. pag. 736. Eodem vero cognomine etiam Atinios usos esse, non constat. Id tamen difficultatis superest, quod *L. Atilius Longus*, Livio, Dionys. et Diodor. memoratus, fuerit patricius; qui autem hoc anno magistratum obtinuit, ex sententia Livii plebeius esse debuerit. An itaque non tantum gens Atilia, sed insuper in ea gente familia Longorum partim patricia, partim plebeia fuit? Infra c. 18. ubi iterum tribunus militum consularis creatur, constanter in codd. *Atilius*, *Attilius*, vel *Actilius*, non *Atinius* dicitur, quamvis eum tum quoque *Atinium* vocet Pighius. Vide quæ ibi notantur.

§ 4 *Sive ex intemperie cæli*] *Sine intemperie cæli*, omissa præpositione, Lov. 3. ut forte scriba dare voluerit *sive intemperie*. Alii tamen omnes eam servant. *Sive ex temperie* est in Harl. 2. Male. Infra VIII. 18. 'Fœdus insequens annus seu intemperie cœli, seu humana fraude fuit.' Plin. Hist. Nat. XII. 7. 'Iis sua injuria est, atque cœli intemperie carbunculantur.' Tacit. Ann. XVI. 13. 'Omne mortalium genus vis pestilentiæ depopulabatur, nulla cœli intemperie, quæ obcurreret oculis.' Ita 'intemperies aquarum' III. 31. 'Annona propter aquarum intemperiem laboratum est.'

Sive alia qua de caussa] *Sive alia de caussa* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. *sive alia quacumque de caussa* vetustiores excusi usque ad Aldum, qui *alia qua de caussa* reposuit, consentientibus reliquis calamo exaratis. Recte. I. 20. 'Quæque prodigia fulminibus aliove quo viso missa susciperentur.' Mox hoc lib. c. 15. 'Sine ullis cœlestibus aquis, caussave qua alia, quæ rem miraculo eximeret.' c. 33. 'Equidem haud abnueri sium Gallos ab Arunte, seu q Clusino, adductos:' ubi etia quidam simili errore *quovis al* 6. 'Seu motu terræ, seu qua XLII. 50. 'Samothraciam quam insulam petere ab R malit:' et alibi sæpe. Ita r etiam ex auctoritate cod. Sang apud Columell. II. 9. 'Ubi ve vel alia quæ pestis segetem e ubi nunc vulgo *aliqua pestis* edi

Gravis pestilensque omnibus a bus æstas excepit] Sub Licinii tratu priore anno gelidam h descripserat Livius: nunc hoc sequente, quo quatuor plebeii t cum uno patricio fuere, triste mem ac gravem æstatem fuis Quæ descriptio hiemis ac æstat orum annorum bene perpenden propter sequentia. *Glar.* Ea Glareanus respicit, et propte descriptionem hanc hiemis et æ duorum annorum bene perpe dam dicit, obcurrunt c. 14. 'F anno intolerandam hiemem prod que divinis similem coortam: p mo non prodigia, sed jam eve pestilentiam agris urbique inlat ubi non duarum, sed unius intol dæ hiemis meminit. Et in hunc sum, ut una tantum hiems indic accipienda esse videri possent v Livii 'Tristem hiemem,' nempe supra in initio hujus cap. men tam, 'pestilens æstas excepit.' hæc quidem expositio verisimilio ret, si, quemadmodum Dodwell. didit de Cyclis Diss. X. § 89. su magistratus Idibus Decembribus norem hoc tempore iniissent. enim 'hiems gelida ac nivosa' ir ligi posset, cujus initium incidi finem anni, quo Licinius, primu plebe, tribunus consularis fuit; n ima autem pars excurrit in ann hunc, quo M. Veturius, M. Pom nius, et eorum collegæ eamdem nitatem gesserunt: quam tristem

Digitized by Google

mem tunc recte dici posset excepisse æstas pestilens, iisdem Veturio, Pomponio, aliisque adhuc magistratum obtinentibus. Verum quum postea Dodwell. sententiam hanc revocarit, et in Chronol. Græco-Rom. quæ Dionys. Halic. subjungitur, p. 98. recte docuerit, postquam Sergius et Virginius eorumque collegæ ante tempus solitum honore abire jussi sunt, sollemnem ineundis magistratibus diem Kalendas Octobres factas esse, sententia illa subsistere nequit. Nunc enim 'hiems gelida et nivosa' illa erit, quæ incidit in initium tribunatus Licinii Calvi, et 'pestilens æstas' referenda erit in exeuntem fere annum successorum ejus. Quum autem ex ea sententia inter hiemem gelidam et nivosam atque inter pestilentem æstatem alia media hiems intercesserit, 'tristis hiems,' quam pestilens æstas excepisse dicitur, de hieme gelida et nivosa intelligi nequit, sed secunda erit hiems a priori diversa. Videndum itaque, an culpa conferenda sit in Livium, qui non recte ad tempora adtendit, et sub aliis tribunis hiemem gelidam et nivosam, sub aliis pestilentem æstatem retulit, quum utraque ad eosdem pertineret, si verum sit, pestilentem æstatem excepisse illam hiemem, et ex intemperie cœli raptim mutationem in contrarium factam caussam pestilentiæ exstitisse, vel existere potuisse. Nisi denique dicendum, pestilentiam, quæ anno priori incepit, quum Licinius adhuc tribunus esset, a Livio tamen in hunc annum referri, quoniam nondum desiisset, quum novi illi magistratus honorem occiperent, vel certe quum jam designati forent. Ceterum *excipit* est in Lov. 5. a m. pr.

§ 5 *Cujus insanabili pernicie*] *Pernicii* Neapol. Latinii; cui, adversus aliorum constantem consensum in lectionem receptam, auscultandum minime censeo. Olim enim casus tertius quintæ declinationis non modo in *ei*, sed et in *e* terminabatur. Vide Vossium de Art. Gramm. IV. 19. quomodo etiam veteres casum secundum terminare solitos fuisse, eorumque exemplum Livium imitatum esse, videbimus ad IX. 37. § 4. *Pernicie* autem, in locutione hac 'finis pernicie,' casum tertium esse, indicant illa quæ notata sunt ad II. 30. § 9.

Quando nec caussa nec finis inveniebatur] Vox *caussa* ex linea superiore per incuriam huc delata est. Legendum, *nec curatio nec finis:* vel *nec remedium nec finis.* Quæ verba hinc sumsisse videtur Epitomistes in re alia, lib. VII. 'Cujus remedium et finis per novas religiones quæreretur.' Ut ut sit, ejiciendum hinc τὸ *caussa.* T. Faber. Ita sentiendi atque emendandi caussam Fabrum habuisse Doujatius suspicatur, ne Livius secum pugnaret, si pestilentiæ caussam inveniri non potuisse diceret; quum eam ex subita aëris mutatione ortam indicaverit. Neque tamen ei Fabri conjectura placet, quod 'curatio' sive 'remedium' morbi non multum a 'fine' differat; ideoque conjicit intelligi caussam moralem, factum scilicet, quo ira Deum provocata fuerat, quæ quidem a caussa naturali, subita aëris mutatione, diversa erat. Et quidem omnes, quos adhibui, Mdd. constanter τὸ *caussa* retinent, quod propterea haud temere mutari patiar. Si quis tamen nihilominus Fabri conjecturam probandam putet, is tuto contemnere poterit rationem, qua eum refellere Doujatius conabatur. Nam non modo auctor Epitomarum, ut Faber notavit, verum et Livius finem et remedium morbi ut res diversas considerat X. 47. 'Libri aditi, quinam finis, aut quod remedium ejus mali ab Diis daretur.' Ceterum *quoniam nec caussa* Harl. 2. quod ex grammatici expositione natum est; quæ olim margini adscripta postea in contextum recepta est. Cujus rei alia exempla vide ad IX. 8. § 5. So-

Digitized by Google

let autem Livius sæpe τὸ *quando* pro 'quoniam' usurpare. Vide ad XL. 9. § 1. Præterea *veniebatur*, pro *inveniebatur*, aberrante manu dedit librarius ejusdem Harl. 2.

Libri Sibyllini ex senatusconsulto aditi sunt] *Ex senatusconsultu* Voss. 2. et Port. qui iidem codd. ita sæpe hac decade, et Voss. etiam in libris de bello Punico præferunt. Exempla vide ad IV. 12. § 2. c. 45. § 7. c. 46. § 10. c. 53. § 11. c. 55. § 2. VII. 20. § 8. VIII. 39. § 15. XXII. 26. § 7. c. 33. § 10. ubi videndus est Lipsius: XXVIII. 10. § 3. et alibi. Similiter præferunt *senatusconsultus fiat* IV. 55. § 5. *nullius senatusconsultus auctor* VII. 40. § 7. Vide Cortium ad Sall. Cat. c. 42. § 3. Alibi etiam plura vocabula, quæ plerumque secundæ sunt declinationis, ad formam quartæ declinata in Mss. tum Livii, tum aliorum, obcurrunt. Ita *domu*, pro *domo*: (vide ad I. 1. § 4.) *plebiscitu*, pro *plebiscito*: (vide Gronov. ad XXV. 7. § 5.) *responsu*, pro *responso*: (vide ad XXX. 23. § 8.) *inceptu*, pro *incepto*: (vide ad l. XXXI. c. 24. § 15.) *mandatu*, pro *mandato*: (vide Torren. ad Valer. Max. III. 1. ex. 1.) Adde quæ notavit ad I. 1. ex. 1. p. 8. Contra multa etiam obcurrunt vocabula quartæ declinationis, quæ sæpe ad exemplum secundæ formantur. Vide ad I. 15. § 7. et Vossium Gramm. IV. 17. Quum tamen hic et alibi semper optimi codd. *senatusconsulto* præferant, alterum, iis recusantibus, Livio obtrudendum non censeo. Vide etiam quæ dicta sunt ad III. 62. § 2.

§ 6 *Duumviri sacris faciundis, lectisternio tunc primum in urbe Romana facto*] *Duumviris* Leid. 2. *A duumviris* Harl. 2. sive referendum sit ad præcedentia 'aditi sunt a duumviris,' sive ad sequentia 'A duumviris lectisternio facto.' Hæc enim cura ante institutos Epulones interdum huic sacerdotum collegio data est. Infra XXII. 10. 'Lectisternium per triduum habitum, decemviris s curantibus.' Verum posteri vix ferri posset, quia tum su set nominativus verbo 'pla at commodius prius. Nam sunt a duumviris sacris fa Lectisternio, &c. placavere' esset ac si dixisset, 'qui, vel sternio placavere.' Vide ad Liv. XXII. 15. § 3. Præ men, ut, reliquis codd. nihil tibus dicto audientes, *duumv* vemus. Præterea *sacris f* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4 Gaertn. pro quo male *sacri* Hav. Tum *lectisternia facta* e te Aldum: ex quarum numer guntina verba hæc parenthese circumscribit. *Lectisternio fact* 2. et Hav. Denique *tum* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. qu Port. Gaertn. Hav. fragm. H ed. Mediol. a. 1505. Et ita eti luisse videtur librarius Harl. tamen *cum primum* dedit. Inf 6. 'Velut ab inferis extract primum adspicere lucem visi Particulæ *tum* et *tunc* infiniti commiscentur in libris scriptis. de ad II. 12. § 15. Pro vulgato stant Flor. Leid. 1. et Harl. 1 *tum* mox iterum sequetur.

Apollinem, Latonamque, et Di Herculem, Mercurium atque Nept Apollini Leid. 2. quasi reliqui quinque placati fuissent Ap Male. Ipsi illi Dii placabantu pulo atque imperio Romano. VIII. 25. 'Eodem anno lectister Romæ quinto post conditam u iisdem, quibus ante, placandis tum est Diis.' Tum *Latonamque*, *anam*, omisso intermedio *et*, Lo Deinde *Herculem*, *et Mercurium*, *a Neptunum* Hav. Ceterum sex Deos per tres lectos ita comp Donjatius, ut in primum eorum i tatos credat Apollinem et Dia cum Latona matre; in secundum H culem et Mercurium, Jove et ip

Digitized by Google

natos; Neptunum ejusdem fratrem in tertium. Rationem autem cur id sibi persuaserit, non addidit. Cur non per paria composuit? quemadmodum Livius fecit XXII. 10. 'Tum lectisternium per triduum habitum, decemviris sacrorum curantibus. Sex pulvinaria in conspectu fuere: Jovi et Junoni unum, alterum Neptuno ac Minervæ, tertium Marti et Veneri, quartum Apollini ac Dianæ, quintum Vulcano ac Vestæ, sextum Mercurio ac Cereri:' ubi cuique Deo Deam in eodem pulvinari junctam fuisse observari potest. Hic vero cum quatuor Diis duæ Deæ memorantur.

Quam amplissime tum adparari potest, stratis lectis placavere] *Quam amplissume* Leid. 1. Vide ad III. 17. § 5. Deinde *tum adparari* Leid. 2. et tandem *placuere* Leid. 1. Hav. et ed. Parm.

§ 7 *Id sacrum celebratum est: tota urbe*] *Celebratumque: tota urbe* Klockian.

Promiscuoque usu rerum in propatulo posito] *Promiscueque usu* Port. et Hav. *promiscue usu* Harl. 2. *promiscoque usu* Flor. Leid. 1. et Klockian. Vide ad III. 42. § 7.

Notos ignotosque passim advenas in hospitium ductos ferunt] *Votos ignotosque* Port. Sed solent etiam alibi sæpe hæc vocabula commutari. Exempla habuimus I. 3. § 3. IV. 12. § 2. c. 20. § 11. Infra hoc lib. c. 23. § 1. aliisque locis. Similiter turbarunt librarii in verbis 'vovisse' et 'novisse.' Vide hoc lib. ad c. 23. § 8. Causa est similitudo literarum n et u, quæ in Mss. sæpe tanta est, ut vix discerni possint. Hinc 'angeo' et 'augeo,' 'index' et 'iudex,' 'nolo' et 'uolo,' 'nos' et 'uos,' ac similia alia vocabula passim in Mss. Livianis aliisque confunduntur, ut variis locis ad Livium monui. Tum *in hospitio ductos* Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *ductos passim ferunt*, licet *passim* jam modo præcesserit, Hav. Denique *ferunt* deest in Leid. 2. et Lov. 1. pro quo *fuerunt* præfert Leid. 1.

Cum inimicis quoque benigne ac comiter sermones habitos] Prima vox non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. Tum *ac humaniter comiter sermones* Lov. 4. Sed voci *humaniter* adjectæ sunt notæ, quibus librarii indicare solent, aliquid delendum esse.

Jurgiis ac litibus temperatum] *Et litibus temperatum* Voss. 2. *ac litibus temperatis* Hav. Ceterum Klockius hic ad marginem notarat, videndum Brissen. de Formul. l. I. p. 118. qui in feriis per præconem indictum docet 'ut litibus et jurgiis abstineretur.'

§ 8 *Vinctis quoque demta in eos dies vincula*] Hoc Casaub. ad Suet. Tib. c. 61. de iis qui publice vincti erant, videtur accipere. Fortassis ad nexos ob æs alienum pertinet, et ad religionem, qua hæc sacra privatim celebrata fuisse dicit Livius. *Duk.* Locum Casaub. ad Sueton. Tiber. c. 61. in ora codicis sui Klockius etiam laudarat. Ceterum *Victis*, pro *Vinctis*, Lov. 3. Vide ad XXX. 12. § 7. Tum *ademta vincula* Gaertn. et fragm. Hav. Ovid. Fastor. III. 320. 'Deme tamen nobis vincula, Picus ait.' Plautus in Captiv. I. 2. 3. 'His indito catenas singularias: Istas majores, quibus sunt vineti, demito.' 'Adimere' in hac re etiam utitur eadem comœdia v. 4. 30. 'Eamus intro, ut arcessatur faber: ut istas compedes Tibi adimam, huic dem.' Verum plurium et optimorum codicum fide probatam lectionem vulgatam præfero. 'Demere' vero et 'adimere' etiam alibi commutantur. Vide II. 60. § 5. IX. 2. § 12. et pluribus locis. Præterea *demta et in eos dies vinc.* Lov. 1.

Religioni deinde fuisse, quibus eam opem detulissent, vinciri] In Borbetomagensi est *quibus eam opem Dii tulissent.* Rhen. *Et rel. deinde fuisse* fragm. Hav. a m. pr. *et rel. deinde fuisse*

Digitized by Google

Lov. 5. *rel. deinde fuisse* Leid. ambo, Lov. 1. et Port. a m. pr. *religionem deinde fuisse* Lov. 2. 4. Harl. 2. et Hav. Ita Liv. II. 62. 'Ut velut numine aliquo defensa castra obpugnare iterum religio fuerit.' VI. 27. 'Quia collegam suffici censori religio erat.' Terent. in Heaut. II. 1. 16. 'Tum quod dem ei, recte est: nam, nihil esse mihi, religio est dicere.' Arnob. Advers. Gent. l. VII. p. 226. 'Quod si vobis religio nulla est, alba quædam ferre et suos retinentia candores, ipsi vestras religiones rationesque dissolvitis.' Quædam similia vide ad XXIV. 8. § 20. Vulgatum, pro quo stant reliqui codd. satis ferri potest. Infra hoc lib. c. 31. 'Quæ res postea religioni fuit, quia eo lustro Roma est capta.' XLI. 16. 'Quia in una hostia magistratus Lanuvinus precatus non erat populo Romano Quiritium, religioni fuit.' Dicitur autem 'esse religioni,' ut 'esse prædæ,' de quo vide ad III. 29. § 2. Alia ejus generis plura videbimus hoc lib. c. 54. § 5. Deinde *eam opem tulissent* Voss. ambo, Lov. quinque, Harl. 2. Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *eam opem intulissent* Harl. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *eam opem retulissent* Leid. 1. Sed recte Rhenanus restituit, et Froben. 1535. ac post eum reliqui recentiores in contextum receperunt *eam opem Dii tulissent*. Olim, quum unica serie omnia scriberentur, exaratum fuerat *ditulissent*, pro *Di tulissent*, vel *Dî tulissent*, quod deinde in *detulissent* prono errore mutatum est. Similis erroris alia exempla vide ad XXII. 2. § 1. *Eam opem die tulissent* præfert Flor. Denique addita voce *iterum vinciri* est in Harl. 2.

§ 9 *Ad Veios terror multiplex fuit*] *Terror fuit multiplex* Leid. 2. et Lov. 1. Tò *fuit* non exstat in contextu Voss. 1. sed demum postea margini adjectum est.

Eodem, quo antea, modo circa munimenta] *Eo, quo antea, modo* Leid. 2. Vide ad X. 10. § 6. Tum *circa monimenta* idem Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Hujus erroris alia exempla vide ad IV. 10. § 6. Mox *Capenates Falisci, τῷ que* expuncto, Gaertn.

§ 10 *Memoria damnationis Sergii et Virginii*] Exiguum est, attamen dicendum, omnes non modo codd. scriptos, (unum excipio Lov. 4. in quo est *atque Virginii*,) verum etiam excusos vetustos *ac* præferre. Parisienses demum 1573. ei *et* substituerunt. Prius itaque reduxi. Tum *Verginii* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 3. et Gaertn. Vide ad II. 17. § 1.

Itaque majoribus castris, unde antea cessatum fuerat] *Itaque a maj. cast.* Hav. *itaque e maj. cast.* scribendum conjicit Donjatius; quod idem etiam A. Perizonio in mentem venisse, manus ejus in ora codicis docet. Et facile hanc præpositionem elidere potuit litera finalis vocis proxime præced. Vide ad VIII. 4. § 12. Dukerus etiam monuit, se non videre cur abesse debeat præpositio, adducto hoc loco ex c. 8. 'Si ex majoribus castris subveniretur.' Præterea *ante cessatum* Lov. 2. et Hav. Mox *a tergo* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 11 *Inde pugna cœpta et Faliscis intulit terrorem*] Tò *et* non adparet in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et editis vetustioribus, quod tamen hic emphasi non caret; quare recte Aldus addidit, cum quo etiam faciunt reliqui scripti. Mox *edidere cædem*, pro *ediderunt cæd.* Voss. 2.

§ 12 *Jam palantes, veluti forte oblati populatores Capenatis agri*] *Palentes* Harl. 1. *populantes* Harl. 2. sed *populatores* sequitur, quæ vox librario ita scribenti ob oculos erat. Alibi etiam 'palari' et 'populari' commutantur. Vide hoc lib. c. 44. § 5. Tum *veluti sorte* Lov. 2. 3. et Harl. 2. sæpius obvio errore. Vide ad I. 4. § 4. Monuit

Digitized by Google

etiam Dukerus, non liquere, quam vim hic habeat *veluti*. Populatores enim agri Capenatis non tantum *veluti forte*, sed *revera forte* oblati erant. Deinde *populatores Capenates* Hav. Mox *asumsere*, pro *absumsere*, Lov. 1. *assumsere* Voss. ambo, Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. et Hav. Frequenter ita lapsos esse scribas, vidimus ad II. 42. § 4.

§ 13 *Veientium refugientes in urbem multi*] *Venientium* Hav. Vide ad IV. 52. § 7. Tum *resurgentes* Voss. 2. *refugentes* Hav. Denique *in urbe* Port. ultima litera intercepta a prima vocis seq. Mox *erumperet*, pro *irrumperet*, Lov. 4.

CAP. XIV. § 1 *Et jam comitia tribunorum militum aderant*] *Et comitia* Lov. 1. *Etiam comitia* Leid. 2. Lov. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Quomodo alibi sæpe peccatum esse, vidimus ad I. 47. § 9. Deinde *tribunorum aderant*, media voce omissa, Voss. 2.

Quorum prope major Patribus, quam belli, cura erat] *Quorum proprie major* Lov. 1. Tum *quam plebi* Harl. 2. Sed vulgatum verius est. Deinde *cura fuit* Lov. 2. Mox *cern. deinde imp.* pro *cern. summum imp.* Leid. 2. et Lov. 1. Similis fere locus est IV. 54. 'Patres contra non pro communicatis, sed pro amissis honoribus fremere.'

§ 2 *Itaque clarissimis viris ex composito*] V. C. *ex conspecto*. Scilicet quia antiquam scribendi rationem sequutus erat Livius *ex compecto*. Gulielmius, Quæst. Plant. in Bacchid. c. 2. Vide hoc lib. ad c. 11. § 8. Hic tamen libri nihil mutant, nisi quod *Ita clarissimis* legat Lov. 2. Vide ad XXI. 53. § 7. Tum quod *viris* exsulet ab Harl. 1. et *Impatis* sit in Hav. Mox *præt. cred. verec. fore*, alio verborum ordine, Leid. 2. et Lov. 1.

Non homines modo, sed Deos etiam, excipiebant] Forte *acciebant*. Infra XXVIII. 7. de Philippo Macedoniæ rege: 'Inde Opuntem rediit, Deos hominesque accusans, quod tantæ rei fortunam ex oculis prope raptam amisisset.' *Cætier*. Contra Doujatius 'excipere' interpretatur quasi arripere, et ad suas partes trahere, et non absimili sensu dictum putat illud apud Cic. de Orat. II. 67. 'Ex alterius oratione aliud excipere, atque ille vult.' Sed locus in vitio cubat, cui medendo nihil opis est in Mss. Conspirant enim in vulgatam lectionem, nisi quod tota vox omittatur in Lov. 3. Aqua mihi hæret. Cogitent igitur feliciori ingenio præditi. Coutierii conjectura cui non displicet, propius ad vulgatum legere posset *exciebant*. Infra XXXI. 14. 'Sacerdotes cum insignibus suis intrantem urbem, ac Dii prope ipsi exciti sedibus suis, exceperunt.' Verum neque ipse huic sententiæ adquiesco.

§ 3 *Intolerandam hiemem prodigiisque divinis similem coortam*] Doujatius conjicit legendum esse *prodigiis divinis fertilem*, vel potius *terribilem*. Ego nihil mutandum puto. Tantam indicat hiemis sævitiam fuisse, ac tantam nivis copiam inmissam esse, ut res prodigio similis haberi posset. Florus III. 4. 'Itaque non fusus modo ab his aut fugatus, sed (simile prodigio) omnino totus interceptus exercitus, quem duxerat Cato:' ubi vide Dukerum, et, quem ibi laudavit, Freinsh. in indic. Flor. voce 'Similis.' Miram lectionem *in hiemem hibernandam*, pro *intolerandam hiemem*, præfert Gaertn. Deinde *cohortam*, perperam interposita adspiratione, habet fragm. Hav. pro quo *cohortem* dederunt Voss. 1. et Lov. 1. *coortem* Leid. 2. Vide ad II. 30. § 12.

Non prodigia, sed jam eventus, pestilentiam agris urbique inlatam] *Non prodigia modo, sed jam eventus, pestil. agr.* Lov. 5. a m. sec. *non prodigia, sed etiam ev., pestil. agris* Lov. 2. 4. *non prodigia modo, sed etiam cunctis pestil. agris* Port. et Hav. *non in prodigia, sed etiam ev., pest. agris* Leid. 2. Lov.

Digitized by Google

1. et Voss. 1. a m. altera. *non in prodigia modo, sed etiam cunctis pestil.* utraque lectione juncta, Harl. 2. Sed receptam lectionem veriorem puto, alias ex ingenio interpolatorum ortas esse. Insuper *sed jam eventus pestilentiamque* fragm. Hav. a m. pr. Sed conjunctionem reliqui recte ignorant; ut ita 'pestilentiam agris urbique inlatam' voci 'eventus' per adpositionem jungantur. Mox *aut dubia ira*, pro *haud dubia ira*, Harl. 2. et Port. a m. pr. Vide ad XXVIII. 2. § 11. *haud dubi . . . ira Deum*, lacuna quadam hoc modo relicta, Leid. 2. Cujus librarius dubitasse videtur, utrum *haud dubie*, an *haud dubia* legendum foret, ideoque rem in medio reliquisse. Sed vulgatum præstat, pro quo stant omnes alii libri. Vide ad XXXIV. 43. § 5.

§ 4 *Comitiis, auspicato quæ fierent, indignum Diis visum honores vulgari*] *Comitiis, quæ ausp. fierent* edd. Aldina priores. *Comitiaque ausp. fierent* Voss. 2. et Lov. 3. *Comitia ut ausp. fierent* Leid. 2. *Comitiis ausp. quia fierent* Hearnii Oxon. N. Librariis displicuisse videtur, τὸ *quæ* non primo, sed secundo loco poni, quod tamen licet frequens sit, sæpius erroris ansa ipsis exstitit. Vide ad XXVIII. 12. § 13. *Auspic. comitia quæ fierent* Gaertn. *Comitiis auspicatoque quæ fierent* Hav. Tum *indignum Di visum* Harl. 1. An voluit scriba *indignum divis visum*? Sed *indignum Dis visum* Flor. Leid. 1. et fragm. Hav. Sæpe ita in scriptis exaratum obcurrit. Vide ad II. 12. § 5. III. 2. § 5. hoc lib. ad c. 18. § 12. c. 23. § 3. c. 30. § 3. c. 34. § 4. c. 41. § 8. c. 52. § 17. VI. 12. § 8. c. 29. § 1. VIII. 13. § 14. c. 32. § 4. IX. 1. § 4. c. 9. § 7. et pluribus locis. Hoc modo Carrio in Valerii Flacci codd. scriptis invenit, et Pierium adnotasse monet, ita in Virgilianis libris esse. Vide ipsum ad Val. Flacc. III. 201. Contra Broekhus. in Ms. Propertii Groningano aliisque potius *Dii* legi, neque aliter præferre membranas Horatii luculentæ bonitatis, quarum usuram a magno Grævio impetrarat, observat ad Propertii Eleg. II. 7. 62. eamque scripturam eruditam et ex usu prisco esse addit. Tum *vulgari* Flor. Vide ad XXXIX. 53. § 2. Paullo ante τὸ *ejus* deficit in Lov. 4.

§ 5 *Præterquam majestate petentium*] *Potentium* Voss. 1. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Ita et peccarant librarii IV. 44. § 3. et hoc lib. c. 18. § 1. et § 5. VIII. 22. § 4. et sæpe.

Partem magnam honoratissimum quemque, tribunos militum, &c. creavere] *Partie magnam* Flor. prioris vocis ultima litera a prima seq. intercepta. Vide ad XXIII. 8. § 9. *partem magna* fragm. Hav. a m. pr. *parte magna* a m. sec. Sed vide ad XLI. 6. § 6. Deinde *tribunum* Voss. 2. et Hav. *tribuno* & Harl. 2. *tribuno* Gaertn. Astutiores fuerunt librarii Leid. 2. et Port. qui per compendium *trib.* dederunt.

L. Valerium Potitum quintum, M Valerium Maximum] *L. Valerium Potitum, Q. Valerium Maximum* Flor Voss. uterque, Leid. 1. Lov. 3. 4. 5 Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. et pris cæ edd. *L. Valerium Potitum, Valerium Maximum* Leid. 2. Harl. 2. Lov 1. 2. Port. et Hav.

M. Furium Camillum tertium] Antiqua lectio habet *iterum*. Rhen. Vet lib. *iterum*. Plutarchus etiam in C mill. p. 148. hoc anno, quo lacus Albanus inundavit agros, Camillum fuisse τὸ δεύτερον ait, ut ostendi hoc li ad c. 1. § 2. *Sigon.* Recte monu Sigonius, legendum *iterum*. Nam i omnes Pall. *Gebh.* *Iterum* etiam pr ferunt plerique meorum codicum, et vetustiores excusi: *tertium* cum obvium fuit in ed. Colon. 15 et deinde apud Froben. 1531. qu idem præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Similiter etiam fuisse vi tur in Flor. ex quo in excerptis n notatum video. Et eam scripturi veriorem esse docent, quæ cor

Digitized by Google

Sigonium ex sententia Perizonii pluribus dicta sunt hoc lib. ad c. 1. § 2. Et ita Pighius etiam in Annal. ad a. CCCLV. p. 215. agnoscit quidem, hunc secundum, non tertium, Camilli tribunatum esse, idque etiam Liviana quædam exemplaria arguere; sed recte addit ea ita præferre contra Livii ipsius historiam. Quid loco Plutarchi, quo sententiam tuetur Sigonius, respondendum sit, supra loc. land. dictum est. *M. Fur. Cam. Medullinum tertium*, reliquis omissis, est in Voss. 2. et Lov. 3.

L. Furium Medullinum tertium] Priore libro non ita longe a fine c. 60. ad § 1. annotavimus, bis legi hunc Furium tribunum tertium: itaque hoc loco *Sextum*; aut supra a. CCCL. d. loc. c. 60. pro *Lucio* legendum. At anno sequente c. 16. haud dubie legendum *L. Furius Medullinus quartum*, quippe qui posterioribus annis ter adhuc fit tribunus militum consulari potestate. *Glar. Lucii* prænomen Furio Medullino et hic et supra IV. 60. constanter tribuunt scripti et excusi; nisi quod duplex prænomen *M. L. Furium* legat Lov. 1. Vulgatum non mutandum esse probant quæ Sigonius notavit ad Liv. IV. 44. § 1.

Q. Servilium Fidenatem iterum] *Quintium Serv. Fiden. iterum* Voss. 1. et Leid. 1. *Quintium Fid. Serv.* iterati magistratus nota omissa, Leid. 2. quæ etiam deest in Lov. 2. Vide ad verba seqq. *Q. Fiden. Serv. iterum* Lov. 1. Vide ad VIII. 18. § 4.

Q. Sulpicium Camerinum iterum] Loco prænominis *Quintium* præferunt Voss. 2. et fragm. Hav. Ita sæpe librarios peccasse, vidimus ad III. 1. § 1. Tum *Supplicius Camerinus* Port. Vide ad III. 10. § 5. Denique et hic iterati honoris nota neglecta est in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. ac C.

§ 6 *Nihil admodum memorabile actum est*] *Mirabile* Lov. 1. solita ac sæpius in libris scriptis obvia varietate. Vide Burm. ad Nason. Metam. IV. 614. *Factum est* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Passim hæc vocabula in libris scriptis commutata fuerunt. Vide quæ notantur ad VI. 28. § 2. Mox præpositio *in* exsulat a Voss. 2.

§ 7 *Potitus a Faleriis, Camillus a Capena prædas ingentes egere*] *Ab Faleriis* Gaertn. *a Faleris* Flor. Lov. 5. et Leid. 1. Vide ad XXXVIII. 27. § 8. Eam scripturam non adsecuti alii dederunt *a Falernis*, quod exstat in Leid. 2. *a Faliscis* habent Lov. 2. Harl. 2. Port. et Hav. Vide hoc lib. ad c. 27. § 4. *Potitus et Furius Camillus a Capena* Lov. 4. Deinde *ingentes prædas egere* Hav.

Nulla incolumi relicta re, cui ferro aut igni noceri posset] *Nulla re incol. relicta* Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *nocere* Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. Saltem scripsissent *nocere possent*. Sed scripti reliqui in receptam lectionem conspirant; nisi quod *possit* fuerit in Lov. 5. a m. pr.

CAP. XV. § 1 *Prodigia interim multa nunciari*] In scripto libro est *Prod. int. multa nunciavere*. Forte legendum *nunciata fuere*. Rhen. Plerique libri veteres *nunciata*. Sigon. Malui *nunciari* cum Mss. melioribus, quam, quod e suis promebat Sigonius, *nunciata*. Grut. Rectissime habet hæc lectio *nuntiari*. Nam ita infinito in narrationis verbis rotundius utuntur scriptores. Male ergo Pal. 2. *Prodigia interim multa nunciata*; et inde Rhenani *nunciata fuere*. Gebh. *Nunciaverim* Flor. ñciav'e Klockian. id est *nunciavere*, ut Rhenanus in suo cod. invenit, et Voss. 1. a m. pr. habuit. Neque aliter apud Hearnium præferunt Oxon. C. et in margine N. Inde Rhenanus *nunciata fuere* scribendum conjecit, quomodo nonnumquam alibi peccatur in scriptis. Vide ad XXIII. 29. § 16. *Nunciata*, ut Sigonius in plerisque libris esse testatur, apud me tantum exstat in Lov. 2. Port. et

Digitized by Google

Hav. et apud Hearnium in Oxon. L. 1. Sed recte Gruterus et Gebhardus vulgatum tuentur, quod similiter Gronovius facit ad VI. 27. § 10. Inde quorumdam codd. librarii de industria discesserunt, quod locutio infinita displiceret. Sæpissime eos hoc modo errasse, dictum est ad I. 50. § 5. Præterea *iterum*, pro *iterim*, sive *interim*, male exhibent Lov. 3. et Port. Vide ad X. 18. § 1.

Parum credita spretaque] Prima vox a m. pr. deerat in Port. altera eam postea margini adjecit. Deinde *sperataque* Voss. 2. et Lov. 3. *septaque* Gaertn.

Per quos ea procurarent, aruspices non erant] *Ea procurarentur* Hearnii Oxon. N. *ea procurarēt* Hav. Insuper *auruspices* Lov. 2. Port. et Gaertn. *haruspices* Flor. et Leid. 1. Vide hoc lib. c. 21. § 8. Adspirationem in hac voce damnant Dausquei. de Orthogr. parte sec. voc. 'Aruspex,' et Vossius in Etymol. Ling. Lat. voce 'Aruspex.'

§ 2 *Caussave qua alia, quæ rem miraculo eximeret*] *Caussa ne qua alia* Lov. 2. 4. et fragm. Hav. *caussa neque alia* Voss. 2. *caussave alia* Leid. 2. et Lov. 5. *caussa alia* Gaertn. Nihil mutandum. Supra hoc lib. c. 13. 'Sive ex intemperie cœli, raptim mutatione in contrarium facta, sive alia qua de caussa:' ubi plura vide. Deinde *quare miraculo eximeret* Gaertn. Paullo ante *in Albano monte*, pro *in Albanemore*, Lov. 4. Sed quum alterum constanter sit in aliis omnibus libris, hoc ex glossa receptum videtur, quo ejus auctor indicare voluit 'nemus' illud 'Albanum' situm fuisse in monte Albano. De hoc nemore vide Cluver. Ital. Antiq. III. 4. p. 908. Mox verbis seqq. *in altitudinem solitam*, pro *in alt. insolitam*, fragm. Hav. Sed primæ literæ ejus vocis *in* absorptæ sunt a præced. vocis ultima *m*. Vide ad X. 13. § 3.

§ 3 *Quidnam eo Dii portenderent prodigio, missi sciscitatum oratores*] *Di port.* Flor. et Leid. 1. qui etiam *Dis*, pro *Diis*, habuerunt c. 14. § 4. ubi vide. *Protenderent* Leid. 2. et fragm. Hav. Vocula *eo* deficit in Lov. 4. Tum vox *oratores* deest in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 4 *Sed propior interpres fatis oblatus*] *Proprior* Lov. 1. 2. et Harl. 2. De quo errore scribarum vide ad IV. 17. § 5. *Prior interpres* Leid. 2. Per compendium scriptum fuerat *ꝑpior*, sed postea prius *p* cum addita nota neglecta est. Ita et alibi peccatur. Vide ad VI. 12. § 2. VIII. 38. § 4. IX. 1. § 11. et aliis locis. Eadem varietate *prius*, pro *propius*, dederat scriba III. 15. § 4. Præterea *factis oblatus* Lov. 1. Harl. 2. et Port. errore passim in membranis vetustis obvio. Vide ad III. 40. § 9. *Satis oblatus* Lov. 2. *oblatus fatis* vetustiores excusi ante Aldum, qui alio ordine *fatis oblatus* dedit, quomodo etiam præferunt omnes scripti.

Inter cavillantes in stationibus ac custodiis milites] *Intra cavillantes* Voss. 2. et Lov. 3. sollemni scribarum lapsu. Vide hoc lib. ad c. 27. § 3. Deinde *custodibus* iidem Voss. 2. et Lov. 3. Vide paullo ante ad c. 13. § 1.

Ex lacu Albano aqua emissa foret] *Aquæ missa foret*, inperite divisis vocibus, quæ olim perpetua serie exaratæ erant, Leid. 1. et ita fere Harl. 1. qui *aque missa* præfert. Hinc alii fecerunt *aqua missa foret*, ut exhibent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 5. et fragm. Hav. *aqua foret missa* Lov. 4. Sed vulgatum verum est. Infra hoc cap. 'Ut quando aqua Albana abundasset, tum, si eam Romanus rite emisisset, victoriam de Veientibus dari.' cap. seq. 'Aquam Albanam, cave, in mare manare suo flumine sinas: emissam per agros rigabis.' c. 19. 'Jam ex lacu Albano aqua emissa in agros.' c. 51. 'Monitu Deorum aqua ex lacu Albano emissa est:' ubi etiam unus cod. male *missa est*. Plin. IX. 29.

Digitized by Google

'Ita se paullatim subrigens, ut, emissa omni per fistulam aqua, velut exoneratus sentina, facile naviget.' XXXVI. 15. 'Claudii inter maxime memoranda equidem duxerim montem perfossum ad lacum Fucinum emittendum.' Hinc etiam *emissaria* vocantur rivi, per quos aqua emittitur. Plin. XXXIII. 4. 'Emissaria in his quina pedum quadratorum ternum fere linquuntur, et repleto stagno excussis obturamentis erumpit torrens.' Sueton. in Claud. c. 19. 'Opera magna perfecit; sed vel præcipue aquæ ductum a Caio inchoatum, item emissarium Fucini lacus.'

Numquam potiturum Veiis Romanum] *Veios* Klockian. Non sequor. Rationem vide ad XXXI. 45. § 6. Adde reliquorum Mss. in vulgatam lectionem consensum. Deinde *Romanum imperium* Voss. 2. Male. *Romanum*, id est, 'Romanos;' quod non intelligens librarius vocem deesse existimavit, quam de suo addidit. Vide ad III. 2. § 11.

§ 5 *Percunctatus proximum oppidanorum, &c. quisnam is esset*] *Percunctatur* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *quisnam eorum is esset* iidem Leid. 2. et Lov. 1. *quisnam esset is* Lov. 5. *quisnam esset* Harl. 2. Vulgatum præstat. Supra IV. 44. 'Quidnam id rei esset.' Mox hoc cap. 'Sciscitantibus, quidnam id esset, quod de lacu Albano docuisset, respondit.' Similiter *quid id rei esset* ex conjectura Gronovius Livio restituendum credebat III. 4. § 5. Paullo ante *cæptum esse*, pro *cæptum est*, Harl. 2. Tum *e statione*, pro *ex statione*, Lov. 4.

§ 6 *Postquam audivit, aruspicem esse, virum haud intacti religione animi*] Volumen vetus monet legendum *vir haud intacti rel. animi caussatus, &c.* ut intelligas, eum religione motum senem seductum apprehendisse. *Rhen.* Quemadmodum Rhenanus emendavit, legebatur etiam in omnibus excusis usque ad Aldum, qui ei substituit *virum*, forte in eo secutus præeuntes, quos consuluit, codd. certe id etiam in optimo meorum Leid. 1. superest. Attamen alterum, quod Rhenanus probavit, verius puto. Et ita etiam reliqui omnes codd. quibus usus sum, nisi quod aperta librarii aberratione *vis*, pro *vir*, sit in Leid. 2. et Lov. 1. *vix* in Lov. 2. *vi* in Lov. 4. ac 5.

Caussatus de privati portenti procuratione, si operæ illi esset, consulere velle] Sic sæpe loquitur Livius, ut libro proxime superiore c. 8. 'Neque consulibus,' inquit, 'quum tot populorum bella imminerent, operæ erat id negotium agere.' *Rhen.* De locutione 'si operæ illi esset,' vide quæ notantur ad IV. 8. § 3. Ceterum *cautus* Lov. 5. a m. pr. *caussatu* Lov. 1. Tum *de privati procur. portenti* alio ordine Lov. 4. *de privati portenti curatione* Leid. 2. et Lov. 1. Sed portenta proprie dicuntur 'procurari,' non 'curari:' unde Gronov. emendabat I. 20. 'Quæque prodigia, fulminibus aliove quo visu missa, susciperentur atque procurarentur:' ubi vulgo etiam editur *curarentur*. Vide quæ ibi notantur. Mox *eduxit*, pro *elicuit*, Lov. 4. Male. Infra XXV. 15. 'Quem facile elici ad certamen temere ineundum rebantur posse.' XLII. 64. 'Elici posse ratus ad equestre certamen Romanos.'

§ 7 *Progressi a suis longius essent inermes, sine ullo metu*] *Τὸ longius* abest a Leid. 2. et Lov. 1. Etiam præpositio *sine* exsulabat a fragm. Hav. a m. pr.

In conspectu omnium raptum, nequidquam tumultuantibus Etruscis] *In conspectu omnium* Leid. 1. Lov. 5. Harl. 1. et Klockian. Deinde *rapit* Lov. 2. Harl. 2. et Hav. Tandem *nequiquam* Leid. 1. de qua orthographia vide quæ notantur ad XL. 47. § 9.

§ 8 *Perductus ad imperatorem*] *Pro-*

Digitized by Google

ductus vetustæ edd. pro quo Froben. 1535. *perductus* reposuit, quemadmodum est in omnibus scriptis. Et recte. Proprium enim in hac re verbum est 'perducere.' Liv. hoc lib. c. 27. 'Progressus inter stationes eos hostium castraque inde Romana in prætorium ad Camillum perduxit.' VII. 10. 'Obviam militi suo progressi, gratulantes laudantesque ad dictatorem perducunt.' Val. Max. III. 7. ex. 1. 'Speculatores Hannibalis in castris deprehensos et ad se perductos nec supplicio adfecit.' VI. 5. ex. 1. 'Plurimos et nobilissimos inde pueros, velut ambulandi gratia eductos, in castra Romana perduxit.' IX. 2. ext. 2. 'Captivos nostros, quos in castra perduxerat, paria fere fratrum et propinquorum jungens, ferro decernere cogebat.' Justin. XXIX. 4. 'Qui, comprehensus et ad senatum perductus, incolumis dimissus est.' Gellius Noct. VI. 8. 'Nobilis viri Hispani filiam captam perductamque ad se patri inviolatam reddidit.' Marcian. in l. 6. ff. de Custod. et Exhibit. Reor. 'Qui cum elogio mittuntur, ex integro audiendi sunt, etsi per literas missi fuerint, vel etiam per Irenarchas perducti.' 'Pertrahere' in eadem re adhibet Livius XXX. 12. 'Opprimitur, capiturque, et vivus ad Lælium pertrahitur:' ubi Gronov. utrumque verbum pluribus inlustravit. Verba *perducere* et *producere* passim commutantur. Vide ad XXXVIII. 50. § 1. Similiter etiam alia verba cum præpositionibus *per* et *pro* composita, quoniam librarii non adsecuti sunt compendia, quibus utraque scribi solet. Vide ad IX. 10. § 7.

§ 9 *Iratos Deos Veienti populo illo fuisse die, quo sibi eam mentem objecissent*] *Iratos Deos illo die Veienti populo fuisse* Lov. 4. *illa fuisse die* Gaertn. licet mox *quo* servet. Tum *in eam mentem* Leid. 2.

Ut excidium patriæ fatale proderet] Clericus non modo hic edidit *excidium*, sed et fere ubique in Livio, ubi id vocabulum obcurrit, præterquam I. 52. X. 44. XXXIV. 49. et fortasse paucissimis aliis locis. Ita etiam ante Clericum vulgavit Gronovius XLI. 11. et XLV. 28. ubi antea etiam *excidium* circumferebatur. Utrumque recte dici potest. *Excidium* enim est ab 'exscindere.' Locutio autem 'exscindere urbem' passim obcurrit. Infra XLIV. 27. 'Quæ manus non agros tantum nudare populando potuit, sed ipsas exscindere urbes.' Cic. in Somn. Scipion. c. 2. 'Deligere iterum consul absens, bellumque maximum conficies, Numantiam exscindes.' Pro Planc. c. 41. 'Urbem unam mihi amicissimam declinavi, quæ se vel potius exscindi facile pateretur.' Justin. VIII. 3. 'Ob hanc igitur causam urbem antiquam et nobilem exscindit.' Et ita Heinsius emendandum censebat Silium Italic. X. 367. 'neque enim sacris inrumpere muris, Pœne, magis dabitur, nostrum quam exscindere cœlum:' ubi editur *scindere cœlum*. Vide quæ eo loco notavi. *Excidium* autem est ab 'excidere.' Jam autem 'excidere urbem' optimis etiam scriptoribus in frequenti usu est. Apud Livium VI. 9. 'Ut senatum ad excidendum Antium hortaretur.' Cicero de Offic. I. 22. 'Nec plus Africanus in excidenda Numantia reipublicæ profuit:' ubi vide Jac. Gronov. Curtius IV. 13. 'Quum Darius terras ureret, vicos excideret:' ubi, varios codd. *excinderet* præferre, inter variantes lectiones adnotatur. Florus II. 2. § 37. 'Tanta denique fuit illa victoria, ut de excidendis hostium mœnibus non quæreretur:' ubi vide Dukerum. Et ita fere Silius meus X. 130. 'iraque anhelat, Ni leto det cuncta virum, jungatque parenti, Corpora, et excidat miseros cum stirpe penates:' quo loco *Pignora*, pro *Corpora*, scribendum esse conjicit Markland. in Præfat. ad Stat. Silv. p. X. Verum,

Digitized by Google

si animadvertisset, arcte cohærere *cuncta virum corpora*, id est, omnes sex Cristæ filios, abstinuisset, opinor, ab hac conjectura. Quum autem omnes codd. mei vulgatum ante *excidium* et hic et alibi passim apud Livium servent, neque suorum dissensum memoret Hearne, a Mss. lectione sine ulla caussa discedere temerarium puto. Quemadmodum itaque hic, ita et alibi, *excidium* Livio reddidi. Vox *patriæ* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Præterea *patriæ fata deproderet*, non recte divisis vocibus, præfert Leid. 1.

§ 10 *Quæ tum cecinerit, divino spiritu instinctus*] Pal. 2. *div. spir. instructus*. Lege meo periculo *instrictus*. Gellius XVII. 20. 'Hæc admonitio Tauri de orationis Platonicæ modulis non modo non repressit, sed instrinxit etiam nos ad elegantiam Græcæ orationis verbis Latinis affectandam:' ut docui legendum ex Pall. membranis in Antiquis Lectionibus I. 15. Livius IX. 40. 'His Cursor vocibus instinctos in prœlium ducit.' Pall. tres *instructos*: lege *instrictos*. XXX. 8. 'Alii super alios cadentes obstinati moriebantur.' Pal. 3. *obstricti*: forte *instricti*. Gebh. *Instinctus* constanter in scriptis meis perstat, nisi quod *indistinctus* sit in Leid. 2. et Lov. 1. et totam vocem ignoret Voss. 2. *instructus*, quod Gebhard. in Palat. 2. invenit, ex librarii errore profluxit. Nam itaque quoque a m. pr. fuerat in Lov. 5. pro quo deinde manus altera *instinctus* emendavit. Alibi autem sæpe hæc vocabula in codd. scriptis confundi solent. Vide ad IX. 40. § 7. *Instinctus* est 'adflatus,' 'incitatus,' 'inflammatus.' Liv. I. 17. 'Muliebribus instinctus furiis Tarquinius:' hoc lib. cap. 21. 'Tuo ductu, inquit, Pythice Apollo, tuoque numine instinctus pergo.' Cic. in Verr. v. 72. 'Nefario quodam furore et audacia instinctus.' Valer. Max. I. 8. ex. 10. 'Impulsu concepti numinis instincta virgo.' Senec. de Brevit. Vit. c. 9. 'Velut divino furore instinctus salutare carmen canit.' Lucan. v. 149. 'nullo confusæ murmure vocis Instinctam sacro mentem testata furore.' Quinctil. Instit. Orat. XII. 10. 'Quem ipsum num Asianum adpellabimus, plerumque instinctis divino spiritu vatibus comparandum?' Ita 'instinctus divinus' apud Curtium VIII. 10. 'Credo equidem, non divino instinctu, sed lascivia esse provectos.' Eo sensu 'instinctum divinum adflatumque' jungit Cic. de Divin. I. 18. 'Cujus generis oracula etiam habenda sunt, quæ instinctu divino adflatuque funduntur:' quem 'instinctum inflatumque divinum' vocat ibid. cap. 6. 'Aliquo instinctu inflatuque divino futura prænunciat.' Voces *divino spiritu* desunt in Leid. 2. ut ita *instinctus* simpliciter ponatur, quemadmodum eam vocem accipiendam censet Gronov. in loco laud. Senec. in quo *divino ore*, pro *divino furore*, emendat, et *instinctus* conjungendum esse docet cum verbo *canit*, non cum *ore divino*. Et ita Lactant. Placid. in Argum. Metam. Ovid. l. XI. fab. 1. 'Thessalæ mulieres instinctæ in abditis locis solitudinem agentem propter desiderium conjugis interfecerunt.' At reliquorum codd. turba constanter vulgatam lectionem tuetur.

Ea se nec, ut indicta sint, revocare posse] *Ea se ne cui indicta sint* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Port. Harl. 2. et Hav. *ea se nec cui indicta sint* Lov. 5. *ea sene cui indicta sint* Leid. 1.

Et tacendo forsitan, quæ Dii inmortales vulgari velint] *Ut tacendo* Gaertn. quomodo frequenter peccarunt librarii. Vide ad XXI. 28. § 8. Vocula *et* deficit in edd. Rom. 1472. et Parm. Sed partim intercepta est a litera finali vocis præced. partim ab initiali seq. Vide ad XXXIX. 6. § 2. Deinde *Dii inm. insignum velint*, turpiter aberrante librario, idem Gaertn.

Digitized by Google

tacendo forsan, quod Dii imm. excusi usque ad Aldum, qui vulgatum primus recepit. Ejus autem lectionem firmant codd. scripti. *Di inm.* Flor. Vide ad cap. præc. § 4. Mox *fando*, pro *effando*, Lov. 5.

§ 11 *Sic igitur libris fatalibus*] *His*, vel *Hiis*, vel *Eis igitur libris* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. et vetustiores typis descripti. *Jus igitur libris* Harl. 2. Lov. 5. Port. et Hav. Primi Moguntini *Sic igitur libris* ediderunt, quod recte tantum non omnes postea secuti servarunt. Infra VI. 12. 'Sic eques, sic pedes, ut præceperat, pugnant.' Vide hoc lib. c. 35. § 4.

Ut quando aqua Albana abundasset] Nihil sequitur, quod ad *ut* referri possit: nam *abundasset* pertinet ad *quando*. Si recta est scriptura, *ut quando* idem erit ac 'si quando,' vel 'quandocumque.' Sed hoc nondum alibi inveni. Cic. de Divin. II. 32. pro eo, quod hic est *ut quando*, dicit *si*. 'Si lacus Albanus redundasset, isque in mare fluxisset, Romam perituram; si repressus esset, Veios.' Quid sit in hac re 'emittere' nemo ignorat. Stupor Pitisci tamen in Suet. Cæs. cap. 44. 'Destinabat, &c. emittere Fucinum lacum,' hoc modo interpretari potuit; 'ex eo aquam Romam perducere.' Multum debemus homini, qui nos docuit, hoc fuisse consilium Cæsaris, et 'emittere lacum' esse ex eo aquam Romam perducere. Aliter eum docere potuerant loca Cic. et Front. quæ ipse adfert. Adde Cic. de Divin. I. 44. Val. Max. I. 6. ex. 3. et Sueton, Claud. c. 21. Sed videtur secutus Marcellum Donatum ad Sueton. Cæs. c. 44. *Duk.*

Tum, si eam Romanus rite emisisset] *Emisset*, duarum literarum *is* geminatione in media voce perperam neglecta, Leid. 2. Vide ad XXXV. 5. § 5. At omnia hæc verba exsulabant a Leid. 2. et Lov. 1. Mox *de victoribus dari*, pro *de Veientibus dari*, Harl. 2.

Antequam id fiat, Deos mœnia Veientium deserturos non esse] Vocula *non* deficit in Flor. Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. et Voss. utroque; quasi verba *antequam id fiat* accipienda sint, 'antequam victoria de Veientibus detur;' quum iis Livius indicaverit, antequam aqua Albana rite emittatur; unde patet τὸ *non* omitti non posse, quod etiam recte reliqui codd. servant. Præterea *Veientum* vetustæ edd. Pro quo Mediolanenses a. 1495. inde Veneti a. 1498. et postea reliqui *Veientium* ediderunt: qua forma passim Livius usus est. Eadem forma etiam 'Laurentium' probavimus I. 14. § 1. 'Fidenatium' ibid. c. 27. § 5. 'Capenatium' hoc lib. c. 27. § 10. 'Ardeatium' IV. 7. § 2. 'Privernatium' VII. 16. § 3. et 'Antiatium' VIII. 14. § 12. ubi etiam alii præferunt *Laurentum, Fidenatum, Capenatum, Ardeatum, Privernatum, Antiatum*. Vide etiam ad II. 8. § 6. Infra hoc lib. c. 21. § 8. VI. 4. § 4. et alibi.

§ 12 *Exsequebatur inde, quæ sollemnis derivatio esset*] *Exsequebantur*, nimirum senatores, Flor. Leid. 1. Lov. 4. 5. Harl. ambo, Port. Gaertn. et fragm. Hav. *Sequebantur* Hav. Et quidem *Exsequebantur* scilicet rogando. Antea sciscitati fuerant, quidnam id esset, quod de lacu Albano docuisset? nunc *exsequebantur*, id est, pergebant quærere, quæ sollemnis derivatio esset. Ea lectione admissa, post τὰ *derivatio esset* recipiendum est signum interrogandi. Hoc sensu 'exsequi' obcurrit IX. 16. 'Itaque subinde exsequentes a consule legati, quonam se pacto paucos et infirmos præsidio tam valido et armato vim adlaturos?' Plautus in Amphitr. II. 2. 169. 'AM. Jam illud non placet principium de osculo: pergam exsequi. AL. Lavisti. AM. Quid, postquam lavi? AL. Accubuisti. So. Euge, optime! Nunc exquire:' ubi,

Digitized by Google

quum Amphitryo dixisset *pergam exsequi*, quibusdam interjectis servus subjicit *Nunc exquire*, id est, 'nunc exsequere,' 'nunc perge inquirere.' 'Percunctando exsequi' Livius dixit IX. 3. 'Quum filius aliique principes percunctando exsequerentur, quid si media via consilii caperetur?' ubi vide plura exempla apud Gronov. Totius tamen orationis compositio requirere videtur, ut verbum hoc referatur ad aruspicem Veientem, qui, quum docuisset quidnam id esset quod de lacu Albano jecisset, nunc *exsequebatur*, id est, narrare pergebat quænam aquæ in lacu exundantis sollemnia derivatio esset. Si enim Patres auctorem eum levem nec satis fidum super tanta re arbitrarentur, quid adtinebat eum interrogare de sollemni derivatione? Ergo eam sponte potius ac non interrogatus adjecit. Servanda igitur recepta lectio *Exsequebatur*. Ita Phædrus Fab. III. 10. 59. 'Hæc exsecutus sum propterea pluribus, Brevitate nimia quoniam quosdam offendimus:' ubi vide Scheffer.

Sed auctorem levem, nec satis fidum super tanta re] Prima vocula deerat in fragm. Hav. a m. pr. Sed illa excidisse videtur propter ultimam syllabam præcedentis vocis *esset*. Id autem tanto fuit proclivius, quod librarii *set*, pro *sed*, scribere soliti fuerint: unde etiam ita scriptum alibi elisit sequens *et*. Vide ad II. 30. § 6. Recte itaque error hoc loco a m. sec. emendatus, et neglecta antea particula adscripta est. Deinde *neque satis fidum* Lov. 4. *non satis fidum* Voss. 1. Lov. 1. et Leid. 2. Denique *super tanta re esse* vett. edd. usque ad Aldum, qui *tò esse* primus omisit, concinentibus omnibus scriptis meis.

Legatos sortesque oraculi Pythici exspectandas] Vitiosa orthographia *Phytici* præferunt Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *Phitici* Voss. 1. Leid. 2. et Harl. ambo. *Phictici* Lov. 1. *Phitei* Lov. 5. Hinc vitiosius *Delphitici* dederunt scribæ Voss. 2. et Lov. 3. unde videri posset legendum esse *Delphici*. Malim tamen vulgatum servare non unam ob causam. In eam enim scripturam consentiunt reliqui scripti. Præterea id loco corrumpendo ansam dedisse videtur, quod vox 'Pythicus' indoctæ librariorum nationi minus cognita fuerit, quam haud facile notiori 'Delphicus' substituisse censeri debent. Denique 'Pythicus' alibi de oraculo et Apolline Delphico Livius adhibuit. Lib. I. c. 56. 'Brutus ratus alio spectare Pythicam vocem.' hoc lib. c. 21. 'Tuo ductu, inquit, Pythice Apollo, tuoque numine instinctus pergo ad delendam urbem Veios.' c. 23. 'Quamquam et prodigia procurata fuerant, et vatum responsa, et Pythicæ sortes notæ.' XXIII. 11. 'Pythio Apollini, republica vestra bene gesta servataque, lucris meritis donum mittitote.' XXIX. 10. 'Referebant, et sacrificantes ipsos Pythio Apollini litavisse, et responsum oraculo editum, majorem multo victoriam adesse.' Similiter et Cic. de Divin. I. 1. 'Quam vero Græcia coloniam misit in Æoliam, Ioniam, Asiam, Siciliam, Italiam sine Pythio, aut Dodonæo, aut Hammonis oraculo?' Valer. Max. I. 8. ex. 10. 'Appii interitum veridica Pythicæ vaticinationis fides præcurrit:' ubi 'Pythicam' vocari vaticinationem potius ab ipsius Apollinis nomine puto, quam, ut Vorstius ibi existimat, a nomine vatis, quæ 'Pytho' dicebatur. Rationem nominis ita reddit Eustath. ad Homeri Iliad. B. p. 207. ed. Basil. Πυθὼν ἐκλήθη, διὰ τὸν ἐκεῖ τοξευθέντα ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ σαπέντα δράκοντα· ὡς ἐκ τοῦ πύθω τὸ σήπω· ἢ διὰ τὸ δύνασθαι τοὺς ἐκεῖ χρωμένους πυθέσθαι τὰ μέλλοντα ἤτοι μαθεῖν· ὅθεν καὶ Πύθιος Ἀπόλλων, ὁ ἐκεῖ τιμώμενος· καὶ ἑορτὴ λαμπρὰ ἀγῶνες, τὰ Πύθια· καὶ προφῆτις, Πυθιάς· ἔτι δὲ καὶ πυθαΐζειν τὸ μαντεύεσθαι. Insuper *exspectandos* Lov. 4.

Digitized by Google

Port. et Hav. Quod dictum esse posset, quemadmodum illud XLIV. 19. 'Brevi extorres regno Ptolemæum et Cleopatram Romam venturos.' Pluribus tamen, qui nihil hic mutant, fidem habere malo. 'Legatos sortesque exspectandas,' ut fere III. 66. 'Et tribunis et plebe incitata in Patres.' IV. 11. 'Si Patribus tribuni cum jure ac majestate ademta animos etiam eripuerint.' VIII. 1. 'Sauciis ac parte inpedimentorum relicta abierunt.' XXXII. 1. 'Abs Suessa nunciatum est, duas portas, quodque inter eas muri erat, de cœlo tactum.' XXXVII. 3. 'Puteolis pluribus locis murus et porta fulmine icta.' XLI. 13. 'Quinquagena et singula jugera et semisses agri in singulos dati.' c. 21. 'Si morbus pestilentiaque ex agro Romano emota esset.' XLII. 63. 'Duæ turres, quodque inter eas muri, prorutum fuerat.' Eodem cap. 'Ornamenta urbis, statuæ, et tabulæ pictæ, et quidquid pretiosæ prædæ fuit, ad naves delatum.' Ceterum quamvis oracula Delphis ore vatis ederentur, non sorte, attamen 'sortes oraculi Pythici' dixit, pro ejus responso. Ita cap. seq. 'Legati ab Delphis venerunt, sortem oraculi adferentes.' c. 23. 'Et vatum responsa et Pythicæ sortes notæ.' Similiter 'sortes Jovis Dodonæi' est VIII. 24. 'Proditum, Alexandrum Epiri regem, ab exsule Lucano interfectum, sortes Dodonæi Jovis eventu adfirmasse.' Quin et, ut hic 'sortes oraculi,' ita 'responsa sortium' pro responsis oraculi est I. 56. 'Delphos ad maxime inclitum in terris oraculum mittere statuit: neque responsa sortium ulli alii committere ausus, duos filios in Græciam misit.' Vide Grævium ad Justin. XII. 2. § 14. Adde Arntzen. ad Auct. de Orig. Gent. Rom. c. 12.

CAP. XVI. § 1 *Redirent, Albanive prodigii piacula invenirentur*] Pall. 1. et 3. *Albani ne prod. piac. minuerentur.* Non assequor. In vitio habitare illos codd. accrediderim. *Gebh.* Prima vox *redirent* deest in Harl. 2. et a m. pr. in Port. ab altera postea margini adscripta. Reliquæ quatuor exsulant a fragm. Hav. a m. itidem pr. Præterea *Albanique* præfert Hav. sollemni scribarum aberratione. Vide ad Livii XXIV. 10. § 2. *Albanine prodigii* Lov. 3. *Albanisque prodigiis* Lov. 2. 4. 5. *prodigiis* etiam est in Leid. 1. Tum *inveniretur* Harl. 1. *invenirent* Hav. Vide ad X. 10. § 1. *minuerentur* Voss. 2. et Lov. 3. aperto errore librariorum, qui literas *ni* in media voce in *m* coalescentes ad initium dictionis transtulerunt. Paullo ante *e Delphicis*, pro *a Delphis*, est in Voss. 2. Præpositio autem *a* deficit in Lov. 3.

Novi tribuni militum consulari potestate] *Novit tribuni* Harl. 1. prima litera proximæ vocis in fine præcedentis perperam repetita. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Deinde *tribuni militares cons. pot.* Harl. 2. et Port. *tribuni militari consulares pot.* Hav. Verum hæ lectiones natæ videntur culpa et ignorantia librariorum, errantium in exponendis compendiis *trib. mil. cons. pot.* Vide etiam ad VI. 6. § 3.

L. Julius Tullus] *Julus*, ut ante c. 10. in princ. *Sigon.* Cognomen Julii omisit Oxon. L. 2. apud Hearnium. Sed *L. Julius Silius* habet Flor. *L. Julius Tullus* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. *L. Tullus Julius* Harl. 2. *L. Julius Tullius* Lov. 4. 5. Gaertn. et Hav. *L. Tullus Tullius* Port. Sed recte Sigonius *L. Julius Julus.* Voces *Julius* et *Julus* passim in *Tullius* et *Tullus* abierunt. Vide ad I. I. c. 30. § 2. Quod vero Pighius in Annal. ad a. CCCLVI. p. 216. L. Julio et P. Cornelio iterati, A. autem Manlio tertii tribunatus notam addendam existimet, invitis libris vetustis non admitto. Sæpe enim id Livium neglexisse, dixi ad II. 16. § 7.

L. Furius Medullinus quartum] *Lu-*

Digitized by Google

cii prænomen primus reposuit Frobenius a. 1531. Omnes priores habuerunt *P. Furius*, quod et superest apud me in codd. scriptis, excepto forte uno Flor. ex quo nihil notari in excerptis video. *P. Furius* etiam est apud Hearnium in Oxon. L. 2. et B. Male. Alibi enim Furius Medullinus hoc prænomine in Livio non obcurrit, et tamen jam *quartum* tribunus consularis dicitur. Contra plures hoc tempore L. Furii Medullini vixerunt, summisque in republica honoribus functi sunt. Vide ad IV. 44. § 1. Deinde *quarto* est in Harl. 2. et Port. Ita sæpe in his aliisque numeralibus variant scripti. Vide ad II. 16. § 2. III. 22. § 1. c. 29. § 8. hoc lib. c. 24. § 1. c. 26. § 2. c. 27. § 10. c. 33. § 6. c. 55. § 5. VI. 18. § 1. c. 36. § 7. c. 42. § 2. VII. 26. § 13. VIII. 16. § 4. et alibi. Neque id mirum, quum, quomodo dicendum foret, jam tempore Ciceronis docti in partes abierint. Vide omnibus notum Gellii locum X. 1. Quin ne postea quidem jam renatis literis omnes idem sensisse, constat ex Magio Miscellan. III. 9. quem viri docti ad d. loc. Gellii laudarunt.

A. Postumius Regillensis] *Religiensis* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *Religensis* Harl. 2. Port. et Hav. *Aurelius Posthumius Regilensis*, vel *Regillensis*, vetustiores excusi, pro quo *Auli* prænomen Aldus reduxit. Infra hoc cap. § 5. similiter in scriptis peccabatur; qui hoc loco constanter vulgatum tuentur, nisi quod unus Lov. 4. ei *Lucii* prænomen tribuat. De orthographia autem cognominis vide ad IV. 49. § 7.

P. Cornelius Maluginensis, A. Manilius] Legendum *P. Corn. Malug. iterum*, nam fuit etiam a. CCCLI. Item *A. Manilius III.* quippe qui fuit antea bis, a. CCCL. et a. CCCLIII. Quidam etiam *Manlium* vocatum putant, atque ita codd. variant. *Glar. A. Manlius* ex Capitolinis tribunatibus. *Sigon.* Non quidem ex Capitolino tribunatu hujus anni, sed duorum priorum, quos Glareanus memoravit. In omnibus tamen scriptis meis, exceptis Flor. et Leid. 2. superest *Manilius;* sed passim ita errarunt librarii. Vide ad XXXIV. 53. § 2. Quid autem de numero Cornelio et Manlio addendo censeam, jam aperui in primo hujus anni tribuno consulari L. Julio Julo. Quin et unde evinci poterit, eos indicari Cornelium et Manlium, qui honorem hunc jam antea gesserunt?

Magistratum inierunt] *Ineunt* vet. lib. *Sigon.* Ita etiam ex meis Harl. 2. Port. et Hav. Verum non tantum integerrimi, sed et reliqui omnes dissentiunt, vulgatum servantes: quorum auctoritatem sequor.

§ 2 *Quia multis simul bellis, Volscorum ad Anxur*] Melius fluit oratio, si legatur *qui quia multis simul bellis.* Duk. Ordinem vocabulorum, qui est in vulgatis exemplaribus, nullus meorum codd. probat: nam *simul multis* habent omnes; quod, eorum auctoritate adductus, recepi. Insuper *Volscorum bellis* Leid. 2. Verum non multa, sed unum tantum erat Volscorum ad Anxur bellum. Tum *ad Anxir* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *ad Anxyr* Flor. Leid. 1. Harl. 1. et Klockian. Vide ad IV. 59. § 3. Præterea *qui*, pro *quia*, fragm. Hav. a m. pr. Ita alibi variant codd. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Hinc forte probari posset conjectura Dukeri, *qui quia multis* legentis; ut illud *qui* absorptum sit a sequenti *quia*. Vide ad IV. 58. § 4. Potest tamen etiam vulgatum servari. In verbis præcedd. vox *anno* deficit in Harl. 2. In sequentibus autem *urbi*, pro *ubi*, est in Hav. Tum *ad Lanicos*, pro *ad Lavicos*, Voss. 2. et Lov. 3.

Ad hoc Veienti quoque, et Falisco, et Capenati bello occupatos] *Ad hæc* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. quomodo

Digitized by Google

etiam vir doctus in margine ed. Curionis scribendum conjecit. *Adhuc* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. Sed nihil muto. Vide ad XXI. 52. § 10. Præterea *Veientique et Falisco* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sed compendia scribendi non adsequuti *q̃*; id est *quoque*, et *q*; id est *que*, librarii in codd. passim commutarunt; nisi id potius negligentiæ eorum adscribendum sit. Vide hoc lib. ad c. 27. § 1. Tota vox *quoque* deficiebat in Lov. 4.

Nec intra muros quietiora negotia esse] Pleonasmo non insolenti optimis auctoribus Pall. medius *nec intra muros magis quiet. neg. esse.* Virgilius Culice vs. 78. 'Quis magis optato queat esse beatior ævo?' *Gebh. Magis quietiora* etiam Harl. 2. Port. et Hav. Novi, sæpe voculam *magis*, etiam apud optimos scriptores, comparativis jungi: Livium etiam ita loqui IX. 7. 'Tristior deinde ignominiosæ pacis magis, quam periculi nuncius fuit:' ubi alia vide. Ne tamen Livium hic ita dedisse in animum inducam, obstat codicum optimorum a vulgato stantium consensus.

§ 3 *Passuros inultam eam injuriam Romanos, ne novo bello se onerarent*] *Pass. multum eam injur.* Harl. 2. *pass. multam eam inj.* Lov. 3. et edd. Rom. 1472. ac Parm. sæpius obvio scribarum lapsu. Vide ad III. 38. § 3. *Pass. eam inj. Rom. inult.* aliter digestis vocibus, Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *nec novo bello* Lov. 2. Vide ad Liv. III. 47. § 7. *Ne novo bello se committerent*, altera lectione in marginem rejecta, Hearnii Oxoniensis C. Utramque lectionem jungens *ne novo se bello committerent vel onerarent* præfert Lov. 4. Nostri omnes receptam scripturam constanter servant, nisi quod *honerarent* sit in Leid. 1. male præposita adspiratione. Vide ad XXXVI. 40. § 9. Vulgatum itaque præfero. Paullo ante vocabulum *locum* non comparet in Leid. 1.

Exiguo, eoque parum valido, exercitu persecuturos] *Exiguo atque parum valido* Lov. 2. et Port. a m. pr. Male: exiguo exercitu, et ideo parum valido. Supra I. 11. 'Pepigisse eam, quod in sinistris manibus haberent; eoque scuta illi pro aureis donis congesta:' ubi quædam vide. II. 48. 'Muris se tenebant; eo nulla pugna memorabilis fuit.' III. 66. 'Biennio ante delectum indictum haberi non potuisse, eo adversus se non esse missos exercitus.' IV. 7. 'Credo, quod tribuni militum initio anni fuerunt, eo prætermissa nomina consulum eorum.' Mox hoc cap. 'Eo nec magno conatu suscepta, nec in longum dilata res est.' c. 20. 'Dictatorem fugere invidiam ex eo criminaque; eo delegasse ad senatum.' VII. 2. 'Pestilentia fuit. Eo nihil dignum memoria actum.' VIII. 17. 'Eo ex agro Sidicino exercitus non est deductus.' VIII. 30. 'Credere libet auctori Fabio, eo factum, ne,' &c. et sæpe alibi. Vide Cortium ad Plin. Epist. I. 5. § 4. Mox *persecutores* Harl. 1. *persecutos* Port.

§ 4 *Indignitas major, quam cura, populationis Tarquiniensium fuit*] *Tò major* deficit in Lov. 1. Id transponit, ac præfert *Indig., quam cura, popul. Tarquin. major fuit* Leid. 2. qui idem codex mox verbis seqq. legit *in longum delata ei res est.*

§ 5 *A. Postumius et L. Julius non justo delectu*] Scripti, in quibus hoc cap. recte *Auli* prænomen Postumio tribuebatur, hic fere editis consentiunt, et *Aurelius Postumius* præferunt. Certe ita habent Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Port. Hav. et fragm. Hav. Ita alibi sæpe peccarunt librarii. Vide ad Epit. lib. LXXIV. Tum Julii prænomen *Lucius* omittitur in Harl. 1. Denique *non justo dilectu* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Mox *a tribunis ple-*

Digitized by Google

bis Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. a m. pr. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et vetustiores excusi. Aldus *ab tribunis* edidit. Et ita reliqui scripti.

Per agrum Cæretem obliquis tramitibus egressi, redeuntes a populationibus] *Agrum Cæritem* Voss. 2. et Lov. 3. *agrum Cæretum* Hav. Utroque modo 'agrum Cæritem' et 'agrum Cæretem' dicimus. Vide ad XXII. 1. § 10. et Cellar. Geogr. Antiq. II. 9. p. 465. Tum *ab populationibus* Port. a m. pr. Ejus lectionis vestigia supersunt in Leid. 1. et Hav. *ad populationibus* exhibentibus, ut et in Gaertn. qui legit *appellationibus*.

§ 6 *Receptis agrorum suorum spoliis, Romam revertuntur*] *Romani revertuntur* Harl. 2. et Hav. Paullo ante *mortales multos* Hav.

§ 7 *Biduum ad recognoscendas res datum dominis*] *Biduum cognoscendas res* Lov. 1. *Biduum ad cognoscendas res* Leid. 2. Supra III. 10. 'Exposita omni in campo Martio præda, ut suum quisque per triduum cognitum abduceret.' IV. 29. 'Prædæ pars sua cognoscentibus Latinis atque Hernicis reddita.' VIII. 39. 'Nihil tamen earum rerum præter captivos, ac si qua cognita ex præda sunt, acceptum est.' XXIV. 16. 'Pecus exceptum est, quod intra dies triginta domini cognovissent.' XXXV. 1. 'Potestasque dominis suas res cognoscendi facta.' In eadem re verbo simplici 'noscere' utitur Livius X. 20. 'Adcitique edicto domini ad res suas noscendas recipiendasque.' c. 36. 'Interamnam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasque revocatis:' quemadmodum nunc adhibet decompositum, quod servant omnes reliqui codd. et alibi non semel apud Livium, sensu tamen recensendi, obcurrit.

Tertio incognita (erant autem ea pleraque hostium ipsorum) sub hasta veniere] *Incognitum* Flor. *tertio quæ incognita erant autem ea plura quæ hostium ipsorum* Hav. *tertio quæ incognita erant, aut ea pleraque hostium ipsorum* Lov. 2. et 4. *tertio quæ*, et *tertioque* quædam vett. edd. Eæ autem omnes τὸ *ea* omittunt, quod primus adjecit Aldus, et servant libri manu exarati. *Plura quæ* autem, pro *pleraque*, etiam Port. Deinde *sub hasta venire* Gaertn. et Hav. *venivere* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *venuere* Leid. 1. *venierunt* edd. vett. pro quo iterum Aldus *veniere* substituit. Voces *sub hasta* omittuntur in Lov. 4.

§ 8 *Cetera bella, maximeque Veiens, incerti exitus erant*] Vet. lib. *In cætera bella*. Sigon. Τὸ *In* in nullo meorum obcurrit. In vet. lib. autem Sigonii natum puto ex præced. vocis litera finali *m*, qui error in scriptis sæpe notatur. Vide ad XXXVII. 11. § 4. Præterea *Ceteraque bella, maximeque Veiens* Lov. 5. *Cetera bella, maxime Veiens* Lov. 1. Tum *juncti exitus* Lov. 3. *incerti ex'citus* Gaertn. et Lov. 2. *incerti exercitus* Leid. 1. Et hic error in libris antiquis frequens est. Vide ad X. 33. § 1.

Jamque Romani desperata ope humana fata et Deos spectabant] Hic etiam in vitio habitare crediderim Pall. 1. et 3. qui legunt *Jamque Rom. desp. spe humana fata Deorum exspectabant*. Item Andreas, habens *expetebant*. Gebh. Pall. Gebhardi consentiunt Voss. 2. et Lov. 3. Sed *Romani passim desperata ope*, una voce interposita, Leid. 2. qui idem etiam præfert *fata ad Deos*, quasi voluerit *fata ac Deos*. Nam *ad* et *ac* sæpe commutantur. Vide ad XXI. 32. § 2. *Exspectabant* autem itidem est in Port. *exspectant* in editis ante Aldum. Male. Vide ad VI. 33. § 1. Vitiosam etiam eam lectionem videntes Andreas in ed. Rom. 1472. ac Parm. pro eo dederunt *expetebant*, quæ vox cum altera non raro commutari solet. Vide ad X. 7. § 12. Ex eodem Andrea tamen Hearne *exspectabat* lau-

Digitized by Google

dat. Mox *a Delphis*, pro *ab Delphis*, Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et Hav.

Congruentem responso captivi vatis] *Congruentes* Voss. 2. Deinde *responso capti vatis* Flor. Vide ad VI. 22. § 4. *responso captivi atis* Harl. 1. *responso captivitatis* Leid. 1. Voss. 2. et Lov. 1. ac 3. quomodo etiam operæ aberrarunt in ed. Gronov. 1665.

§ 9 *Romane, aquam Albanam cave lacu contineri, cave in mare manare suo flumine sinas*] *Captivi ve sinas Romane aquam Alb. cavo lacu cont. cave in mare manare suo flumine* Leid. 2. *cavo lacu* etiam Voss. 1. et Lov. 1. Tum *manare sinas suo flumine* Voss. 1. Lov. 1. 4. 5. Port. Harl. 2. et Hav. *manare suo flumine sinas suo flumine* Gaertn. *manare suo flumine inasse: missam* Leid. 1. literis transpositis, et male divisis vocibus, quod hujus codicis librario frequens est. *Manare suo flumine. Inde asse missam* corruptius Lov. 2.

Emissam per agros rigabis] Ἴσως *derivabis*, aut *emissa agros rigabis*. Sed vet. lib. *manu missam per agros rigabis*. Muretus. Iterum Pal. 2. *manumissam*, non *emissam*. Gebh. Sic loquuntur. Hyginus Fab. 164. 'At Neptunus iratus in eam terram mare cœpit irrigare velle.' Et cum plerumque terras dicamus fontibus irriguas, prætulit tamen Justinus XLIV. 1. 'Cursus amnium non torrentes rapidique, ut noceant, sed lenes et vineis campisque irrigui.' Virgilius Georg. IV. 115. 'Amicos irriget imbres.' Claudianus de Nupt. Honor. et Mar. vers. 101. 'largos hæc nectaris imbres Irriget.' Ad quæ Jos. Scaliger: 'Imbres non irrigantur, sed irrigant.' Cato de Re Rust. c. 151. 'Si quando non pluet, ubi terra sitiat, aquam irrigato leniter in areas.' Jac. Gron. *Manu missam per agros rigabis* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Sed vide de verbo 'emittere' ad cap. præc. § 4. Et optimi etiam ac reliqui omnes codd. vulgatum servant, nisi quod *emissam* exulet a Lov. 4. relicta lacuna; *missam* sit in Lov. 5. *emissa* in Voss. 1. unde firmari posset posterior Mureti conjectura *emissa agros rigabis*; quemadmodum prior *emissam per agros derivabis* illo Livii supra cap. præc. 'Exsequebatur inde, quæ sollemnis derivatio esset.' Sed recte receptam lectionem Jac. Gronovius tuetur. Quin et 'rigare aquam' dici de aqua, quæ rivo ducitur, observat Salmas. in Exercit. Plin. p. 415. Similiter in metaphorica locutione Furius in primo Annali apud Macrob. Saturn. VI. 1. 'mitemque rigat per pectora somnum:' quod etiam dicere potuisset 'rigat pectora somno.'

§ 10 *Ex his, quæ nunc panduntur, fatis*] *Quæ nunc pandantur* Port. et Hav. quorum prior paullo ante ignorat τὸ *tot* a m. pr.; quemadmodum etiam Lov. 3. vocem *memor*.

§ 11 *Bello perfecto, donum amplum*] *Perfecto bello* Voss. 1. Lov. 1. et Gaertn. *Profecto bello* Leid. 2. Sed *perfecto* exsulat a Voss. 2.

Sacraque patria, quorum omissa cura est, instaurata, ut adsolet, facito] *Sacraque paria* Leid. 2. *ad mea templa sacraque portato patria* Hav. Deinde *amissa cura est* Lov. 3. Vide ad III. 38. § 11. Tum *instaura* Harl. 1. de quo errore dicam ad X. 37. § 2. Cetera omnia hæc verba a m. pr. in Port. omissa erant, postea demum a m. sec. margini adscripta sunt.

CAP. XVII. § 1 *Ingens inde haberi captivus vates cœptus*] Dictio postrema nothum quid sapit; ut mox, 'ad Deos rite placandos cœpere,' illud *cœpere* pro adulterino ejiciendum videtur. *Grut.* Ejecto utroque vocabulo, cui Gruterus litem movit, oratio erit per infinitivum formata, qua Livius sæpissime usus est. Et quidem passim similes locutiones corruperunt librarii, ut dictum est ad I. 50. § 5. Quum tamen et *cœptus* et mox *cœpere* constanter

Digitized by Google

in omnibus meis supersit, invitis scriptis nihil mutandum puto. Nimium Gruterum fuisse in vocibus ex contextu Liviano ejiciendis videbimus ad XXIII. 34. § 15. Ceterum *Ingens inde haberi captivo vati honos cœptus* præfert Neapol. Latinii : *Ingens inde haberi captivo vati honos captivus vates cœptus*, utraque lectione juncta, Flor. in quo tamen tres posteriores voces postea a m. altera deletæ sunt. Verum nulli alii meorum huic lectioni favent. 'Ingens haberi,' id est, multæ auctoritatis. Supra IV. 6. 'Quum Canuleius victoria de patribus et plebis favore ingens esset.' Nepos in Themist. c. 6. 'Magnus hoc bello Themistocles fuit, neque minor in pace.' 'Ingens auctoritate' dixit Livius XLII. 12.

§ 2 *Ubi neglectas ceremonias intermissumve sollemne*] *Ubi relictas* Lov. 2. *ubi nec lectas* Leid. 1. Vide ad II. 11. § 4. Tum *intermissumne* Lov. 3. 5. et Gaertn. Denique *arguerunt*, pro *arguerent*, quædam vetustarum edd.

Nihil profecto aliud esse, quam magistratus vitio creatos] Gronov. in priori ed. notarum ad XL. 49. testatur, verbum *esse* valde sibi suspectum, putatque adjecisse, qui nescirent, *nihil profecto aliud* dixisse Livium pro nulla alia in re profecto, nimirum neglectas ceremonias. In secundis tamen curis hanc conjecturam omisit. Et sane omnes scripti in vulgatum conspirant, nisi quod *est*, pro *esse*, habeat Hav. *qua*, pro *quam*, Leid. 1. Sed ibi ultimam literam *τοῦ quam* intercepit prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9.

Latinas sacrumque in Albano monte non rite concepisse] *Latinas ferias sacrumque* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Sed vox *ferias* omnino glossema haberi debet. Ita XXXVIII. 44. 'Latinæ inde fuerunt.' Ita vulgo editur, et præferunt plerique codd. Alii tamen eadem ratione corrupti legunt *Latinæ inde feriæ fuerunt*. Vide quæ ad eum locum notantur. Tum *in monte Albano* Lov. 1. Deinde voces *non rite* exsulant a Lov. 2.

§ 3 *Abdicarent se magistratu*] *A magistratu* Voss. 2. *abdic. magist.* Gaertn. Mox *interregnum iniceretur* Voss. 1. a m. pr.

§ 4 *Ea ita facta sunt ex senatusconsulto*] *Et ita facta* Hav. Alibi ita peccatum est in libris scriptis. Vide ad XLII. 5. § 7. Verbum *sunt* deficit in Lov. 2.

Interreges tres deinceps fuere, L. Valerius, Q. Servilius Fidenas] *Τὸ tres* deficit in fragm. Hav. at voces *Q. Servilius* in Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Præterea *tres deinde* exhibent Lov. 2. et vetustæ edd. cujus loco Aldus *dëinceps* vulgavit. Et id constanter servant scripti. Alterum ex glossa natum puto. Ita etiam variabatur II. 1. § 2. c. 45. § 14. VI. 5. § 6. c. 14. § 6. VII. 32. § 16. Vide etiam Burm. ad Suet. Cæs. c. 34. Vis *τοῦ deinceps* inlustratur ad II. 47. § 11.

§ 6 *Concilia Etruriæ ad fanum Vulturnæ habita*] Et hic, quemadmodum supra IV. 61. et VI. 2. habet Vormaciense volumen *ad fanum Voltumnæ*. Rhen. *Ad fanum Volumnæ* postremum editi. Olim lectum *Vulturnæ*. Sed quum jam Rhenanus ex Vormaciensi Ms. monuerit, restituendum *Voltumnæ*, habeantque Mss. Rottend. *Voltumpne*, Voss. 2. *Voltunæ*, Voss. 1. *Vultumnæ*, caussa nulla videbatur, cur non ederetur prout oportuit. *Jac. Gron. Vulturnæ* servant Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Port. Hav. Hearnii Oxon. N. et C. atque a m. pr. fragm. Hav. *Volturnæ* Harl. 2. *Volaïne* Gaertn. *Vultumnæ* Voss. 1. fragm. Hav. a m. sec. et Klockian. *Voltunnæ* Lov. 3. *Voltumnæ* Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. et, quos Hearne Oxonii excussit, L. 1. 2. et B. Neque aliter ex edd. Rom. princeps, Tarvis. ambæ, Veneta 1495. aliæque. *Volumnæ* pro-

Digitized by Google

fluxit ex Gruteri postrema ed. Etruscorum Deam *Volumnam* a Dea *Voltumna* distinguit Dempster. Etrur. Regal. I. 15. p. 61. et 62. Vide ad IV. 23. § 5. Præterea *consilia* Lov. 4. et 5. Male. Indicatur enim communis conjunctorum populorum respublica, quod *concilium*, non *consilium*, dicitur. Vide Gronov. ad XLIV. 2. § 5. Tum *phareum*, pro *fanum*, est in Hav. Mox *Capenatibus et Faliscis* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. *Capenatibus vel Faliscis* Lov. 3. 4. 5. Voss. 2. et Leid. 1.

§ 7 *Antea se id Veientibus negasse, quia, unde consilium*] *Ante se id* Leid. 2. Lov. 1. 2. *se antea id* Lov. 5. *ante id* editi ante Aldum. Deinde *quod, unde consilium* Voss. 2. et Lov. 3. quomodo sæpe variant librarii in Mss. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Hic vero id factum videtur, quod sibi persuaderent, *τὸ quia* non recte subjunctivo jungi posse. Vide ad II. 8. § 5. Mox *auxilium petere deberent*, omissa negandi particula *non*, iidem Voss. 2. et Lov. 3. quæ tamen salvo sensui omitti nequit.

Negare: maxime in ea parte Etruriæ] Vide quid referat *in ea parte*; universamne Etruriam, an eam, unde petebatur auxilium, et quæ Gallis vicinior, Romanis remotior erat? De Gallis autem Livius, perinde atque de Indis, loqui facit Hetruscos. *Glar.* Puto distinguendum: *nunc jam pro se fortunam suam illis negare; maxime in ea parte Etruriæ. Gentem invisitatam, &c.* Jac. Gron. Vellem *cum maxime in parte Etruriæ:* quandoquidem totius Etruriæ concilium illud fuit. *Cœtier.* Si verba *in ea parte Etruriæ* a sequentibus avelluntur, illa 'Gentem inusitatam novos accolas Gallos esse' plane abrupta sunt, quum in recepta distinctione omnia bene cohæreant et procedant. Sed ita non valde apertum est, quo referendum sit *maxime*. Tolerabilis est sensus, si distinguas: *illis negare maxime. In hac parte Etruriæ gentem inusitatam, novos accolas Gallos esse.* Si non recedendum est ab eo, quod libri editi exhibent, *maxime* vix aliud esse potest, quam quod alioqui dicitur 'cum maxime.' *Duk.* Etiam Doujatio hic locus suspectus est; quum enim apud fanum Voltumnæ, non ex certa parte et Gallis vicina, sed ex omni Etruria convenissent, *τὸ ea* delendum censebat. Id insuper ei incommodum erat, Gallos dici in parte Etruriæ esse, qui partis adcolæ erant Aretium versus et Clusium. Huic difficultati obcurrit Jac. Gronovius mutando distinctionem. Legam itaque et distinguam: *nunc jam pro se fortunam suam illis negare; maxime in parte Etruriæ. Gentem, &c.*

§ 8 *Gentem inusitatam, novos adcolas Gallos esse*] Pal. 2. *Gentem invisam*, hoc est, non visam. Glossarium Philoxeni 'Invisus,' *ἀόρατος, μισητός.* Sed vulgata lectio stabilitur c. 35. 'Cum multitudinem, cum formas hominum inusitatas cernerent.' c. 37. 'Inusitato atque inaudito hoste ab oceano terrarumque ultimis oris bellum ciente.' Lipsius Epistolic. Ep. II. 26. legit *invisitatam*. Quare jam dudum ab aliis irrisus est. Quinctilianus Declam. III. 13. 'Influxit Italiæ inaudita multitudo, quam ne ea quidem potuit sustinere, quæ genuit; inusitata magnitudo corporum, mores etiam Germanis feri.' Livius XXVII. 41. 'Inusitati namque antea alienigenis, nec videre ipsi advenam in sua terra assueti, omni generi humano insociabiles erant.' Justinus XXV. 1. 'Quibus et elephantes ad terrorem, velut inusitatas barbaris formas, rex ostendi jusserat.' *Gebh.* Nescio quinam sint, qui Lipsium *invisitatam* reponentem, inriserint. Id tamen hodie inter eruditos constat, indignum fuisse, qui propterea inrideretur. Certe Gronovius etiam ad Liv. IV. 33. § 1. *invisitatam* legendum hoc loco esse, monuit. Et

Digitized by Google

eam emendationem ex meis firmant Flor. Leid. 1. Klockian. et Lov. 1. eodemque ducunt vestigia Lov. 5. Port. et Hav. *invisam* præferentium. Plura dicentur ad v. 34. § 4.

Cum quibus nec pax satis fida, nec bellum pro certo sit] Tres voces a fine non sunt in Pal 2. nisi ad marginem a m. sec. Et poterant omnino abesse. *Grut.* Quamvis deletis tribus ultimis vocibus sensus constare possit, illas tamen expungendas non existimo propter consensum reliquorum codicum, qui constanter servant. Unus enim Pal. 2. levioris auctoritatis apud me est, quam ut ejus fide tres integras dictiones ex contextu ejiciam; præsertim quum is, qui codicem recensuit, easdem a m. pr. omissas ex alterius comparatione ad marginem adjecerit. Præterea *pro certo* genium locutionis Livianæ spirat. Vide ad I. 3. § 2. Nimius est Gruterus in subprimendis vocibus, quas sine jactura sensus abesse posse existimat, idque in Livio, cujus lactea ubertas laudari solet. Vide ad XXIII. 34. § 15. Præterea *nec pax fida satis*, transpositis vocibus Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. Livius eamdem rem, quam hic refert, ita exprimit II. 22. 'Cum Volscorum gente Latino bello neque pax neque bellum fuerat.'

§ 9 *Sanguini tamen nominique et præsentibus periculis consanguineorum*] *Sanguinique tum menia nomini et præs.* sine ullo sensu Lov. 5. *sanguini tamen, nomini et præs. per.* Leid. 2. Non sequor. Hæc enim compositio Livio est familiarissima. Supra IV. 6. 'Hanc modestiam æquitatemque et altitudinem animi ubi nunc in uno inveneris?' c. 25. 'In Etruriam Pomptinumque agrum et Cumas frumenti caussa misere.' c. 32. 'Memor opimi doni Romulique ac Jovis Feretrii rem gereret.' v. 18. 'Ut exitium ab urbis tectis templisque ac Romanis mœnibus arcerent.' Vide etiam ad II. 31. § 1. *Tum*, pro *tamen*, est etiam in Lov. 4. Vide ad XXII. 17. § 5. Tum *sanguineorum* Hav.

Si qui juventutis suæ voluntarii ad id bellum erant, non impediant] In Vormaciensi volumine est *voluntate ad id bellum erant.* Rhen. Pall. tres, et Campani ed. *voluntate ad id bellum eant.* Rectius: neque aliter libri Rhenano usurpati. *Gebh.* Ex Mss. et ed. Campani restituimus *voluntate.* Et sic sæpe Livius. Lib. II. c. 24. 'Per metum potius quam postmodum voluntate consuluisse.' Hoc lib. v. c. 52. 'Si non voluntate mansimus in Capitolio per tot menses obsidionis.' VII. 39. 'Parum spei erat, voluntate quicquam facturum.' XXXV. 22. 'Castella multa expugnavit, alia voluntate ad eum defecerunt.' Eodem lib. c. 45. 'Multa homines voluntate remittere.' XXXVII. 39. 'Duo millia mistorum Macedonum Thracumque, qui voluntate secuti erant.' XXXIX. 25. 'Si voluntate, non vi atque armis coacti, cum Ætolis essent.' Terent. Adelph. III. 4. 44. 'Quod vos jus cogit, id voluntate impetret.' *J. F. Gron. Voluntate* etiam omnes codd. quibus usus sum, solo excepto Gaertn. qui manifesto errore scribæ præfert *voluptate*, vel ipsa etiam hac aberratione veram lectionem firmans. Nam, propter adfinitatem ductuum literarum *n* et *p* in scriptura Longobardica, sæpe voces 'voluntas' et 'voluptas' commutari solent ab indoctis librariis. Vide hoc lib. ad c. 6. § 3. *Voluntate* autem etiam in Oxon. suis superesse Hearne testatur. 'Voluntate eant,' id est, sponte eant. Supra III. 41. 'Prope malebant, postmodum ipsos decemviros voluntate abire magistratu.' c. 69. 'Exercitusque novus, paucis cohortibus veterum militum voluntate sequentium, manserit ad decimum lapidem.' XXI. 58. 'Eam quoque gentem, sicut Gallos Liguresque, aut vi aut voluntate adjuncturus.' XLII. 32.

Digitized by Google

'Multi voluntate nomina dabant.' c. 67. 'Antrona voluntate colentium recepit.' XLIII. 19. 'Ad perpauca vi opus fuit, cetera voluntate dedita.' XLV. 12. 'Partim voluntate, partim metu.' Sall. in Jug. c. 13. 'Urbes partim vi, alias voluntate imperio suo adjungit:' ubi videndus est Cortius. Præterea *si quis juventutis suæ voluntate ad id bellum eat* Hav. *sua voluntate* etiam Harl. 2. Ita XXII. 49. 'Quum sua voluntate milites in legionibus facti essent.' XLV. 42. 'Non sua voluntate Cotyn bello juvisse Persea, quod obsides dare coactus esset.' Quum tamen soli ita codd. illi præferant, reliqui *juventutis suæ* servent, id etiam alteri præfero. Ceterum *si quis juventutis suæ, &c. eat* etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Port. a m. sec. qui a m. pr. exhibuerat *si quis suæ juventatis, &c. eant.* Et ita est in Harl. 2. Sed numerum pluralem et plures et integriores codd. tuentur. *Erant*, pro *eant*, Lov. 2. Tum voces *non inpediant* deficiunt in Voss. 2. auctius vero *non inpediant eum* legit Port.

§ 10 *Eum magnum advenisse hostium numerum*] Voces *Eum* in Port. *advenisse* in Leid. 2. et Lov. 1. non adparent. *Cum*, pro *Eum*, præferunt Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. sollemni librariorum lapsu. Vide ad IV. 19. § 2. *Tum* Lov. 2. Sed *Eûm*, pro *Eorum*, legendum, conjecit vir doctus in margine ed. Curionis. Ego vulgatum mutandi caussam non video.

Eoque mitescere discordiæ intestinæ, &c. cœptæ] Prima vox exsulat a Lov. 5. *eo q̃ mitescere*, id est *eo quod*, habet Gaertn. errore admodum frequenti in libris Mss. Vide ad II. 41. § 8. Tum *militescere* absurde aberrans Harl. 1. *nitescere* Lov. 5.

CAP. XVIII. § 1 *P. Licinium Calvum prærogativa tribunum militum non petentem creant*] Vet. lib. habent *tribunum mil. consulari potestate non pet.* Cæterum *prærogativæ*, non *prærogativa*, legendum est. Nam quæ primæ tribus suffragium inibant, 'prærogativæ' dicebantur, quod primæ 'rogarentur' quos vellent consules fieri; secundæ 'jure vocatæ,' quod in his, sequente populo, ut sæpe contigit, prærogativarum voluntatem, jure omnia complerentur, ut scribit Pedianus in secundam Verrinam ad Cic. Act. in Verr. I. 9. Sic X. 22. 'Eumque prærogativæ et primo vocatæ omnes centuriæ consulem dicebant.' Erat autem una juniorum prærogativa, altera seniorum, quod ex aliis locis intelligi potest. Prærogativæ autem sorte educebantur. *Sigon.* Nota: mox cæteræ 'tribus jure vocatæ.' Dubium mihi est, quid caussæ sit, cur Livius non et 'centurias jure vocatas' dixerit. Nam hæc comitia centuriata. *H. Vales.* Quæ sint 'centuriæ' et 'tribus prærogativæ,' satis exposuerunt Gruchius, Sigonius, et Gronovius. Sed de sententia et scriptura hujus loci, et alterius, quem Sigonius hic e l. X. c. 22. descripsit, magna fuit inter eum et Gruchium contentio. Hic de Comit. Rom. I. 4. et in fine Refutationis ad posteriorem Sigonii disputationem putat hoc tempore adhuc obtinuisse veterem rationem comitiorum centuriatorum a Servio Tullio profectam, et a Livio I. 43. relatam, ut primo loco centuriæ equitum, qui omnes in prima classe erant, ac deinde centuriæ peditum ejusdem classis ad suffragium ferendum vocarentur; nec nisi post expletas XXXV. tribus, id est, post A. U. C. IDXII. in usum venisse, ut in his comitiis una ex omnibus tribubus sorte duceretur, e cujus centuriis sine discrimine classium itidem una centuria sorte lecta, eo quod prima rogaretur 'centuria prærogativa;' et ab hac tribus, e qua centuria illa lecta erat, 'tribus prærogativa' dicta fuerit: Livium neque hic, neque X. 22. de hac centuria prærogativa

Digitized by Google

agere; idque ex eo liquere, quod non 'prærogativam,' sed 'prærogativas' numero plurali dicat, id est, ex illius sententia, centurias equitum, et alias primæ classis, quæ ex instituto Servii suo jure, et sine sorte primæ vocabantur: ita ut 'prærogativas' et 'primo vocatas' dicere idem sit: nam Sigonium, qui hic in Scholiis vulgatam utriusque loci Liviani scripturam *prærogativæ* defendat, deinde contra omnium exemplarium fidem *prærogativa* legentem ea corrumpere: denique quod Livius hic 'jure vocatas tribus' opponit 'prærogativis,' in eo prolepsin esse, quum eo tempore 'centuria prærogativa,' et 'jure vocatæ tribus' nondum fuerint. Sigonius contra in priore disputatione cum Gruchio, et c. 2. de lege Curiata contendit 'prærogativam tribum' et 'centuriam' jam ante expletas XXXV. tribus fuisse, idque ex his locis Livii apertum esse. Non posse ex uno loco Livii I. 43. quo fere solo nitatur Gruchius, probari, prærogativam in comitiis centuriatis ante expletas XXXV. tribus incognitam fuisse, quum contrarium duobus locis doceat Livius. Nullam caussam esse, quamobrem Livius illis 'prærogativam' et 'jure vocatas' tribus aliter sumere voluerit, quam XXIV. 7. et 9. XXVI. 22. et XXVII. 6. In veteribus libris Livii hic et X. 22. utramque scripturam, *prærogativæ* et *prærogativa* esse; sibique nunc melius videri *prærogativa*, quam, quod ante probarit, *prærogativæ*. Postremo, frustra hic et X. 22. fingi prolepsin, nec Gruchium in eo quemquam sectatorem habiturum. Non est meum, inter eos tantam componere litem: sed tamen responsiones Sigonii mihi non videntur esse sine pondere. Gruchii interpretatio mihi non tam plana reddit verba Livii I. 43. ut ex iis sine controversia liquere putem 'centuriam' et 'tribum prærogativam' ante expletas XXXV. tribus non fuisse. Quod 'prærogativas' et 'primo vocatas centurias' easdem facit, et in verbis Livii lib. X. c. 22. quæ hic in Scholio Sigonii leguntur, copulam *et* interpretetur 'id est,' satis contortum, et prope idem est ac si quis dicat 'prærogativæ' et 'prærogativæ.' Sigonius quoque, si utraque lectio *prærogativæ* et *prærogativa* in Mss., est, sine reprehensione potuit mutare sententiam, ac, deserta scriptura, quam antea defenderat, deinde illam amplecti, quæ sibi verior videbatur. Postremo, quod de prolepsi dicit Gruchius, id, quamdiu Sigonius illius interpretationi verborum Livii I. 43. non adsentitur, eamque aliquot argumentis impugnat, quodammodo pro adfirmatione illius, quod in quæstione versatur, haberi potest. Sigonii sententiam, circa hæc tempora jam mutatam fuisse rationem comitiorum centuriatorum a Servio Tullio inductam, probavit etiam Perizonius. Nam hic Animadvers. Histor. c. 4. in princ. reprehendit Livium, qui, quum I. 43. scripsisset, ætate Servii tribus ad centuriarum distributionem ac numerum nihil pertinuisse, hic subito 'tribuum jure vocatarum' in comitiis centuriatis mentionem faciat. Etiam de ratione primæ classis centurias ex instituto Servii ad suffragium vocandi dissentiunt Gruchius et Gronovius. Nam ille scribit, ante prærogativam tribum et centuriam in his comitiis inductam, primæ classis centurias semper suo jure ac sine sorte primas vocatas fuisse. At Gronovius Observ. IV. 1. ex instituto Servii primam classem sortiri solitam, quæ esset centuria prærogativa. de quo tamen nonnihil dubito, quum id nullius vetusti scriptoris testimonio confirmet. Livius sortis mentionem non facit, ac de ea re hoc tantum scribit I. 43. 'Equites enim vocabantur primi: octoginta inde primæ classis centuriæ.' Et licet suspicari, quum classes et centuriæ suo quæque ordine in ta-

Digitized by Google

bulis descriptæ essent, semper eam centuriam, quæ ordine ac numero prima in tabulas relata erat, primam, ac deinceps ceteras eo ordine quo descriptæ erant, vocatas fuisse. Nam quod deinde post inductam prærogativam usus sortis fuit, id, tacentibus antiquis scriptoribus, nullo satis firmo argumento ad rationem superioris temporis comitiorum centuriatorum, cujus auctor fuit Servius, transferri potest. Ceterum Gronovius quid de hac contentione Gruchii et Sigonii senserit, non significat; et quum multis de 'tribu' et 'centuria prærogativa' agat, omniaque alia loca Livii, in quibus hæ memorantur, Observ. IV. 1. laudet, hunc et eum, qui est X. 22. præterit, neque aut hic, aut ibi, ullam varietatem scripturæ e libris suis adnotat: quamquam ex eo, quod in animadversione ad hunc locum 'prærogativas' dicit, colligi videatur, eum hanc scripturam probasse. Pro *creant* Sigonius quoque legit *creat;* neque tamen se hoc in libris veteribus invenisse dicit. Puto *creant* retineri posse. 'Prærogativa creant' dictum est, ut alia hujus generis, quæ collectiva vocant grammatici. Livius XXVI. 22. 'Quum centuria' prærogativa 'frequens succlamasset, nihil se mutare sententiæ, eosdemque consules dicturos esse.' De prærogativa agit etiam Pantagathus apud Fulv. Ursinum ad Livii I. 43. Multa ibi scribuntur, quæ, etsi diligenter legi, tamen intelligere non potui. Sed de prærogativa, si mentem illius recte perspexi, ita existimat: Primam classem obtinuisse jus prærogativæ ante immutatum numerum centuriarum in singulis classibus, id est, ante expletas XXXV. tribus. Hoc autem quia demum A. U. C. IↃXII. factum est, quærit, quid sit, quod Liv. V. 18. et X. 22. jam ante id tempus 'prærogativæ' et 'tribus' in comitiis centuriatis mentionem facit? et respondet, 'Memoriæne' Livii 'peccatum, an librariorum erratum esse' dicemus? ac non multo post cum Gruchio ad prolepsin decurrit. An hæc satis valeant ad evertendam Sigonii opinionem et controversiam definiendam, aliorum existimatio esto. Gronovius Obs. IV. 1. hanc caussam mutati in comitiis centuriatis veteris ordinis reddit, quod 'in immensum aucta erat multitudo civium;' ex quo intelligi voluit, rem ob hanc caussam non amplius ea ratione atque ordine, cujus Servius rex auctor fuerat, commode administrari potuisse. Non definit tempus, in quod hanc mutationem incidisse putet; sed si caussa illius, quam tradit, vera est, nec puto facile aliam dici posse, simul tacite significat veriorem esse sententiam Sigonii. Nam numerum civium post a. IↃXII. non multo majorem fuisse, quam sub a. CCCCXXX. scimus ex Livio, qui IX. 19. auctor est, ejus ætatis, quo Alexander M. floruit, qui circa annum hunc obiit, lustris jam CCL. millia capitum censa fuisse: at post a. IↃXII. paullo plus quam CCLXX. millia censa fuisse, est in Epit. Liv. lib. XX. Quin et post hunc annum et expletas XXXV. tribus aliquanto minorem, quam superioribus aliquot lustris, fuisse numerum civium, constat ex Epit. libb. XI. XIII. XIV. XVI. et XVIII. Erat ergo jam ante satis idonea caussa veterem comitiorum centuriatorum rationem mutandi. Sed et ipse Gruchius suo se gladio jugulat. Nam quum de Comit. I. 2. p. 27. ostendisset bella comitiis centuriatis jussa fuisse, quod certissimum est; verba Livii VI. 21. 'Omnes tribus bellum jusserunt,' quæ huic sententiæ gravissime adversari videntur, duplici ratione explicat; primo 'omnes tribus' nihil aliud significare, quam universum populum; deinde hoc etiam eo referri posse, 'quod in centuriatis comitiis prærogativæ tribus et jure vocatæ frequenter in historia Livii

Digitized by Google

appellantur.' Hoc se scripsisse vel oblitus fuit, quum in Refutatione illa tam calide adversus Sigonium disputabat, vel dissimulavit: et miror a Sigonio non animadversum fuisse. Locus ille Livii difficilis est; sed credo, meliorem esse posteriorem explicationem Gruchii. Pantagathus non aliam hujus nodi solvendi rationem invenire potuit, quam ut diceret Livium ibi quoque, ut in superioribus, nempe v. 18. et x. 22. 'non videri temporis habere rationem,' id est, prolepsi uti. Sed de his quisque, ut libet, sentiat. Ego nondum quidquam propositum video, in quo ἀναγκαία ἀπόδειξις sit, vetus institutum Servii demum post A. U. C. IOXII. in comitiis centuriatis mutatum fuisse. *Duk.* Additamentum, quod ex vet. lib. Sigonius profert, etiam in meorum quibusdam superest, sed fere in libris pejoris notæ, et varie conceptum, variisque locis interpositum. Nam *non petentem consulari potestate creant* est in margine fragm. Hav. a m. sec. *non petentem potestate consulari creant* in Harl. 2. Port. et Hav. *non petentem potestate creant con.* Gaertn. Unde, ut et quod optimi codd. voces illas non agnoscant, merito efficio, eas pro glossemate habendas, et olim margini adscriptas fuisse, ut indicaretur, quales tribuni militum indicarentur. Vide hoc cap. § 17. Ita alibi simpliciter 'tribuni militum,' vel 'militares,' vocantur, non additis τοῖς 'consulari potestate.' Supra IV. 10. 'Eo tribunorum militarium nulla mentio his consulibus fuit.' Hoc lib. c. 12. 'Præerant tribuni militum M. Æmilius et K. Fabius.' Deinde *prærogativa creant* omnes codd. mei, uno excepto Lov. 2. in quo est *creat.* Quemadmodum autem Sigonius id emendandum credit *prærogativæ creant*, ita contra Octav. Pantagathus sive Ant. Augustinus apud Ursinum ad I. 43. § 12. malebat *prærogativa creat.* Insuper *P. Lucinium Calvum* præferunt Lov. 2. 5. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Cognomen autem *Calvus* omittunt Voss. 1. Lov. 1. et Leid. 2. qui uterque error etiam commissus erat hoc lib. c. XII. § 9. Deinde *non potentum* Lov. 1. *non potentem* Flor. a m. pr. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 5. Harl. 1. et in contextu Voss. 1. in cujus margine emendatur *non petentem.* Vide hoc lib. ad c. 14. § 5. Paullo ante *in viris*, pro *invitis*, Gaertn. et mox in verbis seqq. *ex parte*, pro *expertæ*, Leid. 1. et Gaertn. Præterea *priori magistratu*, pro *priore mag.* edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 2 *Omnesque deinceps ex collegio ejusdem anni refici adparebat*] Hic P. Licinius Calvus tribunus militum fuit a. CCCLV. at reliqui quatuor a. CCCLVI. Calvus quidem ex plebe cum quatuor patriciis; at hi quatuor plebeii cum uno patricio M. Veturio. Illud igitur *ejusdem anni* quomodo intelligendum sit hæreo. Nam quod quidam dicunt *ejusdem* non ad Calvum, sed ad ipsos quatuor tribunos referendum, mihi non satisfacit. Paullo enim post Licinius ipse 'collegas' vocat, haud dubie suos: quare hoc effugium est, non vera solvendi via. Ego puto lapsum memoria auctorem, nec id adeo religiosum illi; nisi quis codicem corruptum existimat; quod nec ipsum impossibile est. *Glar.* Ex vocibus *refici adparebat* nullum præsidium defendendo Livio adversus censuram Glareani Sigonius comparare potest, quod ad verba seqq. molitur. Mox enim subjungit, quos ejusdem collegii fuisse existimet, et de quibus dicat adparuisse eos refici: et tamen illi non uno, sed duobus annis tribunatum militarem obtinuerunt. Doujatius addendum putat *ex collegio ejusdem aut sequentis anni.* Verum, præterquam quod omnes codd. quos consului, in vulgatum conspirent, nisi quod in uno Leid. 2. a m. pr. sit *adparebant*, ita nihilominus adversantur verba seqq. Liciniі, quibus indicat, ideo populum Romanum omnes ex collegio ejusdem anni tribunos re-

Digitized by Google

ficere voluisse, quoniam concorditer hunc magistratum gessissent. Errorem itaque non librariis, sed Livio, tribuendum puto.

Refici adparebat, L. Titinium, P. Menenium, Cn. Genucium, L. Attilium] Veteres libri nihil dissentiunt a vulgatis, nisi quod non *P. Menenium*, sed *P. Mœnium*, habent. Diodorus autem, ut ante dixi ad c. 12. § 10. hæc edit nomina l. XIV. p. 443. Λεύκιον Τιτίνιον, Πόπλιον Λικίνιον, Πόπλιον Μαλλιον, Κόϊντον Μαίνιον, Γναῖον Γενούκιον, Λεύκιον Ἀτίλιον. Quare cum quinque tantum tribunorum nomina sint in libris Livii, pro *P. Menenio, P. Mœnium, P. Mœlium* reponendum est, præsertim vero cum scribat, 'omnesque deinceps ex collegio ejusdem anni refici apparebat.' Sunt enim 'omnes ex eodem collegio' præter 'Cn. Genucium et L. Atilium.' Et recte: non enim ait 'omnes refectos esse ejusdem collegii,' sed 'apparebat omnes refici.' Atque hic locus causam dedit Glareano, ut in Livium acerbe inveheretur. ['Glareanus non invehitur in Livium, sed ait, fieri posse, ut codd. Livii sint depravati, aut Livius lapsus memoria.'] *Sigon. L. Titilinium* Flor. *L. Ticinium* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide mox hoc cap. ad § 7. et ad c. 12. § 10. Tum *P. Mœnium*, pro *P. Menenium*, omnes codd. mei, (nisi quod in uno Hav. sit *P. Memius*) et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. 'Mænius' autem et 'Menenius' etiam alibi confunduntur. Vide ad VIII. 13. § 1. Quem deinde tertio loco addidit Sigonius, *P. Mœlium*, ignorant iterum, quos vidi, codd. quod Hearnius etiam de Oxon. B. C. et N. testatur. Et verisimiliter Pighius suspicatur in Annal. ad a. CCCLVII. p. 217. eum prætermissum esse a librariis indoctis, quibus post *P. Mœnium* nomen *P. Mœlii* frustra repeti videbatur. Quartum vocant *Cn. Genucium* Lov. 2. et 3. *Cog. Genucium* Voss. 1. et Lov. 1. *consulem Genucium* Voss. 2. *cons. Genucium* Leid. 1. Lov. 5. et fragm. Hav. a m. pr. *M. Genucium* a m. sec. *Co. Gemicium* Leid. 2. *Con. Genucium* Harl. 1. *C. Genutium* Port. et Hav. *Gemitium*, omisso prænomine, Lov. 4. Soli Harl. 2. et Gaertn. recte *Cnæi* prænomen ei tribuunt. Denique loco ultimi *L. Atilium* Lov. 4. *consules* præfert. *Latilium* Harl. 1. *L. Actilium* Leid. 2. *L. Attilium* Lov. 1. 2. 5. Port. et Hav. Sed, *Atilium* uno *t* scribi oportere, Sigonius monuit hoc lib. ad c. 13. § 3. ubi a quibusdam *Atinius* vocabatur. Quin et Pighius loco laud. modo eum *Atinium*, modo *Atilium* appellavit; sed, ut patet, invitis omnibus codd. Voces *L. Atilium, qui, priusquam renunciarentur, jure vocatis tribubus, permissu* deficiunt in Gaertn. *L. Titinium, P. Menenium, Cn. Genutium, L. Racilium* præferunt vetustiores typis exarati. Sed, pro *L. Racilium*, primus Aldus *L. Atilium* reposuit. Sigonius veram lectionem recte investigavit.

Qui priusquam renunciarentur, jure vocatis tribubus permissu interregis P. Licinius Calvus ita verba fecit] Si sensum explicavero, quemadmodum interpungi verba oporteat apparebit. P. Licinium, inquit, non petentem prærogativæ tribuum militum creant, omnesque deinceps ex collegio ejusdem anni refici apparebat, qui priusquam renunciarentur a jure vocatis tribubus, P. Licinius permissu interregis ita loquutus est. *Sigon.* Interpunctio Sigonii potest admitti, *priusquam renunciarentur jure vocatis tribubus*, hac interpretatione: priusquam per interregem præconis voce pronunciarentur, atque ederentur illorum nomina ad jure vocatas tribus. Cicero pro Muræna c. 1. 'Illo die, quo, auspicato, comitiis centuriatis, L. Murænam consulem renunciavi.' Pro Domo c. 43. 'Posse se, interversa ædilitate, a L. Pisone consule prætorem renunciari:' in Verr. v. 15. 'Cum esses prætor renunciatus, non

Digitized by Google

ipsa præconis voce excitatus es, qui te toties seniorum juniorumque centuriis illo honore affici pronunciavit, ut hoc putares, aliquam reipublicæ partem tibi creditam.' Hunc et tot alios similiter loquentes (habes apud Brissonium de Formul. II. pag. m. 135.) potius debuisset sequi Sigonius, quam renunciatos a jure vocatis tribubus dicere, auctore uno Pisone, qui ambigue apud A. Gellium VI. 9. 'Eumque pro tribu ædilem curulem renunciaverunt.' Pro quo 'dicere' mavult Livius. Etsi autem et quæ sequuntur, 'verba fecit,' possint conjungi 'jure vocatis tribubus;' (nam ita Cic. in Verrem I. 7. 'Ipsi Hortensio, propinquis necessariisque ejus verbum nullum fecit:') tamen istam distinctionem magis probo, quia sermo Licinii Calvi non tantum ad jure vocatas, sed ipsas etiam prærogativas est directus: quas oportuit utique in suffragium revocari de filio, quem suo loco commendavit. *J. F. Gron.* Id est, antequam jure vocatæ ad suffragium ferendum citarentur. Nam sententia prærogativæ ut et aliarum centuriarum sententiæ statim renunciabantur, priusquam sequentes in suffragium irent. Ita Gruchius de Comit. I. I. p. 610. et p. 613. tom. I. Thes. Antiq. Grævii, et Brisson. de Form. I. II. p. 134. e Livio XXVI. 22. Cic. Orat. Phil. II. 33. in Verr. V. 15. et Varron. de L. Lat. I. VI. p. 73. De distinctione, *qui priusquam renunciarentur jure vocatis tribubus*, adsentirer Gronovio, si ostendisset, verbo 'renunciare' hac in re casum tertium addi. Nunc ἐνέχω, donec id invenero. Certo multo usitatius est 'verba facere alicui,' quam 'renunciare magistratum centuriis,' 'tribubus,' 'populo.' Plautus Pœnul. IV. 2. 18. 'Verba facit emortuo.' Terent. Andr. IV. 4. 13. 'Verbum si mihi unum, præterquam quod te rogo, faxis.' Verum est, sermonem Licinii etiam ad prærogativam dirigi; sed præcipue volebat deterrere jure vocatas, ne suffragium prærogativæ sequerentur.' *Duk. Qui prius nunciarentur* Port. a m. pr. *qui priusquam renunciaretur* Leid. 2. Tum *permissi interregis* Hav. Hinc *L. Licinius Calvus* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 5. *L. Lucinius Calvus* fragm. Hav. a m. pr. *P. Lucinius Calvus* Lov. 2. Prænomen exulat a Leid. 2. et Lov. 1. Ceterum Doujatius *jure vocatis tribubus* accipit absolute dictum in ablativo, hoc sensu: priusquam renunciarentur ii, de quibus agitur, si tribus jure vocatæ essent, sive, postquam tribus reliquæ jure essent vocatæ, suffragiumque tulissent: quod nemini probabit.

§ 3 *Omen concordiæ, Quirites, rei maxime in hoc tempus utilis*] Magis placet, ut legatur, quemadmodum est in archetypo nostro *rei maxime in hoc tempus utili*, ut *concordiæ* dictum sit dandi casu. *Rhen.* Vet. aliquot libri habent *utili*, ita ut *concordiæ* sit casus dandi, non gignendi. Cæterum obscurissimi loci hic sensus est. Vos video, Quirites, dum me collegasque meos tribunos reficitis, memoria prioris magistratus nostri in insequentem annum omen concordiæ petere, rei maxime in hoc tempus utili, id est, ominari concordiam anni futuri. Quod si collegas eosdem reficitis, me certe præterire debetis. *Sigon.* Per incuriam sive typorum, sive ipsius Sigonii, vox *plebis* (certe in tribus edd. quas habeo, Scholiorum ejus) irrepserat; quum pateat satis, non de tribunis plebis, sed militum consulari potestate sermonem esse. Id in gratiam viri optime meriti inducendum putavi. *Jac. Gron. Omnem conc. quærunt Dei, maxime in hoc tempus, ut illi* Lov. 3. *Omnem concordiæ, Quirites, rem, maxime in hoc tempus utilem* Lov. 4. *Omnem concordiam, Quirites, rem maxime in hoc tempus utilem* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *Omnem concordiæ, Quirites, rei maxime in hoc tempus ut illi* fragm. Hav. a m. pr. *Omnes concordiam, Quirites, rem maxime in hoc tempus utilem* a m. sec.

Digitized by Google

Omnem concordiam, Quirites, rei maxime in hoc tempus utilem Gaertn. Se quoque *rem utilem* in Oxon. N. reperisse Hearne testatur. Vox *Quirites* deest in Harl. 1. pro qua *q̄* habet Voss. 1. *que* Klockian. *quæ* Lov. 1. *queſ* Leid. 1. *queri* Leid. 2. Tum *rei* exsulat ab eodem Leid. 2. Male. Supra II. 3. 'Leges rem surdam inexorabilem esse.' Ovid. Epist. Heroid. I. 12. 'Res est solliciti plena timoris amor.' Epist. VI. 21. 'Credula res amor est.' Ex Ponto Epist. II. 7. 37. 'Res timida est omnis miser.' Ex Pont. Epist. IV. 15. 31. 'Verum quid faciam? res inmoderata cupido est.' Et ita πρᾶγμα Græcis adhibetur. Lucian. in Asin. p. 79. Ξένος πρᾶγμα εὐκαταφρόνητον. Deinde *maxime in hoc tempus ut illi* Flor. Voss. ambo, et Leid. ambo. Eodem fere errore alibi *ex illis*, pro *exulis*, datum est. Vide ad XXXIV. 35. § 7. *maxime in hoc tempus utili* Harl. 1. Et ita præferunt pleræque primarum edd. quædam *maxime in hoc tempus utillimæ*. Aldus demum reposuit *maxime in hoc tempus utilis*. Verum, 'petere omen concordiæ, rei utili,' eodem modo dictum est, quo 'quærere locum seditioni,' et similia multa, de quibus actum est ad III. 46. § 2.

Memoria nostri magistratus vos his comitiis petere in sequentem annum video] Chiffl. Voss. uterque, Rott. Flor. *in insequentem annum*. Retrovise ad IV. 30. § 12. *J. F. Gron. Et in sequentem annum* fragm. Hav. *in insequentem annum* Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. Gaertn. Hearnii Oxon. L. 1. 2. et N. et ed. Rom. 1472. Reliqui mei *in insequentem annum* præferunt: inter quos etiam est Voss. 1. si fides habenda sit ejus excerptis, quæ penes me sunt. Sed syllaba initialis *in* intercepta est a voce præced. Vide loco, quem Gronov. laudavit. Præterea *memoriam nostri magistratus* Lov. 3. vox *nostri* deficit in Lov. 1. et Leid. 2. Tum *nos*, pro *vos*, habet Gaertn. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Deinde *ipsis comitiis* Voss. 2. et Lov. 3. *hiis comitiis* Port. *iis comitiis* Hav. Vox autem *his* non comparet in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 4 *Si collegas eosdem reficitis, etiam usu meliores factos*] *Sit collegas* Flor. *et sit collegas* Harl. 1. *sic collegas* Leid. 1. prima vocis seq. litera male repetita in fine præcedentis. Vide ad XL. 7. § 8. Tum *et jam usu* Gaertn. Vide ad XXXIX. 10. § 6. et supra ad I. 47. § 9. Denique *usu meliore factos* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Sed literam finalem *s* elisit initialis *f*. Vide ad IV. 33. § 11. Ceterum interpunctionem hoc loco mutavi. Olim autem distinguebatur: *video, si coll. eosdem reficitis, etiam usu mel. factos. Me jam non eumdem, &c. videtis.*

Me jam non eumdem, sed umbram nomenque P. Licinii relictum videtis] Particula *sed* aberat a Voss. 2. et Lov. 3. quæ apud Livium sæpissime subintelligitur. Ita I. 25. 'Nec his, nec illis periculum suum; publicum imperium servitiumque obversatur animo.' Plura jam eo loco notata sunt, quæ consulenda. Quum tamen omnes reliqui codd. vulgatum servent, uni aut alteri codici tantum tribuere non audeo, ut ejus fide receptam lectionem mutem. Eleganter autem se non P. Licinium, sed ejus *umbram* vocat. Ovid. Amor. Eleg. III. 7. 16. 'Nec satis exactum est, corpus an umbra forem.' Senec. in Herc. Œteo vs. 1345. 'Herculem spectasquidem; Sed umbram, et nescio quid vile mei.' Lucan. I. I. vs. 135. 'stat magni nominis umbra.' Similiter se tantum 'nomen' P. Licinii vocat. Ita III. 65. 'Plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei, si similes Icilio tribunos haberet: nomina tantum se biennio habuisse.' Præterea prænomen Licinii deficit in Leid. 2. et Lov. 1. *P. Lucinii* habet Lov. 2.

Vires corporis effætæ] Vide quale flagitium commiserit, qui *effætæ* hic ausus est scribere, cum legendum sit *vires corporis affectæ*. Sic c. 52. 'Mo-

Digitized by Google

do quæ res,' inquit, 'post prodigium Albani lacus, nisi instauratio sacrorum auspiciorumque revocatio, adfectæ Veienti bello reipublicæ remedio fuit?' 'Affectam' vocat debilitatam. Iterum VI. 3. 'Quorum legati, opem rebus adfectis orantes, cum senatum adissent.' Et IX. 3. 'In corpore tamen,' inquit, 'adfecto vigebat vis animi consiliique.' Ibidem mox, 'Jam animum quoque patris,' inquit, 'consenuisse in adfecto corpore rebatur.' *Rhen.* Eamdem emendationem Rhenanus ad Taciti Hist. III. 65. proponit, e conjectura, ut videtur; nam non provocat ad libros scriptos, in quibus Sigonium et Gronovium hoc invenisse credi par est. Alioqui *effœtæ* defendi posset e Virg. Æn. v. 395. 'Sed enim gelidus tardante senecta Sanguis hebet, frigentque effœtæ in corpore vires:' nisi tamen poëta figura usus est, et hoc maluit, quam *effœto in corpore*, quomodo Cic. de Sen. c. 9. loquitur: 'Libidinosa et intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.' Et 'affectus' et 'effœtus' etiam alibi ita permutantur, ut dubium esse possit, utrum præferendum sit. In Cic. de Sen. c. 14. pro recepta lectione, 'quum ex eo quidam jam adfecto ætate quæreret, utereturne rebus Venereis,' scripti aliquot apud Aldum habent *effœto ætate*: et Catil. II. 9. pro *tertium genus est ætate jam adfectum*, Ms. Mureti præfert *ætate jam effœtum*. Quæ æque recte dicuntur, ut apud Ovid. Met. VII. 312. 'effœtus laniger annis.' *Duk.* Recte Rhenanus *adfectæ* restituit. Non enim *effœtæ*, sed *adfectæ vires corporis*, id est, 'fractæ,' 'debilitatæ,' inpediunt ne quis utilem reipublicæ consulem aut magistratum agat. Et ita etiam præferunt Flor. Voss. uterque, Leid. 1. et in margine Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. uterque, Hav. et in marg. fragm. Hav. Præterea etiam Hearnii Oxon. Neapol. Latinii, et multæ ex vett. edd. Ita certe est in Rom. 1472. Parm. Mediolanensibus 1480. 1495. 1505. Veneta 1498. et aliis. Proxime verum *effectæ* est in Gaertn. Solent autem voces 'effectus' et 'affectus,' licet alio sensu usurpatæ, inter se commutari. Vide Corte ad Plin. Ep. IV. 19. § 1. Similiter etiam 'effectus' et 'effœtus.' Vide eumdem ad Plin. Ep. V. 17. § 6. Corruptius *efferre* Lov. 4. *effere* Lov. 3. *esse te* Lov. 5. Supra IV. 41. 'Plaustra jumentaque exercitum adfectum prœlio ac via nocturna excepere.' hoc lib. c. 10. 'Tributum ex adfecta re familiari pendant.' VII. 20. 'Ut Romanos florentes ea sui misericordia caperet, quæ se rebus adfectis quondam populi Romani cepisset.' X. 1. 'Vix credibile erat, tam adfectis rebus solos per se Æquos ad bellum coortos.' XXI. 11. 'Paullisper tamen adfectos animos recreavit repentina profectio Hannibalis in Oretanos Carpetanosque.' XXII. 14. 'Nobis dictator unicus in rebus adfectis quæsitus.' c. 8. 'Ut in adfecto corpore quamvis levis caussa magis, quam valido gravior sentiretur, ita tum ægræ et adfectæ civitati,' &c. c. 60. 'Quum omnia subsidia vitæ abessent, adfectisque fame viribus arma jam sustinere nequirent.' XXVIII. 26. 'Nihil æque eos terruit, quam præter spem robur et color imperatoris, quem adfectum visuros crediderant.' XXXVI. 24. 'Adfecta labore ac vigiliis corpora ex somno moliebantur.' Senec. de Ira I. 11. 'Quo alio Fabius adfectas imperii vires recreavit, quam quod cunctari, et trahere, et morari scivit:' in Consol. ad Polyb. c. 24. 'Duces magni faciunt rebus adfectis, ut hilaritatem de industria simulent:' ita 'adfectus ætate' est apud Cic. de Senect. c. 14. 'Quum ex eo quidam jam adfecto ætate quæreret, utereturne rebus Venereis:' 'adfectus' etiam pro ægroto, decumbente. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Amor. Eleg. II. 2. 21.

Digitized by Google

et ad Trist. Eleg. III. 3. 14.

Vigor animi obtusus] *Obtunsus* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Harl. 1. et Klockian. Ita scriptum Colerus reperit in Ms. Danielis, et in contextum recepit apud Val. Max. VI. 9. ex. 1. et VII. 3. ex. 2. Et hinc formatur vox 'obtunsio,' quam Casaub. et Salmas. restituerunt in Lamprid. Commod. c. 10. 'Sturno adposito, qui se vermes sectari crederet, capite subpuratum reddebat obtunsione.' Ita *retunsis actibus*, pro *retusis ictibus*, ex Mss. probat Nic. Heinsius ad Prudent. *περὶ Στεφαν.* Hymn. X. 972. Vide G. J. Vossium Grammat. v. 26.

§ 5 *Effigiem atque imaginem ejus, quem vos antea tribunum militum ex plebe primum fecistis*] *Imaginem atque effigiem ejus* Lov. 1. Leid. 2. et Voss. 1. Deinde *ante* Lov. 2. Vide ad XL. 12. § 3. Tum vox *primum* deest in primis excusis. Demum Aldus eam contextui addidit, cui uno ore concinunt omnes scripti. Et recte. Diligenter enim adnotare et passim memorare Romani soliti fuerunt, cui quidque 'primo' evenerit, et quid quisque 'primus' fecerit, quorum consuetudinem Livius ubique observavit. Videnda sunt quæ notavit Jac. Perizonius in Animadvers. Histor. c. 8. p. 345. Paullo ante *En nobis*, pro *En vobis*, Port. Vide ad XXXIV. 2. § 2. et *juvenes*, pro *juvenem*, Lov. 4.

Hunc ego institutum disciplina mea] *Hunc g°*, id est *ergo*, Leid. 1. Alibi sæpe hæ voces commutari in Mss. solent. Vide ad XXXVII. 53. § 11. Tum *disciplina ea* Flor.

Vicarium pro me Reipublicæ do dicoque] Verbum *do* perperam abest ab Hav. Deinde *dedicoque* habent Lov. 5. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. C. et in margine N. Passim et hæc verba in codd. vetustis confunduntur. Vide quæ notantur ad Epit. Liv. lib. CXXXVIII. Sed *dicoque* non adparet in Lov. 3.

Vosque quæso, Quirites, delatum mihi ultro honorem] *Vosque, Q. quæso* Harl. 2. Port. et Hav. *Vos, Q. quæso* Lov. 4. Deinde *delato mihi* male Port. At vocem *ultro* non agnoscunt Leid. 2. et Lov. 1. quæ in reliquis constanter superest. Et recte. Nam *mihi ultro* mox obponuntur *τοῖς* 'huic petenti.'

Honorem huic petenti, meisque pro eo adjectis precibus, mandetis] Emendo *meis quoque pro eo adjectis precibus*. J. F. Gron. *Τὸ huic* non recte defieit in Leid. 2. Vide ad verba præcedentia. *Hinc petenti* habet Lov. 2. Vide ad XXV. 40. § 2. *huic potenti* Lov. 1. Vide hoc lib. c. 14. § 5. Quamvis autem omnes libri, et editi, et scripti, servent *meisque*; placet tamen, quod Gronovio in mentem venit, *meis quoque*; ita ut voces 'meis adjectis precibus' accipiamus casu sexto. Non enim pater precabatur, ut populus honorem mandaret filio et precibus suis; sed filio petenti, pro quo ipse quoque precabatur. Sæpius jam dictum est, et sæpissime adhuc infra dicetur, *τὰ que* et *quoque* in Mss. commutari. Vide hoc lib. c. 27. § 1. *Τὰ pro eo* desunt in Lov. 4.

§ 6 *Datum id petenti patri, filiusque ejus P. Licinius*] *Datum id negotium* Hav. Sed ultima vox a librario vel interpolatore est. Deinde *τὸ patri* abest a Voss. 2. et Lov. 3. Denique pronomen *ejus* non comparebat in Harl. 2. Port. et Hav.

Cum iis, quos supra scripsimus, declaratus] *Quos supra diximus* Lov. 1. Leid. 2. et Hearnii Oxon. N. in margine. Infra VII. 16. 'Ibi ante signa Sex. Tullius, de quo ante dictum est, exclamat.' XXIII. 8. 'Eo Pacuvius Calavius, de quo ante dictum est, filium juvenem adduxit.' Sed alibi etiam 'scripta' et 'dicta' commutantur in codd. vetustis. Vide Broekhus. ad Propert. Eleg. II. 10. 12. Deinde *declaratur* Leid. 2. et Lov. 1.

§ 7 *Titinius Genuciusque tribuni militum*] *Ticinius* Leid. 2. Lov. 2. 4. 5.

Digitized by Google

Port. Hav. fragm. Hav. et quædam vetustarum edd. *Titinius* Voss. 1. et Leid. 1. Vide ad hoc cap. § 2. Tum *Gemicinsque* Lov. 4. *Genutinsque* Leid. 1. et Hav. cum edd. antiquis. Eadem in utroque nomine varietas in iisdem codd. est infra § seq. Vide ad II. 52. § 3. Hinc *tribunus militum* Leid. 1. *tribuni militum consulari potestate* Port. Sed duæ posteriores voces ex versu præc. ab interpolatore adscitæ sunt, quæ hic recte intelligi possunt. Vide hoc cap. § 1. c. 12. § 12. et alibi.

Dum bellum majore animo gerunt] *Bello majore animo* Port. et fragm. Hav. a m. pr. Fontem erroris indicavi ad IV. 44. § 5. Vox *bellum* deerat in Lov. 5. τὸ *majore* in Leid. 2.

Præcipitavere se in insidias] Vox *se* abest a veteribus libris. Ita autem locutus est etiam in sexto c. 30. 'Ipsi præcipitavere in insidias.' *Sigon. Præcipitavere se in insidias* servant Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 1. et fragm. Hav. *se præcipit. in ins.* exhibet Gaertn. Reliqui mei non habent pronomen *se*; quod etiam ab Oxon. B. et C. abesse, testis est Hearne. Et solet sæpius Livius 'præcipitare' absolute sine casu usurpare. Infra XXV. 11. 'Plurimi in fossam præcipitavere, occisique sunt plures in fuga, quam in pugna:' ad quem locum plura vide. *Præcitavere in insid.* est in Leid. 1.

§ 8 *Ex multa trepidatione militibus conlectis*] Omnia hæc verba in Oxon. L. 1. deesse, Hearne monuit. *Militibus* habet Harl. 1. Vide ad XXIII. 41. § 10. Alio autem ordine *conlectis mil.* est in Lov. 2. Paullo ante præpositio *in* non adparebat in Gaertn. qui male etiam *tumultum*, pro *tumidum*, exhibebat. *Edictum*, pro *editum*, præfert Lov. 1. Vide ad XXI. 62. § 7.

Nec se tamen æquo loco hosti commisit] *Tñ*, id est *tantum*, Port. Vide ad III. 46. § 1. *nec se inde æquo loco* Hav. *tñ*, id est *inde*, et *tñ*, id est *tamen*, ob ductuum similitudinem non raro in Mss. confunduntur. Vide exempla ad II. 32. § 1. c. 33. § 8. c. 36. § 1. III. 17. § 9. v. 35. § 2. VI. 10. § 2. et 8. VIII. 13. § 8. et alibi. *nec tamen se æquo loco*, transpositis vocabulis, Lov. 5.

§ 9 *Quæ prope in cladem ingentem vertit*] Vox *prope* exsulat ab Harl. 2. Vide ad VI. 27. § 11. Tum *vortit* præfert Leid. 2. *in cladem vertit ingentem*, trajectis dictionibus, vetustæ edd. usque ad Aldum, qui vocabula in eum ordinem digessit, qui nunc obtinet. Aldo vero favent omnes scripti.

§ 10 *Quum pervasisset castra rumor*] *Percussisset* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Oxon. N. in margine, teste Hearnio. Eo sensu 'fama urbes rumoribus quatit' apud Silium Italic. IV. 7. 'Terrificis quatit adtonitas rumoribus arces:' ubi vide quæ notavi. Ceteris tamen codd. receptam lectionem defendentibus, ab ea decedendi caussam non video. Liv. II. 23. 'Non jam foro se tumultus continet, sed passim totam urbem pervadit:' hoc lib. c. 7. 'Quibus quum amplissimis verbis gratiæ ab senatu actæ essent, famaque ea forum atque urbem pervasisset.' XXVI. 15. 'Murmur ab tribunali totam concionem pervasit.' XXXVIII. 30. 'Terror tamen omnem maritimam oram pervasit.' XLV. 10. 'Victoriæ Romanæ fama quum pervasisset in Asiam.' Cicero pro Leg. Manil. c. 15. 'An vero ullam usquam esse oram tam desertam putatis, quo non illius diei fama pervaserit?' Quinctilian. Inst. l. VIII. c. 2. p. 677. 'Pervasit quidem jam multos ista persuasio.'

Ducibus exercituque cæso] *Ducibus exercituque cæso* Harl. 2. *ducibus exercitu cæsoque* Lov. 5. *ducibus exercitibusque cæsis* fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. N. in margine. Τὸ *cæso* deest in Leid. 2.

Victorem Capenatem ac Faliscum Etruriæque omnem juventutem] *Capenatem ac Faliscos* Harl. 2. et Port.

Digitized by Google

Infra x. 27. 'Samniti Gallisque delegata pugna:' ubi genus loquendi pluribus inlustrabitur. Ne tamen hic Livio illam orationis variationem placuisse credam, facit constans reliquorum codicum in lectionem vulgatam consensus. Deinde *omnium juventutem* Hav. Vide ad Livii VI. 22. § 6.

§ 11 *His tumultuosiora Romæ, jam castra ad Veios obpugnari*] *Jam Romæ, castra,* inmutato ordine verborum, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Romæ, etiam castra* fragm. Hav. a m. pr. Voculæ *jam* et *etiam* interdum altera pro altera in Mss. ponuntur. Aliud exemplum habnimus hoc lib. c. 7. § 2. *Castra obpugnari ad Veios* fragm. Hav. Mox etiam, in aliam seriem congestis vocibus, *ad urbem tendere* Voss. 1. et Leid. 2.

Quas ex domo conciverat publicus pavor, obsecrationes in templis factæ] Tà *ex domo* desunt in Port. et Hav. *in domo* habet Gaertn. Tum *consiverat* Klockian. *pavor* deficit in Lov. 2. Denique *in templis facere* legit Harl. 2.

§ 12 *Precibusque ab Diis petitum*] Vocula *que* non adparet in Port. Hav. et fragm. Hav. Tum *a Diis petitum est* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *a Diis* etiam Gaertn. et edd. vett. *ab Dis petitum* Flor. et Leid. 1. Vide hoc lib. ad c. 14. § 4.

Ut exitium ab urbis tectis templisque ac Romanis mœnibus] *Ut exercitum* Hearnii Oxon. L. 1. Crediderat librarius se scriptum reperisse *ex'citum,* ut præferunt Lov. 2. et 5. in margine. Vide ad x. 33. § 1. *ut exitum* Voss. 2. Lov. 3. Port. Hav. et quædam priscarum edd. Quomodo etiam alibi erratur. Vide hoc lib. ad c. 27. § 10. *ut excidium* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Quod tolerari posset, si plurium codicum auctoritate firmaretur. Librariis enim sollemne fuisse, duo hæc vocabula in Mss. commutare, satis patet ex illis quæ notarunt Bentl. ad Hor. Od. I. 15. 21. Od. III. 16. 13. et Torren. ad Val. Max. I. 1. c. 8. ex. 6. Hinc *ab urbe, tectis* Lov. 2. 3. Præterea *τὸ que* deficit in Lov. 5. Harl. 2. et Hav. Verum, illam orationis compositionem, quæ in vulgatis edd. circumfertur, Livio familiarissimam esse, vidimus ad II. 31. § 1. Denique *ac mœnibus Romanis* non tantum omnes, quibus utor, codd. scripti constanter legunt, sed et editi usque ad Frobenium, qui 1535. trajectis vocibus *ac Romanis mœnibus* dedit. Ego vero, codicum auctoritate ductus, priscam lectionem revocavi.

Arcerent, Veiosque eum averterent] Tres priores voces non adparent in Hav. sed tres posteriores exsulant a Port. et Harl. 2. *adverterent* est in Lov. 5. Non sequor. Vide ad VI. 23. § 8.

Si sacra renovata rite, si procurata prodigia essent] *Sacra revocata* Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Passim hæc vocabula in Mss. commisceri solent, ut vidimus ad III. 51. § 7. Hic tamen vulgatum præfero. Quod enim nunc 'renovare' vocat, 'instaurare' dixerat cap. 16. 'Sacra patria, quorum omissa cura est, instaurata, ut adsolet, facito.' Præterea *procurata essent prodigia* Leid. 2. et Lov. 1. *si sacrata prodigia essent,* reliquis omissis, Lov. 5.

CAP. XIX. § 1 *Jam ludi Latinæque instaurata erant*] Vet. lib. *instauratæ.* Sigon. Similiter Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Ita hoc lib. c. 15. 'Decrevere legatos sortesque oraculi Pythici exspectandas:' ubi vide quæ notantur. Verum *ludi Latinæque instaurata* servant Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et Harl. 1. Ea forma Livius dixit IV. 57. 'Exemplo fuit collegas eumque intuentibus, quam gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus essent:' ubi etiam alia notavi. At *ludi Latinæque instaurati* Lov. 5. Hearnii Oxon. C. et edd. principes, pro quo Mediolani

Digitized by Google

1495. *instaurata* repositum est. Vide ad eumdem locum notata. *Jam Latinæ feriæ ludique instaurati erant* Lov. 4.

Jam ex lacu Albano aqua emissa in agros] *Atque missa* Flor. *aquæ missæ* Lov. 1. 2. 4. Voss. 1. et Leid. 2. *aqua missa* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Male. Respice quæ dicta sunt hoc lib. ad c. 15. § 4.

Veiosque fata adpetebant] Fuit qui redderet *Veiorum*. Sed scribendum *Veiisque*. Plautus Aulular. I. 1. 35. 'Neque jam, quo pacto celem herilis filiæ Probrum, proquinqua partitudo cui appetit, Queo comminisci.' *J. F. Gron.* Non scio quem designet Gronovius, qui *Veiorum* reddat. Sed, ita antiquitus lectum fuisse, constat e vetustis lexicis, quæ ante annos fere CC. prodierunt. Et sic laudat Lambinus ad Plaut. d. l. Quod si libros Mss. auctores habet, ferri potest. Nam 'fata Veiorum' conjungi, et 'adpetebant' sine casu dici potest. *Duk.* *Veiosque* omnes mei uno ore defendunt. *Veiorum*, hunc locum adducens, laudat Pareus in Lexic. Crit. voce 'Appetit.' Vulgatum Doujatius tuetur, credens *fatis* hic figurate actionem adpetendi, velut personæ, tribui, quemadmodum inanimata dicuntur 'flagitare,' 'deposcere,' et 'parietes adpetere' apud Cic. Orat. Philipp. II. Locus, quem innuit, exstat c. 13. Verum ibi non 'parietes,' sed 'locus' dicitur 'adpetere.' Verba sunt, 'Quis locus est aut tam desertus, aut tam inhumanus, qui illos, quo accesserint, non adfari aut adpetere videatur?' Sed 'parietes appetere videntur' laudat Nizolius; quem, Cicerone non inspecto, de lectione securus Doujatius secutus est. Mihi Gronovii conjectura non displicet. Deinde *facta* Voss. 2. et Lov. 3. sollemni scribarum aberratione. Vide ad III. 40. § 9. Tum *repetebant* Harl. 2. *apparebant* Lov. 4. Vide ad XXXVII. 32. § 14. Nihil muto. Curtius X. 1. 'Jam matura erant in perniciem innocentis mendacia, et fatum, cujus inevitabilis sors est, adpetebat.' Qui locus persuadet, ut, contra quam Doujatio visum erat, 'adpetere' hic capiam pro 'inminere;' de qua significatione vide ad X. 20. § 9.

§ 2 *Fatalis dux ad exscidium illius urbis servandæque patriæ, M. Furius Camillus*] *Ad exscidium* est a Clerico. Verum non modo omnes codd. sed et editi, præferunt *excidium;* quod restitui. Vide hoc lib. ad c. 15. § 9. Deinde copula *que* deest in Lov. 3. vox *Furius* in Leid. 2. et Lov. 1. *Camillus* in Lov. 2.

§ 3 *Omnia repente mutaverat imperator mutatus*] Pal. 1. *mutaverunt*, et deinde *mutuato*, pro *mutatus*, Pal. 3. Hinc Gebhardus ad II. 52. § 8. scribendum conjecit *Omnia repente mutaverunt, imperatore mutato.* Et hæc conjectura adstrui potest ex optimo Flor. qui legit *Omnia repetente mutaverat, imperatore mutato.* Unde etiam Salvinio eadem ferme, quæ Gebhardo, emendatio in mentem venit. Adscripserat enim, ea lectione recepta insuper *mutaverant* legendum esse. Sane, 'mutare' Livio aliisque sensu passivo sæpe poni, dictum est ad III. 10. § 6. An autem ita etiam hoc loco locutus sit, dubito; quia reliqui omnes, quos adhibui, codd. constanter stant a vulgata scriptura, nisi quod, trajectis dictionibus, *mutaverat repente* præferat fragm. Hav. et *repentē mutaverat* legat Leid. 1. Verum sæpius dictum est, librario istius codicis sollemne fuisse, literam finalem *m*, vel notam, qua litera hæc designari solet, perperam aut addere, aut omittere. Id autem hic tanto pronius fuit, quod ab eadem etiam vox sequens incipiat. Vide ad XL. 7. § 8.

Alius animus hominum, fortuna quoque alia urbis videri] *Fortunaque alia urbis* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Vide hoc lib. ad c. 27. § 1. *fortunaque urbis alia* Lov. 2. Vox *alia* deficit

Digitized by Google

in Lov. 4. Tum *viderit* legit Hav.

§ 4 *Qui a Veiis in illo pavore fugerant*] *Qui cives in illo pavore* Lov. 4. et 5. *qui a Veiis nullo pavore* Leid. 2. Verum ductuum similitudo effecit, ut literæ *ini* in *nu* mutarentur, præterquam quod duæ voces perperam in unam coaluerint. Vide ad IX. 12. § 3.

More militari animadvertit] Aut omnia me fallunt, aut usus est heic decimatione militum; ut scilicet decimus quisque sorte eductus capite luerit hanc fugam. Id enim tantum non clare clamat clausula subjecta, 'effecitque, ne hostis maxime timendus militi esset.' Respicit enim auctor procul dubio ad dictum Clearchi ducis Lacedæmoniorum, proditum a Xenophonte Exped. Cyri II. 26. m. pag. 290. memoratum sic a Valerio Maximo lib. II. capitis septimi extremo: 'Identidem exercitus sui auribus inculcabat, a militibus imperatorem potius, quam hostem, metui debere. Quo aperte denunciabat, futurum, ut spiritum pœnæ impenderent, quem pugnæ acceptum ferre dubitassent.' Jam tum in usu fuisse genus id supplicii, liquet ex eis quæ scribit Livius II. 59. Dionysiusque lib. IX. p. 606. de Appii decimatione, A. U. C. CCLXXXIII. *Grut.* Livius hoc lib. c. 47. 'Quum in omnes more militari se animadversurum Q. Sulpicius tribunus militum pronunciasset.'

Efficitque, ne hostis] Vet. lib. *effecitque*. Sigon. *Efficitque* in solis apud me superest Lov. 5. et Harl. 2. Reliqui omnes codd. quibus usus sum, *effecitque* præferunt; quæ etiam in Oxon. scriptura exstitit, modo Hearnius eos diligenter excusserit. Monens enim ed. Rom. principem *efficitque* habere, et de Oxoniensium consensu nihil addens, eos alteri lectioni favere, non obscure indicat. Ceterum etiam vetustæ edd. quas vidi, *effecitque* exhibuerunt, pro quo demum in Frobeniana 1531. *efficitque* obvium fuit.

Deinde indicto delectu in diem certam] *De indicto* Leid. 1. *deiñ dicto* Lov. 4. *deinde dicto* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Harl. 2. Adparet olim scriptum fuisse *dein*, vel *deiñ*, id est *deinde, indicto*; ultimam autem syllabam *τοῦ dein* in illo a prima vocis seq. *indicto* interceptam fuisse, et vicissim eam in his primam sequentis intercepisse: qui error in scriptis frequens est. Ita *victore ducto*, pro *vic. reducto*, est in uno vel altero cod. I. 10. § 5. *ægre cepere*, pro *æg. recèpere*, II. 51. § 6. *inde traxit*, pro *inde detraxit*, III. 23. § 4. *in belles*, pro *in imbelles*, VII. 32. § 6. *effuse tinum*, pro *effuse Setinum*, VIII. 19. § 5. Contra sæpe perperam etiam ultima syllaba vocis prioris repetitur in principio sequentis. Ita *terrorem reverterunt*, pro *terr. verterunt*, datum erat XXXVII. 41. § 5. ubi vide plura exempla. Tum *dilectu* Flor. Lov. 1. Voss. 1. et Harl. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Præterea *in diem certum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed Livium in hac locutione sexum sequiorem amasse, dictum est ad IV. 36. § 3. Verbum 'intercurrere' inlustratur ad II. 29. § 4.

§ 5 *Ad scribendum novum exercitum redit, nullo detrectante militiam*] *Nullo retractante* fragm. Hav. a m. pr. *nullo detractante* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXIV. 15. § 9.

Peregrina etiam juventus, Latini Hernicique] Τὸ *etiam* abest a Port. copulam autem *que* omisit fragm. Hav. a m. pr.

§ 6 *Dictator satis jam omnibus ad id bellum paratis*] Omnia hæc verba desiderantur in edd. primis. Inveni demum in Mediolan. 1505. tum in Ascensianis 1513. et 1516. atque Aldina. Eadem etiam constanter supersunt in omnibus Mss. Paullo ante *quibus dum gratias*, pro *quibus quum gratias*, Voss. 1. et Lov. 1. Male.

Digitized by Google

Vide ad I. 40. § 7. *quibus quum gratias egisset in senatu* Lov. 3. Paullo post *estus certo vovit*, pro *ex senatus consulto vovit*, idem Lov. 3. Verum illud *estus certo* ex non intellecta compendiaria scriptura *e S^tus con^to* natum est: unde in hac voce sæpius scribas lapsos esse videbimus ad XXII. 10. § 1. *E senatusconsulto vovit* Port. a m. pr. *ex senatusconsulto novit* Leid. 1. Alibi sæpe ita peccarunt librarii. Vide ad I. 55. § 1. *Ex senatusconsulto* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide hoc lib. ad c. 13. § 5.

Ædemque Matutæ matris refectam dedicaturum] *Maturæ matris* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Vide etiam cap. 23. § 7. *Mutatæ matris*, literis transpositis, Klockian. Plut. in Camil. pag. 131. Πρῶτον μὲν εὐχὰς ἐποιήσατο τοῖς θεοῖς, ἐπὶ τῷ πολέμῳ τέλος εὐκλεὲς λαβόντι τὰς μεγάλας θέας ἄξειν, καὶ νεὼν θεᾶς, ἣν μητέρα Ματούτα καλοῦσι Ῥωμαῖοι, καθιερώσειν. Tum *defectam* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad IV. 57. § 12. et plura ad IX. 10. § 6.

Jam ante ab rege Servio Tullio dedicatam] *Jam antea* Harl. 2. Port. et Gaertn. Ita variant codd. hoc lib. c. 17. § 7. Vide ad XL. 12. § 3. Tum *a rege* Gaertn. Hinc *Servio Tullo* Leid. 2. Lov. 4. 5. et Port. *Sergio Tullo* Harl. 2. *Servilio Tullo* Hav.

§ 7 *Exspectatione hominum majore, quam spe*] *Quam specie* Fuldensis Ms. *Modius. Quam spē*, id est *specie*, Leid. 1. et Lov. 2. quod errantibus librariis adscribendum est, qui passim voces 'spes' et 'species' in libris scriptis commutarunt. Vide quæ dicta sunt ad Livii III. 9. § 13. Præterea *majore hominum* editi ante Aldum, invitis scriptis.

In agro primum Nepesino] *Primo* fragm. Hav. Hinc *Nepestio* Port. *Nepistrino* Gaertn. *Neposino* Hav. *Fepesino* Lov. 4. Mox particula *et* deficit in Lov. 3.

§ 8 *Fortuna etiam secuta est*] Τὸ *est* non adparet in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Paullo ante vocula *ibi* deest in fragm. Hav. Similis sententia fuit IV. 37. 'Ergo fortuna, ut sæpe alias, virtutem est secuta.'

§ 9 *A procursationibus, quæ multæ temere inter murum ac vallum fiebant*] *Ab procursationibus* Hav. Præterea *quæ multo temere* Leid. 2. *quæ multum temere* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. τὸ *temere* autem deficiebat a m. pr. in Hav. Denique *inter murum et vallum* Hav. *inter murum atque vallum* edd. vestustiores usque ad Aldum; cui *ac vallum* substituenti concinunt reliqui scripti. Paullo ante *castra*, pro *castella*, Gaertn.

Ne quis injussu pugnaret] *Injussus* Flor. a m. recentiore, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Male. Supra III. 63. 'Populus injussu et altero die frequens iit supplicatum.' VII. 12. 'Gravemque edixerat pœnam, si quis injussu in hostem pugnasset:' ubi plura vide.

§ 10 *Longe maximum ac laboriosissimum*] Duæ posteriores voces exsulant a Gaertn.

Cuniculus in arcem hostium agi cœptus] *Curriculus* Voss. 2. et Lov. 3. qui error inde promanavit, quod *n* et *rr* in scriptura Longobardica ob ductuum similitudinem vix discerni possint. Vide ad IV. 10. § 9. Præterea τὸ *agi* perperam omittitur in Harl. 2. Proprium enim in hac re verbum est. Supra IV. 22. 'Agere in arcem cuniculum instituit.' XXIII. 18. 'Inde vineæ quoque cœptæ agi cuniculique.' XXXVIII. 7. 'Cuniculum occultum, vineis ante contecto loco, agere instituit.' Cæsar Bell. Gallic. III. 21. 'Alias eruptione tentata, alias cuniculis ad aggerem actis.' VIII. 41. 'Tectos cuniculos, crates, et vineas agunt.' Frontin. III. 8. ex. 1. 'Simulavitque agi cuniculum.' Curtius IV. 6. 'Alexander, æstimato locorum situ, agi cuniculos jussit.' Ita 'age-

Digitized by Google

re vineas' XLIII. 18. 'Postquam vineas agi, turresque excitari viderunt:' 'cloacam agere sub terram' I. 56. 'agere testudinem' Silius Italic. I. 365. 'condensis actæ testudinis armis:' ubi vide quæ Heinsius et ego notavimus.

§ 11 *Quod ne intermitteretur opus*] *Quod ne intermitterent opus* Hearnii Oxon. L. 1. solito scribarum lapsu. Vide ad XXXVIII. 40. § 1.

Eosdem conficeret, in partes sex munitorum numerum divisit] *Eos conficeret* Lov. 4. et Gaertn. Vide ad Liv. X. 10. § 6. sed τὸ *eosdem* exsulat ab Harl. 2. et Port. Hinc *munimentorum numerum* Harl. 1. et vetustæ edd. usque ad Aldinam, quæ prima *munitorum* exhibuit. *Inimicorum numerum* Hav. cujus erroris similitudo literarum caussa exstitit. Infra VII. 23. 'Ab hastatis principibusque, qui pro munitoribus intenti armatique steterant, prœlium initum.' Paullo ante *sub tecta cont. lab.*, pro *sub terra cont. lab.* Lov. 4. *continuis* Lov. 5.

Senæ horæ in orbem operi adtributæ sunt] *Semihoræ* Lov. 2. *sine horæ* Hav. *seniore* Leid. 1. *seniores* Lov. 4. et 5. a m. pr. quorum prior etiam *adtributi*. Tum *in urbem* Lov. 4. 5. a m. pr. et Hav. Ita sæpe lapsi sunt librarii. Vide Nic. Heins. ad Claud. de Laud. Stilic. III. 266. ad Nason. Metam. XIV. 818. Fast. I. 616. et Fast. II. 130. Markland. ad Stat. Silv. III. 4. 47. et quæ notavi ad Silii VI. 554. Adde ad II. 36. § 2. III. 10. § 8. IV. 28. § 3. et alibi. *In orbem*, ut I. 17. 'Quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat.' III. 36. 'Ut unus fasces haberet, et hoc insigne regium in orbem, suam cujusque vicem, per omnes iret.' VI. 4. 'Quum in sex partes divisus exercitus Romanus senis horis in orbem succederet prœlio:' ubi etiam unus *in urbem* exhibet.

Nocte ac die numquam ante omissum, quam in arcem viam facerent] *Nocte dieque* Harl. 2. Port. et Hav. Præterea *nusquam ante omissum* Gaertn. Vide ad XXXVI. 17. § 10. Hinc voces *in arcem* desunt in Lov. 5. a m. pr. Tandem *viam fecerant* idem Gaertn.

CAP. XX. § 1 *Urbem opulentissimam capi*] Ultima vox deficit in Leid. 2. Mox *in unum ante collatis*, alio ordine vocabulorum, Harl. 2. Port. et Hav. Præterea *esset*, pro *fuisset*, Lov. 4.

§ 2 *Ne quam inde aut militum iram*] Τὸ *quam*, quod non legebatur in prioribus inpressis, demum Aldus addidit. Id etiam superest in omnibus manu exaratis. Deinde *ne quam videant mil. iram* Harl. 2. *ne quam vim aut mil. iram* Gaertn. Scriptum fuerat *iñ*, quod facile in *uĩ*, vel *vim*, mutari potuit. Vide ad II. 56. § 16. III. 36. § 7. VIII. 9. § 7. Ita contra ex *uĩ*, sive *vim*, factum *iñ*, sive *inde*, VIII. 32. § 1. Et ita *deiñ*, sive *deinde*, pro *de ui*, scriptum erat in uno codice III. 33. § 10. Mox *partitæ prædæ*, trajectis vocibus, Leid. 2. Tum *prodigia largitione*, pro *prodiga larg.* Leid. 1. et a m. pr. Port.

§ 3 *Suis consiliis, patientia militum*] Vet. lib. *et patientia militum*. Sigon. Copulam, quam Sigonius in vet. lib. invenit, ignorant omnes mei, ut et Oxonienses apud Hearnium. Et recte. Passim enim Livius eam omittere solet. Vide ad III. 68. § 4. *patientiam militum* præfert Harl. 1. Sed male prima litera vocis seq. repetita est in fine præcedentis. Vide ad XL. 7. § 8.

Veios jam fore in potestate populi Romani] *Jam fere in potest. pop. Rom.* Voss. 1. et Lov. 1. *jam fere in potest. pop. Rom. esse* Leid. 2.

Quid de præda faciendum censerent] *Quidque de præda* Leid. 2. *quod de præda* Gaertn. Tum *de præda facienda* Leid. 2. Tandem τὸ *censerent* deficit in Harl. 2.

§ 4 *Duæ senatum distinebant sententiæ: senis P. Licinii*] Quis est, qui non sentiat, huic sententiæ expli-

Digitized by Google

candæ vocem unam maxime necessariam deesse? quæ est in veteribus libris: *Duæ sen. distin. sententiæ, una senis P. Lic.* Sigon. Voculam a Sigonio additam agnoscunt pariter Lov. 2. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Adsentior tamen magno Gronovio, vulgatam lectionem defendenti ad Livii III. 37. § 8. Integriores enim codd. illud *una* constanter repudiandum suadent. Præterea *distinabant sententiæ* Lov. 2. *destinebant sententiæ* Flor. a m. sec. Lov. 1. et Leid. 1. *detinebant sententiæ* Lov. 4. et Hav. *destinabant sententiæ* Voss. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *sententiæ destinabant* Voss. 2. Lov. 3. et duo Pall. pro quo *distendebant* scribendum conjicit Gebhardus ad III. 23. § 1. Vulgatum mihi verius est. Amat enim Livius hoc verbum, et passim eo utitur. Supra IV. 59. 'Late populati sunt tecta agrosque, ut distinerent Volscos.' VII. 21. 'Fœnebrem quoque rem, quæ distinere unanimos videbatur, levare adgressi:' ubi etiam Mss. multi eodem errore *destinare, destinere*, et *distinare* perperam dederunt. Vide ibi Gebhard. et quæ notavi. IX. 16. 'Duæ factiones senatum distinebant.' XLIV. 20. 'Potuisse ancipiti bello distinere regem.' Nepos in Attic. c. 9. 'Quum litibus distineretur, magnisque terroribus vexaretur.' Vide Tennul. ad Frontin. I. 3. ex. 5. etiam Nic. Heinsium ad Nason. Epist. Heroid. VIII. 69. ubi 'destinare' et 'distinere' commutari docet; et J. G. Grævium ad Justin. VI. 6. XXIX. 2. et XXXI. 1. unde patet verba 'detinere' et 'distinere' sæpissime in vetustis scriptoribus confusa fuisse. Tandem Licinii prænomen *P.* omittitur in Leid. 2.

Quem primum dixisse a filio interrogatum ferunt] *Ab filio interrogatum* Port. *ab illo interrogato* Harl. 2.

Edici palam placere populo] *Edici placere palam* fragm. Hav. Præterea *populo Romano* Harl. 2. Port. et Lov. 2.

Qui particeps esse prædæ vellet, in castra Veios iret] *Prædæ esse* Voss. 1. Leid. 2. et Gaertn. Tum *participes, &c. vellent, &c. irent* Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *participes* et *vellent* est etiam in Lov. 3. et 4. *vellent* et *irent* in Lov. 5. Port. et Harl. 2. Præterea *esse vellent prædæ*, alio ordine, Hav. *particeps prædæ esse vellet* Lov. 1. et 2. Τὸ *prædæ* exsulat a Lov. 3. 4. 5. et Port.

§ 5 *Altera Ap. Claudii*] Prima vox non est in Leid. 1. Prænomen autem Claudii deficit in Harl. 1.

Captam ex hostibus in ærario exhausto bellis pecuniam esse, auctor erat] *Captam hostibus*, neglecta præpositione, Lov. 1. et Leid. 2. Tum *in ærario exhausto bello* Voss. 2. et Lov. 3. *ærario exhausto bellois*, utraque lectione simul exhibita, Port. a m. pr. Vide ad III. 44. § 4. Deinde *pecuniam esse, ipse auctor erat* Hearnii Oxon. L. 1. *pecuniam ponere, ipse auctor erat* ejusdem cod. C.

Ut eo minus tributi plebes conferret] *Ut quo minus tributi* edd. Rom. 1472. et Parm. *quo minus tributi* eas secutæ usque ad Aldum, qui deinde primus vulgavit *ut eo minus*; cujus lectionem probant, quotquot vidi, libri scripti. Hinc *tribuni*, pro *tributi*, Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Deinde *plebs conferret* Leid. 2. Gaertn. et Hav. *plebs conferrent* Lov. 5. *plebei conferrent* Lov. 3. *plebs conferent* Leid. 1. et Lov. 1. *plebs fieret* Voss. 1. a m. pr. pro quo inter versus *conficeret* adscriptum est. *Plebs ferret* Leid. 2. Sed verbum 'conferre' in hac re ordinarium est. Supra IV. 60. 'Si quis in militare stipendium tributum non contulisset. Patres bene cœptam rem perseveranter tueri; conferre ipsi primi.' Et mox: 'Quum senatus summa fide ex censu contulisset, primores plebis conferre incipiunt:' ubi in quibusdam etiam similiter er-

Digitized by Google

ratum, et *ferre*, pro *conferre*, scriptum exstat. XXVI. 36. 'Æs signatum omne senatores crastina die in publicum conferamus.' Et eodem cap. 'Aurum, argentum, et æs in publicum conferunt.' XXXIV. 5. 'Aurum, quo redemta urbs est, nempe matronæ consensu omnium in publicum contulerunt.' Vide hoc lib. ad c. 47. § 8.

§ 6 *Avidas in direptiones manus otiosorum urbanorum prærepturas*] *In directiones* fragm. Hav. a m. pr. *in directione* Hav. Ita *direptus* et *directus* in libris Mss. commutari, videbimus XXXVII. 31. § 5. *in direptione* Harl. 2. *in direptionem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hearnii Oxon. N. Inde *occisorum urbanorum* Leid. 2. Lov. 3. 4. Hav. et una vel altera vetustarum edd. Hinc *præraptaras* Lov. 5. et Port. *præruptaras* Flor. Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. 3. 5. Harl. 1. Gaertn. et Klockian. *præruptas* Leid. 2. Frequenter in libris antiquis confunduntur voces 'ruptus' et 'raptus.' Vide quæ notavi ad Silii Ital. III. 196. Similiter etiam varia earum composita. Ita 'corruptus' et 'correptus:' (vide ad III. 37. § 8.) 'diripui' et 'dirupi:' (vide ad XXXIX. 30. § 5.) Paullo ante *et doni*, id est *etiam*, pro *enim doni*, Lov. 5. Vide ad XXXVI. 41. § 3. Tum *censuras*, pro *sensuras*, Gaertn. et ed. Mediol. 1480. qui error facile ex indocta verba præeuntis pronunciatione nasci potest. Exemplum vide apud Nic. Heins. ad Ovid. Ep. Heroid. XVII. 211. Infra etiam ad Liv. VI. 24. § 9. Eodem modo *census* et *sensus* confunduntur. Vide cap. seq. § 4. Deinde mox verbis seqq. *bellatorum præmissa esse* Leid. 2.

Ut segnior sit prædator, ut quisque laboris periculique præcipuam petere partem soleat] Exemplar vetus tantum habet *ut segn. sit præd., quisque lab. periculique præc. petere partem soleat.* Opinor scripsisse Livium, *cum ita ferme ev., ut segn. sit præd., fortissimus quisque lab. periculique præcip. petere partem soleat.* Et est insignis sententia. *Rhen.* Refellit Ap. Claudius sententiam P. Licinii, quæ fuerat, ut, qui particeps esse prædæ vellet, in castra Veios iret, cujus rei causam affert his verbis: *Quod ita ferme eveniat, ut qui segnior sit prædæ, fortissimus quisque laboris periculique præcipuam petere partem soleat.* Quæ lectio ex conjectura antiquæ lectionis eruitur, quæ est, *ubi segnior sit prædator, fortissimus quisque, &c.* Quorum verborum sententiam elicere nequivit Rhenanus. *Sigon.* Ms. *Ut segnior sit fidator, ut quisque autem lab. periculique præc. petere partem soleat.* Lego, *cum ita ferme ev., ut segnior quisquis sit præd., fortissimus autem lab. periculique præc. petere partem soleat.* 'Segnior quisquis,' pro segnissimus quisque: comparativus pro superlativo. Vide H. Stephanum in libro de Dialectis artic. XLIX. et Pamelii Cyprianum Epist. VI. *Klock.* A docto viro constitutus locus. Pall. 1. et 3. *ut segn. sit præd., ut quisque lab. periculique præc. petere partem soleat.* Neque aliter Andreæ ed. Pal. 2. vero, *ubi segn. sit præd., ut quisque lab. periculique præc. petere partem solet.* At Campanus, *ut segn. sit præd., quisquis lab. periculique præc. petere partem soleat.* Ego nihil expedio boni. Neque libet ambitiose tentare. *Gebh.* Prisca lectio, *ut segnior sit præd., ut quisque lab. periculique præc. petere partem soleat.* Rhenanus, quum deesset in Borbet. posterius *ut*, conjecit, *præd., fortissimus quisque.* At Sigonius, *ut qui segnior sit prædæ, fortissimus quisque:* et id ex antiqua lectione, *ubi segnior sit prædator, fortissimus quisque.* Miram socordiam. Nusquam nos aliam, quam prius editam. Sic duo Voss. Helm. duo Pall. Rott. Unus ex his, solitus alioqui subscribere Sigoniano, *ubi segnior sit prædator, ut quisque laboris.* Campanus, *ut segnior sit prædator, quisquis laboris.* Quod si τὸ *fortissimus*, mera conjec-

Digitized by Google

tura Rhenani, e codd. esset, quid juvat nova Sigonii divinatio? Nihil est mutandum. Quæ difficultatem pariant, duo sunt: primum diversæ significationes τοῦ *ut* repetiti: prius finem vel eventum denotat; posterius est comparationis. x. 27. 'Ut subinde, ut quæque res nova decreta esset, exploratam perferrent.' Deinde, quod posteriorem enunciationis partem priori loco ponit Livius. Est enim sententia, ita fere evenire, ut, quo magis aliquis (hoc enim est *ut quisque*) præcipuam laboris et periculi partem petere soleat, eo idem sit segnior prædator, minus intentus prædæ capiendæ. Lib. VII. c. 10. 'Quum et abnuere certamen vererentur, et præcipuam sortem periculi petere nollent.' Xenophon Κυρουπ. l. VII. p. 181. Διαπράσαι μὲν οὖν αὐτοῖς ἐφεῖναι τὴν πόλιν οὐ βούλομαι· τήντε γὰρ πόλιν νομίζω ἅμα διαφθαρῆναι· ἔντε τῇ ἁρπαγῇ οἱ πονηροὶ πλεονεκτήσειαν ἄν. *J. F. Gron.* Potest etiam ita expediri, ut, prout quisque laboris periculique præcipuam petere partem soleat, ita segnior sit prædator. *Ut quisque*, pro 'pront quisque' apud omnes est. Vide vel unum Livium II. 38. XXXI. 8. XXXIV. 27. et 38. Plerumque quidem post se habet *ita:* sed id etiam explendum relinquitur. Tacit. Ann. III. 55. 'Ut quisque opibus, domo, paratu speciosus, per nomen et clientelas illustrior habebatur.' *Duk. Ubi segnior sit præd., ut quisque* Hav. *ut segnior sit præd., ubi quisque* Lov. 2. 4. et Hearnii Oxoniensis C. Reliqui fere receptam lectionem tuentur, ab ea tantum in paucissimis discedentes. Nam *ut fortissimus* exsulat a Flor. Deinde *ut quisquis laboris periculique* habet Lov. 5. *ut quisquis laboris ac periculique* Harl. 2. *ut quisque laboris ac periculi* Lov. 4. *ut quisque laboris periculi,* sine copula *que,* Gaertn. et fragm. Hav. Tum *solet* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. Paullo ante etiam τὸ *ferme* non est in Port. et Harl. 2. Ant. Perizonius ad marginem Livii notavit, omnia planiora fore, si legamus, *eveniat, ut segnior sit prædator; qui,* vel *quisquis,* vel *quicumque laboris periculique.* Ego tamen præstare existimo, ut cum integerrimis codd. lectionem vulgatam servemus, quam optime Gronovius etiam probavit, et exposuit. Τὸ *ut* diversa significatione repetitum quoque obcurrit XXII. 25. 'Tandem, ut abscesserit inde dictator, ut obsidione liberatos, extra vallum egressos fudisse ac fugasse hostes.' Simili modo *quod* vario sensu, verbis non multis intercedentibus, repetitum est VI. 15. 'Quod nisi facis, sive quod et ipse in parte prædæ sis, sive quia vanum indicium est, in vincula te duci jubebo.'

§ 7 *Invisam semper eam pecuniam fore, aiebat*] *Agebat* Leid. ambo, Lov. 1. Harl. 1. fragm. Hav. a m. pr. et Klockian. Sæpissime ita in membranis vetustis peccatum est. Vide ad VIII. 33. § 23. Paullo ante, pro *Licinius,* Leid. 2. habet *Lacinius,* Port. *Licinnius,* Haverk. *Licinus. Lucinius* Flor. a m. pr.

Caussasque criminum ad plebem, seditionum inde ac legum novarum] Veteres libri *seditionumque inde, ac legum.* Sigon. *Caussasque certaminum* Port. et Hav. Male. Non enim dicimus 'certamina ad plebem,' sed 'cum plebe.' At 'crimina ad plebem' sunt quorum quis apud plebem accusatur. Ita 'criminari ad plebem' est III. 9. 'Patrum superbiam ad plebem criminatus.' c. 31. 'Invidiæ tamen res ad exercitum fuit: ea denique tribunis materiam criminandi ad plebem consules præbuit.' Similiter 'ad prætorem reus factus' XXXVIII. 55. ubi plura vide. Præterea *seditionumque inde ac legum* Harl. 2. Port. et Hav. Ut fere hoc lib. c. 27. 'Ubi res dedit, progressus inter stationes eos hostium, castraque inde Romana, in prætorium ad Camillum perduxit.'

Digitized by Google

At meliores mei omnesque Hearnii Oxonienses conjunctionem *que* constanter nesciunt; quare eam non recipio. Et sane sæpe voculæ 'inde,' 'deinde,' similesque copularum vicem præstant. Infra hoc lib. c. 21. 'Idque omen pertinuisse postea eventu rem conjectantibus visum ad damnationem ipsius Camilli, captæ deinde urbis Romanæ, quod post paucos accidit annos, cladem.' XXXVIII. 29. 'In majorem refugerunt arcem: inde postero die dediti sub corona omnes venierunt.' At contra τὸ *inde* male desideratur in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 8 *Satius igitur esse*] *Sanctius igitur esse* fragm. Hav. *Sanctius igitur esse* Lov. 4. Infra hoc lib. c. 53. 'Non in casis ritu pastorum agrestiumque habitare est satius inter sacra penatesque vestros, quam exsulatum publice ire?' XXVI. 29. 'Obrui Ætnæ ignibus, aut mergi freto, satius illi insulæ esse.' XXXVII. 4. 'Acilio satius visum est, inopinatam adgredi rem:' et passim alibi. Mox *reconciliare*, pro *reconciliari*, Lov. 4. Tum *exhaustis ac exinanitis* Voss. 2. Male. Vide ad X. 36. § 17.

Sentire prædæ fructum ex eo bello, in quo prope consenuerint] *In eo bello* primæ edd. usque ad Aldum, qui vulgari curavit *ex eo bello*, consentientibus omnibus, quos adhibui, Mss. Deinde *consueverint* Gaertn. *consenuerunt* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 2. Port. Hav. et excusi ante Aldum.

Quod quisque sua manu ex hoste captum domum retulerit] *Donum retulerit* Lov. 5. et Harl. 2. sed, utraque lectione juncta, *donum domum retulerit* præferunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Solent hæ voces commutari in Mss. Ita variant codd. III. 57. § 7. hoc lib. c. 23. § 8. c. 36. § 4. VI. 35. § 5.

Quam si multiplex alterius arbitrio accipiat] *Quam multiplex* Voss. 2. *quam simul triplex*, inperite in suas voces divisis literis, quæ olim perpetua serie scriptæ fuerant, Leid. 1. Harl. 1. et Klockian. Tum *ex alterius arbitrio* Lov. 2. Sed illud *ex* potest vel natum esse ex præcedentis vocis ultima syllaba, a librario repetita, vel ab eadem interceptum esse: prius ob aliorum codicum eam non agnoscentium consensum verius existimo.

§ 9 *Ipsum dictatorem fugere invidiam*] *Fingere invidiam* Leid. 2. qui mox vocem *senatum*, bis positam, semel omisit.

Senatum quoque debere rejectam rem ad se permittere plebi] *Senatumque debere* Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 27. § 1. Tum *rejectam rem a se* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Male. Supra II. 22. 'De fœdere, quod prope in perpetuum negatum fuerat, rem ad novos magistratus rejicerent:' ubi plura exempla videri possunt. Deinde *remittere plebi* Harl. 2. Hav. et in contexta Port. in cujus margine alterum *permittere* visebatur. Solent hæc verba in Mss. confundi. Vide viros doctos ad Justin. I. 9. § 12. Præstare receptam lectionem, nullus non videt.

Ac pati habere, quod cuique sors belli dederit] *Fors belli* membranæ. Recte. *Medius. Sors belli* est in Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et vetustis excusis; pro quo jam Aldus *fors belli* substituit. Quam lectionem plerique recentiorum editorum receperunt. Quum autem postea Parisienses 1573. iterum *sors* edidissent, hinc Modio occasio data est alteram scripturam revocandi, quam etiam servant Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. Gaertn. Klockian. et, ut Hearnius testatur, Oxoniensis N. a m. sec. Solent autem librarii voces *sors* et *fors* inter se commiscere. Vide ad I. 9. § 15.

§ 10 *Edictum itaque est, ad prædam Veientem*] *Edictum itaque tum, ad prædam* Voss. 1. et Lov. 1. Paullo ante *visa sententia, quæ populares*, neglecto iterum τῷ *est*, Leid. 2. et Lov. 1. at, transpositis dictionibus,

Digitized by Google

visa est sent., quæ pop. Lov. 3.

Cap. xxi. § 1 *Ingens profecta multitudo replevit castra*] *Ingens profectum multitudo*, prima vocis seq. litera in fine præcedentis perperam repetita, Leid. 1. Vide ad xl. 7. § 8. Tum *implevit castra* Gaertn. a m. pr. Paulo post *caperent* deest in fragm. Hav. a m. pr.

§ 2 *Tuo ductu, inquit, Pythice Apollo, tuoque numine instinctus pergo*] Prima vox non est in Leid. 2. et Lov. 1. Tum *Phitice*, vel *Phytiae Apollo* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Vide hoc lib. ad c. 15. § 12. Deinde *numine instructus* Gaertn. Lov. 4. 5. a m. sec. et Port. in cujus margine tamen recte emendatur *instinctus*. Vide ibid. § 10.

Tibique hinc decimam partem prædæ voveo] *Decimam prædæ partem* Voss. 1. et Leid. 2. Τὸ *prædæ* non adparet in Hav. Tum *partem voveo prædæ* Lov. 1.

§ 3 *Te simul, Juno Regina, quæ nunc Veios colis, precor, ut nos, &c.*] Evocationis concepta verba ad Carthaginem Macrobius ex Sammonico Sereno sic refert, Saturn. III. 9. 'Si Deus, si Dea est, cui populus civitasque Carthaginiensis est in tutela, teque maxime ille, qui urbis hujus populique tutelam recepisti, precor, veneroque, veniamque a vobis peto, ut vos populum civitatemque Carthaginiensem deseratis, loca, templa, sacra, urbemque eorum relinquatis, abaque his abeatis, eique populo civitatique metum, formidinem, oblivionem injiciatis, proditique Romam ad me meosque veniatis, nostraque vobis loca, templa, sacra, urbs acceptior probatiorque sit, mihique populoque Romano militibusque meis præpositi sitis, ut sciamus intelligamusque: Si ita feceritis, voveo vobis templa ludosque facturum.' *Modius.* De sacrorum evocatione vide Macrobium Saturn. III. 9. M. Verrium Flaccum apud Plinium xxviii. 2. et l. 9. § 2. D. de Divis. Rerum. *Klock.* Vide etiam Dempster. in Etrur. Regal. I. 17. *Te similiter, Juno* Lov. 2. 3. et Voss. 2. Deinde *quæ Veios colis* quædam ex vetustioribus inpressis, ut Veneta 1498. et Mediolanenses 1480. 1495. et 1505. Eamdem vocem etiam deesse in Alerlensi principe ed. testatur Hearnius; diversa itaque fuerit necesse est, a Rom. ed. 1472. in qua, quam hæc scribens sub oculis habeo, eam extare video. Idem illud *nunc*, quod in reliquis superest, tuetur etiam omnium scriptorum auctoritas.

Ubi te dignum amplitudine tua templum accipiat] *Accipias* Lov. 5. Harl. 2. et Port. *accipies* Hav. Verum ita delendum foret pronomen *te*, quod in meis constanter superest. Servandum itaque vulgatum *accipiat*, in quod conspirant reliqui codd. Cœtier. ad marginem Livii adscripserat, melius fore, si legamus *excipiat*. Verum causam non video, ob quam *accipiat* displiceret: templum 'accipit Deum,' quam simulacrum ejus infertur in templum. Ita urbs, castra, dicuntur 'accipere' eum, qui ingreditur. Ovid. Fast. II. 785. 'Accipit ærata juvenem Collatia porta.' Supra I. 60. 'Liberatorem urbis læta castra accepere:' ubi vide quæ notavi. IX. 40. 'Pavidos Samnites castra sua accepere.' xxxviii. 17. 'Duratos eos tot malis exasperatosque accepit terra, quæ copia rerum omnium saginaret.' Similiter 'accipere aliquem urbe,' 'tectisve' IX. 7. ubi male quidam minoris auctoritatis codd. *recipere*.

§ 4 *Quo minor ab cuniculo ingruentis periculi sensus esset*] *Quo minus* Voss. 2. *ab cuniculis* Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. *a cuniculis* Lov. 3. 4. *ab cuniculi ingr. periculis* Lov. 5. *cuniculis*, omissa etiam præpositione, Gaertn. Sed 'operum omnium longe maximum ac laboriosissimum, cuniculum,' non 'cuniculos,' memoravit c. 19. Quin et mox ipse hoc capite 'cuni-

Digitized by Google

culi' numero singulari bis terve meminit. Præterea *census esset* Flor. a m. pr. alibi eas voces commutari docet Nic. Heins. ad Nas. Fast. III. 829. Vide cap. præc. § 6. in eodem cod. postea male etiam a m. sec. substitutum erat *assensus est*. Paullo ante vox *urbem* non adparet in Port.

§ 5 *Veientes ignari, se jam ab suis vatibus, jam ab externis oraculis proditos*] *Veientes signari* Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. et Gaertn. ultima litera vocis præcedentis perperam repetita in initio sequentis. Vide ad XXXVII. 29. § 8. *Veientes significari* Lov. 2. Tum pronomen *se* non est in fragm. Hav. Hinc *a suis vatibus* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et fragm. Hav. Deinde *jam externis oraculis* sine præpositione Leid. 2. Harl. 2. Lov. 4. 5. Port. et Hav. *jam ab eternis oraculis* Lov. 3. Vide ad III. 32. § 5.

Jam in partem prædæ suæ vocatos Deos] Id est, partem prædæ Diis votam, promissam esse; vocatos esse, ut partem prædæ acciperent. Virgil. Æneid. III. 222. 'Inruimus ferro, et Divos ipsumque vocamus In prædam partemque Jovem:' ubi Taubmann. observat 'in partem vocare' locutionem esse ex jure desumtam, ac poni pro participem facere: quod inlustrat loco Cic. ex Orat. pro Cæcin. c. 4. 'Uxori grande pondus argenti, matrique partem bonorum majorem legavit. Itaque in partem mulieres vocatæ sunt.' Adde leg. 17. § 14. ff. ad SC. Tertull. 'Si non sit iste filius legitimus hæres, sed sint qui cum eo admittantur, nec in partem eorum mater ex senatusconsulto erit vocanda.' Vide etiam ad VII. 22. § 9. Præpositio *in* deficit in Leid. 2. sed eam absorpsit ultima litera vocis præced. Vide ad X. 13. § 3. *in parte prædæ suæ* habet Lov. 4.

Alios votis ex urbe sua evocatos] *Alios tectis ex urbis suæ vocatos* Lov. 2. *alios ex tectis urbis suæ vocatos* Lov. 4. *alios votis ex urbe suæ vocatos* Leid. 1. inperite divisis literis in voces. Ea autem lectio quum manifeste mendosa foret, alii emendarunt *ex urbe sua vocatos*, quomodo legitur in Lov. 5. Harl. 2. et fragm. Hav. Sed 'evocare' in hac re proprium est. Vide loca auctorum a Klockio laudata ad § 3. Ceterum voces *Deos, alios votis ex urbe sua evocatos* exsulant a Port. Errori autem huic caussam præbuit proxime præcedens vox *vocatos*. Vide ad IX. 11. § 11.

Hostium templa novasque sedes spectare] *Despectare* Lov. 2. et fragm. Hav. *exspectare* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Passim ita peccari in libris scriptis, videbimus ad VI. 33. § 1. Et quidem *spectare* hic ponitur eodem sensu, quo VI. 24. 'Quid vallum et castra spectatis?' Mox *sedeque ultimum*, pro *seque ult.* Lov. 3.

§ 6 *Nihil minus timentes, quam subrutis cuniculo mœnibus arcem jam plenam hostium esse*] *Nihilominus timentes* Voss. 2. et Lov. 3. contra mentem Livii. 'Nihil minus timere,' ut 'nihil minus exspectare' VIII. 11. 'Romanosque, nihil tum minus, quam prœlium, exspectantes, nec opinato adventu perculsurum.' Deinde *subruptis* Port. Gaertn. et Hav. De hoc errore scribarum dicam ad XXXVIII. 7. § 11. Tum *cuniculos* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. sine sensu. *Cuniculis* Lov. 5. Sed, unius tantum cuniculi a Livio in hac historia mentionem fieri, modo vidimus hoc cap. ad § 4. Denique *esse hostium* fragm. Hav. Paullo post *in numeros*, pro *in muros*, præfert Hav.: *an muros* Lov. 3. Forte voluit *ad muros*. Sed vulgatum recte reliqui tuentur.

§ 7 *Quum tot per dies nemo se a stationibus Romanis movisset*] Antiqua lectio *nemo se a stat. Romanus*. Rhen. *Per tot dies* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et una vel altera

Digitized by Google

veterum edd. Sed vulgatum præfero. Vide ad II. 19. § 8. *Ab stationibus* autem non modo omnes edd. servant, verum etiam codd. scripti, præter Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. præferunt. Denique *Romanus*, ut Rhenanus in suo reperit, apud me servant Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Port. et Gaertn. Supra III. 60. 'Provocantibusque ad prælium responsum Romanus nemo reddebat:' ubi alia vide.

Velut repentino icti furore inprovidi currerent] Catull. Carm. LXIV. 79. 'Face, ut hinc furoris ictu reditum in nemora ferat.' Cic. et alii magis dicunt 'instinctus furore.' *Duk. Velut repentino ictu furore improvidi currerent* Leid. 2. et Lov. 1. Sed ita potius dicendum foret *ictu furoris*, ut in laud. loc. Catulli. Reliquis tamen in vulgatum conspirantibus, id præferendum puto.

§ 8 *Inmolante rege Veientium, vocem aruspicis dicentis*] *Rege Veientium* Leid. 2. et fragm. Hav. Vide hoc lib. c. 15. § 11. Deinde *auruspicis* Lov. 5. Port. et Gaertn. *aurispicis* Harl. 2. *auspicis* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Vide eodem loco ad § 1. Ceterum *Inseritur huic loco fabulante rege Veientium* est in Lov. 1.

Qui ejus hostiæ exta prosecuisset, ei victoriam dari] Vide Brisson. de Formul. l. I. p. m. 24. *Klock. Qui ejus hodie exta* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *et victoriam dari* Port. *prosecuisset* autem, exceptis Rom. 1472. Parm. et paucis aliis, præferunt reliquæ edd. vett. usque ad Ascensium, qui a. 1513. dedit *persecuisset*; pro quo tandem Moguntini reposuerunt *prosecuisset*. Et hanc lectionem firmant non modo codd. scripti, sed et loca quæ Brisson. l. laud. in medium adtulit. Vide etiam Torrent. ad Sueton. August. c. 1.

Exauditam in cuniculo, movisse Romanos milites, ut, adaperto cuniculo] *Exaudita in cun.* Leid. 1. et Lov. 4. ubi vocula in ultimam literam vocis præced. intercepit. Vide ad XXXVII. 29. § 5. *In cuniculo fuisse* Voss. 2. a m. pr. Deinde *adoperto cuniculo* Harl. 2. Port. et Hav. sollemni scribarum errore. Ita peccatur apud Columell. in optimo cod. Sangerman. XI. 2. p. 378. ed. Rob. Stephani. 'Sin autem majore parte vacant, aut sine operculis adaperti sunt, nondum esse maturos significatur:' ubi librarius cod. istius dedit *sine operculis adopertis*. Vide etiam Burmann. ad Marcell. de Medic. vs. 44. et ad Sueton. Aug. c. 53. Et ita confunduntur quoque voces 'apertus' et 'opertus.' Vide ad XXXIX. 14. § 9. *Deaperto* est in Lov. 5. *adacto* in Lov. 4. De voce 'adapertus' autem vide ad XXV. 30. § 10. Ceterum sex posteriores voces exsulant a Leid. 2. et Lov. 1. Mox *ad dictatorē referrent*, pro *ad dict. ferrent*, Hav. ultimis literis vocis præced. in vocis seq. initio male repetitis. Vide ad XXXVII. 41. § 5.

§ 9 *Si, quæ similia veri sunt, pro veris accipiantur, satis habeam*] *Si qua similia* Voss. 2. Lov. 2. 3, 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Tum *similia veris* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Verum sequentis vocis litera initialis male repetita est in fine præcedentis: quod præsertim in litera *s* frequentissime accidisse, videbimus ad XXVIII. 25. § 2. Vulgatum tuetur locus VI. 12. 'Simile veri est, alia atque alia subole juniorum ad bella usos esse.' XXVI. 38. 'Quo audacior res erat, minus similis veri visa est.' XXVII. 7. 'Quod mihi minus simile veri visum est.' Aliter tamen locutus est Livius X. 20. 'Ea, quamquam similia veris erant, certius tamen exploranda ratus, dimittit equites.' XXVI. 49. 'Media simillima veris sunt.' XLIV. 30. 'Similius id vero fecit ducta ea virgo.' De utraque constructione vide ad VI. 13. § 3. Hinc *sint*, pro *sunt*, Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 4. 5. Gaertn. Port. Hav.

Digitized by Google

et typis descripti omnes ante Grater. qui in postrema ed. substituit *sunt*. Deinde *pro veris accipi* Port. a m. pr. Denique *satis compertum habeam* Gaertn. et Hav. *satis comperium habeo* Harl. 2. et Port. At 'satis habeo' est, sufficit, contentus sum. Infra XXV. 16. 'Neque trahere ad defectionem Lucanos satis habuit.' XL. 29. 'Senatus censuit, satis habendum, quod prætor jusjurandum polliceretur.' Justin. XXII. 6. 'Tunc respondit, satis habere se, quod superstites eos esse Agathoclis liberis sciat.' Florus II. 8. 'Rex, suis opibus et nomine regio fretus, satis habuit bellum movere.' Ovid. Metam. XV. 4. 'non ille satis cognosse Sabinæ Gentis habet ritus.' Paullo ante *in rebus tam antiquissimi, si quæ* Flor. a m. pr. in quo postea emendatum est *tam antiquissimis*.

Neque adfirmare, neque refellere est operæ pretium] Antiqua lectio *operæ pretium est*. Rhen. *Est operæ pretium*, ut ante Rhenanum passim edebatur, præferunt Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quod revocavi. *Opera et pretium est* exhibet Flor. a m. pr. unde tamen, litera una expuncta, postea *operæ pretium est* factum est.

§ 10 *In æde Junonis, quæ in Veientana arce erat, armatos repente edidit*] *In ædem Junonis* Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. *in Junonis*, media voce omissa, Leid. 2. Eam autem vocem in hac similive locutione sæpe apud scriptores omitti, videbimus ad X. 24. § 13. Hic tamen optimæ notæ codd. eam certatim tuentur; unde uni iis adversanti fidem non habeo. Tum *edidit repente* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *repente reddidit* Hav. Paullo ante *dejectis militibus*, pro *delectis mil.* Flor. et Leid. 1. Quomodo etiam lapsos esse librarios in Mss. Propertii, observat Gebhardus ad Eleg. II. 6. 5. Pari modo *dejectu* et *delectu* commutantur IX. 2. § 9. Similitudo literarum *i* et *l* erroris caussa exstitit. Vide ad II. 23. § 3. *detectus militibus* Lov. 2. Simili ratione 'lectus' et 'tectus' in Mss. commutantur. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Am. El. III. 6. 73. et Bentl. ad Hor. Sat. II. 3. 10. Tota vox *delectis* deficit in Lov. 3.

Pars aversos in muris invadunt hostes] Τὸ *aversos* deest in Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *adversos* præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Solent ubique hæc vocabula in libris priscis commutari. Vide ad II. 31. § 6. *Aversos hostes* hic servandum. Nam indicat, Romanos eos adgressos esse a tergo. X. 14. 'Aversoque hosti ab tergo repente se ostendere.' XXII. 48. 'Aversam adoriuntur Romanam aciem.' Vide ad III. 70. § 4.

Pars, quum ... a mulieribus ac servitiis juverentur, inferunt ignes] Prima vox deest in Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Eamdem etiam delendam esse, subjectis notis in Voss. 1. indicatur. Tum *mulieribus et servis* præfert Gaertn. *mulieribus ac servis* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Quam lectionem, ex glossemate, vel grammatici interpretatione natam, male in contextum inrepsisse puto. Vide ad III. 15. § 9. Præterea *inferant* habet Hav.

§ 11 *Misto mulierum ac puerorum ploratu*] *Mixto* Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad III. 57. § 9. Paullo ante *variis terr. ac vocibus pav.* Lov. 5.

§ 12 *Urbs hostibus inpletur, omnibus locis pugnatur*] Lego *hostium*. Klock. Verba sunt Servii ad Virgil. Æneid. I. 215. '*Inpleor* duos casus regit: genitivum; dicimus enim 'inpleor illius rei,' ut Cicero in Verr. III. 12. 'Squalòris plenus ac pulveris.' Et

Digitized by Google

Terentius in Eun. I. 2. 25. 'Plenus rimarum sum.' Et inpleor illa re, ut hoc loco: et alibi Æneid. v. 311. 'Plenamque sagittis Threiciis.' Et Juvenalis Satyr. I. 32. 'Lectica Mathonis Plena ipso.'' Utraque etiam constructio Livio in usu fuit. Et quidem de priori vide ad XXIX. 14. § 2. de altera ad III. 69. § 2. Quum itaque omnes libri hic stent pro vulgata scriptura, ab ea etiam non discedam. Verum forte Klockius, *hostium* legens, jungendum existimavit *urbe hostium:* quemadmodum enim construendum putarit non addidit. Verum eamdem ob causam servandum puto id quod vulgo circumfertur. 'Urbs,' nempe Veientana, 'impletur hostibus,' id est, Romanis Veientium hostibus. Præterea *omnibusque locis pugnatur* præferunt Harl. 2. Port. et Hav.

§ 13 *Is finis sanguinis fuit*] *Sanguini fuit* Leid. 2. et Lov. 2. ac 4. Memini eorum, quibus locutionem 'is finis populationibus fuit' vindicavi ad II. 30. § 9. Hic tamen, fidem aliorum omnium codd. secutus, vulgatum malo. Nam nec id Livio displicuisse evincunt exempla quæ contuli ad I. 44. § 2. ubi inlustravi genus loquendi 'is finis,' quod et hic obcurrit; pro quo tamen *his finis* præfert Leid. 1. *hiis finis* fragm. Hav. Prima litera vocis *fuit* ob ductuum similitudinem intercepit ultimam præcedentis *sanguinis*. Vide ad IV. 33. § 11. Paullo ante *multa jam cæde edita* Lov. 5. *multa jam edicta cæde* Lov. 1. Vide ad XXI. 62. § 7. Tum *ab inermibus*, pro *ab inermi*, Lov. 2.

§ 14 *Dedi inde inermes cæpti*] *Dedi inde inermes correpti* Voss. 2. *Deinde inermes capti* Lov. 2. 5. Flor. Hearnii Oxon. N. et excusi ante Aldum, vulgatæ lectionis auctorem, quam reliqui codd. tuentur. Mox vocula *et* non adparet in Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2.

Aliquantum spe atque opinione major] *Aliquantulum* Voss. 2. et Lov. 3. 4. ac 5. quam lectionum varietatem sæpius in Mss. notari, videbimus ad VII. 36. § 5. Tum *spe ac opinione* Harl. 2. Port. et Hav. Non bene. Vide ad X. 36. § 17.

Dicitur manus ad cælum tollens precatus esse, ut, si] *Precatus esse dictator, ut, si*, inserta voce, vetustæ edd. quam Aldus iterum ejecit. Et recte. Nullus enim codd. certe non eorum, quos consului, τὸ *dictator* agnoscunt.

§ 15 *Si cui Deorum hominumque*] *Si cuique* Leid. 2. Deinde *hominum Deorumque* edd. principes, quem ordinem Aldus primus mutavit, substituens *Deorum hominumque*, quemadmodum servant scripti, nisi quod *Deorum hominumve* sit in Hav. Quod verum videtur. Non enim Camillus id precatur, si cui Deorum et hominum, sed si tantum alicui vel Deorum vel hominum nimia fortuna videretur. Alibi sæpe hæ particulæ commutantur. Vide ad XXIV. 10. § 2.

Nimia sua fortuna populique Romani videretur] Ms. *nimiam sua fort. pop. Rom. vid.* Lego *nimis jam sua fortuna pop. Rom. Quiritium vid.* Notabis autem τὸ *sua* non esse relativum ad Camillum, sed 'suam fortunam' hoc significare secundam fortunam; nisi prorsus tollere placet, et delere τὸ *sua;* quod mallem. Suppletum enim videtur ad illud *populi Rom.* 'Qui;' quod est, *populi Romani Quiritium*. Qui hoc non intellexerant, trajecerunt verba, ut esset *populique Romani*. Deinde ut plenam redderent sententiam τὸ *sua* adjecere de suo. Et quia hac in parte corruptum esse Livium puto, etiam seqq. verba 'publico Romani populi' subdititia esse, eoque ejicienda videntur. Item illa, 'captæ deinde urbis Romæ, quod post paucos accidit annos, clades.' *Klock.* Revocavi lectionem antiquam, a Sigonio Modioque ejectam, qui receperant Aldinam: minus

Digitized by Google

recte. Mutationi ansam præbuit vox *sua*, quam Camillo adscribebant, addita de suo enclitica *que* dictioni *populi:* quam tamen neque in scriptis suis reperit Sigonius. Videatur heic Glareanus: ' 'Sua fortuna populi Romani' est fortuna peculiaris et propria ejusdem populi.' Sic Florus III. 5. 'Perque omnia et decus et nomen et titulos Pompeio sua fortuna quærebat.' Curtius III. 2. 'Erat Dario mite ac tractabile ingenium, nisi suam naturam plerumque fortuna corrumperet.' Quam particulam temere nimis ed. sua ejecit Modius. Exstat enim in omnibus Mss. Solinus c. 6. (aliis c. 1.) sub finem: 'Locus dicatus suo numini, Pietatis sacellum est:' ubi frustra etiam emendationibus incumbunt Delrius ac Petrus Faber. Seneca Agamemnone vs. 90. 'Ventos nimium timuere suos.' Seneca Epist. LXXXV. 'Osculatur tigrim suus custos.' Cicero pro Plancio c. 1. 'Cujus non exstet in me suum meritum:' quod præter omnes Mss. septem quos excussi, mutarat in *summum meritum* Dion. Lambinus. Sic et ubi legitur apud Ovid. Metam. II. 702. 'Juncta suo pariter dabitur tibi femina tauro:' si sequimur notæ melioris Mss. reponendum *dabitur sua femina tauro:* dictumque ut Horatio Epod. XII. 24. 'Ne foret æquales inter conviva, magis quem Diligeret mulier sua, quam te.' *Grut.* Quicquid hic congerat *ὁ πάνυ* Gruterus de sua 'suus,' non probabit hanc lectionem vel grammatices convenire præceptis. Scio l. 1. D. de Popul. Action. haberi: 'Eam popularem actionem dicimus, quæ suum jus populi tuetur:' sed ibi haud dubie scribendum *populo*. Hallucinatur, cum a Sigonio Modioque hoc ex Aldo receptum autumat. Non est ulla omnium veterum nobis visarum, quæ non habeat *sua fortuna populique Romani*. Et quidem apud Sigonium: 'Vet. *populi Romani:*' sed hoc non erat directum ab illo ad hæc verba, verum ad proxima, ubi legitur, 'Romani populi.' Par illud VII. 13. 'Deum benignitate, felicitate tua populique Romani et res et gloria est integra.' *J. F. Gron.* Etiam Jac. Gronovio placuisse, non tolli copulam *que*, patet ex illis quæ notavit ad Liv. I. 38. § 2. Et recte. Non modo enim servant eam omnes typis excusi, sed et manu exarati libri præter solos Lov. 1. et Leid. 2. in quibus omittuntur voces *populique Romani*. Transpositis vocabulis, *nimia sua, fortunaque populi Romani* est in Lov. 4. et Gaertn. eodem sensu. Si vel unus aut alter codex bonæ notæ *nimiam*, vel *nimiã sua fortuna* exhiberet, ut Klockius in suo invenit, ei *nimia jam sua fortuna* scribenti non adversarer. Nam *jam* vel *iã* facile in reliquis codd. excidere potuit ob similitudinem ultimarum literarum vocis præced. Similiter in nonnullis Mss. excidit post vocem *quia* XXVII. 36. 'Qui quia jam designati provincias sortiti erant.' Et ita loquitur XLV. 41. 'Mihi quoque ipsi nimia jam fortuna mea videri, eoque suspecta esse.' Nunc tamen uni credere non audeo. Et ea voce omissa Valer. Max. loco, quem Gronovius ad verba seqq. laudat: 'Si cui Deorum nimia felicitas populi Romani videretur.'

Ut eam invidiam lenire suo privato incommodo, quam minimo publico Romani populi liceret] Hic locus in Aldino codice (meo quidem judicio) corrupte legitur ad hunc modum: *ut eam inv. len. quam minimo suo privato incom., publicoque Rom. pop. liceret:* quasi Camillus pro se deprecatus fuerit; quod alienum a veritate esse puto, cum contrarium apud Valerium Max. de Ominibus I. 5. ex. 2. pateat. Quare veterem lectionem magis probo, quæ ita habet: *ut eam inv. len. suo privato incom., quam minimo publico pop. Rom. liceret.* Quasi Camillus, de publico bono magis sollicitus quam

Digitized by Google

de privato, optarit reipublicæ commodum præ suo commodo. Itaque incommodum suum non deprecabatur, et publicum quam minimum incommodum, si totum abigi non poterat, precatur. *Glar.* Vet. lib. *populi Romani* habent. Cæterum quod Glareanus contra omnium librorum fidem legendum putat, *lenire suo privato incom., quam minimo Rom. populi liceret*, non procedit. Nam Plutarchus hanc sententiam ita vertit in Camillo pag. 131. Εἰ δὲ τὶς καὶ ἡμῖν ὀφείλεται τῆς παρούσης νέμεσις εὐπραξίας, εὔχομαι ταύτην ὑπέρτε πόλεως καὶ στρατοῦ Ῥωμαίων εἰς ἐμαυτὸν ἐλαχίστῳ κακῷ τελευτῆσαι· et Valerius I. 5. ex. 2. 'Si cui Deorum nimia felicitas populi Romani videretur, ejus invidia suo aliquo incommodo satiaretur.' ['Id minus sincere scribis, Sigoni; cum libri ad manus sint, quos Glareanus secutus est. Ac Plutarchi verba et Valerii pro Glareano sunt.'] *Sigon.* Hæc profecto sunt aversa a mente Camilli, devocantis nemesin in proprium caput, ut malum, quod immineat populo Romano, potius sibi expetat, minima tamen, quantum divina clementia mitigatura sit, calamitate. Quod vidit Loritus, ideoque ex V. C. talem protulit emendationem: *lenire suo privato incom., quam minimo publico Rom. pop. liceret.* Quem adjuvat Andreæ ed. Sed parum caute ita mutatur: nam τὸ *minimo* non ad populum Romanum, sed ad ipsum Camillum reducendum fuerat. Quare quidam in Pal. 2. ita immutavit: *ut eam inv. len. quam minimo suo privato incom., quam publico pop. Rom. liceret. Quam-minimo* dictum composite, ut 'quamplurimum.' Et omnino talem lectionem flagitant verba Plutarchi, quæ require apud Sigonium. Vide item Valerium de Ominibus I. 5. Similis locus apud Paterculum I. 10. 'Is cum in concione extra urbem more majorum ante triumphi diem ordinem actorum suorum commemoraret, Deos immortales precatus est, ut, si quis eorum invideret operibus ac fortunæ suæ, in ipsum potius sævirent, quam in rempublicam.' *Gebh.* Ambiguæ scripturæ et sententiæ locus. Valerius Maximus I. 5. ex. 2. 'Ut, si cui Deorum nimia felicitas populi Romani videretur, ejus invidia suo aliquo incommodo satiaretur.' Eadem formula voti, quod L. Æmilius Paullus confecto Macedonico bello concepit: 'Deos immortales precatus est, ut si quis eorum invideret operibus ac fortunæ suæ, in ipsum potius sævirent, quam in rempublicam,' ut narrat Velleius I. 10. Simile Cippi apud Nasonem Metam. XV. 572. 'Seu lætum est, patriæ lætum populoque Quirini; Sive minax, mihi sit.' Hanc sententiam si admittimus, invenire possumus in verbis sic, ut vulgo conceptis: τῷ *quam* pro 'potius quam,' vel 'magis quam' accepto. Ut III. 40. 'C. Claudii oratio fuit precibus, quam jurgio, similis.' VII. 8. 'Quicquid hinc vel illinc Mars communis belli aufert, multiplex quam pro numero damnum est:' id est, gravius re, quam numero. X. 26. 'Ut præciperetur victoria animis, triumphusque quam bellum consulibus decretum videretur:' sic duo meliores Pall. Vulgo, *non bellum.* XXIII. 43. 'Ipsorum, quam Hannibalis, interesse, capta an tradita Nola potiretur:' sic Put. Pet. melior, Men. tres Pall, XXVIII. 44. 'Et Carthago præmium victoriæ erit, quam semiruta Bruttiorum castella:' ita Lipsius ex suo V. C. Cui accedunt Put. instar omnium, Regius, Men. Pal. unus. Eodem modo particula *quam* hic abutitur Livius, haud difficili jam sententia: ut eam invidiam suo privato incommodo potius, quam vel minimo etiam publico, lenire et luere Furium Camillum sinerent: ut eam ipsum a republica totam privatis suis et domesticis incommodis redimere paterentur. Plutarchus tamen, ne quid dif-

Digitized by Google

fitear, aliam accepit Livii sententiam, quam ita reddidit: *Εὔχομαι ταύτην ὑπέρ τε πόλεως καὶ στρατοῦ Ῥωμαίων εἰς ἐμαυτὸν ἐλαχίστῳ κακῷ τελευτῆσαι.* Ea potest reperiri in verbis Livii, si aliter distinguantur et construantur, nimirum, 'ut eam invidiam publico populi Rom. liceret lenire privato suo incommodo quam minimo:' ut publicum populi Romani apud ejusmodi offensum et iniquum numen defungeretur quantilla calamitate ipsius Furii. Paullo clarius foret hac sententia: *ut eam inv. len. suo privato incom. quam minimo reipublicæ pop. Rom. liceret.* At Voss. Helm. cum Pal. 3. *lenire quam minimo suo privato incommodo publicoque p. R.* quod etiam ex Aldo (nisi quod ille *Romani populi*) ceu corruptum advocat Glareanus. Nec aliter Juntas imitator Aldi. Chifl. membranæ, *quam minimo suo privato incommodo publico p. R.* Buslidianæ et Voss. posterior, *quam minimo suo privato incom. publicoque pop. Rom.* Andreas quoque ac Tarvisina *publicoque.* Jam et privati simul publicique incommodi, quibus citra exitium defuncti sunt et Camillus et Roma, meminit continenter Livius. Quare placet maxime, *ut eam inv. len., quam minimo suo privato incom. publicoque, populo Romano liceret.* Meliori omine *publica populi Romani* dicuntur, quam ut huc congruant. *J. F. Gron.* De lectione, quæ ante Aldum vulgo in libris excusis exstitit, recte Sigonius pronunciavit, eam contra omnium librorum (intellige Mss.) fidem a Glareano probari. Glareani enim defensor, id minus sincere a Sigonio scribi arguens, (quum libri, quos Glareanus secutus est, ad manus sint,) sine dubio innuit libros editos, ut semper alibi. Omnes certe mei aliam plane lectionem præferunt. *Lenire minimo suo privato, quam publico incom. Rom. pop. liceret* habet Gaertn. *len. minime suo privato, quam incom. publico pop. Rom. liceret* Lov. 2. *len. suo privato incommodo, quam publico pop. Rom. liceret* fragm. Hav. a m. sec. In quibus lectionibus *quam*, quod jam Gronovius de vulgata monuit, accipi debet pro 'potius quam.' Vide etiam ad XXXIV. 49. § 10. *Lenire quam minimo suo incom. publicoque pop. Rom.*, omissa voce *privato*, legunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *len. quam minimo suo privato incom., publico pop. Rom. liceret* Leid. 1. *len. quam minimo suo priv. incom. publico populo Romano liceret* Klockian. *lenire quam minimo suo priv. incom. publicoque pop. Rom. liceret* Flor. Voss. 2. Lov. 3. Harl. ambo, Port. et Hav. neque differunt Lov. 4. et fragm. Hav. a m. pr. nisi quod *minime*, pro *minimo*, exhibeant. *Lenire suo privato incom. quam minimo, publicoque pop. Rom. liceret* Lov. 5. Et ita edd. antiqq. nisi quod *Romani populi* alio ordine præferant. *Lenire quam min. suo priv. incom. publicoque P. R. liceret* Oxon. L. 2. B. et C. apud Hearnium, quomodo Gronovius, si literas singulares reddamus *populo Romano*, legendum censuit. Et hanc scripturam recepi. Quamvis enim viri docti priscam illam lectionem probaverint, alteram tamen ex contextu ejicere nondum sustinuerunt.

§ 16 *Conversantem se inter hanc venerationem traditur memoriæ, prolapsum cecidisse*] Plutarch. in Camillo p. 131. *Ταῦτα εἰπὼν, καθάπερ ἐστὶ Ῥωμαίοις ἔθος ἐπευξαμένοις καὶ προσκυνήσασιν ἐπὶ δεξιὰ ἐξελίττειν, ἐσφάλη περιστρεφόμενος.* Vide Brisson. de Formul. l. 1. p. 42. p. m. 37. Adde Ovidium Metam. VII. 188. 'Sidera sola micant, ad quæ sua brachia tendens Ter se convertit; ter sumtis flumine crinem Irroravit aquis; ternis ululatibus ora Solvit; et in dura submisso poplite terra, Nox, ait, arcanis,' &c. *Klock. Convert. se in hanc ven.* Voss. 2. et Lov. 3. Sed alibi etiam voces *in* et *int'*, sive *inter*, in Mss. confundi solent. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. Tum *traditum memoriæ* Leid. 2. Vox *memoriæ* non ad-

Digitized by Google

paret in Port. At 'tradere memoriæ' etiam alibi apud Livium obvium est. Supra II. 36. 'Eum functum officio pedibus suis domum rediisse, traditum memoriæ est.' III. 67. 'Hoc vos scire, hoc posteris memoriæ traditum iri.' Ita et 'prodere memoriæ,' vel 'memoriæ.' Vide ad Liv. XL. 29. § 2. Deinde *prolapsus cecidisse* Leid. 2. At supra similiter loquutus est Livius I. 56. 'Velut si prolapsus cecidisset, terram osculo contigit.' Est autem genus loquendi, quale olim illustravi ad Silii XI. 198.

Idque omen pertimuisse] *Idque omen timuisse* Leid. 2. *idque omen pertimuisse* Flor. Voss. 1. a m. sec. Voss. 2. Lov. 3. fragm. Hav. et edd. vetustæ, majori admissa distinctione post hæc verba, ut indicent ipsum Camillum id omen pertimuisse. Sed ita in verbis seqq. nullus est sensus. Recte itaque repositum est *pertimuisse*, quod primum in Ascensiana 1513. obcurrit, et in reliquis scriptis superest. 'Tenere' et 'timere' interdum in Mss. commutantur. Vide Gebhard. ad Tibull. Eleg. I. 2. 30. et quæ notantur ad VI. 28. § 6. Mox *postea eventurum*, pro *postea eventu rem*, Flor. a m. sec.

Captæ deinde urbis Romanæ, quod post paucos accidit annos, clademque] Antiqua lectio *quod post paucos* acc. *annos, cladem.* Rhen. *Captæque deinde urbis* fragm. Hav. a m. sec. Sed, vocalas 'inde,' 'deinde,' similesque nonnumquam pro conjunctionibus copulativis usurpari, dictum est ad c. 20. § 7. ut *que*, quod in nullo alio reperitur, recte abesse possit. *Captæ deinde urbis, &c. clade* Lov. 4. *captæ deinde urbis, &c. clademque* priscæ edd. unde Ascensius in margine edd. 1513. et 1516. conjecit legendum *casum deinde urbis clademque.* Sed rectius etiam hic τὸ *que* ejectum est a Moguntinis: nam neque in ullo cod. scripto mihi obvium fuit. Quum autem ita et Aldus edidisset, postea tamen inter errata *clademque* reposuit; unde eamdem lectionem proximi editores receperunt usque ad Frobenium. Et hinc Rhenano occasio data est eam iterum expungendi. Deinde *urbis Romæ* omnes edd. usque ad Gronov. qui 1665. *urbis Romanæ* reposuit, licet ejus in notis non meminerit. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX. Et ita etiam habent omnes mei; nisi quod vox *Romanæ* desit in Leid. 2. et Harl. 2. Observandum autem *captæ urbis cladem, quod accidit.* De hac constructione quædam vide ad II. 38. § 5. et Burm. ad Sueton. Cæs. c. 45. Denique *quod accidit post paucos annos* alio ordine Lov. 4.

§ 17 *Atque ille dies cæde hostium ac direptione urbis*] Vet. lib. *Itaque ille dies.* Sigon. *Itaque* etiam Harl. 2. Port. et Hav. Optimi tamen codd. τὸ *atque* constanter servant. Solent hæc vocabula etiam alibi a librariis confundi. Vide hoc lib. ad c. 23. § 7. ad XL. 12. § 2. et alibi. *Itque ille dies* habet Gaertn. *Atque dies ille* Lov. 2. *Ille dies atque* Lov. 4. *Atque illa dies* Lov. 5. a m. pr. Præterea vocula *ac* deficit in fragm. Hav. a m. pr. *ac direptione* in Leid. 2. et Lov. 1.

CAP. XXII. § 1 *Postero die libera corpora dictator sub corona vendidit*] Τὸ *die* non exstat in Voss. 2. qui etiam inverso ordine *dict. libera corpora* præfert. Mox etiam, transpositis vocibus, *quod secum ret. prædæ* Leid. 2.

Nec duci, qui ad senatum, malignitatis auctores quærendo, rem arbitrii sui rejecisset] Alia scriptura paret in Pall. 1. ac 3. *qui ab senatu malig. auct. quær. rem arbitris subjecisset.* De qua judicent eruditi. *Gebh. Qui ab senatu, &c. rem arbitris subjecisset* similiter Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. Gronovius etiam in prima notarum ed. lectionem hanc considerandam arbitrabatur, non enim sine sale esse; quamvis necdum quid mutandum censeret. Eamdem vero in iteratis earum edd. omittendo tacitus damnasse videtur. Et recte. Alteram enim et plures et

Digitized by Google

integriores codd. servant. Locutionem 'rejicere ad aliquem' inlustravi ad II. 22. § 5. *dejecisset*, pro *rejecisset*, Leid. 2. qui error ex similitudine literarum *D* et *R* natus est. Vide ad XXI. 31. § 7. Præterea *malignitatis fautores* Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Sed forte voci *autores* (ita enim interdum ea vox scribitur in codd. antiqnis) litera *f* præposita est ob similitudinem ultimæ in voce præcedenti *malignitatis*. Nam contra interdum litera *s* fini vocis additur, quod sequens a litera *f* incipiat. Vide ad IV. 33. § 10. Similiter Vell. Pat. emendandum Lipsius censebat I. 13. 'Omnisque doctrinæ et fautor et admirator fuit:' pro *et auctor*. Verum haud male ibi viri docti vulgatum servandum docuerunt. Vide præsertim Vossium et Heinsium. Ceterum voces *senatum malignitatis auctores quærendo rem arbitrii sui rejecisset, nec* desunt in Leid. 1. cui errori occasionem præbuit repetitio vocis *senatum*. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 2 *Ex qua filius ad senatum retulisset*] *Filius patrem interrogando ad sen. retul.* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav.

§ 3 *Quum jam humanæ opes asportatæ egestæque a Veiis essent*] Subolet mihi participium *asportatæ* addititium esse. Nam in volumine Ms. domtaxat habetur *cum jam humanæ opes egestæ a Veiis essent*. Rhen. Ms. Fuld. *Cum jam humanæ opes egestæ a Veiis essent*, reliquis omissis. Idemque de suo manu exarato codice monuit Beatus. *Modius. Quum jam humanæ opes egestæ a Veiis essent* edd. vett. ita Pall. duo, ita Fuldd. membranæ, ita quos consuluit Rhenanus. Solus Palat. 2. *opes asportatæ egestæque a Veiis*, quod nimis diu edd. occupavit. Prius 'egeratur' aliquid oportet, quam 'asportetur.' Vide Livium VI. 3. *Grut. Asportatæ egestæque* primum obcurrit in ed. Ald. quæ lectio in nullo meorum obvia fuit, licet tamen in quibusdam, et quidem pejoris plerumque notæ, codd. simile quid invenerim. Nam *apportatæ et egestæ* præfert Harl. 2. *apportatæ egestæ* Lov. 4. *apportatæ et gestæ* Lov. 5. *asportatæ et egestæ* Gaertn. *absportatæ et egestæ* Lov. 2. Port. et Hav. Reliqui omnes cum edd. Aldina antiquioribus simpliciter tantum *egestæ* præferunt. Ita I. VI. c. 3. 'Victorem vagum, prædam ex hostium tectis egerentem:' ubi alia vide. Præterea *opes humanæ*, transpositis vocibus, Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Tum *ab Veiis* Voss. 1. et Port. pro iis vocibus duabus unica *cives* est in Lov. 2.

Amoliri tum Deum dona ipsosque Deos] *Admoliri* Leid. 2. et Lov. 1. Sæpissime verba, quæ cum præpositionibus *a* et *ad* componuntur, inter se confundi solent in libris scriptis. Vide ad XL. 55. § 5. Hinc *tum demum dona* idem Leid. 2. *tum dona demum* Lov. 4. a m. pr. in quo *Deum* emendat manus sec. *tum dona Deum* Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *Deosque ipsos* Hav.

Colentium magis, quam rapientium, modo] *Magisque rap.* Harl. 2. quomodo interdum scribæ in membranis antiquis variarunt. Vide ad III. 15. § 4. IV. 3. § 17. infra hoc lib. c. 25. § 4. VI. 16. § 4. et alibi. Similiter commutantur 'quisquam' et 'quisque.' Vide hoc lib. ad c. 29. § 6.

§ 4 *Namque delecti ex omni exercitu juvenes*] *Nam delecti* Gaertn. Vide ad VII. 28. § 7. *namque delicti* Harl. 1. et Flor. a m. pr. *namque dilecti* fragm. Hav. et Klockian. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Pure lautis corporibus] Vet. lib. *pure lotis*. Sigon. *Lautis*, quod Sigonius mutavit, ex meis servant optimi, Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. et Gaertn. Quare etiam contextui reddidi. Eadem lectio etiam erat in margine Oxon. N. apud Hearnium: *paliatis corporibus* est in Lov. 2. et 5. *palliatis corporibus* in Lov. 4.

Digitized by Google

Quibus deportanda Romam Regina Juno adsignata erat] Eodem cognomine Junonem adpellat cap. præc. 'Te simul, Juno Regina, quæ nunc Veios colis, precor:' et cap. seq. 'Junoni Reginæ templum in Aventino locavit.' c. 31. 'Eodem anno ædes Junonis Reginæ, ab eodem dictatore eodemque bello vota, dedicatur:' et c. 52. 'Juno Regina, transvecta a Veiis nuper, in Aventino quam insigni, ob excellens matronarum studium, celebrique dedicata est die.' At 'Junonem Monetam' vocarunt Val. Max. I. 8. ex. 3. et Lactant. Divin. Instit. II. 7. Sed contra ædem 'Junoni Monetæ' demum din postea bello Aurunco a dictatore L. Furio votam, et non in Aventino, sed in Capitolio in area ædium M. Manlii, dedicatam fuisse, Livius refert VII. 28. Memoriam itaque Valerio et Lactantio inposuisse credo; licet non ignorem, quæ excusando Valerio ad eum locum notarit Pighius. Ceterum *Regina Juno tunc adsig. erat*, una voce auctior, Gaertn. Ejus tamen liberalitate non utor. Alii enim codd. *τὸ tunc* expellunt; neque ulla in eo emphasis est. *Regina Juno designata est* Lov. 4.

Venerabundi templum iniere] Vide Brisson. de Formul. I. p. 47. p. m. 42. *Klock. Inire* Gaertn. et fragm. Hav. Quomodo etiam alibi sæpe a librariis peccatum est. Vide ad XLV. 2. § 7. *intravere* Port. Hav. Lov. 4. 5. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. quod ex margine in contextum inrupisse videtur. Ita etiam variatur III. 10. § 4. VII. 11. § 9. et alibi.

§ 5 *Quod id signum more Etrusco nisi certæ gentis sacerdos adtrectare non esset solitus*] *More vetusto* edd. principes: pro quo Aldus substituit *Etrusco*. Et ita præferunt omnes codd. quibus usus sum. Pierius etiam testatur ad Maron. Æneid. II. 719. se ita in veteri cod. Jani Parrhasii legisse. Eam autem lectionem vel Parrhasius non probavit, vel Alexander Minutianus adnotare neglexit. Certe is illam non recepit in ed. Mediolan. 1505. in qua suas ibi subreptas castigationes in Livium exhibitas fuisse, J. Parrhasius queritur in Præfat. ad Claudian. de Rapt. Pros. Tum *Etruscæ gentis* Lov. 4. Deinde *attractare* Voss. 1. a m. sec. inter versus, Leid. 2. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quomodo et J. Parrhasii cod. exhibuisse, idem Pierius monuit; addens, similiter Mediceum et vetera alia Virgilii exemplaria legere. Ita etiam passim 'detractare' et 'retractare' codd. Liviani præferunt. Vide ad XXXIV. 15. § 9. Tum vocula *non* abest ab Harl. 2. Lov. 5. Port. et Hav. *Est*, pro *esset*, præferunt Leid. 2. a m. pr. et Lov. 2. Denique *sollicitus* habent Lov. 3. et Voss. 2. quomodo etiam peccatur III. 38. § 9. et hoc lib. c. 37. § 3. pluribusque aliis locis. Simili errore librarii voces 'solitudo' et 'sollicitudo' commutarunt; de qua re vide ad I. IV. c. 52. § 8.

Deinde quum quidam, seu spiritu divino tactus] In volumine Ms. est *dein cum quidam, seu spir. div.* Rhen. Quod Rhenanus in cod. scripto invenerat, Jac. Gronovius in contextum recepit, Etiam pater ejus sæpe se librorum meliorum auctoritate id Livio restituisse fatetur ad IV. 32. § 5. Et ita hic nostri præferunt præter Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Port. et Hav. qui *deinde* servant: etiam Gaertn. in quo *deiñ* superest. Vide ad III. 3. § 6. Insuper *spiritu divino tractus* Port. et Hav. errore scribarum, qui sæpe hæc vocabula in Mss. commutarunt. Vide Nic. Heins. ad Ovid. Met. VIII. 224. Grævium ad Sueton. Tiber. c. 21. Burmann. ad Ovid. Met. VIII. 184. et viros doctos ad Val. Max. I. 8. § 2. Similis observatur confusio vocum 'contactus' et 'contractus.' Vide ad VI. 28. § 6.

Digitized by Google

Spiritu divino tactus hic omnino vera est lectio. Vide ad II. 5. § 2. Ceterum Jac. Perizonius in Animadv. Histor. c. 9. p. 366. monuit, Plutarchum in Camillo p. 132. hunc Livii locum laudasse, sed in ea re parum adcurate versatum esse: nam tantum unum hoc recte ex Livio retinuisse, Deam, vel statuam Deæ, ex sententia Livii nihil respondisse, quod alii adfirmarant; in ceteris vero longe ab eo recessisse, quippe qui ipsi Camillo adscribat, quod Livius cuidam adscripserat. Post Perizonium idem ad hunc locum notavit Clericus.

Juvenili joco, Visne Romam ire Juno? dixisset] *Juvenali joco* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. a m. pr. et ed. Rom. 1472. quod recepi. Vide quæ dicentur ad Livii XXXVII. 20. § 5. Tum, mutato ordine vocum, *ire Romam* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. et inferius *adnuisse Deam ceteri conclamaverunt* Lov. 1. et Leid. 2. ubi *Romam*, pro *Deam*, præferunt edd. antiquæ: quasi sensus foret, Deam adnuendo indicasse, se Romam ituram. Deinde Moguntini substituerunt *Romani*, pro *Romam*. At jam antea *Deam* Mediolani 1505. editum est, quod deinde Aldus recepit. Neque aliter præferunt codd. scripti; nisi quod *deque* sit in Lov. 5. a m. pr. *Deamque* a m. sec. Præterea *clamaverunt* Lov. 2. Sed librarius primam syllabam, hac nota c̄*clamaverunt* scriptam, per incuriam non animadvertisse videtur.

§ 6 *Motam certe sede sua parvi molimenti adminiculis*] Vox *certe* deficit in Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. at sequens in Voss. 2. Tum *momenti* Lov. 2. *emolumenti* Lov. 4. et 5. a m. pr. Deinde *adminiculi* habent Leid. 2. et Lov. 4. Sed litera finalis *s* intercepta est a prima vocis proximæ *sequentis*. Vide ad XXXVII. 29. § 5.

Accepimus levem ac facilem translatu fuisse] Ita primus edidit Aldus. Vetustiores præferunt *accipimus;* quod apud me superest in Leid. 1. et Hav. Vide ad III. 69. § 8. Neque eo prætextu τὸ *accipimus* displicere debet, quod modo præcesserit *adjectum est*. Nam ita alibi Livius tempora diversa, et quidem perfectum ac præsens, junxit. Vide ad III. 46. § 9. Tum *tralatu* Flor. *translatam* Lov. 2. Paullo ante *sequentemque*, pro *sequentis*, Lov. 2.

§ 7 *Quo vota Romani dictateris vocaverant*] *Quoque vota* Lov. 2. *quo votam* Lov. 4. Tum *voverant* Hav. Pro quo Klockius volnisse videtur *evocaverunt:* perperam in voces distributis literis, *dictatori suo caverant* Lov. 4. exhibet. Contra mox *qui vocaverat*, pro *qui voverat*, Voss. 2. Leid. 1. Flor. a m. pr. Klockian. Lov. 1. a m. pr. et Lov. 3.

§ 8 *Magnitudinem suam vel ultima clade indicantis*] *Magnit. sua vel ult. clade* Harl. 1. *magnit. suam vel ultimam* Port. a m. pr. Mox *aliquanto cladis*, pro *aliq. cladium*, Harl. 2. et Hav. Tum *indicantis* Lov. 5. Vide ad V. 26. § 6.

Postremo jam fato quoque urgente] Pall. 1. et 3. *fato tum denique urg.* Gebh. Scripta lectio *fato tum denique urgente*. Plenius uberiusque vulgato videtur. Lib. IV. c. 55. 'Nequidquam enim tentati, ut tum denique desisterent impediendo bello.' *J. F. Gron. Facto*, pro *fato*, præferunt Lov. 3. Voss. 2. et Leid. ambo. Ita sæpius librarios lapsos esse, vidimus ad III. 40. § 9. Hinc *quoque* servant Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 1. Hav. et Hearnii Oxon. N. *eoque* substituunt Harl. 2. Lov. 2. 4. 5. et Port. *cumque* Leid. 1. *tum demum* fragm. Hav. et in margine Hearnii Oxon. N. *tum denique* Voss. 2. et Lov. 3. Et ita in reliquis Oxoniensibus fuisse videtur, ex quibus Hearne nihil monuit. *Tum eoque denique* Gaertn. duplicem lectionem jungens. Cic. ad Famil. l. XIV. ep. 2. 'Ego vero tum denique mihi videbor restitutus, si illa nobis erit restituta.' Tandem

Digitized by Google

ingente Lov. 5. Vide ad Livii IX. 13. § 2.

Operibus tamen, non vi, expugnata est] *Opibus* Voss. 2. Vide ad VIII. 16. § 4. Deinde *tū*, pro *tñ*, id est *tamen*, Lov. 4. et Gaertn. Vide ad Livii XXII. 17. § 5.

CAP. XXIII. § 1 *Romam ut nunciatum est, Veios captos*] *Quom Romam ut nunc. est* Gaertn. Verum τὸ *Quom*, tamquam expositio vocula *ut*, olim margini erat adscriptum, unde perperam ab indocto librario in contextum translatum est. *Romani ut nunc. est* Voss. 2. et Lov. 3. *Romam ut nunc. est, Veios captam* Hav. et apud Hearnium Oxon. C.

Quamquam et prodigia procurata fuerant, et vatum responsa et Pythicæ sortes notæ] Vocula *et* priori loco deficit in Lov. 4. sequens *prodigia* in Lov. 5. Hinc *fuerunt* habet Gaertn. Tum *Phyticæ*, vel *Phiticæ sortes* Lov. 1. Voss. 1. Leid. 2. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Vide hoc lib. ad c. 15. § 12. Denique *sortes votæ* Lov. 4. 5. et Harl. 2. Vide hoc lib. ad c. 13. § 7.

Quantum humanis adjuvari consiliis potuerat res] *Potuerat juvari cons.* Lov. 2. quo ordine si verba digerantur, facile prima syllaba τοῦ *adjuvari* intercidere potuit ob ultimam vocis præced. Deinde *poterat* Port. Gaertn. et Hav. Vox autem *res* non adparet in Leid. 2.

M. Furium, maximum imperatorum omnium] *M. Furium Camillum* Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. Quorum primus et duo posteriores etiam *maximum imperatorem omnium* præferunt. Similiter etiam Lov. 5. a m. pr. Mox *legerunt*, pro *legerant*, Lov. 4.

§ 2 *Quia tot annis varie ibi bellatum erat*] *Vane* Gaertn. sed solito errore scribarum, de quo videbimus ad XXII. 7. § 4. 'Varie bellare' est ancipiti Marte, varia victoria, quum modo Romani, modo Veientes superiores essent, bellum gerere. Liv. I. 38. 'Aliquamdiu ibi Marte incerto varia victoria pugnatum est.' Hoc lib. c. 28. 'Eodem anno in Æquis varie bellatum, adeo ut in incerto fuerit, vicissent, victine essent.' XXIII. 13. 'Quam varia victoria priore Punico bello fuerit, plerique, qui memineri-mus, supersumus.' Justin. XIX. 1. 'Grave bellum natum, in quo et diu et varia victoria prœliatum fuit:' qui ita sæpius locutus est. Præterea *varie ibe bellatum* Harl. 1. *varie id bellatum* Leid. 2. *ibi varie bellatum* Lov. 2. Paullo ante *tum*, pro *tamen*, Lov. 4. Vide ad XXII. 17. § 5.

Velut ex insperato immensum gaudium fuit] *Ex inspirato* Hav. Ita sæpissime variant scribæ in verbis 'sperare' et 'spirare.' Vide ad IV. 3. § 8. Torren. ad Valer. Max. III. 7. ex. I. p. 295. et Nic. Heinsium ad Silii Ital. XVII. 536. De locutione 'ex insperato' vide ad Epit. Liv. lib. XXII. Tum in *immensum gaudium* Lov. 5. Sed præpositio nata est ex prima syllaba vocis seq. Vide ad IV. 6. § 11.

§ 3 *Plena omnia templa Romanarum matrum, gratias Diis agentium, erant*] Vet. lib. *grates Diis agentium*. Sigon. Pall. duo *grates agentium*. Pal. 2. *grates Diis agentium*, ut et Andreæ Campanique ed. *Gebh. Grates* etiam omnes codd. mei, præter unum Lov. 2. *grās*, id est *gratias*, præferentem. *Grates* etiam servant edd. Rom. 1472. et Parm. quia autem grammatici id poëtarum potius, quam oratorum, proprium esse existimarunt, ubique fere deletum, eique *gratias* substitutum esse, Gronovius observat ad Liv. XXIII. 12. § 7. ubi plura vide. Deinde τὸ *Diis* non erat in Voss. 2. Lov. 3. et a m. pr. in fragm. Hav. *Dis* pro eo scribit Leid. 1. Vide ad V. 14. § 4. Præterea *templa Romanorum matrum* Voss. 2. Lov. 5. Port. Gaertn. Hav. et inter versus a m. sec. Voss. 1. quod si hoc ordine accipiatur, templa Romanorum plena erant matrum,

Digitized by Google

ferri posset. Similiter etiam Curio, ejusque exemplo quidam sequentium ediderunt; verum, ut videtur, errore operarum. *Templa Romana* Leid. 2. et Lov. 1.

Senatus in quatriduum, &c. supplicationes decernit] Præpositionem, quam omnes vetustiores excusi ignorant, primus addidit Aldus. Eamdem etiam uno ore tuentur omnes codd. mei. Præterea *supplic. decrevit* Leid. 2. Harl. 2. Hav. et Lov. 4. ac 5. *significationes decrevit* Lov. 2.

§ 4 *Triumphusque omnem consuetum honorandi illius diei modum aliquantum excessit*] Mss. *diem illius modum.* Lego *illius die:* prisce. *Klock.* Pall. membranæ optimæ, *cons. honor. die illius modum aliq. excessit.* Est autem ita loqui solitum tam poëtas, quam historicos. Virgilius Georg. I. 208. 'Libra die somnique pares ubi fecerit horas.' Vide Juvenilia nostra II. 7. *Gebh.* De genitivo illo *die* prisco modo formato vide ad IX. 37. § 4. Hic tamen meorum nullus Palatinis consentit. Omnes vocabula transponunt, legentes *diei illius.* Verum insuper etiam *diem illius* legunt Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Notæ autem vocibus illis a m. sec. subjectæ sunt, indicaturæ, interpolatori videri eas delendas esse. Ex omnium itaque consensu ordinem mutavi. In Pall. autem optimis membranis ultima litera *τοῦ diei* intercepta esse potest a prima vocis seq. *illius.* Præterea *triumphum omnem* Gaertn. *triumphus omnem* Harl. 1. et Port. In verbis præcedd. *ordinibus* deest in Lov. 4. *obviam* in Lov. 2. Tum alio ordine *ullius antea umquam* præferunt Voss. 1. et Leid. 2. *ullis antea umquam* Lov. 1. *ullus umquam antea* Lov. 4.

§ 5 *Maxime conspectus ipse est*] *Maxime aspectus* Harl. 1. et Hav. Male. De voce *conspectus* vide ad IV. 13. § 3. Verbum *est* exsulat a Lov. 2.

Parumque id non civile modo, sed humanum etiam, visum] *Parumque in dno civile* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *civilem modo* Flor. Gaertn. et Hav. Sed prima litera vocis seq. perperam in fine præcedentis repetita est. Vide ad XL. 7. § 8. Denique *hum. etiam invisum* fragm. Hav. a m. pr. Verum et hic duæ priores literæ, voci *visum* præpositæ, natæ sunt ex ultima præcedentis *etiam.* Ejusdem erroris alia exempla habuimus I. 57. § 10. et cap. 60. § 1. III. 24. § 5. IV. 6. § 2. etiam hoc lib. c. 52. § 2. VIII. 23. § 14. cap. 38. § 11. Vide insuper ad XXXVII. 11. § 4.

§ 6 *Jovis Solisque equis æquiparatum dictatorem in religionem etiam trahebant*] Membranæ Fuldenses *æquiperari dictatorem.* Modius. Pall. duo *æquiparati:* unde Modius *æquiparari.* Non opus est ulla mutatione. *Gehh.* Nescio, an integra sint loci hujus verba. Cui enim æquiparatur dictator? Utrum equis? Quomodo? nec enim intelligitur. Imo ne quidem eis Livius æquiparatum voluit, sed Jovi. Quare illud *equis* non est casus tertius, sed ultimus. Jam si casus ille ultimus, oratio non est integra, quia nihil est, quod *τῷ æquiparatum* respondeat. Quare puto Livium scripsisse *Jovi Solique equis æquip:* Fuit nempe vocabulo *Jovis* adnexum *s* ex sequenti voce *Soli,* et quia in secundo casu cœpit legi, etiam vocem *Soli* eo casu putarunt collocandam. Ceterum ex verbis Livii adparet etiam Soli currum Romanos tribuisse, eumque pariter cum equis albis. Ubi vero currus hos habuerint, non liquet. Mihi verisimile videtur, respexisse ad eos, quos circumducebant in pompa Circensi, atque thensas alias vocabant. *Scheffer.* de Re Vehicul. I. 18. p. 240. Hic locus servat elegantem, ita sim felix, comparationem, sed, si quid video, homini Romano indignam. Camillus nempe, Veientium victor et trium-

Digitized by Google

phator, confertur animalibus, sive equis. Sed ego, nisi plane fallor, Livium scripsisse existimo *Jovi Solique equis*, id est, per equos albos, vel quia currum equis albis junxerat dictator, eum æquari Jovi et Soli, quibus itidem nivei equi, uti de Jove testatur Plutarchus in Camillo, tribuebantur. *Cuperus* in Syllog. Epist. quas edidit Burmann. tom. II. pag. 721. *Æquiparatum* ex meis servant Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. ambo, Port. Klockian. Gaertn. Hav. et Hearnii. Oxon. N. et B. contra *æquiparati* exhibent, duobus Gebhardi Pall. consentientes, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 5. et fragm. Hav. quæ lectio quam proxime accedit ad id, quod Modius ex membranis Fuldensibus eruit, et Gronovius in contextum recepit. Et ita inveni in Lov. 2. ac 4. Quum autem Hearne similiter *æquiparari* ediderit, et tantum duorum Oxoniensium dissensum notaverit, reliqui, quos adhibuit, eamdem lectionem habuisse debent, modo diligenter officio functus sit. Deinde *Jovi Solique equis æquiparari* legendum esse, conjicit etiam Clericus, quem miror non vidisse eam conjecturam jam a Scheffero occupatam fuisse. Amplissimus quidem Cuperus similiter non meminerat loco supra adscripto ita a Scheffero emendatum esse; ei tamen deinde ad Auct. de Mort. Persec. cap. 16. suum reddidit, ut me monuit Dukerus. Aliter huic loco subcurrendum putabat J. A. Roëllius, qui indicavit, legendum sibi videri *Jovis Solisque equis æquiparari dictatoris*, (scilicet equos) *in religionem etiam trahebant*. Similis ellipsis est II. 30. 'Curæ fuit consulibus et senioribus Patrum, ut imperium, suo vehemens, mansueto permitteretur ingenio:' ubi ex vocibus *mansueto ingenio* casu tertio, supplendum est in præcedenti 'suo ingenio' casu sexto. Vide quæ ibi notata sunt. Supersunt apud eruditos ineditæ Jac. Gronovii in Livium notæ, quas ex ore ejus discipuli exceperunt. In illis vulgatam lectionem *Jovis Solisque equis æquiparari dictatorem* defendit, et huic loco similem esse putat illum IX. 10. 'Postumius in ore erat: eum laudibus ad cœlum ferebant: devotioni P. Decii consulis, aliis claris facinoribus æquabant:' ut et hunc Justini I. 7. 'Fuere Lydis multi ante Crœsum reges, variis casibus memorabiles: nullus tamen fortunæ Candauli comparandus.' Eligant eruditi lectores, quod magis satisfacit. Ego sine sontica caussa a Mss. non recedo. Mox *triumphus ob eam unam*, omissa conjunctione *que*, Hav.

§ 7 *Junoni Reginæ templum in Aventino locavit, dedicavitque Matutæ Matri*] Hæc verba non ita accipienda sunt, quasi Camillus illud templum, quod Junoni Reginæ in Aventino locavit, dedicaverit Matutæ matri, sive Junoni sub nomine Matris Matutæ. Nam ejus templi dedicati demum meminit Livius c. 31. Eorum itaque sensus est, Camillum locasse templum Junoni Reginæ in Aventino exstruendum, quod, paullo antequam Veios expugnaret, se facturum promiserat. Vide c. 21. et c. 22. Præterea Camillum etiam dedicasse templum Matutæ Matri itidem ex voto, quod susceperat ex senatusconsulto, priusquam adhuc Roma ad bellum Veientibus inferendum profectus esset. Vide c. 19. Ut itaque ambiguum, quod inperitiores morari, aut in errores inducere posset, tolleretur; *dedicavitque ædem Matutæ*, inserta voce, dederunt Lov. 4. 5. Hav. Harl. 2. Gaertn. Port. et Hearnii Oxon. N. Quum tamen optimi codd. eam vocem non agnoscant, etiam non recipiendam esse existimo. *Maturæ Matri* habent Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. Vide ad c. 19. § 6. *Maturæ Matris* Lov. 2. *Matutæ Matris* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 4. 5. Harl. 2.

Digitized by Google

Port. Hav. omnesque edd. usque ad Parisinam 1573. Supra dixerat c. 19. 'Ædemque Matutæ Matris refectam dedicaturum.' Infra c. 31. 'Ædes Junonis Reginæ, ab eodem dictatore eodemque bello vota, dedicatur.' Supra II. 8. 'Nondum dedicata erat in Capitolio Jovis ædes.' c. 21. 'Ædes Mercurii dedicata est Idibus Maii.' c. 27. 'Uter dedicaret Mercurii ædem.' c. 42. 'Castoris ædes eodem anno Idibus Quinctilibus dedicata est:' ubi minus recte *Castori ædes* malebat Gebhardus. IV. 29. 'C. Julius consul ædem Apollinis, absente collega, sine sorte dedicavit.' Et sæpe alibi. Sed et alterum apud Livium obvium. Supra II. 21. 'His consulibus ædes Saturno dedicata.'

Atque his divinis humanisque rebus gestis] *Atque divinis* Lov. 5. *itaque divinis* Harl. 2. Port. et Hav. *itaque hiis divinis* Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 21. § 17. *atque his divinis atque humanis* Lov. 4.

§ 8 *Agi deinde de Apollinis dono cœptum*] Legendum e Pall. 1. ac 3. *Agi dein de Apoll. dono.* Nam τὸ *de* posterius deficit in illis. *Gebh.* Ita ex meis etiam Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad III. 3. § 6. Tum *Apoll. domo* Voss. 1. a m. pr. et Leid. 2. *Apoll. voto* Lov. 3. Vide ad V. 20. § 8.

Cui se decimam vovisse prædæ partem] *Novisse* Lov. 3. et Hav. Vide hoc lib. ad c. 13. § 7. Mox verbis seqq. *pontificesque solv. rel.*, addita particula connectente, Gaertn. *cum pontifices solv. rel.* Lov. 1. *pontifices solv. in rel.* Lov. 4. Præterea *censuerunt*, pro *censerent*, Lov. 5. a m. sec.

§ 9 *Haud facile inibatur ratio jubendi*] *Iniebatur* Hav. *videbatur* Lov. 4. Tum *ratio nubendi* Gaertn. Mox verbis proximis *in sacrum secernetur* Voss. 2. Sed videtur scriptum fuisse *secern'etur*, neglecta deinde nota remansisse *secernetur*. Vide ad II. 56. § 7.

§ 10 *Tandem eo, quod levissimum videbatur, decursum est*] *Tamen eo* Lov. 2. Vide ad XXII. 2. § 11. *tandem eoque lenissimum* Lov. 3. *tandem eo, quod lenissimum vid.* Flor. Voss. 2. Leid. uterque, Harl. 1. Klockian. et fragm. Hav. Infinitis locis ita lapsi sunt librarii. Vide ad XXXVI. 31. § 8.

Qui se domumque exsolvere religione vellet] *Solvere* Hav. Vulgatum verum est. Vide ad II. 31. § 2.

Quum sibimet ipsi prædam æstimasset suam] In volumine Ms. est *cum sib. ipse prædam æst.* Rhen. *Quum sibimet ipse* etiam tantum non omnes mei. Vide ad II. 19. § 5. *quum ismet ipse* unus Lov. 2. et *eum sibimet ipsi* Hav. Sed solent passim voces *eum* et *quum*, sive *cum*, in Mss. commutari. Vide ad IV. 19. § 2. Tum *extimasset* Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Respice quæ dicuntur ad XXXIV. 2. § 5. *Æstumasset* Flor.

Decimæ pretium partis in publicum deferret] *Decumæ pretium partis* Flor. et Leid. 1. Vide ad II. 59. § 11. Tum præpositio *in* non adparet in Leid. 2.

§ 11 *Numine Dei ex dignitate populi Romani*] *Minime Dei* Port. et Hav. Literarum similitudo caussa fuit ut librarii ita errarent. *Munimine Dei* Lov. 5. Hinc *ex dignitate populo R.* Leid. 1. *et dignitate populi Romani* Lov. 2. Vide ad XXVI. 45. § 1.

Plebis animos a Camillo alienavit] *Plebis alienos* dedit librarius Leid. 1. Præterea *ab Camillo alienavit* Port. et Hav. *Camillo alienavit*, omissa præpositione, Voss. 2.

§ 12 *Inpetrataque pax*] Particula conjungens *que* non adparet in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. utroque, Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

Acquiesceret civitas, quam quod digni peterent] *Civitas quiesceret* Lov. 4. *quiesceret civitas* Harl. 2. et Port. Male. *Acquiesceret* est 'quiesceret.' Supra IV. 60. 'Rem familiarem saltem acquiescere eo tempore, quo corpus addictum atque operatum reipublicæ esset.' XLV. 37. 'Ne victorem quidem te acquiescere passus

Digitized by Google

est; statim ad persequendos hostes duxit.' Deinde *quam quod digna peterent* Port. Hav. et Harl. 2. *quam quod dignum peterent* Gaertn. *digni peterent*, id est, illi peterent, qui merebantur ut pacem inpetrarent. Vocem *dignus* hoc sensu optime exposuit Gronov. Obs. III. 8.

CAP. XXIV. § 1 *Veiis captis sex tribunos militum consulari potestate insequens annus habuit*] Pall. 1. ac 3. *Veiis captis, ex tribunis mil. cons. potest. inseq. annus habuit duos P. Cornelios.* Gebh. Eamdem lectionem, quam in duobus Pall. Gebhardus invenit, præferunt apud me Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. et fragm. Hav. a m. pr. Nec multum inde abit Leid. 1. in quo est *Veiis captis ex tribus militum.* Origo erroris ejus est, quod litera initialis τοῦ *sex* intercepta sit ab ultima vocis præced. Vide ad XXX. 3. § 8. Ut autem locus sensum haberet, postea alii *tribunos* mutarunt in *tribunis.*

Duos P. Cornelios] *Duo Publicos Cornelios* Leid. 1. De τῷ *duo*, pro *duos*, vide ad XXXV. 21. § 5. Cornelionum autem prænomina duplici *P. P.* in Livianis exemplaribus notanda esse, ut sint duo Publii, monet Pighius in Annal. ad a. CCCLVIII. p. 219. quod tamen non necessarium est. Præcedens enim *duos*, et sequens *Cornelios* prænominis notam *P.* non aliter, quam *Publios*, reddi posse docent.

Cæsonem Fabium Ambustum iterum] Fabii Ambusti quater ante hunc locum in magistratibus mentio est. Anno enim CCCXLIII. consul Q. Fabius dicitur IV. 52. a. CCCXLIX. Item a. CCCLI. et a. CCCLIV. C. Fabius: IV. 58. 61. et V. 10. quamquam quidam libri *Claudius* habeant, luculento codicum errore. Hic denique *Cæso* dicitur plerisque codd. in quibusdam etiam *C. Fabius. M.* quoque *Fabii* in sequentibus mentio est, qui pater dicitur legatorum Fabiorum ad Clusium, ac contra Gallos pugnantium. Atqui si hic iterum fit tribunus militum, qui ex prioribus emendandus ad hunc sit locus non plane constat. *Glar.* Vet. lib. *Cæsonem Fab. Amb. iterum* habet. Diodorus item Bibl. l. XIV. p. 445. Καίσωνα Φάβιον nominat. Quoniam autem Cæso Fabius Ambustus bis ante tribunus militum fuit, Livio ipso et Capitolinis scriptoribus et Diodoro testibus, propterea hoc anno *tertium* sit necesse est, non *iterum.* Sigon. *K. Fab. Amb. tertium* legendum esse, monuit etiam Pighius in Ann. loc. laud. *iterum* tamen servant Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et fragm. Hav. Sed vox *iterum* deest in Hav. quatuor autem præscripta vocabula in Harl. 2. et Port. *C. Fab. Amb. tertium* præfert Voss. 1. *Cæsonem Fab. Amb. tertium* Harl. 1. *tertium* etiam superesse in Oxon. L. 1. et N. testis est Hearne. Primus K. Fabii Ambusti tribunatus memoratur IV. 61. alter V. 10. *C. Cæsonem Fabium* habent Leid. 1. et Lov. 1. quorum librarii duplicem lectionem hac ratione servare voluerunt. Vide ad III. 44. § 4. In verbis præcedd. *Maximum Valerium Maximum* inveni in cod. Hav.

L. Furium Medullinum quintum] Ultimam vocem non agnoscunt plerique nostri codd. ut nec Hearnii Oxon. B. N. C. Eam intercepit proximi tribuni prænomen *Quintum*: quod ex eo confirmatur, quia contra prænomen Q. deficit in Flor. et Lov. 3. ac 5. Omnes voces *P. Fur. Med. quintum* non adparent in Gaertn. Mox *tertio*, pro *tertium*, obferunt Port. et Hav. Vide hoc lib. ad c. 15. § 1.

§ 2 *Non urbes vi aut operibus tentatæ*] *Urbes suis haud op.* Lov. 4. et 5. a m. pr. pro quo prior eorum in margine legit *urbes aut operibus*, posterior a m. sec. *urbes vi haud. op.* Præterea *opibus temperatum* Lov. 3. Sed sæpe *opibus* et *operibus* commutantur. Vide ad VIII. 16. § 4. Quod autem 'ten-

Digitized by Google

tare' et 'temperare' confundantur, inde factum est, quod olim scripserint *temptare* pro *tentare*.

Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum] *Vel frugif.* Lov. 3. *vel nihil frugif.* utraque lectione servata, Voss. 2. *in agro relicto* Hav. Vide ad IV. 44. § 5. *in agro relicta* Lov. 3.

§ 3 *Ea clades Capenatem populum subegit*] *Capenatum populum* Hav. An voluit librarius *Capenatium populum?* Nam ita casus patrius numero multitudinis formatur hoc lib. c. 8. Præfero tamen vulgatum, non modo quia id tuetur reliquorum constans consensus, verum etiam quod Livium genus illud loquendi 'populus Capenatium,' 'populus Atheniensium,' 'populus Romanorum' usurpasse non meminerim. Vide ad XLV. 23. § 15.

§ 4 *Cujus leniendæ caussa coloniam in Volscos*] *Cujus len. eam col.* Gaertn. De errore hoc vide ad XXXVIII. 58. § 11. Paullo ante τὸ *erat*, quod est in omnibus Mss. exsulat ab editis Aldo prioribus.

Triumvirique ad id creati terna jugera et septunces viritim diviserant] Id est, dividere voluerant, divisuros se constituerant, vel promiserant. Nam ex eo, quod largitionem spretam dicit, rem sine effectu fuisse intelligitur. Multa hujus generis sunt in omnibus scriptoribus, quæ conatum tantum et consilium significant. Vide Casaub. ad Suet. Cæs. c. 29. Gronov. ad Liv. XXXIV. 1. Scip. Gentil. Parerg. I. 25. et Noodtium Probab. III. 11. *Duk. Triumviri qui ad id creati* Voss. 2. et Lov. 3. *triumviri ad id creati* Gaertn. Tum *tria jugera* Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. Sed passim Livius distributivo numero usus est, licet addendo 'in capita,' 'in singulos,' vel, ut hoc loco, 'viritim' cardinalem adhibere potuisset. Vide ad XXXIX. 38. § 11. Et solent sæpius librarii vocabula numeri distributivi in vocabula numeri cardinalis mutare. Vide quæ notantur ad XXXII. 28. § 11. Vox *septunces* deerat in Lov. 4. sed librarius, qui eam intellexisse non videtur, vacuum tamen spatium reliquit, ut indicaret aliquid deesse.

§ 5 *Quia spei majoris avertendæ solatium objectum censebant*] Lego *spei majoris advertendæ*. Klock. *Advertendæ* habent etiam Lov. 3. 5. et Voss. 2. Sed quid sit 'avertere spem,' probe intelligo; quæro autem quid hic notabit 'advertere spem?' Verba 'avertere' et 'advertere' infinitis locis a librariis commutantur in codd. scriptis. Vide ad VI. 23. § 8. Præterea q̄, pro *quia*, Leid. 2. *qui* Leid. 1. et Lov. 2. Vide ad Liv. XXXVI. 33. § 5. *quod* Lov. 5. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Deinde *obj. tum cens.* Hearnii Oxon. C. Sed voculam *tum* ex ultima syllaba prioris vocis male repetitam puto.

Urbs Veii agerque Veientanus in conspectu sit, uberior ampliorque Romano agro] *Urbs Veiique* Hav. Tum *ager Veientinus* Lov. 2. 4. 5. et fragm. Hav. *ager Veientatus* Lov. 1. Præterea *uuerior* Harl. 1. litera *u* τῷ *b* substituta. Ea autem literarum commutatio in Mss. frequens est. Hac ratione *violabit*, pro *violavit*, emendavit Rhenanus II. 29. § 12. *Ab eis* in optimo cod. scriptum est pro *a Veiis*, IV. 30. § 9. *Gavina*, pro *Gabina*, c. 49. § 6. *velli*, pro *belli*, VI. 17. § 7. *jubere*, pro *juvare*, VI. 35. § 9. *Favius*, pro *Fabius*, VII. 22. § 2. *beneficiis*, pro *veneficiis*, VIII. 18. § 11. *Vitrubius Baccus*, pro *Vitruvius Vaccus*, c. 19. § 4. *glouus*, pro *globus*, c. 32. § 13. *novis consulibus*, pro *nobis cons.* XXVIII. 41. § 10. In codice Pandectarum Florentino nihil frequentius esse, diu est quod viri docti observarint. Vide Brisson. Parerg. § 8. et 9. et, quem inmatura morte sibi ereptum esse dolent elegantiores literæ ac mascula jurisprudentia, Gulielm. Best in Rat.

Digitized by Google

Emend. Leges c. 1. p. 10. Hinc ergo nata est lectio Leid. 1. et Lov. 4. ac 5. a m. pr. qui, literis inperite in voces distributis, præferunt *in conspectu situ verior*. Tum *amplior uberior* Lov. 2. et *agro Romano* Lov. 4. Ceterum in verbis præcedd. *Quom enim relegari* Gaertn. Puto olim scriptum fuisse *Quor*, pro *Cur*.

§ 6 *Tectorum ac locorum præponebant*] *Præposcebant* Voss. 2. et Lov. 3. qui etiam paullo ante in verbis proximis *Urbem quoque quam Romæ* exhibent: *urbem quoque urbi Romanæ* Lov. 2. et 5. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX.

§ 7 *Quin illa quoque actio movebatur*] Quid est ' movebatur actio transmigrandi Veios?' Nescio, an alias ita loqui soleat Livius. Legerem, *quin illa quoque mentio mov.* Ut alibi ' agitata est mentio.' Et ' movit mentionem.' *T. Faber.* Livius XXVIII. 11. ' Moverant autem hujusce rei mentionem Placentinorum et Cremonensium legati.' Suet. Cæs. c. 79. ' Dolens parum prospere motam regni mentionem.' Nec tamen adsentior Fabro. ' Movere actionem ' non minus Latine dici potest, quam ' movere discordiam ' apud Livium IV. 48. et ' dissensionem ' apud Suet. Cæs. c. 3. Livius XXXV. 42. ' An omnino mittendus esset, consultatio mota est maxima a Thoante Ætolo.' Suet. Cæs. c. 75. ' Motis apud Ilerdam deditionis conditionibus.' Ovid. Art. Am. II. 575. ' Quam mala, Sol, exempla moves?' Sic *actio movebatur* a tribunis plebis illius rei auctoribus. *Duk.* Sæpissime apud Livium vox ' actio' usurpatur de omnibus illis quæ magistratus vel apud populum, vel in senatu peragit. Vide ad IV. 43. § 6. Quum autem Livius dicat ' actionem moveri,' verbum ' movere ' incipiendi significationem habet. Vide ad Epitom. Liv. lib. LXXII. ' Actio' ergo ' movetur,' quum quis de ea sermonem facere, de ea cum populo agere incipit. Quemadmodum autem hic ' actio moveri,' ita contra ' finem invenire ' dicitur hoc lib. c. 29. ' Tribunorum plebis actiones nondum invenerant finem.' Male itaque Faber locum sanum tentavit: adversus quem vulgatam scripturam etiam defendit Doujatius. Ceterum quinque hæc verba deficiebant in Flor. pro *quin* autem *quoniam* est in Lov. 4.

§ 8 *Ceterum partem plebis, partem senatus destinabant habitandos Veios*] Quid si legas *Cet. parte pl., parte sen. dest. habit. Veios?* aut *Cet. partim plebi, partim senatui destin. hab. Veios?* Rhen. Lectio, quæ ante Rhenanum vulgo circumferebatur, supererat in Flor. Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Neque multum inde abeunt reliqui. *Partem plebi, partem sen. dest.* habet Leid. 1. neque aliter est in Voss. 1. contextu, in cujus margine emendatur *plebis* a m. altera. *Partem plebei, partem sen. destin.* Klockian. *partem plebi, partem senatui dest.* Port. *partem plebis, partem sen. dest.* Harl. 2. et Hav. a m. pr. qui a m. sec. exhibet, *partem plebs, partem sen. dest.* Omnia denique hæc verba deerant in Voss. 1. Mihi prior Rhenani emendatio, quam Gryphius jam a. 1548. recepit, non displicet.

Duasque urbes communes reipublicæ] Si vacabit operam sumere videndi quæ scripsimus Obs. I. 12. facile decernes legendum esse *communis reipublicæ*. J. F. Gron. Vulgatum adversus Gronovium defendit Doujatius, idque eamdem sententiam, quæ ex Gronovii conjectura efficitur, reddere putat; ut nempe ambæ civitates censerentur communes uni reipublicæ. Ab antiqua lectione non recedunt mei, nisi quod in Klockiano sit per compendium *cois*, id est, *communis*. At Hearne notat Gronovio consentire L. 1. 2. B. et N. Et sane præstat ea lectio. Cum quo enim duæ hæ urbes communes essent rei-

Digitized by Google

publicæ? Tum *a Romano populo* omnes excusi usque ad Jac. Gronovium, qui transpositis vocibus *a populo Romano* dedit, quemadmodum etiam præferunt codd. quos vidi, vel quorum excerptis usus sum. Vide mox ad § seq.

§ 9 *Adversus quæ quum optimates ita tenderent*] Vocula *ita* deficit in Lov. 5. Sed, ea transposita, *tenderent ita* est in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Præterea *Adversus quæ tum opt. ita tendere* Port. et Hav. Quæ lectio ferri posset, si optimæ notæ codd. consentirent. Nunc vero vulgatam scripturam præfero. *Quum*, sive *cum*, et *tum* sæpe commutantur. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Duæ autem literæ finales vocis *tenderent* interceptæ sunt a voce seq. *ut* ob similitudinem ductuum, præsertim in scriptura Longobardica. Ita contra *ut* absorbetur a literis finalibus *nt* vocis præcedentis. Vide ad XXXVII. 24. § 13. *contenderent* legit Lov. 2. quod ex glossa natum puto. Ita etiam peccabatur IV. 7. § 8. 'Tendere' autem pro contendere pœni videbimus ad XXXII. 32. § 7. Ceterum, quemadmodum hic locus cohæreat cum seqq. optime demonstravit Gronovius ad XLIV. 40. § 2.

Ut morituros se citius dicerent in conspectu populi Romani] Quinque priora vocabula exsulant a Voss. 2. Tum *in cons. Põ R.* præfert Leid. 1. *in conspectum Rom. pop.* vetustæ edd. usque ad Aldum, qui ordine mutato *populi Romani* substituit, consentientibus omnibus scriptis. Vide ad X. 16. § 6. et mox ad § præc. Præterea *quidq. earum rerum rogarentur* Voss. 2. et Lov. 3. Sed auctor hujus lectionis non adsecutus est illam significationem verbi 'rogare,' quæ est hujus loci. Ponitur enim hic eodem sensu, quo 'rogare magistratus,' 'rogare legem,' 'rogare provinciam.' Indicant igitur optimates, se non permissuros, ut de quoquam earum rerum lex ferretur, aut populus suffragium iniret. Mox hoc cap. seq. 'T. Sicinium (is enim ex tribunis plebis rogationis ejus lator erat) conditorem Veios sequantur.'

§ 10 *Nunc in una Urbe tantum dissensionum esse, quid in duabus urbibus fore*] Lego ex tribus Mss. Pall. *quid in duabus fore?* excusso *τῷ urbibus*. Gebh. Delevimus *τὸ urbibus* auctoritate trium Pall. et alterius Voss. Sic et inferius c. 31. 'Fusis hostibus prius pœne, quam manus conserere rent. Valerio, quod perseverantior cædendis hostibus in fuga fuit:' sustulimus *τὸ hostibus*, quod Sigonius ex suo codice, superfluis abundanti, inseruerat. Scripti fideliores ac prius editi eo carent. *J. F. Gron.* Tò *urbibus* servant Flor. Voss. 1. Lov. 1. et Harl. 1. Reliqui eam vocem non agnoscunt. Ea autem ejecta simile fere loquendi genus est, atque illud, quod viri docti restituerunt III. 9. 'Quippe duos pro uno domino acceptos inmoderata, infinita potestate:' ubi plura vide; ut et ad II. 30. § 4. Quum tamen optimi et integerrimi plerique codd. vulgatum servent, timide tantum Gronovio adsentior; neque, qui eam vocem revocandam censebit, acriter adversabor. Eamdem autem vocem paucis interjectis repeti Livio familiare esse vidimus ad I. 3. § 9.

Victamne ut quisquam victrici patriæ præferret] *Victamne quisquam* Lov. 1. 2. Voss. 1. et Leid. 2. *Victamve ne quisq.* Voss. 2. et Lov. 3. *Victamne ve quisq.* Lov. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Genus loquendi inlustratur ad IV. 2. § 12. Tum *patri et præferret* Gaertn.

Sineretque majorem fortunam captis esse Veiis, quam incolumibus fuerit] *Sineret quoque maj.* Harl. 2. Port. et Hav. Vide hoc lib. ad c. 28. § 1. *sineret maj.* Lov. 4. Tum *major. fort. capitis esse Veiis* male Leid. 2. Dein-

Digitized by Google

de *quam incoluminibus* Port. cum edd. Venetis 1495. et 1498. ut et Ascensiana 1510. *quam incoluminibus* Tarvisina utraque. Denique *fuerat* excusi antiqui; pro quo Aldus substituit *fuerit*, adstipulantibus libris scriptis.

§ 11 *Ut relinquant patriam atque cives*] Διαιολας ratio postulat, ut legatur *ut relinq. patr. ipsi.* Delendum illud *cives.* Quo enim pacto cives relinquent, si a civibus relinquuntur? Omnino hæc mihi non placent. *T. Faber.* Vulgatum frustra Fabro displicuit. Tribuni volebant legem ferre, ut pars plebis ac senatus Romani Veios migraret. Jam autem optimates, quibus invitis id obtinere tribuni conabantur, dicunt se quidem in patria manentes relinqui posse a civibus, id est, illa civium parte, quæ Veios concessura erat: verum nullam vim subacturam, ut ipsi quoque Veios abirent, et ita relinquerent patriam et cives, id est, illam partem civium, quæ Romæ mansura erat. Nihil in his difficultatis video. Optimates, qui Veios migraturi erant, omnino non tantum patriam, sed etiam illos cives, qui ibidem subsisterent, relinquere debebant. Recte etiam Doujatius errorem Fabri deprehendit. Similiter Cœtier ad marginem cod. sui vulgatam lectionem a conjectura Fabri vindicavit. Dukerus quoque nihil mutandum vidit, eodemque sensu locum interpretabatur, quo accipiendum dixi. Ceterum *ut patriam relinquunt*, et in verbis proxime præcedd. *relinqui ab civ. in patr. posse* præfert Hav. *ab civibus* etiam Port.

T. Sicinium, &c. conditorem Veios sequantur] *T. Sicinnium* Lov. 3. *T. Scinnium* Leid. 1. *T. Scinium* Lov. 5. et fragm. Hav. a m. pr. *T. Siecinium* Hav. *T. Sümum* Lov. 4. Deinde *conductorem* Harl. 2. Port. et Hav. Neque aliter primæ edd. Aldus postea *conditorem* reposuit, cum quo faciunt reliqui codd. manu exarati. Præterea *sequebantur* Lov. 4. *sequẽntur*, id est *sequerentur*, Lov. 5. Mox *relicto Deorum Romulo* Lov. 2. 4. 5. Sed ultima syllaba *roῦ Deorum* male repetita est ex prioribus literis vocis seq. Insuper *ex tribunorum plebis rogatione* Lov. 4.

Cap. xxv. § 1 *Partem tribunorum plebis*] *Tribun. plebi* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad II. 42. § 6. In præcedentibus particula *quum* non visitur in Gaertn. In seqq. mutato ordine vocabulorum *in suam trax. sent.* præfert Lov. 4.

§ 2 *Nulla res alia manibus temperare plebem cogebat*] *Temperare manibus* alia serie Gaertn. Præterea *temperare plebem poterat* Oxon. L. 1. apud Hearnium, scribæ errore. Nostri nihil mutant.

Principes senatus, primi turbæ obferentes se, peti, feriri, atque occidi jubebant] Ms. Fuld. *peti, feririque atque occ. jub.* Modius. *Turbæ se offerentes, peti* Lov. 4. Port. et Hav. *turbæ se offerentes, se peti* Harl. 2. et fragm. Hav. a m. sec. Sed pronomen illud *se* secundo loco additum, quod deest et in optimis et in plurimis Mss. commode ex præcedenti intelligi potest. Vide ad II. 40. § 10. *Peti, ferri, atque occidi* Lov. 3. *peti, ferrique, atque occidi* Voss. 1. a m. pr. Voss. 2. Leid. uterque, Port. et Hav. *feririque rati quæ occidi* Flor. *peti, fererique, atque occidi* Gaertn. in quibus superant manifesta vestigia lectionis, quam Modius in membranis Fuldens. invenit. Quin et ipsa ea lectio superest in Lov. 1. 2. 4. et 5. Quamvis autem compositio illa orationis Liviana videri possit (vide ad II. 31. § 1.) eam tamen in contextum recipere nolui, quod sonus *feririque atque* aures offendat.

§ 3 *Ad reliquos similes conatus verecundia iræ obstabat*] Τὸ *similes* deficit in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Tum

Digitized by Google

verec. obst. iræ Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Vox *iræ* deest in Lov. 4. Præterea verbis proxime præcedentibus *cum abstinebatur*, pro *dum abst.* Hav. Vide ad I. 40. § 7. Insuper etiam *ab eorum ætatibus* Lov. 5. cum edd. Veneta 1498. Mediol. 1495. et 1505. Ascensianis 1513. et 1516. ac Mogunt. sed *ab horum* servant reliqui omnes scripti. Tandem *ab horum æt., dignit., ab hon. viol.* Lov. 2. Sed, compositionem illam *ætatibus, dignitatibusque et honoribus* Livianam esse, modo ad § præc. dictum est.

§ 4 *Haud mirum id quidem esse; furere civitatem*] In Hearnii ed. distinctio minima est post *esse:* quod magis placet. *Duk. Id equidem esse* Hav. Sæpe quidem *τὸ equidem* optimi scriptores pro *quidem* usurparunt; hic tamen, reliquis codd. vulgatam scripturam tuentibus, nihil muto.

Quæ damnata voti] Quæ Modius ad inlustrationem locutionis 'damnatus voti' huc contulit, expunxi; quum commode videri possint apud Brisson. de Formul. l. I. p. 102. Adde Alciat. ad l. 6. π. de Verb. Sign.

Omnium rerum priorem curam] Hanc lectionem demum inveni in ultima Gruteri ed. Priores enim præferunt *potiorem curam.* Et ita habent Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et N. quod tot codicum fide contextui restitui. IV. 57. 'Potiorem sibi collegarum gratia rempublicam fore.' VII. 27. 'Fides tamen publica privatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit.' Alterum ex interpretatione invaluisse puto. Utrumque enim eodem sensu usurpatur, unde 'prior potiorque' junguntur VIII. 29. 'Res nulla prior potiorque visa est, de qua ad senatum referrent.' XXIII. 28. 'Quia Italiæ cura prior potiorque erat, nihil de Hasdrubale neque de copiis ejus mutatum:' ubi videbimus Livium alibi etiam simpliciter voce *prior* hoc sensu usum esse. Interdum etiam *potius* et *prius* in Mss. commutantur. Vide ad IX. 14. § 16. Præterea *curamque religione*, pro *curam, quam religione*, Harl. 2. Interdum ita lapsos esse librarios, modo vidimus ad c. 22. § 8. Tum *quam religioni se exs.* Harl. 1.

§ 5 *Nihil de conlatione dicere, stipis verius, quam decimæ*] Meritum Apollinis fatetur Camillus in urbem Romanam: ergo 'stipis verius,' inquit, 'quam decimæ.' Cæterum quæ sequuntur verba, difficultatem habent. Populum enim liberatum vult, quod quisque privatim se obligaverit. At quod paulo ante dixerit 'furere civitatem;' ob id dixit, quod non modo rerum moventium, sed urbis agrique capti decimam quoque deberi, nec tamen de illo ullam fieri mentionem: quæ mihi in hoc notantur, ut lector veteres codd. diligentius introspiciat. *Glar.* Apertius esset *nihil se de coll. dicere*, ne quis parum attentus ad præcedens 'civitatem' referret. Verum quia nihil varietatis adnotatur; supplendum est *se*, ut sæpe. Et hic quoque repeti potest e proxima periodo. Sequentium verborum sensus mihi aliquanto obscurior est; sed puto iis taxari avaritiam eorum, qui rapuerant prædam Veientem, ut qui sibi maligne prædam æstimassent, stipemque potius contulissent, quam decimam: sed tamen, quum quisque se privatim obligaverit decimæ conferendæ; populum quidem, facta collatione, religione solutum esse, at non eos, qui non ex fide et religione prædam æstimassent. 'Stipem' autem dicit respiciens ad stipem Deorum, quæ as est Varroni de Ling. Lat. lib. IV. in fin. 'Diis quum thesaureis assem dant, stipem dicunt.' De ea Lipsius ad Tac. Ann. XIV. 15. et Gron. de Pec. Vet. IV. 11. *Duk.* Nescio, quam difficultatem in his verbis Glareanus invenire potuerit. Omnis ratiocinatio Camilli huc redit: Furit civitas, quod voti dam-

Digitized by Google

nata religione se exsolvendi curam negligat. Non eo dico, quoniam nondum promissam decimam contulerit; (nam hujus voti liberatum esse populum concedo, quum quisque ea conlatione se privatim obligarit, quamvis minoris prædam æstimando potius stipem, quam decimam, contulerit) sed quoniam decimæ rerum inmobilium, quæ publice Apollini solvenda est, nulla mentio fiat. Ceterum *decumæ* Flor. et Leid. 1. Vide ad II. 59. § 11. ut et mox § seq. et § 7.

Quando ea se quisque privatim obligaverit] *Se quisque ea* Lov. 1. Sed *τὸ ea* non est in Leid. 2. Hinc *privatum* præferunt Harl. 2. et Hav. Tum *obligaverit* Harl. 1. *obligarit* Voss. 2.

§ 6 *Enimvero illud se tacere*] *En. se tacere illud* Lov. 5. *Enim illud se tacere* fragm. Hav. a m. pr. Male. Vide ad I. 51. § 8. et ad X. 35. § 18.

Ex ea tantum præda, quæ rerum moventium sit, decima designetur] *Quæ rerum Veientium sit* Voss. 2. Lov. 3. et Leid. 2. *quæ rerum morientium sit* Lov. 5. *quæ rerum moventum sit* Leid. 1. inde factum *quæ rerum mementum sit* in Neapol. Latinii. Male. 'Res moventes' sunt res mobiles. 'Quæ moveri possunt' vocantur Nepoti in Themist. c. 2. 'Rerum moventium,' item 'rerum se moventium,' frequens est mentio in jure Romano. Vide Brisson. de Verb. Signif. in voc. 'Moventes' et 'Moventia.' Mox *decuma designetur* Flor. *decumæ designetur* Leid. 1. Vide ad § præced. *decimæ designentur* Lov. 2. 4. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. C. Verum similiter *decuma*, numero singulari etiam, Cic. de Nat. Deor. III. 36. 'Neque Herculi quisquam decumam vovit umquam, si sapiens factus esset.' Et sane si *decumas* dicimus, intelligimus 'decumas partes;' si *decumam* autem 'decumam partem,' quemadmodum plene extulit tum Livius, tum auctor Epit. Liv. Vide ad Epit. l. v.

Urbis atque agri capti, quæ et ipsa voto contineatur, mentionem nullam fieri] Hoc non congruit præcedentibus, 'quod decima designetur:' nam utrumque pendet a verbis, 'illud se tacere, suam conscientiam non pati.' Est enallage, qua oratio finita interdum in infinitam mutatur, et contra; ut post verba 'censere,' 'decernere,' et alia quædam. Vide Liv. XXIV. 22. XXXIII. 31. et 33. Justinus XIII. 2. 'Melius esse, ex his legi, qui, &c. quam sub persona regis indignorum subjiciantur imperio.' *Duk.* Vide ad XXXIX. 14. § 9. Ceterum *τὸ voto* non comparet in Leid. 2. et Lov. 1. *quæ et ipsa voto contineantur* habent Lov. 3. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. qua forma dixit IV. 57. 'Quam gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus essent:' ubi alia exempla vide. Reliqui tamen codd. et inter eos etiam optimi, stant pro vulgato. Præterea *mensionem* Leid. 2.

§ 7 *Post votum in potestatem populi Romani venisset*] *In potestate* Lov. 2. 5. Port. et Hav. Vox *potestatem* deficit in Gaertn. Paullo ante *quod ejus quod ante conceptum votum* Voss. 2. et Lov. 3. *quod ejus conceptum votum* Klockian.

Ejus partem decimam Apollini sacratam esse] Scribe *sacram esse*. Rhen. *Decumam* iterum Flor. et Leid. 1. Vide hoc cap. ad § 5. Tum *Apollini sacratam esse* Hav. et vetustæ edd. pro quo Aldus primus *sacram esse* vulgavit. Sed quum postea nihilominus Parisienses 1529. et Frobenius 1531. *sacratam* servarent, Rhenanus necesse habuit monere *sacram* legendum esse. Et ita præferunt reliqui codd. Sæpe hoc modo librarios peccasse, videbimus ad X. 37. § 2.

§ 8 *Ita in æstimationem urbs agerque venit*] *In extimationem* Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et fragm. Hav. *in extimatione* Lov. 2. Vide ad XXXIV. 2. § 5. Similiter etiam in scriptis variatur hoc cap. § 10.

Ut aurum ex ea coëmerent] *Emerent*

Digitized by Google

Voss. 2. et Lov. 3. invitis reliquis codd. scriptis et editis. Supra II. 34. 'Dimissis passim ad frumentum coëmendum:' ubi plura vide. Mox *cujus quum copiæ non essent* Harl. 1. *cujus quum copiam non esset* Gaertn.

Cætibus ad eam rem consultandam habitis, et communi decreto pollicitæ] *Veteribus*, pro *cætibus*, Voss. 2. et Lov. 3. *cætibusque* Gaertn. Tum *ad eam rem consulendam* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad II. 57. § 2. et ad XXI. 14. § 2. Deinde conjunctio *et* omittitur in Harl. 1. *e communi decreto* præferunt Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. Forte non male. Alibi librarios eas voculas confundere solitos esse, videbimus ad XXVI. 45. § 1. *E communi decreto*, ut 'ex collegii sententia' IV. 53. 'Pronunciaverintque ex collegii sententia.' Infra XXXVIII. 60. 'Ex sua collegarumque aliorum præter Gracchum sententia pronunciavit.'

In ærarium detulerunt] *Contulerunt* Hav. Infra hoc lib. c. 50. 'Quum in publico deesset aurum, ex quo summa pactæ mercedis Gallis conficeret, a matronis conlatum acceperant.' XXVI. 36. 'Aurum, argentum, æs signatum omne senatores crastina die in publicum conferamus:' et eodem cap. 'Pro se quisque aurum, argentum, et æs in publicum conferunt.' Reliqui tamen scripti stant pro vulgato; cujus repudiandi nullam video caussam. Nam ita etiam Liv. eodem loco: 'Omne aurum, argentum, æs signatum ad triumviros mensarios extemplo deferamus.' Ita 'in ærarium deferri' dicitur pecunia, quam victores duces, ex provinciis domum reversi, in publicum conferunt. Vide ad XXXIX. 29. § 7. Paullo ante *et aurum et omnia ornamenta*, addita prima voce, Lov. 2.

§ 9 *Honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum*] *Fertur* Klockian. Et ita similis erit forma locutionis illi, de qua egi ad I. 31. § 8. Vide etiam ad Epit. Liv. l. LXVIII. Unius tamen codicis auctoritas levior est, quam ut ejus fide vulgatum mutem. Paullo ante vox *maxime* non adparet in Hav.

Pilento ad sacra ludosque] *Plaustro* vetustæ edd. pro quo Mediolani 1505. *pilento* substitutum est. Alterum tamen postea adhuc servarunt Ascensii edd. verum ita, ut secunda et tertia *pilento* in margine ostentent, quod postea iterum Moguntini, et post eos omnes recentiores, in contextum receperunt. Ita quoque ex veteribus codd. legendum monuit Pierius ad Maron. Æneid. VIII. 665. Neque aliter præferunt omnes nostri. *Plaustro* omnino ex interpretia glossemate natum est. Præterea *ad sacros ludosque* Port. a m. pr.

Carpentis festo profestoque uterentur] *Profectoque* Gaertn. *profecto uterentur* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 10 *Pondere ab singulis auri accepto æstimatoque*] *A singulis* Lov. 1. Voss. 1. Leid. 2. et Gaertn. *auro accepto* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et edd. principes; pro quo Aldus *auri* recepit. Et ita habent reliqui nostri. Deinde *extimatoque* Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Vide hoc cap. ad § 8.

Craterem auream fieri placuit] Vet. lib. *craterem*. Sigon. Mallem ex Nonio Marcello *craterram* legere; qui vas illud a 'cratera,' vel 'cratere,' distinguit. Atqui Cicero *craterram* appellat vas illud sacrum Apollinis, quod cum corvo suo inter sidera transtulit, ut habent fabulæ apud Hyginum, Poëtic. Astron. II. 40. et Arati commentatorem p. 137. Versum vero Ciceronis, Arati interpretis, sic citat Nonius: 'In medioque sinu fulgens craterra relucet.' Ex quo nomen hoc ita restituendum esse videtur libro de Nat. Deorum II. 44. quod idem Nonius etiam citat ex Nævii Lycurgo, et Varrone de Vita Pop. Rom. lib. III. *Pighius* in Annal. ad a. CCCLIX. p. 220. *Craterem*, ut

Digitized by Google

Sigonius in vet. lib. invenit, non tantum præferunt omnes scripti, sed et editi, nisi quod *cratera* sit in uno Flor. et quod operæ typographorum per errorem in Basileensi 1555. dederint *craterem*. Sed voci Latinæ *cratera*, cui Græcorum Κρατὴρ respondet, controversiam movet, et omnia loca, ubi reperitur, in dubium vocat Freinshem. in ind. Curtiano in voc. 'cratera,' et pro *crateram* scribendum conjicit *cratera*, tum apud Curtium IV. 8. in fine, tum apud Liv. hoc loco, sive, ubi eadem vox obcurrit, c. 28. Verum ita utroque loco pro *aueram*, quod constanter in libris omnibus superest, etiam reponendum foret *aureum*. Quomodo ipse Freinshem. ejusdem historiæ mentionem faciens in supplem. Liv. l. XVIII. c. 46. *craterem aureum* scribit. Forte eamdem ob caussam τὸ *crateram* etiam Pighio displicuit, qui pro eo *craterram* substituit. *Craterra* autem, sive, ut alii legunt, *creterra*, erat situla, quemadmodum Non. Marcell. Isidorus, et alii docuerunt. Vide Barth. ad Statii Theb. II. 76. Etiam Dausqueium in Orthogr. part. II. in voce 'Crater,' respiciendum esse monuit Dukerus. Mihi ob codd. consensum vulgata scriptura *crateram aueram* nondum displicet. Ceterum *auri*, pro *aueram*, est in Lov. 4. Vox autem *placuit* non adparet in Lov. 2. negligentia librarii.

Quæ donum Apollini Delphos portaretur] *Quod donum* præfert Flor. a m. recentiori. Vide ad XXXII. 30. § 5. *donum Apollinis* Harl. 2. ut c. 22. 'Amoliri tum Deum dona ipsosque Deos cœpere.' Sed aliorum omnium dissensus efficit ut vulgatum verius existimem. Supra I. 56. 'Aureum baculum, inclusum corneo cavato ad id baculo, tulisse donum Apollini dicitur.' II. 23. 'Coronam auream Jovi donum in Capitolium mittunt.' III. 57. 'Donumque ob eam Jovi optimo maximo coronam auream in Capitolium tulere:' et ita passim.

§ 11 *Simul ab religione animos remiserunt, integrant seditionem*] *Sumi simul ab rel. animos remis.* Leid. 2. Sed illud *Sumi* errore scribæ natum est ex proxima voce *Simul*. *Simul ut ab religione* Neapol. Latinii. Vide paullo infra ad § 13. *Simul ab rel. homines animos remis.* Harl. 2. Lov. 2. 4. 5. Port. et Hav. Et ita etiam Gaertn. nisi quod præferat *a religione*. Verum τὸ *homines* perperam additum est ab illis, quibus verbum *remiserunt* sine nomine, quod ei respondeat, poni displicebat: quod tamen Livio frequens esse, videbimus ad XXXIV. 56. § 11. Posset conjici legendum esse *Simul ab rel. animi remis.* ut 'remittere' absolute sine casu ponatur; de quo vide ad II. 34. § 6. Sed invitis libris nihil mutandum censeo. Mox *integrā seditionem* fragm. Hav. a m. pr. *interant seditionem* Harl. 2. ut dubium sit utrum scriba dare voluerit *iterant seditionem*, an *integrant*. Sed hic etiam vulgatum præfero. 'Iterare' et 'integrare' alibi in scriptis commutantur. Vide ad XXVIII. 15. § 10. 'Integrare' autem sæpe apud Livium obvium est. Vide ad III. 70. § 6.

Incitatur multitudo in omnes principes, ante alios in Camillum] *Movens principes* Hav. Deinde *ante omnes in Cam.* Harl. 2. Port. et Hav. utramque lectionem servat Gaertn. *ante omnes alios in Cam.* præferens. Valer. Max. VII. 3. ex. 2. 'Qui ante omnes matri osculum dedisset.' Curtius VI. 6. 'Rex ante omnes mœstus cupiebat quidem subsistere.' Sed vox *omnis* modo præcessit. Ovidius Metam. X. 120. 'Sed tamen ante alios, Ceæ pulcherrime gentis, Gratus erat, Cyparisse, tibi.' Livius I. 9. 'Unam longe ante alias specie et pulchritudine insignem a globo Thalassii cujusdam raptam ferunt.' XL. 22. 'Vexati omnes, et ante alios rex ipse.'

§ 12 *Eum prædam Veientanam pub-*

Digitized by Google

licando sacrandoque ad nihilum redegisse] *Quum prædam, &c. redegisset* Gaertn. *Cum prædam redegisset* Hav. *Cum* etiam Lov. 2. et Port. et *redegisset* etiam fragm. Hav. a m. sec. *Cum* et *eum* sæpissime commutantur. Vide ad IV. 19. § 2. *redigisse* Flor. et Lov. 1. ac 5.

Absentes ferociter increpant] *Ferocit increpant* Leid. 1. sed neglecta est nota, qua ultimæ duæ literæ indicabantur. *Ferocius increpant* Port. a m. sec.

Præsentium, quum se ultro iratis obferrent, verecundiam habent] *Præs. cœtum* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. nullo commodo sensu, licet etiam jungas 'absentes ferociter increpant præsentium cœtum.' Præterea *ultro offerrent iratus* Leid. 2. *ultro irati offerrent* fragm. Hav. Denique *verecundiam haberent* Leid. 2. quasi addita nota scriptum fuisset *hab'ent*. Vide ad XXXIX. 52. § 6. *verecundiæ habent* Lov. 5. a m. sec.

§ 13 *Simul extrahi rem ex eo anno viderunt*] Vet. lib. *Simul ut extr.* Sigon. Sigonii vet. lib. concinunt ex meis Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Gaertn. ex Oxoniensibus autem Hearnii solus C. Sed vulgatum, quod superest in reliquis meis, tuetur ὁ πάνυ Gronovius ad Livii IV. 31. § 5. et ad XXXVII. 20. § 7. quorum priori loco in primis docet, *simul* pro 'simul atque' poni; de quo vide ad VI. 1. § 6. ubi dicetur ex interpretum expositione passim in Mss. 'simul primum,' 'simul ut,' 'simul ac,' 'simul atque,' et similia recepta esse. Vide etiam hoc cap. ad § 11. Præterea Gronovius etiam edidit *extrahi rem eo anno*: utrum dedita opera, an culpa librariorum, dubito. Posterius tamen verius videtur. Non modo enim in vulgatum conspirant omnes, quotquot vidi, vel usus sum, codd. (unum excipio Lov. 4. ubi etiam τὸ *ex* deficit; sed id interceptum est a sequenti *eo*) ut et Hearnii Oxon. B. et C. verum etiam, hunc locum laudans, non aliter eum ad partes vocavit Gronovius ipse ad IV. 31. § 5. Priscam igitur lectionem reduxi. Solitus autem est Livius, præpositionem, cum qua verbum componitur, eidem in regimine addere. Vide ad Præf. § 11. Deinde *viderent* Lov. 4.

Tribunos plebis latores legis] Hic rogationem vocat 'legem:' tertio statim versu rursus 'rogationem.' Hoc idem facit a. CCCLXII. (c. 29. et c. 30.) cum jurisperiti ea distinguant, ut est apud Festum voc. 'Rogatio.' Quidam tamen tertio post versu *largitioni* legunt, quod mihi non placet. *Glar.* Nescio, cur mirum Glareano videatur, quod passim apud Livium obcurrit. Ita Q. et Cn. Ogulnius tribuni plebis dicuntur 'rogationem promulgasse, ut quatuor pontifices, quinque augures de plebe omnes adlegerentur' X. 6. Et tamen sæpius 'lex' deinceps vocatur: ut c. 7. 'Certatum tamen suadenda dissuadendaque lege.' c. 8. 'Ego hanc legem, uti rogas, jubendam censeo.' c. 9. 'Vocare tribus extemplo populus jubebat, adparebatque accipi legem.' Similiter IV. 1. 'De connubio Patrum et plebis C. Canuleius tribunus plebis rogationem promulgavit.' Et mox, 'Eo processit deinde, ut rogationem novem tribuni promulgarent, ut populo potestas esset, seu de plebe, seu de Patribus vellet, consules faciendi.' Postea, utramque hanc rogationem innuens, Livius inquit c. 3. 'Canuleius pro legibus suis et adversus consules ita disseruit.' Idem etiam observari potest lib. VI. ubi c. 37. 'Omnium earum rogationum comitia in adventum ejus exercitus differunt, qui Velitras obsidebat.' In sequentibus tamen sæpissime capp. 38. 39. 40. 41. et 42. promiscue modo 'leges,' modo 'rogationes' vocantur; et tribuni, qui rogationes illas promulgarant, 'legum latores' dicuntur. At quomodo id mirari potest Glarea-

Digitized by Google

nus? quum, teste Ælio Gallo apud Festum, loco quem ipse laudavit, rogatio non potest non esse lex, si modo justis comitiis rogata est. Majori jure mirum videri potuisset, 'legem' vocari, quod proprie erat 'plebiscitum.' Verum huc faciunt verba Gellii, qui, quum late docuisset, quemadmodum vocabula 'rogatio,' 'lex,' 'plebiscitum,' et 'privilegium' differrent, l. x. c. 20. tandem addit: 'Quamquam hæc ita sunt, in veteribus tamen scriptis non magnam vocabulorum illorum differentiam esse animadvertimus. Nam et plebiscita et privilegia translato nomine leges adpellaverunt, eademque omnia confuso et indistincto vocabulo rogationes dixerunt.'

In annum eosdem reficiunt] Vet. lib. *in eum annum eosdem.* Sigon. Vet. lib. Sigonii favent Port. Gaertn. et Hav. Eamdem etiam lectionem Sigonius in contextum recepit; sed recte nulli recentiorum editorum ei dicto audientes fuerunt. Quo enim referendum pronomen *eum?* Præcesserat proxime 'extrahi rem ex eo anno:' ergo foret in eum annum, ex quo rem extrahi viderunt; quod fieri nequit. Passim autem 'in annum reficere,' 'prorogare,' 'creare,' 'differre' Livio ponuntur pro in annum proximum. Supra IV. 55. 'Neve quis reficeretur in annum tribunus plebis:' ubi male etiam vet. lib. Sigonii, ut et pauci ex meis *in annum sequentem* præferunt. Sed vide quæ ibi notantur. Ceterum voces *in annum eosdem, &c. de intercessoribus legis* desunt in Lov. 3. cui errori videtur occasionem dedisse repetitio vocis *legis.*

Et Patres hoc idem de intercessoribus legis adnisi] *Hic idem* Hav. qui etiam cum Lov. 4. Port. et Gaertn. præfert *annixi.* Sed male. Vide ad II. 50. § 9. Mox *magna ex parte idem refecti* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. et fragm. Hav. Vide ad XL. 22. § 14. *Magna ex parte hiisdem refecti* Lov. 5. *ita tribunorum plebis magna ex parte eadem refecta* Lov. 4.

CAP. XXVI. § 1 *Propter bella simulabant parari ducem*] Penultima vox deest in Voss. 2. *Ducem parari,* trajectis vocibus, præfert Port. a m. pr. Paullo ante *summa ope evicere,* pro *s. ope evicerunt,* Harl. 1. *vicerunt* Flor. Male. Supra III. 41. 'In hanc sententiam ut discederetur, juniores Patrum evincebant:' ubi vide; ut et ad IV. 56. § 1. Litera initialis intercepta erat ab ultima vocis præced. Vide ad II. 44. § 6.

Sed rogationi tribuniciæ adversarius quærebatur] Repone *sed largitioni tribunitiæ advers. quær.* Rhen. Reposui *largitioni* auctoritate vetustissimarum edd. et Pall. codicum membranaceorum primi ac tertii. Alias Pal. 2. ex illis *lationi tribunitiæ adversarius parabatur.* Gebh. Borbet. *largitioni:* cui duo meliores Pall. et Vossiani, Rott. Flor. et Helm. faciunt secundas; nos quoque, licet obnuntiante Glareano. Lib. II. c. 41. de Cassio captum ex Hernicis agrum divisuro: 'Largitione consulem periculosas libertati opes struere.' Item eodem cap. 'Consul alter largitioni resistebat.' III. 1. de Æmilio consule, legis agrariæ suasore: 'Tribuniciis se jactare actionibus principem civitatis, et largiendo de alieno popularem fieri.' IV. 44. 'Stetitque in eadem sententia, ne qua largitio, cessura in trium gratiam tribunorum, fieret: nec eum agrum plebi, sed sibi invidiam quæri.' *J. F. Gron. Rogationi,* quod olim nonnullis excusis insederat, in nullo meorum codicum obvium habui. *Largitioni,* præter utrumque Voss. a Gronovio memoratum, præferunt Flor. Lov. quinque, Leid. 1. Harl. uterque, Hav. fragm. Hav. et Klockian. Et ita edd. Rom. 1472. ac Parm. Eidem lectioni suos quoque subfragari testatur Hearnius. Reliqui Mss. non multum ab lectione illa in diversum discedunt, sed aperte eamdem firmant.

Digitized by Google

Nam *lationi* est in Port. *rogitioni* in Leid. 2. *largitione* in Gaertn. Vide ad III. 1. § 8. Deinde *advers. parabatur* Harl. 2. et Port. Verum ea vox hic repetita est ex membro præcedenti.

§ 2 *Cum Camillo creati tribuni militum consulari potestate*] Ex sententia Perizonii, superius proposita hoc lib. ad c. 1. § 2. quæ etiam verior videtur, hic jam est quartus Camilli tribunatus consularis secundum Livium. Nam ex ejus opinione tertium gessisse narratur c. 14. ubi vide quæ ad § 5. notantur. Ceterum tres posteriores voces non adparent in Lov. 4. Mox Furio *Marci* prænomen tribuit, ejusque cognomen *Medullinus* omittit Lov. 2. Præterea *sexto*, pro *sextum*, est in Harl. 2. Gaertn. et Hav. Vide hoc lib. c. 16. § 1.

L. Valerius Publicola, Sp. Postumius, P. Cornelius iterum] Pronomen Valerii hic *L.* est; sed initio libri sequentis c. 1. a. CCCLXVI. in plerisque codd. *Au.* legitur, et a. CCCLXVIII. c. 5. rursus *L.* non *A.* habetur, ubi tertium fit tribunus militum. Paullo autem post hunc locum c. 28. *L. Valerius* legatus Delphos mittitur, haud dubie alius a tribuno. De P. Cornelio major est dubitatio, Cossumne, an Scipionem velit. Scipio prioris anni fuit tribunus militum; cui si continuatus honos esset, Livius forte innuisset, quanquam id aliquando omittit. Sin Cossus fuit, jam hic non *iterum*, sed *quartum*, esset: ideoque de neutro quicquam definio. *Glar.* Valerii prænomen deest in vetustioribus edd. Primus Aldus vulgari curavit *L. Valerius*, quod idem constanter præferunt codd. mei, et hoc loco, et VI. 5. ut contra in plerisque prænomen *Auli* est VI. 1. Verum, ibi etiam *L. Valerium* reponendum esse, verisimilis est conjectura Sigonii: non modo enim, ut observat, *Auli* prænomen Valerii non tulerunt; verum etiam, si forte alicubi tulisse reperiantur, Valerius ibi *iterum* tribunus militum dicitur. Alter autem eodem prænomine, qui eamdem dignitatem antea obtinuit, non memoratur. *L. Valerius* autem, qui c. 28. legatus Delphos missus esse dicitur, a L. Valerio Publicola tribuno militum diversus fuit, ut recte Glareanus suspicatur. Plutarch. refert in Camillo p. 133. τρεῖς ἄνδρας ἐκ τῶν ἀρίστων θεσπρῶς electos esse. Verisimile itaque fit, per *L. Valerium* intelligendum esse L. Valerium Potitum, qui quadriennio ante tribunus militum quintum fuerat, teste Livio hoc lib. c. 14. quemadmodum per ejus collegas L. Sergium et A. Manlium illi intelligendi, qui eamdem dignitatem triennio ante gesserunt, teste Livio c. 16. Præterea *Publicola*, (non, ut ultimam Gruteri secutæ recentiores edd. præferunt, *Poplicola*,) habent omnes libri scripti, quos secutus sum. Vide tamen hoc lib. ad c. 8. § 1. Tum *S. Postumius* Port. Vide ad IX. 1. § 1. Quo autem cognomine P. Cornelius adpellatus fuerit, utrum 'Scipionis,' an 'Cossi,' incertum est. Æque autem Cossus ac Scipio anno priori tribunatum gessisse memorantur cap. 24. Ex eo igitur pro Cosso nullum argumentum peti potest, ut Glareanus fecit, quod honorem Cornelio continuatum esse Livius non memoret. Neque, si 'Cossus' fuerit, non *iterum*, sed *quartum* jam tribunus dici necessario debet. Hunc magistratum quidem P. Cornelius Cossus obtinuisse dicitur IV. 56. quatuordecim annis antea; c. 58. duodecim annis antea; et hoc lib. c. 24. anno proximo: at quis præstabit, omnibus illis locis eumdem P. Cornelium Cossum indicari? Præsertim quum Livius nullo loco, nisi hic, iterati honoris notam addiderit. Quin, si semper idem intelligendus, cur hinc eximeretur 'P. Cornelius Cossus?' qui unum et viginti annos ante tribunus fuisse dicitur IV. 49. Immo ne necesse quidem est, ut vel Scipio, vel Cossus

Digitized by Google

intelligatur, tacente Livio. Commode enim etiam Maluginensis intelligi potest; quæ Corneliorum familia hoc tempore floruit, et *Publii* prænomine usa est. Certe is triennio ante tribunus memoratur c. 16. adeoque nunc commode iterum eam dignitatem adipisci potuit. Video equidem, Pighium in Annal. hujus anni tribunum *P. Cornelium Scipionem* vocasse p. 220. Cornelio autem Maluginensi modo memorato iterati honoris notam addidisse p. 216. Verum nihil habet quo alterutrum probare possit. Utrumque tantum conjectura nititur. Paullo ante *Claudius Æmilius* habent edd. principes, pro quo Aldus, consentientibus manu exaratis libris, *C. Æmilius* reposuit. Sæpe librarii indocto errore *Claudius*, pro *Caius*, dederunt. Ita IV. 21. § 6. hoc lib. c. 28. § 6. c. 32. § 2. VI. 2. § 6. c. 27. § 4. VII. 27. § 3. aliisque locis.

§ 3 *Tribuni plebis nihil moverunt*] *Tribuni nos mil'. nichil mov.* fragm. Hav. a m. pr. Mox *in Faliscos* non est in Port. Hinc *erat mandatum*, transpositis vocibus, legit Harl. 2.

Quem adversarium maxime metuerant] *Quod advers.* Hav. Vox autem *adversarium* deficit in Harl. 2. et Port. At supra de Camillo est hoc cap. 'Largitioni tribuniciæ adversarius quærebatur.' Tum *metuebant* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Alterum in nullo scripto, sed contra in omnibus excusis, obviam fuit.

§ 4 *Sed timor longius progredi prohibuit. Mille fere*] Vet. lib. *Sed, timore longius prog. prohibente, mille fere passuum, &c.* Sigon. Vet. lib. Sigonii ex meis concinunt Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et a m. sec. fragm. Hav. ex illis vero, quos Hearne Oxonii consuluit, cod. C. *Sed timor longius progredi prohibet* obfert Lov. 2. Omnes alii, et inter eos integerrimi codd. stant pro vulgato; quod etiam verius puto. Alibi enim oratio in parva membra intercisa Livio in primis placuit. Ita XXI. 36. 'Digressus deinde ipse ad locum visendum: haud dubia res visa,' &c. ubi Gronov. invitis libris conjicit, *Digresso deinde ipsi, &c. haud dubia res visa.* Sed nihil mutandum esse monebo, et quibusdam exemplis vulgatum tueri conabor. Paullo ante *se hostes mœnibus tenerent* alio ordine Lov. 4. ubi pronomen *se* omisit Lov. 3. Præterea *villarum incendiis*, trajectis dictionibus, Harl. 2. Port. et Hav.

§ 5 *Mille fere passuum ab oppido castra locant*] *Mille fere passum* Flor. Leid. 1. et Klockian. quomodo forte librarii per crasin pro *passuum* dederunt. Eam enim contractionem in genitivo plurali nominum quartæ declinationis probare videtur Vossius Gramm. IV. 18. Vide etiam Pierium ad Virgil. Æneid. VI. 653. Si autem admittenda est, potius eam poëtis, qui numeris suis adstricti erant, quam orationis prosaicæ scriptoribus convenire judico. Ceterum alii librarii, nescientes quid ea scriptura sibi vellet, eamque legibus grammaticorum adversari credentes, dederunt *Mille fere passus.* Ea scriptura superest in Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Sed vulgatum *Mille passuum*, quod servant reliqui scripti, omnesque typis impressi, verum est. Et ita sæpe Livius locutus est. Supra III. 61. 'Castris mille passuum ab hoste positis copias continebat.' XXIII. 44. 'Mille fere passuum inter urbem erant castraque.' XXXVIII. 21. 'Quatuor ferme millia armatorum ad tumulum inminentem viæ, minus mille passuum a castris, occupandum mittunt.' XLIII. 11. 'Ne quis ultra mille passuum ab Roma abesset.' Ita 'mille equitum' XXI. 61. 'Transgressus Iberum Hasdrubal cum octo mil-

Digitized by Google

libus peditum, mille equitum.' 'Mille talentum' XXXVII. 1. 'Vel senatui liberum arbitrium de se permitterent, vel mille talentum darent:' quo utroque loco plura vide. Rationem autem locutionis optime aperuit J. F. Gronovius de Pecun. Vet. I. 10. quem vide.

Nulla re alia fidentes, ea satis tuta esse, quam difficultate aditus] *Fidenates*, pro *fidentes*, Hav. Deinde *difficultate additus* idem cod. Quomodo sæpe librarii lapsi sunt. Vide ad IV. 57. § 11.

Asperis confragosisque circa, et partim arctis, partim arduis viis] *Asperis et fragosisque circa* Lov. 2. *asperis confragosisque et circa* Lov. 4. Tum *partim in arctis, partim arduis* Lov. 5. *partim in arctis, partim in arduis* Lov. 4. Harl. 2. Port. Hav. et Gaertn. Sed utroque loco τὸ *in* perperam repetitum est ex præcedentis vocis litera finali *m*. Vide ad XXXVII. 11. § 4. *arcis*, pro *aretis*, præferunt Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *artis* Flor. Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. et Gaertn. quod sibi quoque in Pal. optimo inventum fuisse, Gebhardus monet, ac probat ad III. 6. § 3. Vide ad Livii II. 50. § 8. *Et partem arduis viis* Lov. 2.

§ 6 *Castris multa nocte motis*] *Castris in illa nocte motis* Lov. 4. *castris in ultima nocte motis* Lov. 2. *castris ultima nocte motis* Oxon. L. 1. apud Hearnium. Verum hæc lectio ex grammatici interpretatione nata videtur, quæ olim margini adscripta perperam inde in contextum migravit, ejecta vera scriptura. Infra XXXV. 4. 'Multa nocte solitus erat movere castra.' Cic. de Senect. cap. 14. 'Convivium vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem, quam maxime possumus, vario sermone producimus.' Ad Q. Fratr. II. 9. 'Multa nocte veni ad Pompeium.' Curtius VI. 11. 'In multam noctem quæstionis exspectavit eventum.' Ita 'multa dies' III. 60. 'Postquam multa jam dies erat, neque movebatur quidquam ab hoste.' XXVII. 2. 'Romani ab sole orto in multum diem stetere in acie:' ubi tamen melius *in multum diei* ex Mss. revocavit J. F. Gronovius: 'multa lux' apud Curtium IV. 13. 'Multa lux, inquit, est; instructam aciem hostis admovit.' 'Castris motis,' ut 'castra movere.' Vide ad IV. 46. § 9. Paullo ante, pro *indicem*, Gaertn. habet *indicem*, frequentissimo librariorum peccato. Vide ad III. 62. § 4. c. 71. § 7. ad Epit. Liv. l. IV. ad IV. 45. § 2. v. 22. § 8. VI. 14. § 13. c. 27. § 6. VII. 35. § 7. c. 37. § 2. VIII. 15. § 7. c. 18. § 7. IX. 1. § 7. et alibi. Vide etiam Gravium aliosque ad Sueton. Cæs. c. 17. et Dukerum ad Flori I. 9. § 1. Similiter, *indicium* et *iudicium*, ut et *indicare* et *iudicare* inter se commutantur. Vide ad VII. 39. § 5. et ad Epit. Liv. lib. LXIII.

Prima luce aliquanto superioribus se ostendit] Omissus in Asulanica ed. est ablativus *locis*. *Aliquanto superioribus locis se ostendit*. Rhen. An plures ante Rhenanum edd. Asulanicæ sive Aldinæ Livii prodierint, nescio. Unam ego novi a. 1518. quæ omnino τὸ *locis* recte exhibet. Idem etiam exhibent omnes, quas vidi, edd. ut et codd. scripti. *Aliquañ*, id est *aliquando*, pro *aliquanto*, est in Gaertn. Vide ad II. 19. § 5. *Se super. locis ost.* trajectis vocibus, habet Lov. 2.

§ 7 *Trifariam Romani muniebant*] *Munibant* Voss. a m. pr. Vide Corte ad Sall. Cat. c. 61. § 8. Verum archaismum hunc, qui nonnumquam apud optimi ævi poëtas obvius est, ut forte Sallustio, ita minime Livio decere arbitror. Τὸ *Romani* deest in Gaertn.

Alius exercitus prælio intentus stabat] *Alius exitus* Gaertn. Voces *exercitus* et *exitus* nonnumquam librarii commutarunt. Exempla vide ad III.

Digitized by Google

8. § 9. c. 26. § 4. VII. 34. § 14. et alibi. Deinde *prælio intentus instabat* priscæ edd. usque ad Aldum, qui restituit *stabat*. Et id præferunt omnes scripti. Supra III. 60. 'Quam per totum diem stetissent intenti ad certamen.'

Impedire opus conatos hostes fundit fugatque] Alio ordine *hostes conatos* Harl. 2. et Port. *conantes hostes* edd. antiquæ; pro quo Aldus dedit *conatos*. Et ita est in omnibus scriptis, nisi quod, aberrante librariorum manu, *conatus* habeant Flor. et Gaertn. Primi editores hic *conantes τῷ conatos* substituerant eodem errore, quo datum est *inopinantes*, pro *inopinati*. Vide ad XXI. 52. § 10. Præterea *fudit fugatque* edd. Rom. 1472. et Parm.

Tantumque inde pavoris Faliscis injectum est] *Tantumque inde Faliscis paveris* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Tò est* autem deficit in Harl. 2. et Port.

Castra sua, quæ propiora erant, prælati] *Quæ propriora erant* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et Harl. 1. Vide ad IV. 17. § 5. Deinde *qui propiora erant* Gaertn. Tum *palati* Lov. 2. Vide ad XXXVIII. 27. § 2. *predati* Harl. 2. *præterlati* edd. Ascensii 1513. et 1516. et Paris. 1529. altera lectione in marginem rejecta. Sed lectio ea ex interpretis expositione nata est: *prælati* enim est 'præterlati,' 'præterlapsi.' Vide Gebhard. ad Liv. II. 14. § 7. et J. F. Gronovium ad Livii XXIX. 32. § 8.

§ 8 *Castra capta, præda ad quæstores redacta*] Copulam inserit Leid. 2. exhibens *prædaque ad quæstores*. 'Ad quæstores' autem ut IV. 53. 'Venditum sub hasta consul in ærarium redigere quæstores jussit.' Sed 'ad quæstorem' dixit hoc lib. c. 19. 'Ingentique præda est potitus, cujus pars maxima ad quæstorem redacta est.'

Sed, severitate imperii victi, eandem virtutem et oderant] *Sed etiam sev. imp. victi* Lov. 2. *sed sev. imp. ducti* Leid. 2. et Lov. 1. eodem errore, quo *victor* et *ductor* inter se sæpissime commutantur. De quo vide quæ notavi ad Silii IX. 199. Tum *tandem virtutem* Hav. Vide ad VII. 35. § 12.

§ 9 *Per occasionem impetus oppidanorum in Romanas stationes prœliaque parva fieri*] Vox *oppidanorum* exsulat ab Port. quæ constanter in reliquis servatur. Tum *prædaque parva* Harl. 2. aperta librarii aberratione. *Parvaque prælia* Lov. 4. Præterea Ant. Perizonius copulam *que* in contextu Liviano transversa virgula delevit, unde verosimile fit eum vocem *impetus* casu patrio accepisse, et jungere voluisse *per occasionem impetus*. Quod ferri posset, si idonea codicum auctoritate niteretur. Nunc vero, quum in servanda conjunctione conspirent libri scripti, eam inducendam non puto. Ita *per occasionem* absolute erit dictum, quod Livio est familiare. Supra I. 5. 'Rem inmaturam nisi aut per occasionem, aut per necessitatem aperiri noluerat.' c. 11. 'Antemnatium exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit.' c. 53. 'Per occasionem eum incautos invasurum.' VII. 7. 'Res per occasionem gesta egregie est.' XXI. 35. 'Jam nihil ne hostibus quidem, præter parva furta, per occasionem tentantibus.' XXII. 15. 'Ubi vagos passim per vicos Numidas vidit, per occasionem etiam pauces occidit.' XXV. 24. 'Ne qua intestina fraus per occasionem oriretur.' c. 35. 'Ut postmodo præparati incautos, armati inermes atque etiam sopitos, per occasionem adgredi possetis.' XXX. 3. 'Spem fecerant castra hostium per occasionem incendendi.' cap. 4. 'Tandem relatum responsum, quibusdam iniquis per occasionem adjectis.' Vide alia exempla ad XXXI. 48. § 2. Mox vocabulum *spe* non adparet in Leid. 2. Deinde *subpeteret*, pro *subpeterent*, Lov. 4. Port. et Hav.

Digitized by Google

§ 10 *Videbaturque æque diuturnus futurus labor, ac Veiis fuisset*] *Videbatur æque*, omissa copula, Harl. 2. et Gaertn. Verum τὸ *que* interceptum puto a proximo vocabulo. Tum *diuturnus labor futurus* Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *et Veiis* Port. et Hav.

Ni fortuna imperatori Romano simul et cognitæ rebus bellicis virtutis specimen maturam victoriam dedisset] Legendum *simul et cognitæ reb. bell. virt. spec. et maturam vict. dedisset*. Rhen. Particulam *et* ante *maturam* ex Borbet. interposuit Rhenanus, et habetur in Vossianis: quæ tamen hic dissociabilia copulat. Victoriam dare fortuna potest: at, ut dicerent Romani, 'fortunam' viris præstantibus 'dedisse specimen virtutis,' numquam cuiquam in mentem venit. Occasiones et eventa fortunæ; facta et opera et consulta præclara animis et viris, datas a fortuna occasiones intelligentibus, adsignabant. Hinc Scipio ad legatos Antiochi XXXVII. 45. 'Romani ex iis, quæ in Deum immortalium potestate erant, ea habemus, quæ Dii dederunt. Animos, qui nostræ mentis sunt, eosdem in omni fortuna gessimus, gerimusque.' Metellus Numidicus apud Gellium I. 6. 'Dii immortales virtutem approbare, non adhibere debent.' Horatius Epist. I. 18. 112. 'Æquum mi animum ipse parabam.' Cicero de Nat. Deor. III. 36. 'Atque hoc quidem omnes mortales sic habent, externas commoditates, vineta, segetes, oliveta, ubertatem frugum et fructuum, omnem denique commoditatem prosperitatemque vitæ ex Diis se habere: virtutem autem nemo unquam acceptam Deo retulit. Nimirum recte: propter virtutem enim jure laudamur, et in virtute recte gloriamur; quod non contingeret, si id donum a Deo, non a nobis haberemus.' Superbe, ne dicam stulte. Sed sic sentiebant, meliorum nescii. Sic mox c. eodem: 'Judicium hoc omnium mortalium est, fortunam a Deo petendam, a se ipsa sumendam esse sapientiam.' Isocrates ad Demonicum: Ἡγοῦ κράτιστον εἶναι παρὰ μὲν θεοῦ εὐτυχίαν, παρὰ δ' ἡμῶν αὐτῶν εὐβουλίαν. Præterea specimen virtutis, quod hic editum est, non fuit ad cognoscendam et probandam Camilli bellicam artem: non enim acie, non corona, non operibus, non legitimo furto aut strategemate, sed admiratione fidei justitiæque Falerios cepit. Hæc duo vitia vulgatæ scripturæ nullis fomentis possunt leniri. Sensum Livii teneo: duas res Camillo victoriam dedisse: primam, quod modeste res humanas æstimantem decebat, fortunam nominat: alteram quod honestum imperatori, specimen virtutis ipsius spectatæ et probatæ alia re, quam proprie militari: hoc et verum, et novum, atque mirum (nam militarem plerumque laudem sequitur victoria) et unice huc congruens. Ad eam sententiam verba sic aptabamus: *ni fortuna imperatoris Romani simul, et cognitæ re non bellica virt. spec., ei maturam vict. dedisset*. Est autem figura loquendi veteribus frequens, ut, exprimendo quid non fuerit, subjiciant cogitandum lectori quid fuerit. Vir eruditissimus, postquam hanc cum eo conjecturam communicassem, subjiciebat, se malle legere, *incognitæ rebus bellicis*: quod in hoc seculum et Romam corruptam belle congruit; non eam quam hactenus enarrat Livius. *J. F. Gron.* quem etiam vide in Epist. ad Nic. Heinsium, edita a Burmanno, in Syllog. Epist. tom. III. p. 251. Legendum esse *imperatoris Romani*, facile quis adsentiatur Gronovio, cum ex illis quæ de fortuna ac virtute disputat, tum quód librarii e compendiaria scriptura *Imp. Rom.* pro suo captu vel arbitrio dativum potuerunt facere pro genitivo. Hearnius quóque se hic in duobus codd. *ei* invenisse testatur; et Guilielm. cap. 4. Quæst. Plaut. Capt. etiam alibi

Digitized by Google

ei, sed alia significatione, quam hic est, in *et* mutatum esse ostendit. Sed conjectura, qua Gronov. pro *rebus bellicis* substituit *re non bellica*, longius recedit a lectione omnium Mss. quam ut ei sine hæsitatione subscribi possit. Verum est, quod hic, et in epist. ad Nic. Heins. dicit, non acie, non operibus, non insidiis, non oppugnando, quæ proprie res bellicæ sunt, sed justitiæ ac fidei exemplo Faliscos a Camillo subactos esse. Sed nihil magnopere obstare puto, quo minus 'res bellicæ' hic pro bello ac tota ratione illius tractandi, gerendi, atque administrandi accipi possit; ut quum dicitur 'res frumentaria,' 'nummaria,' 'uxoria,' 'pastoria.' Ita in scriptura recepta tolerabilis sensus esse potest; ni fortuna imperatori Romano dedisset specimen virtutis, id est, fidei et justitiæ, (ut cap. seq. dicit Livius,) olim in ipso bello, eoque gerendo cognitæ; quam uti Falisci ira odioque adversus Romanos efferati, nec iis similes se, si idem casus sibi datus fuisset, hostibus non præstituros fuisse sciebant, ita neque a duce eorum exspectaverant. *Duk. Fortuna imperatoris Romani* præfert fragm. Hav. a m. sec. *fortuna imperatoris Romano* Leid. 2. et Gaertn. *fortuna imperatori Romani* Hav. Deinde *simul ut cognitis rebus bellicis* Harl. 2. *simul ut cognitæ rebus bellicis* Port. et Hav. *simul et cognitæ rebus bellicis* fragm. Hav. Denique *et maturam victoriam dedisset* omnes codd. mei, nisi quod τὸ *et* a m. sec. erasum sit in Lov. 5. et fragm. Hav. Similiter etiam ante Rhenanum edidit Aldus. Inter errata tamen priorem lectionem revocavit. *Ei maturam victoriam dedit* Oxon. L. 1. et C. quos Hearne laudat. Illud *ei* ex conjectura restituit Gronov. Solent autem vocula *et* atque *ei* in Mss. commutari. Vide ad XLI. 15. § 6. Clericus vulgatam scripturam tuetur, sed brevitatem hic, ut et alibi, Livium obscurum reddidisse putat. Sensum autem hoc modo supplet: *ni fortuna imperatori Romano dedisset* occasionem ostendendi *specimen virtutis rebus bellicis* jam *cognitæ*, sed in aliis quæ ad magnanimitatem pertinent, nondum satis hostibus perspectæ. Nescio an aliis hanc expositionem adprobaturus sit: mihi certe plurimum displicuit. Nam, præterquam quod nemo nimiam brevitatem inter dotes aut vitia Livii retulerit, ut tamen concedamus (id quod Clericus contendit) brachyologiam interdum Livium obscurum reddidisse, si ea fuerit mens quam vir doctus existimat, nihil obscurius, immo nihil ineptius ac vitiosius dici posse, fatendum est. Quis enim, nisi a Clerico doctus, credidisset, 'fortuna dedit specimen' notare, fortuna dedit occasionem ostendendi specimen? Præterea an dicendo 'virtus rebus bellicis cognita' simul indicatur virtutem aliis rebus nondum cognitam esse? Deinde quam bella hæc conjunctio, 'dedit specimen et victoriam,' pro dedit occasionem ostendendi specimen, et dedit victoriam? sensus communis exegisset, ut si 'specimen' notaret occasionem ostendendi specimen, ei juncta 'victoria' similiter notaret occasionem ostendendi victoriam: quod ferri nequit. Solito felicior hic fuit Doujatius, qui verba retineri posse censet, ut intelligantur duo fuisse, quæ celerem Camillo victoriam præstiterint: et fortuna, quæ scilicet occasionem præbuit ostendendæ fidei et humanitatis antea incognitæ, et simul specimen paulo ante ab eo editum satis cognitæ virtutis bellicæ. Ego etiam vulgatum servandum puto, et simul cum eo τὸ *et* a Rhenano insertum, quod secundum Gronovium hic dissociabilia copulat. Verum illud non pro 'atque,' sed pro 'etiam,' adeoque *specimen* non casum quartum esse, ut voluisse

Digitized by Google

videtur Gronovius, sed primum, pute; ut ita jungantur 'fortuna simul et specimen:' totiusque loci hic sensus sit: Tantum abest, ut, quemadmodum futurum videbatur, æque diuturnus ad Falerios, atque ad Veios fuerat, labor exstiterit, ut contra ne longus quidem fuisse dici possit; fortuna enim simul et virtus victoriam etiam maturam seu celerem dedit. Alibi etiam viris doctis fraudi fuit, quod non adtenderint ad illam, vulgo tamen notam, significationem τοῦ *et*. Vide ad XLIII. 14. § 2. Si quis tamen cum Gronovio *cognitæ rebus bellicis virtutis specimen* servari non posse existimet, minori mutatione legere poterit *ni fortuna imperatori Romano*, vel etiam *imperatoris Romani, simul et cognitæ re non bellica virtutis specimen et maturam victoriam dedisset*. Ego tamen editam lectionem servandam puto.

CAP. XXVII. § 1 *Magistro liberorum et comite*] Vide Wouwerium de Polymathia cap. 4. § 18. *Duk. Ac comite* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2.

Plures pueri, quod hodie quoque in Græcia manet, unius curæ demandabantur] Scribo *hodieque in Græcia*. Non hic modo, sed et I. 26. 'Id hodieque publice semper refectum manet.' Ut Suetonius Tito c. 2. 'Staturam ex ebore equestrem, quæ Circensi pompa hodieque præfertur:' ubi etiam vulgo fecerant *hodie quoque*. Nec video rationem, quare illud aurea ætate neminem dicere potuisse contendat Scioppius. *J. F. Gronov. Hodieque* optimæ Latinitatis esse, docuerunt viri docti. Sed quæri potest, an inde consequatur nunquam licere dici *hodie quoque*, et pro eo omnibus locis scriptorum veterum; etiam contra libros Mss. legendum esse *hodieque*? quæ videtur fuisse sententia Gronovii. Non video rationem; nec cur pro eo, quod est in Liv. XXXI. 7. 'Minima accessio semper Epirus regno Macedoniæ fuit, et hodie est,' jubeat scribi, *et hodieque est*. Nam *hodie* pro 'hoc tempore,' et 'usque ad hoc tempus' rectum est. Cic. in Lucullo c. 1. 'In eodem tanta prudentia fuit in constituendis temperandisque civitatibus, tanta æquitas, ut hodie stet Asia Luculli institutis servandis.' Quum variat scriptura librorum, et alii *hodieque*, alii *hodie quoque* habent, semper prætulerim *hodieque*. Sed nondum mihi persuadere possum, non dici Latine *hodie quoque*. In l. 1. § 1. D. de Contrah. Emt. quædam edd. habent, 'Sed an sine nummis venditio dici hodie quoque possit, dubitatur:' aliæ, *hodie quæ*. In libro Florentino inducta est litera *a* in *quæ*, ut sit *hodieque*. Recte ita emendatum esse puto. *Duk.* Locus Scioppii, ubi neminem aurea ætate *hodieque* dixisse affirmat, exstat in Infam. Famiani p. m. 55. quem etiam vide in Judic. de Stil. Histor. p. 58. At eum erasse monuerunt Cellarius in Cur. Poster. p. 63. et Ol. Borrich. in Cogitat. de Ling. Lat. p. 275. et Analect. p. 37. illud *hodieque* scriptoribus, qui aurea ætate linguæ Latinæ vixerunt, in usu fuisse evincentes, non modo exemplo Vitruvii X. 7. sed et duobus Cic. de Orat. I. 22. et in Verr. V. 25. totidemque Livii nostri ex I. 17. 'Hodieque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem jus, vi ademta:' et v. 4. 'Etruriam omnem adversus nos concitare voluerunt, hodieque id moliuntur.' Et hinc tantum non probant conjecturam Gronovii, qui *hodieque*, pro *hodie quoque*, Livii I. 26. § 13. et pro *hodie* XXXI. 7. § 9. sed utroque loco ex conjectura restituit. Addo similiter *hodieque*, pro *hodie quoque*, Gronovium Livio reddere conatum fuisse XL. 12. § 10. eamque vocem integram superesse XLII. 24. 'Pater mihi jugerum agri reliquit et parvum tugurium, in quo natus educatusque sum; hodieque ibi habito.' Obcurrit etiam in

Digitized by Google

lapide, tempore Claudii imperatoris sculpto, apud Grater. p. DII. col. 2. EQVESTRIS. ORDINIS. ORNAMENTVM L. VESTINVM. FAMILIARISSIME. DILIGO. ET. HODIEQVE. IN. REBVS. MEIS DETINEO. Vide etiam Isaac. Voss. ad Melam, l. III. c. 5. p. 544. ed. ult. Quemadmodum autem apud Livium, ita etiam alibi, librariorum culpa *hodieque* partim in *hodie*, partim in *hodie quoque*, abiit. Vide viros doctos ad Valer. Max. II. 2. ex. 6. et v. 6. ex. 2. Facillime enim *quoque* in *que*, et contra *que* in *quoque* in Mss. ob similitudinem ductuum, quibus utraque vox per compendium scribi solet, abire potuerunt. Nam pro *quoque* olim scribebatur *q;*, pro *que* autem *q;* et hujus erroris infinita supersunt exempla in codd. vetustis. Hinc quidam eorum perperam habebant *connubium quoque*, pro *connubiumque*, I. 9. § 2. *hi quoque* c. 32. § 1. *paucis quoque* c. 50. § 9. *eum quoque* Ep. lib. II. *loco quoque* II. 30. § 9. *uno quoque* c. 42. § 8. *cessissent quoque* c. 47. § 3. *multiplicatus quoque* III. 36. § 5. *eodem quoque* VIII. 8. § 14. *uno quoque* c. 16. § 1. *denunciatum quoque* c. 19. § 3. *exutus quoque* c. 42. § 5. *liberi quoque* c. 44. § 2. *dona quoque* c. 58. § 8. *simul quoque* c. 62. § 8. et passim. Et ita sæpius *que*, pro *quoque*, viri docti emendarunt. Vide Rhenan. ad Liv. XXIX. 25. § 12. Gronov. ad II. 40. § 12. ad XLIV. 5. § 13. et ad Epit. Liv. lib. XLVII. et Torren. ad Valer. Max. I. 1. ex. 1. p. 10. Contrarii quoque erroris plura notavi exempla in scriptis obvia. Ita dederunt librarii *nunc-que*, pro *nunc quoque*, I. 17. § 6. *nusque* c. 36. § 1. *minimisque* II. 2. § 2. *eoque* c. 4. § 2. *suasque* c. 6. § 3. *consulesque* c. 45. § 1. *cumque* c. 51. § 1. *ducesque* III. 49. § 3. *consulibusque* c. 55. § 11. *concordiæque* c. 65. § 7. et alibi. Vide etiam Corte ad Plin. Ep. IV. 19. Et hinc etiam *quoque*, pro *que*, non raro a viris doctis Livio aliisque restitutum est. Vide Sigon. ad Epit. Liv. lib. LXVII. J. F. Gronov. ad XXI. 8. § 5. c. 58. § 1. XXII. 17. § 6. c. 26. § 3. XXVII. 14. § 13. XXIX. 22. § 4. et Perizon. ad Valer. Max. II. 9. ex. 8. Ceterum hoc loco omnes codd. in vulgatum conspirant, præterquam quod tota vox *quoque* exsulet a Leid. 2. et Lov. 1. quare nihil etiam mutandum existimo. Præterea τὸ *unius* etiam non comparet in Port. et Hav. Sed, transpositis dictionibus, *curæ unius* præfert Harl. 2. *unius cura* Gaertn. Tum *demandabantur* Harl. 2.

Principum liberos erudiebat] Apud Priscian. l. VIII. p. 823. Alpheus Avitus Excellentiam l. II. 'Tum literator creditus Ludo Faliscum liberos, Caussatus in campi patens Extraque muri ducere, Spatiando paullatim trahit Hostilis ad valli latus.' *Klock. Principium liberos* Leid. 2. a m. pr. et Lov. 3. Vide ad II. 27. § 12. Quos autem hic *principum liberos*, infra 'liberos regis' vocavit Liv. XLII. 47. 'Eadem fide indicatum Pyrrho regi medicum, vitæ ejus insidiantem: eadem Faliscis vinctum traditum prodidorem liberorum regis:' ubi disquirunt viri docti utrum hoc loco alios, quam ibi, auctores secutus fuerit. Livii narrationi hoc loco consentit Alpheus Avitus, a Klockio ad partes vocatus, in cujus verbis lege *creditos:* etiam Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. c. 23. 'Furius Camillus quum Faliscos obsideret, ac ludi literarii magister principum filios ad eum adduxisset.' Frontin. IV. 4. ex. 1. qui similiter, ut Alpheus, *liberos Faliscorum* vocavit: παῖδας *αὐτῶν*, scilicet *Φαλερίων*, Plutarch. in Camill. p. 133. et Zonar. Ann. VII. 22. Idem etiam conligi potest ex Valer. Max. qui 'plurimos et nobilissimos pueros' vocat l. VI. c. 5. ex. 1. quemadmodum παῖδας *οὔτ' ὀλίγους οὔτ' ἀφανεῖς* Dio Coccei. in Excerpt. Peiresc. p. 578.

§ 2 *Quum in pace instituisset, pueros ante urbem lusus exercendique causa*

Digitized by Google

producere] *Quum pace instituisset* Lov. 5. Port. et Hav. Sed τὸ *in* interceptum est ab ultima litera vocis proxime præcedentis. Vide ad x. 13. § 3. *quum in pace restituisset* Lov. 1. Tum *lusus exercendi caussa* Lov. 4. et Harl. 2. Sed conjunctionem servant reliqui omnes.

Nihil eo more per belli tempus intermisso] *Nihil eo more per belli tempus intermisse* Harl. 2. *nihil eo more per belli tempus intermissum* Voss. 1. *nihil ex more per belli tempus intermisso* Leid. 2. et Lov. 2. *nihil ex more per belli tempus intermissum* Lov. 1. *nihilomore, &c.* Flor. a m. pr. in quo recentior emendavit *nihilominus*. An locum corrumpendi caussa exstitit, quod librarius *nihil*, pro *non*, poni ignoraret? Id tamen Livio frequens est. Vide ad xxxvii. 54. § 22.

Dum modo brevioribus, modo longioribus spatiis trahendo] Parva res est, sed ad integritatem Livii et percipiendam hujus loci sententiam necessaria, legendum esse *tum modo brevioribus;* id est, postquam id scelerati consilii cepit. *Dum* non potest ferri, nisi *trahendo* mutes in *trahit:* nec enim verbum, quod ei respondeat ullum adest. *J. F. Gron.* Omnes nostri in vulgatum conspirant. At Hearne auctor est, ex Oxoniensibus suis L. 2. et N. Gronovio *tum* emendanti adstipulari. Error hic, qui facillime ex inperita pronunciatione verba præeuntis oriri potuit, alibi etiam in libris scriptis obcurrit. Vide ad xl. 42. § 7. Præterea *brevibus* habet Hav. Sed Harl. 2. ordine mutato præfert *modo longioribus, modo brevioribus spatiis:* et ita Lov. 5. nisi quod vocem *modo* primo loco omittat. Vox *spatiis* deficit etiam in Hav.

Trahendo eos a porta lusu sermonibusque variatis] *Trahendo lusu eos a porta,* trajectis vocibus, Leid. 2. et Lov. 1. *ab porta* Hav. et Port. Præterea *lusibus sermonibusque* Harl. uterque; quasi voces junctas diverso numero poni librariis religio foret. *Lusus sermonibusque* Flor. Leid. 1. Lov. 1. 4. 5. Port. et fragm. Hav. sed tres posteriores tantum a m. pr. Verum litera initialis vocis seq. perperam in fine præcedentis a scriba repetita est. Vide ad xxviii. 25. § 2.

Progressus, inter stationes hostium castraque inde Romana] Utique *intra;* præsertim cum eadem præpositio et τὸ *castra* regat. De differentia horum vise ad xxxv. 11. *J. F. Gron.* Licet nihil adjuvent libri scripti, puto tamen Gronovium recte *intra stationes hostium castraque* legendum conjecisse. Frequentissimum id est in libris scriptis, ut voces *int'*, sive *inter*, et *int̃*, sive *intra*, ob similitudinem ductuum, quibus ambæ per compendium scribuntur, negligentia et culpa librariorum confundantur. Quædam exempla notavi ad Silii Ital. xiv. 465. Adde Gronov. ad Liv. xxi. 5. § 16. et quæ notavi ad i. 12. § 1. c. 14. § 3. c. 26. § 11. c. 32. § 2. c. 42. § 4. ii. 5. § 2. c. 8. § 4. c. 10. § 13. c. 25. § 5. c. 36. § 4. iii. 60. § 6. c. 68. § 7. iv. 4. § 3. § 6. c. 9. § 6. c. 15. § 3. c. 43. § 3. c. 44. § 2. c. 45. § 8. c. 49. § 9. c. 53. § 13. c. 60. § 5. vi. 9. § 10. c. 14. § 11. c. 34. § 3. c. 40. § 4. vii. 10. § 3. c. 29. § 7. viii. 25. § 5. ix. 12. § 3. c. 13. § 8. xxv. 24. § 15. ubi alia videnda. In his vocibus etiam nunc erratur apud Columell. ix. 14. 'Ut tineæ, si adparuerint, everrantur, papiliones exsecentur, qui plerumque inter alvos morantes apibus exitio sunt:' ubi ex optimo cod. Sangerm. legendum *intra alvos*. Ceterum de differentia præpositionum *inter* et *intra* agit etiam Gronov. ad Liv. i. 10. § 7. Pari modo *super* et *supra* commutari solent. Vide ad xxiii. 36. § 6. Ceterum *progressos* præfert Lov. 2.

§ 3 *Scelesto facinori scelestiorem sermonem addidit*] *Addit* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. quinque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Id ab aliis ideo

Digitized by Google

mutatum fuisse videri posset, quod modo præcesserit *perduxit*. Sed, si eam ob causam fecerunt, id nullo jure factum esse, patebit ex illis quæ notantur ad III. 46. § 9. Quum tamen optimus Flor. *addidit* servet, eique quidam libri concinant, potius existimo, culpa librarii syllabæ *di* geminationem omissam esse. Alibi *addit* et *addidit* commutantur in scriptis. Vide ad II. 24. § 6.

§ 4 *Falerios se in manus Romanis tradidisse*] *Faliscos* Harl. 2. Port. Hav. et edd. vetustæ ante Aldum, quod ex glossemate natum puto. Forte enim margini adscriptum fuerat, per *Falerios* indicari 'urbem Faliscorum.' Alibi sæpe *Falisci*, nomen populi, pro *Faleriis*, nomine urbis, a librariis et antiquis editoribus ponuntur. Vide hoc lib. c. 10. § 2. c. 14. § 7. etiam hoc cap. ad § 9. et ad § 11. Tum ad VI. 7. § 4. Præterea Jac. Perizon. ad Valer. Max. VI. 5. § 1. De nomine urbis et incolarum ejus vide Cluverium Ital. Ant. II. 2. p. 537. Præterea *in manibus* Voss. 1. et Lov. 1. *in manus Romanorum* Hearnii Oxon. C. Utrumque male. Supra I. 54. 'Donec orba consilio auxilioque Gabina res regi Romano sine ulla dimicatione in manum traditur.' Deinde *Romanis in manus tradidisse* alio ordine Gaertn.

Quando eos pueros] *Eo, quod eos pueros* ed. Parm. *quod eos pueros* reliquæ edd. principes, quod Aldus primus mutavit in *quando*. Et ita præferunt omnes scripti. Alterum autem ex alicujus expositione marginali natum est, cui adscriptum fuerat *quando* hic pro 'quod' poni. Vide ad XXXV. 22. § 3. Ex eadem causa sæpe ei substituitur τὸ *quoniam*. Vide ad IX. 8. § 5. Sæpissime autem *quando* pro 'quod,' 'quoniam,' apud Livium obvium esse videbimus ad XL. 9. § 1.

In potestatem dediderit] *In potestate* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 3. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. et edd. antiquæ, pro quo Aldus *in potestatem* substituit. Hoc modo 'dedere in ditionem' est I. 34. 'Deditisne vos populum Collatinum in meam populique Romani ditionem?' 'Dedere in fidem,' 'in potestatem,' XXXIX. 54. 'Dedidisse se prius in fidem, quam in potestatem populi Romani.' Nihil frequentius est in libris scriptis, quam literam *m*, quæ plerumque linea transversa, literæ proximæ inposita, notari solet, tum in media voce, tum præsertim in fine, negligentia scribarum perperam vel omitti, vel addi. Vide ad II. 14. § 4. Deinde *dederit* Lov. 1. 2. 5. et Gaertn. quod et ipsum erranti librario adscribendum puto, ob reliquorum codd. dissensum. Alibi etiam voces 'dedere' et 'dare' commutantur. Vide ad XXXIX. 50. § 9.

§ 5 *Non ad similem, inquit, tui nec populum nec imperatorem scelestus ipse*] *Cui*, pro *tui*, Harl. 2. Similitudo literarum *c* et *t* librarium in errorem præcipitavit. Male etiam ultima vox omittitur in Hav.

§ 6 *Nobis cum Faliscis, quæ pacto fit humano, societas non est*] *Quo pacto fit* Voss. 2. et Lov. 3. Erroris hujus originem vide ad IV. 47. § 3. *Quæ pacto sit humano* Leid. 2. *quæ facto fit humano* Flor. Vide ad IV. 4. § 10. Τὸ *fit* deest in Lov. 1.

Quam ingeneravit natura, utrisque est, eritque] *Quam generavit natura* fragm. Hav. a m. pr. quod recte a m. altera emendatum est. Prima enim syllaba τοῦ *ingeneravit* ejus erat a litera finali vocis prioris. Similia librariorum peccata vide III. 10. § 11. c. 38. § 13. hoc lib. c. 7. § 2. c. 34. § 9. VI. 10. § 3. c. 40. § 4. VII. 4. § 3. c. 38. § 3. VIII. 16. § 1. c. 19. § 9. c. 21. § 5. et alibi. Similiter sæpe præpositio *in* absorberi solet a litera *m*, qua vox præcedens desinit. Vide ad X. 13. § 3. Præterea *quam ingeneravit natura utriusque, est, eritque* Lov. 4. 5. Port. Harl. 2. Hav. et Mediol.

Digitized by Google

ed. 1505. quod Ascensianæ 1513. et 1516. et Parisina 1529. habent in margine. Male. Non enim per 'naturam' intelligitur cujusque hominis indoles et ingenium; sed id quod Cicero aliique 'Deum sive matrem rerum omnium' vocarunt. Nam per 'societatem, quam ingeneravit natura' ea intelligitur quæ profluit ex jure naturæ. *Quam ingeneravit natura virtusque, est, eritque* obferunt Gaertn. et fragm. Hav. etiam non bene. Verbum 'ingenerare' obcurrit etiam apud Cic. in fragm. l. III. Academ. apud Nonium Marc. voce 'Ingeneraretur:' 'In tanta animantium varietate homini ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis et scientiæ:' et Orat. Agrar. II. 35. 'Non ingenerantur hominibus mores.' Mox *sicut et pacis jura*, inserto τῷ *et*, Leid. 2. Lov. 4. et Gaertn. a m. pr. quod tamen hic locum habere non posse per se patet.

§ 7 *Non adversum eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur*] Ita primus edidit Frobenius 1531. eumque recentiores omnes secuti sunt. Sed priores præferunt *adversus*. Et ita invenio in Voss. 2. Leid. utroque, Lov. quinque, Harl. utroque, Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVII. Deinde *ætatem eam*, mutato ordine, Lov. 1. et Leid. 2. Tandem *cui etiam capitis* Harl. 2. eodem errore quo *capita*, pro *capti*, habuimus II. 16. § 9. Mox *lacessiti ab nobis* Port. a m. pr. et Hav. *lacessiti a vobis* Gaertn. Vide ad XXXIV. 2. § 3. Denique *oppugnaverunt* edd. vetustæ. Aldus postea ejus loco reposuit *oppugnarunt:* idque servant omnes manu exarati.

§ 9 *Denudatum deinde eum, manibus post tergum inligatis*] Forte *alligatis*. Solent enim hoc uti pro simplici. Florus II. 11. 'Sed alligati miraculo fuere, quum catenas morsibus et ore tentassent.' Vide ad VII. 24. § 4. *J. F. Gron.* Τὸ *eum* deest in Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Sed, ea voce transposita, *denudatum eum deinde* præferunt Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Deinde *post tergum ligatis* Port. Lov. 4. et Hav. *post terga ligatis* Harl. 2. *post terga religatis* scribendum esse conjecit Ant. Perizonius. At Livius dixit I. 28. 'Exinde duabus admotis quadrigis, in currus earum distentum inligat Mettum:' ubi etiam unus et alter cod. *alligat*. Verbum 'adligare,' pro simplici 'ligare' usurpatum, restituendum etiam Colum. de Re Rust. XI. 2. 'Bonus operarius prati jugerum desecat, nec minus mille ducentos manipulos unus alligat:' ita optimus cod. Sangerm. Vulgo editur *obligat*. 'Restrictis post terga manibus' dixit Frontin. IV. 4. ex. 1.

Reducendum Faleriis pueris tradidit] Ita Aldus primus edidit: et recte. Consentiunt enim omnes scripti, uno excepto Lov. 4. qui, ut ante Aldum edebatur, *Falisios* præfert. Vide hoc cap. § 4.

Quibus proditorem agerent in urbem verberantes] *Qui proditorem* Lov. 3. Tum ultima vox non adparet in Harl. 2. et Port. Eam etiam non habet Frontin. IV. 4. ex. 1. 'Magistrum virgis agendum ad parentes tradidit pueris.' Sed servat Valer. Max. VI. 5. ex. 1. 'Senatus censuit, ut pueri, vinctum magistrum virgis cædentes, in patriam remitterentur:' et Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. c. 23. 'Vinctum eum iisdem pueris in urbem redigendum et verberandum tradidit.' Nihil itaque mutandum.

§ 10 *Deinde a magistratibus de re nova vocato senatu*] *Deinde a magis de re nova* Lov. 1. *deinde ac magis de re nova* Voss. 1. *deinde ac magis de re nova* Leid. 2. et Lov. 5. *deinde et magis de re nova* Lov. 4. *deinde ac mag̃ de re nova* Harl. 1. *deinde a mag̃ d'e nova* Klockian. *deinde a magis de re nova* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr.

Digitized by Google

deinde a magistratu de re nova vett. edd. Sed lectionis, quæ nunc vulgo exstat, auctor fuit Aldus, cum quo faciunt reliqui codd. Præterea *senatu vocato*, alio ordine dictionum, Lov. 5. Paullo ante idem Aldus primus edidit *concursu populi primum facto*, quum antea vulgaretur *primo facto*. Et Aldo consentiunt omnes codd. nisi quod *primum facte* præferat Harl. 1. Vide hoc lib. ad c. 16. § 1.

Tanta mutatio animis est injecta] *Est animis injecta* Harl. 2. *animis est invecta* Gaertn. Sed 'injicere mutationem,' ut 'injicere contentionem' III. 64. § 6. ubi plura vide. 'Injectus' autem et 'invectus' etiam aliis locis in Mss. commutantur. Vide ad Livii IX. 40. § 14. Tum *qui nō efferati odio* Hav. Adparet librarium compendia *mō*, id est *modo*, et *nō*, id est *non*, perperam commutasse. Ita et alibi peccatur. Vide ad IV. 56. § 6. et ad IX. 11. § 11. Tota ea vox deerat in Lov. 3. et in contextu Lov. 2. cujus tamen posterioris margini adscribitur.

Veientium exitum pene] Vet. lib. *exitium*. Sigon. Valeant libri Sigoniani, qui ingerunt *exitium*. Hoc lib. c. 44. Camillus ad Ardeates: 'Non recuso eundem Ardeæ rerum mearum exitum, quem Romæ habui.' VI. 18. Manlius: 'An exitum Cassii Mæliique expectem?' Cicero Phil. II. 1. 'Te miror, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorrescere:' ad Famil. XV. 11. 'Tibi velim hi sint exitus, quos mereris, et quos fore confido:' ubi vides etiam in bonam partem dici. Justinus XIV. 4. 'Taleaque vobis exitus dent, quales vos ducibus vestris dedistis.' Suetonius in Neron. c. 46. 'Daturos pœnas sceleratos, ac brevi dignum exitum facturos.' *J. F. Gron.* *Exitium* ex meis præferunt Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. apud Hearnium Oxoniensis N. Latinii Neapol. et ed. Mediolan. 1505. Malim tamen cum Gronovio et libris integrioribus *exitum*, id est, 'finem,' 'excidium.' Supra I. 48. 'Malo regni principio similes propediem exitus sequerentur.' XL. 5. 'Prospicientes animo exitum incauti a fraude fraterna juvenis.' Florus II. 11. 'Pulcherrimo exitu Thermopylarum et Leonidæ famam adæquavit.' Ita 'exitus' Latinis, et ἔξοδος Græcis pro morte ponuntur. Vide Elsneri Observ. ad Lucæ Euang. c. 9. vs. 31. et Bauldr. ad Lactant. de Mortib. Persecut. c. 1. quod 'exitum vitæ' plene dixit Liv. XXXIX. 51. 'Hic vitæ exitus fuit Hannibalis.' 'Exitus' autem et 'Exitium' alibi sæpe commutantur in libris scriptis. Vide Cortium ad Sall. Cat. c. 55. § 6. et viros doctos ad Valer. Max. I. 6. ex. 10. Neque miramur ita olim libraries peccasse, quum neque hodie, quorum cura libri typis descripti prodeunt, satis diligenter ab hoc errore caveant. Ita nupera Amstelædamensis Livii ed. præfert XXV. 16. 'Quando res quoque Romana, quæ prope exitum clade Cannensi venisset, in dies melior atque auctior fieret:' ubi scripti et editi constanter legunt *prope exitium*. Hoc loco autem etiam ὁμοιοτέλευτον *Veientium exitium* ingratius auribus accidit.

Quam Capenatium pacem] *Capenatum* Voss. 2. Lov. 4. et fragm. Hav. Sed altera forma, quam defendunt reliqui scripti et omnes typis impressi, dixit hoc lib. c. 8. 'Auctum est bellum adventu repentino Capenatium atque Faliscorum:' ubi duo tantum codd. *Capenatum* præferunt. Et ita *Laurentium*, *Fidenatium*, *Veientium*, *Privernatium* potius quam *Laurentum*, *Fidenatum*, *Veientum*, *Privernatum*, Livius dicere solitus est. Vide hoc lib. ad c. 15. § 11. Mox *universam poscerent* pro *universa posceret*, Lov. 1. a m. pr.

§ 11 *Qui dederent Falerios*] Ita primus iterum Aldus vulgari curavit: neque aliter est in scriptis meis; nisi

Digitized by Google

quod Lov. 4. præferat *Faliscos:* quomodo etiam priores edd. habent. Vide hoc cap. ad § 4. Voces *qui dederent, &c. ad senatum* deerant in Lov. 3. Cui errori ansam dedit repetitio *τῶν ad senatum.* Vide ad IX. 11. § 11. Paullo ante *celebratur,* pro *celebrantur,* Lov. 2. Alii tamen omnes vulgatum tuentur.

§ 12 *Victoria, cui nec Deus, nec homo quisquam invideat*] *Victoriam* Flor. quasi construendum foret 'nos dedimus victoriam,' a verbo 'dare,' quum sit a verbo 'dedere,' et jungi debeant 'victi victoria.' Prius *nec* exsulat a Leid. 2. et Lov. 1. Mox in verbis seqq. *a vobis et ab imperatore vestro* Hav. addita præpositione *ab.* Et solitum fuisse Livium eam repetere, videbimus ad VI. 28. § 6. Hic tamen, reliquis, et inter eos optimis, codd. invitis, a vulgato non recedo. Ceterum hæc loquendi forma Donjatio nova et hypallagen redolens vocatur; non enim victoriæ, sed victoribus invideri solere. Verum eadem forma Cicero aliique optimi scriptores infinitis locis usi sunt, 'invidere' non tantum 'homini' dicentes, sed et 'rei.' Ita 'invidere honori' Liv. lib. XXXVIII. cap. 47. et Cic. Orat. Agrar. II. in fin. 'invidere laudi et gloriæ' de Orat. II. 51. 'invidere fortunæ' ibid. c. 52. 'invidere gloriæ' Valer. Max. V. 1. ex. 10. et Curtius VI. 9. Ipsum illud 'invidere victoriæ' obcurrit apud Petron. in Satyr. c. 80. 'Adtulissem mihi damnatas manus, si non inimici victoriæ invidissem.' Cum similes loquendi formæ novæ videntur, næ ille parum in lectione optimorum scriptorum profecit.

Sub imperio vestro, quam legibus nostris] *Quam sub leg. nostris* Harl. 2. et Hav. *quam sub legibus vris,* id est *vestris,* Gaertn. Vide ad l. IV. c. 58. § 4. Verum hic quoque sine consensu meliorum codd. illud *sub* recipere non audeo. Paullo ante *victori* deficit in Lov. 4.

§ 13 *Duo salutaria exempla prodita humano generi sunt*] *Duo salubria ex. prod.* Lov. 2. *duo exemplaria prodita* Leid. 2. invitis reliquis. Præterea *generi humano prodita,* serie vocum mutata, Lov. 4.

Nos, fide provocati, victoriam ultro detulimus] Secunda vox non comparet in Voss. 2. Sed *nos fidem provocati* habet Gaertn. Voces *victoriam maluistis: nos fide provocati* exsulant a Port. sed errore librarii, cui obfendiculo fuit vocis *victoriam* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 14 *Sub ditione vestra sumus. Mittite, qui arma*] *Sub dictione vestra* fragm. Hav. a m. pr. ut sæpe alibi. *Τὸ vestra* deficit in Hav. Deinde *Mitte, qui arma* Leid. 2. Alterum tamen a manu emendatrice margini adscriptum est.

Qui urbem patentibus portis accipiant] *Capiat* Voss. 2. *capiant* Lov. 3. Deinde *nec vos imperii vestri* Hav. *nec nos imperii nostri* Gaertn. Utrumque mendose. Vide ad XXXIV. 2. § 2.

§ 15 *Ut populus Romanus tributo vacaret, pecunia imperata*] *Ne pop. Rom.* Voss. 1. et Lov. 3. *ut populi Romani tributo vacaret* Lov. 4. sed prima vocula abest a Leid. 1. Harl. 1. et Gaertn. Tum *pecunia impetrata* Voss. 1. a m. pr. Paullo ante *et ab hostibus et ab civibus* Port. et Hav. Prius *et* deest in ed. Parm. Præterea præpositio *in* desideratur in Lov. 5.

Exercitus Romam reductus] Mediam vocem non agnoscunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *deductus* Hav. Utrumque 'deducere' et 'reducere' in hac re Livius adhibuit. Vide ad VI. 26. § 7. Sequor itaque et plures et meliores codd. ac nihil mutandum existimo.

CAP. XXVIII. § 1 *Quam quum triumphantem albi per urbem vexerant equi*] Cuperus ad Auct. de Mortib. Persec. cap. 16. bene respondet Freinsh. qui disputat, non recte quosdam tradere

Digitized by Google

Camillo vitio datum, quod albis equis triumphaverit. *Duk.* Freinshem. in Indice Flori voce 'Equum' Livium nihil aliud his verbis indicasse docet, quam si dixisset 'quam quum triumpharet,' et mentem ejus tantum fuisse, ut compararet gloriam eam, quam in Faliscis tanta fide et justitia Camillus pepererat, cum triumpho, quem alibi fortibus factis quæsierat: errasse itaque Godelevæum, qui ita Livium explicat, quasi vitio datum fuerit Camillo, quod albis equis usus sit in triumpho. Alios enim, sed in primis poëtas, dicendo 'albi per urbem vehunt equi,' triumphum circumloqui solitos esse. Quod de poëtis aliisque dicat, verum est. Id etiam verum est, Livium hic comparare velle gloriam, sive laudem quam Camillus ad deditionem adactis Faleriis reportavit, cum ea quam expugnatis Veiis retulit. At simul negari nequit, Livium nominatim memorando 'albos equos' respexisse ad invidiam, quam Camillum contraxisse curru albis equis juncto urbem invehendo dixit cap. 23. ubi factum illud 'parum non civile modo, sed humanum etiam visum,' et 'Jovis Solisque equis æquiparari dictatorem in religionem etiam tractum' fuisse addit: quum victoriam nunc partam eam esse testentur Falisci, 'cui nec Deus nec homo quisquam invideat,' cap. præc. Errat etiam eodem loco Freinshem. ubi, probaturus equos triumphantium albos fuisse, laudat Florum I. 5. § 6. Verum ibi Florus tantum tradit, 'inde,' id est, a Tuscis, esse, 'quod aureo curru, quatuor equis triumphatur;' sed de colore equorum nihil addit. Eos tamen post Camillum a triumphantibus albos adhibitos fuisse, recte ex locis, quæ laudavit, colligitur. Erravit itaque Plutarch. in Camillo, scribens non modo nullum imperatorum priorum id fecisse, sed insuper etiam nullum insequentium Camilli exemplum imitatum esse, p. 132. Τάτε ἄλλα σοβαρῶς ἐθριάμβευσε, καὶ τέθριππον ὑποζευξάμενος λευκοπώλων ἐπέβη, καὶ διεξήλασε τῆς Ῥώμης, οὐδενὸς τοῦτο ποιήσαντος ἡγεμόνος πρότερον, οὐδ' ὕστερον. Errorem hunc Plutarchi jam castigavit Freinshem. ad Curtium III. 3. § 11. quæ pars animadversionum ejus in ultima ed. recisa est. Maderus vero ad Onuphr. Panvin. de Triumpho c. I. p. m. 1367. suspicatur, verba Plutarch. non ad equos albos, sed ad currum, quo Camillus usus est, referenda esse, quem ex aliqua Jovis æde desumtum esse a Camillo arbitratur. Ceterum *triumphantes albi equi* Flor. De caussa hujus erroris librarii vide ad VI. 3. § 8. *Triumphantem alibi per urbem vexarent equi* Lov. 4. *alibi*, pro *albi*, etiam Lov. 5. a m. pr. Paullo ante, transpositis vocibus, *multo meliore laude* exhibet Gaertn.

Tacite ejus verecundiam non tulit senatus] Lego *taciti:* quamvis tacentis ipso adspectu admoniti nihil prius habuerunt quam ut voto fungerentur. Non sustinuerunt vel tacentem videre. Cic. in Verr. I. 11. 'Id enim consilii mihi profecto taciti dabatis.' *J. F. Gronov.* Cic. Orat. Cat. I. 8. 'Quid exspectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis?' Omnes tamen codd. in *tacite* conspirant, nisi quod *tacitæ* sit in Lov. 3. Præterea *liberarentur* Lov. 5. ut vox *senatus*, tamquam conlectivum nomen, cum verbo plurali construatur. Vide ad IV. 58. § 4. Sed reliqui omnes adversantur; quare huic uni eam lectionem obferenti credere nimis audax ac temerarium foret.

§ 2 *Crateramque auream donum Apollini*] Vide quæ notantur hoc lib. c. 25. § 10. *crateraque auream* est in Lov. 5. Conjunctio *que* exsulat a Leid. 2. et Lov. 1. Etiam vox *Delphos*, quam agnoscunt omnes codd. deerat in vetustioribus edd. Verum recte eam receperunt ed. Parm. et postea Aldus; hinc autem reliqui. Mox *legatos*

Digitized by Google

qui præfert Lov. 4. a m. pr. *legatis qui* a m. sec. *legatique* Lov. 2.

L. Valerius, L. Sergius, A. Manlius] De his legatis vide hoc lib. ad c. 26. § 2. Ceterum *A. Manilius* Voss. uterque, Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. *A. Mamillius* Lov. 1. *A. Mamillius* Port. *A. Manulius* Lov. 5. *A. Manilus* Harl. 1. Vide ad XXXIV. 53. § 2.

A piratis Liparensium exoepti devehuntur Liparas] Præpositio *a* deest in Gaertn. *ab piratis* habent Port. et Hav. Tum *Lipatentium* Gaertn. *Lipatensium* Lov. 5. *Liparentium* Leid. 2. et Lov. 3. Hinc *devenitur* fragm. Hav. Ita 'veho' et 'venio' eorumque composita in scriptis confundi, vidimus ad III. 23. § 3. Adde ad IV. 11. § 2. c. 12. § 9. et alibi. Tandem *Liparus* Gaertn. Sed *Liparæ* numero plurali æque, ac singulari *Lipara*, sive apud Silium XIV. 57. more Græcorum *Lipare*, formatur. Jul. Obseq. de Prodig. cap. 89. 'Ad insulam Liparas mare efferbuit:' ubi hanc lectionem contra Scheffer. *Liparam* reponentem, recte defendit Oudendorp.

§ 3 *Velut publico latrocinio partam prædam dividere*] *Publico latrocinio in partam prædam* Harl. 2. Port. et Hav.

Forte eo anno in summo magistratu erat Timasitheus] *Sorte* Voss. 2. Lov. 3. et Neapol. Latinii. Id si placet, verba ita erunt distinguenda: *prædam dividere sorte. Eo anno in summo mag.* Sæpius autem vocabula hæc *sorte* et *forte* in libris scriptis confundi solent. Vide ad I. 9. § 15. Ob aliorum tamen in vulgatum conspirantium consensum nihil mutandum censeo. Deinde *eo anno* perperam omittitur in Leid. 2. et Lov. 1. vox *summo* in Lov. 4. Tum *Thimasitheus* legunt Voss. ambo, Lov. 5. et Hav. *Thimasicheus* Lov. 2. *Thimatheus* Leid. 2. et Lov. 1. *Timasiteus* fragm. Hav. a m. pr. Sed nihil muto. Τιμασίθεος enim etiam vocatur Diod. Sicul. Biblioth. l. XIV. p. 445. Nomen autem apud Græcos obvium esse, evincunt Τιμησίθεος, Cleomenis frater, Lacedæmonius, apud Herodot. v. 72. aliique eodem nomine dicti, quos memorat Cuperus in Apoth. Hom. p. 296. Mox *Romanus*, pro *Romanis*, Lov. 4. et *ver*, pro *vir*, sine sensu Hav.

§ 4 *Donumque et Deum, cui mitteretur, et doni causam veritus ipse*] *Intelligens* desideratur Livii in exemplaribus, vel quid simile, hoc modo: *et doni causam intelligens: veritus ipse*, &c. Pighius in Annal. ad a. CCCLIX. p. 220. Post septimam vocem desiderari *intelligens*, vel quid simile, monet Pighius. Quid igitur *veritus*? An obscurum est dici, Timasitheum legatorum nomine, denique, et Pythii, et causæ doni, hoc est, victoriæ et religionis populi Romani, reverentiam ipsum habuisse, et habere suos docuisse? *J. F. Gron.* Recte Gronovius. 'Vereri' hic est venerari, revereri. Livius XXXIX. 37. 'Veremur quidem vos, Romani, et, si ita vultis, etiam timemus; sed plus et veremur et timemus Deos immortales.' Cic. ad Q. Fratr. I. 3. 'Quam meus Cicero et amabat, ut fratrem, et jam, ut majorem fratrem, verebatur:' ad Fam. IX. 5. 'Magis illos vereor, qui in bello occiderunt, quam hos curo, quibus non satisfacimus, quia vivimus.' Ovid. Trist. l. v. el. 6. vs. 31. 'Ceditur et cæcis, et quos prætexta verendos, Virgaque cum verbis imperiosa facit.' Ex Pont. l. III. el. 1. vs. 143. 'Curia cum Patribus fuerit stipata verendis.' Ceterum *cui mitterentur* Leid. 2. qui etiam non agnoscit τὸ *ipse*. At ceteri codd. in vulgatum conspirant. Insuper duæ voces *et Deum* aberant a Lov. 5.

Quæ semper ferme regenti est similis, religionis justæ implevit] *Quæ ferme semper* fragm. Hav. Tum *regenti similis est* Hav. Tandem *justæ religionis implevit* Leid. 2. Sed voces *religionis justæ* male omittuntur in Gaertn.

Digitized by Google

sola vox *religionis* in Lov. 1.

Adductosque in publicum hospitium legatos cum præsidio etiam navium] *Adductos*, omissa copulante particula *que*, Lov. 2. *adductusque* Gaertn. et Hav. *abductosque* Lov. 5. et Port. Solent verba 'abducere' et 'adducere' passim in libris scriptis confundi. Vide ad XXVII. 29. § 1. Tum *hospitium* deficit in Lov. 4. Insuper *etiam cum præsidio*, in aliam seriem digestis dictionibus, præfert Lov. 5. At, voce inserta, *deinde cum præsidio etiam* Harl. 2. Gaertn. Port. et Hav. Mox *persecutus* Lov. 5. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX.

Romam inde sospites restituit] *Hospites* præferunt Flor. et Leid. 2. Sed alibi etiam hæ voces commiscentur a librariis. Vide Bentl. ad Hor. Od. III. 8. 14. Deinde *restuit* Harl. 1.

§ 5 *Hospitium cum eo senatusconsulto est factum*] Primam vocem omittunt Lov. 2. 3. 4. et 5. a m. pr. Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Deest etiam in Gaertn. qui insuper præfert *quom eo senatusconsultum est factum*: et ita Lov. 2. in marg. ac Lov. 4. nisi quod in illis *cum eo* sit. *Cum eo senatusconsultum est factum* Lov. 3. Vox *hospitium* intercepta fuisse videtur a præcedenti *sospites*. Deinde quum per notas scriptum foret *S. C.* indocti librarii id non adsecuti reddiderunt *senatusconsultum*, vel *senatusconsultus*; quum deberent *senatusconsulto*: unde etiam factum ut $\overline{SOC}$ legatur in Flor. Vide ad XXXVIII. 60. § 1. Porro *cum eo senatusconsultum factum est* Harl. 2. *cum senatusconsulto est factum* Voss. 1. *tum senatusconsulto est factum* Lov. 1. *Hosp. tum senatusconsulto factum est* Leid. 2. *Hosp. eo senatusconsulto factum est* Hav. *ex senatusconsulto est factum* Lov. 5. *factum est* etiam Port.

Donaque publice data] *Donoque publice datum* Gaertn. *donum publice data* Port. *donaque publice datum* fragm. Hav. a m. pr. *donum publice datum* a m. sec. quod idem servat etiam Hav. *donumque publice datum* Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. In tabula, partim Græca, partim Latina, quam edidit Gruter. in Inscript. p. DIII, ΞΕΝΙΑΤΕ. ΑΤΤΟΙΣ. ΚΑΤΑ. ΤΟ. ΔΙΑ-ΤΑΓΜΑ. ΤΟΠΟΝ. ΠΑΡΟΧΗΝΤΕ. ΤΟΝ ΤΑΜΙΑΝ. ΤΟΝ. ΚΑΤΑ. ΠΟΛΙΝ. ΤΟΥΤΟΙΣ. ΜΙΣΘΩΣΑΙ. ΑΠΟΣΤΕΛΛΑΙΤΕ ΚΕΛΕΥΣΩΣΙΝ. Quod ita Latine redditur: MVNVSQVE. EIS. EX. FORMVLA LOCVM. LAVTIAQVE. Q. VRB. EIS. LOCARE. MITTEREQ. * * ubi in tabula Latina *munus* dicitur, quod in Græca dictum fuerat ξένια. Sæpissime tamen Livio in hac re numerus pluralis placuit. Infra XXVII. 4. 'Legatos cum donis ad regem misit, &c. Dona tulere togam, et tunicam purpuream, sellam eburneam, pateram.' XXX. 17. 'Munera, quæ legati ferrent regi, decreverunt: sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis, et lato clavo tunicis,' &c. XXXI. 11. 'Dona ampla data, quæ ferrent regi, vasa aurea argenteaque, toga purpurea, et palmata tunica,' &c. XLV. 17. 'Munera ex senatusconsulto emere regulo quæstor jussus ex centum pondo argenti.' c. 44. 'Munera ei ex sestertiis * jussa dari, et vasorum argenteorum pondo quinquaginta.' Quum itaque optimi codd. hic quoque vulgatum servent, id probandum esse, nullus dubito.

Eodem anno in Æquis varie bellatum] *Eodem bello* Lov. 2. Tum *cum Æquis* Lov. 5. *in Æquos* Hav. quod dictum esse potest, quemadmodum 'bellum in Italiam,' de quo vide ad Epit. Liv. lib. XXI. Quum tamen reliqui codd. constanter *in Æquis* servent, duorum et quidem istorum codd. auctoritas haud tanti ponderis videtur, ut vulgatum mutemus. *In Æquis* est in regione, in agro Æquorum. II. 60. 'In Æquis inter consulem ac militem comitate ac beneficiis certatum est.' Similiter 'in Volscis,' 'in Veientibus,' II. 31. 'Dum hæc in Volscis geruntur.' c. 34. 'In Volscis Pomptino-

Digitized by Google

que, ne emi quidem potuit.' cap. 45. 'In Veientibus quidem nihil dignum memoria gestum est.' v. 10. 'Bellum multiplex fuit eodem tempore, et ad Veios, et ad Capenam, et ad Falerios, et in Volscis.' c. 13. 'Anxur in Volscis brevi receptum est:' utroque proximo loco in quibusdam etiam codd. *in Volscos* inveni. Pariter *in Volsco*. Vide ad II. 59. § 5.

Adeo ut in incerto fuerit] *Ut in incertu* Port. a m. pr. *ut in incerte* Leid. 1. *ut in incertum fuerit* Lov. 1. et 2. *ut incertum fuerit* Leid. 2. *ut incerto* Harl. 2. et Hav. Sed vocalem *in* elisit prima syllaba vocabuli seq. Pari modo peccatum erat I. 17. § 9. IV. 13. § 7. c. 23. § 3. hoc lib. c. 49. § 9. VIII. 6. § 3. c. 33. § 6. et alibi. *Ut incertum* autem ex alterius lectionis interpretatione natum est: *in incerto fuerit* omnino genuinum est. Sallust. in Cat. c. 41. 'Allobroges diu in incerto habuere, quidnam consilii caperent:' ubi videndus est Cortius. Talia sunt, 'in facili,' 'in dubio,' 'in obvio esse,' similiaque alia, de quibus vide ad Liv. l. III. c. 8. § 9. Ita 'in incerto relictum est' VIII. 6. 'Exanimatum auctores quoniam non omnes sunt, mihi quoque in incerto relictum sit.'

Vicissent, victine essent] *Victive essent* Port. errore ex similitudine literarum *n* et *u* in scriptura Longobardica nato. Similiter erratur etiam II. 40. § 13. hoc lib. c. 54. § 1. VI. 14. § 10. VIII. 7. § 4. ac pluribus locis. Vel etiam librario displicuit, particulam dubitandi priori loco omitti. De quo vide ad II. 8. § 8. Infra VII. 25. 'Ut dubii discesserint, in castra Galli, Græci retro ad naves, victos se, an victores putarent.' Val. Max. III. 2. ex. 8. 'Victores, an victi discederent, incerti [abierunt:' ita malo ex Mss. Vide ad IV. 55. § 8.

§ 6 *C. Æmilius, Sp. Postumius*] *Claudius Æmilius* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad v. 26. § 2. Sed Æmilii prænomen non comparet in illis quæ has vetustiores sequuntur. At recte primus Aldus reposuit *C. Æmilius*, cum quo etiam faciunt omnes, quibus utor, codd. Et sane cur Æmilius cognomine privaretur, quod in Postumio collega non omittitur?

Primo rem communiter gesserunt] *Rēne*, pro *rem*, male Hav. Hinc *incommuniter* Flor. Sed prima syllaba ejus vocis nata est ex litera finali vocis præced. Vide ad v. 23. § 5. Mox non melius Hav. *fusis inde ab hostibus:* ut nec Voss. 1. et Leid. 2. *fusis inde acie hostium*. Lov. 4. præfert *fusis inde ac fugatis acie hostibus*. Verum vocibus *ac fugatis* subjiciuntur notæ, indices eas perperam scriptas ac delendas esse. Tum *obtinere placuit, &c. pavorque inde Verruginem* desunt in Harl. 2. Sed repetitio *τοῦ Verruginem* librario fraudi fuit. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 7 *Ibi eum incomposito agmine negligentius ab re bene gesta euntem*] *Ibi cīm*, sive *enim*, Lov. 2. Tum *in conspectu agmine* Port. a m. pr. *incompositio agmine* Hav. Deinde *negligentius* Leid. 1. et optimus Flor. Vide ad II. 11. § 4. Tandem *eundem* idem Leid. 1. Lov. 4. Harl. 1. et Klockian. errore, ut videtur, ex vitiosa dictantis pronunciatione orto. Vide ad VII. 16. § 3.

In proximos compulere tumulos] *Contulere* Port. aberratione manifesta scribæ, quomodo hoc genus hominum sæpe peccavit. Ita confuderunt verba 'extulit' et 'expulit:' (vide Burmann. ad Nason. Fast. VI. 245.) 'protulit' et 'propulit:' (vide viros doctos ad Val. Max. I. 4. ex. 2.) 'detulit' et 'depulit:' (vide quæ notavi ad Silii Ital. l. IX. vs. 395.) Mox *inde in Veruginem*, addita media voce, Lov. 5. Sed ea perperam repetita est ex vocis præced. compendio *iñ*, sive *inde*. Vide ad XXXVII. 31. § 4.

§ 8 *Quum concione advocata terrorem increparet*] *Errorem* Voss. 2. Passim ita lapsi sunt librarii indocti. Vide

Digitized by Google

ad XXIV. 30. § 6. Paullo ante *in tutum rec. suis*, alio verborum ordine, Voss. 2. *in tutum receptū* male præfert Hav. In verbis seqq. *ab ignavissimo ac fugacissimo* Flor. Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. uterque, Port. Hav. et fragm. Hav.

Conclamat universus exercitus, merito se ea audire] *Exercitus universus* Lov. 1. et Leid. 2. Deinde *se audire ea* Harl. 2. Port. et Hav. Mox *et fateri et admissum* Hav.

Sed eosdem correcturos esse] *Correpturos esse* male Lov. 3. fragm. Hav. a m. pr. et apud Hearnium Oxon. N. Alibi ita peccarunt librarii. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 94. § 7. et supra dicta ad Livii II. 28. § 5. 'Corrigere' non tantum est verbis, sed etiam, ut hoc loco, factis emendare. Vide Burmann. ad Ovid. Fastor. v. 311. Proprie autem 'corrigere' est in rectum, in melius restituere. Vide eumdem Cortium loco laud. et ad Jug. c. 3. § 2.

§ 9 *Ea in conspectu erant posita in plano*] Antiqua lectio *et in conspectu erant*. Suspicor simpliciter scribendum *in conspectu erant*. Rhen. Vet. lib. *et in conspectu erant posita in plano*. Sigon. Sigonius putat legendum *et in conspectu*. At mihi placet, si abolita parenthesi legatur, ut habetur in Pall. duobus atque ed. Camp. *quæ in conspectu erant posita in plano*. Pal. 2. refert *quæ et in conspectu erant posita*. Andreas vero edidit *et ea in conspectu erant posita*. Gebhard. Vetustissimæ edd. præferunt *et ea in conspectu;* pro quo Aldus subposuit *ea in conspectu*, quod superest in Lov. 5. a m. sec. Rhenani deinde emendationem Frobenius 1535. recepit: *et in conspectu* præferunt Flor. a m. pr. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. 5. a m. pr. Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. *quæ in conspectu* Flor. a m. sec. Voss. 2. et Lov. 3. *quæ et in conspectu* Hav. Rhenanum verum vidisse puto, quod, nisi fallant excerpta, servant Leid. 2. et Harl. ambo. Adparet, indoctis librariis id nimis abruptum visum fuisse, ideoque eos id varie supplere conatos esse. Sed, Livio frequens esse, ita abruptas, certe connexione defectas, parentheses facere, observat Gronov. hoc lib. ad c. 32. § 8. ubi etiam Rhenano de hujus loci vera lectione consentit. Plura vide ad XL. 57. § 3. Insuper Klockius etiam vocem *posita* uncis circumscripserat, quasi eam a mala manu additam, ideoque resecandam, et locum ita legendum crederet, *ea in conspectu erant in plano*. Verum τὸ *posita* in omnibus superest scriptis et inpressis, et passim etiam in hac re adhiberi solet. Supra I. 21. 'Castra, non urbem positam in medio, ad sollicitandam omnium pacem, credidere.' XXII. 24. 'Castra, quæ in monte alto ac tuto loco posita fuerant.' XXXVIII. 13. 'In finibus Pisidarum posita est urbs.'

Nihil pœnæ recusabant, ni ea ante noctem expugnassent] *Nihil pœnæ recusabatur* Hav. Verum de hoc errore, sæpissime in Mss. obvio, agam ad XXXVIII. 40. § 1. Tum *nisi ea ante noctem* Hav. Vide ad XXIII. 1. § 8. *nisi ante noctem ea* Lov. 2. *ni ea nocte* Lov. 4. *ni i ea ante noctem* fragm. Hav. a m. sec. Tandem *expugnasset* Harl. 2.

§ 10 *Præliumque ante lucem (sed luna pernox erat) commissum est*] *Prælium ante lucem*, omissa conjunctione *que*, Hav. qui etiam *pronox* præfert errore scribæ. Passim enim compendia scribendi non adsecuti librarii τὰ *per*, *præ*, et *pro* inter se commutarunt. Vide ad IX. 10. § 7. Voce *pernox* etiam alibi Livius usus est. Infra XXI. 49. 'Præsensum tamen est, quia et luna pernox erat, et sublatis armamentis veniebant.' XXXII. 11. 'Nocte itinera fieri jubet: et pernox forte luna erat.' Similiter Plinius Hist. Natur. II. 9. 'Luna alias pernox, alias sera, et parte diei

Digitized by Google

solis lucem adjuvans.' Ovidius Met. VII. 268. 'Addit et exceptas Luna pernocte pruinas:' ubi videndus est Nic. Heinsius. Paullo ante hoc §. *Conlaudatosque corpora curare*, pro *Conlaudatos corpora curare*, Gaertn. *et non ab ea via*, pro *ut ab ea via*, Lov. 3.

Et haud incertius diurno prælio fuit] Ita primus edidit Jac. Gronovius, quem Clericus secutus est. Et illa etiam lectio exstitit in Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. 4. 5. Port. Harl. 2. et Gaertn. Antea vulgati præferunt *prælium fuit*, quod servant reliqui scripti, et inter eos optimi. Neque aliter Hearne in Oxoniensibus invenisse videtur, qui, monens Gronovium edidisse *prælio*, nullius eorum consensum memoravit. Utrumque dici potest, 'haud incertius diurno prælio,' et 'haud incertius diurno prælium fuit.' Vide ad III. 9. § 4. Sed *prælium* nunc displicuisse videtur, quod mox præcesserit. Posset etiam tota vox omitti, et ex præcedentibus intelligi. Quum tamen in ea servanda conspirent omnes codd. et Livius easdem voces repetere passim soleat, ut vidimus ad I. 3. § 9. nihil mutare audeo. Præterea *incertius divino* Hav. *incertius diuturno* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 5. et Gaertn. Sed soliti sunt librarii has voces inter se commutare. Vide ad IV. 12. § 10. c. 24. § 6. et alibi; etiam Burm. ad Suet. Aug. c. 64.

§ 11 *Quum castra Romana crederent obpugnari, tantum injecit pavoris*] *Expugnari* Harl. 2. et Port. quomodo alibi sæpe in Mss. peccatur. Vide ad XXI. 57. § 6. Tum *tantum ingessit pavoris* iidem Harl. 2. et Port. ut et Lov. 4. et 5. Ita etiam alibi lapsi sunt scribæ socordes. Vide Burmann. ad Nason. Metam. v. 346. Similiter commutantur voces 'congessit' et 'conjecit.' Vide ad III. 38. § 7. Locutionem autem 'injicere pavorem' inlustravi ad II. 36. § 3. Verbum *injecit* perperam deficit in Lov. 3.

Nequidquam retinente atque obsecrante Æmilio, Tusculum palati fugerunt] *Nequiquam* hic et mox § 13. Leid. 1. sed hoc loco tantum Flor. Vide ad XL. 49. § 7. *Nec quicquam* Lov. 3. et Voss. 2. Tum *palati* quidem edd. principes Rom. 1472. ac Parm. Sed eam secuti *palantes* substituerunt; pro quo Aldus recte *palati* revocavit. Et ita præferunt omnes scripti. Vide ad I. 11. § 1.

§ 12 *Postumium exercitumque occisum*] *Postumium inexercitum occisum* Harl. 2. *Postumium inexercitumque occisum* Port. Sed prima syllaba *τοῦ inexercitum* male repetita est ex ultima litera vocis præced. Vide hoc lib. ad c. 23. § 5.

Qui, ubi prima lux metum insidiarum, &c. sustulit] *Quibus prima lux* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. et Hav. *Quibus ubi prima lux* fragm. Hav. a m. sec.

Metum insidiarum effuse sequentibus sustulit] Hoc non videtur accipi posse, nisi de Romanis, ut hi dicantur 'effuse secuti hostes fugientes.' Sed e sequentibus adparet, tum nondum fugisse hostes. Etiam, quod paullo ante dicit, 'haud incertius diurno prælio fuit,' obscuram ac difficilem sententiam habet. Mihi plane tenebræ sunt in hoc loco. *Duk.* Vir doctus ad marginem ed. Corionis scribendum conjicit *ab effuse sequentibus*. Verum ita dubium manet, utrum jungendum existimet 'metum insidiarum ab effuse sequentibus,' id est, metum insidiarum, quem injiciebant effuse sequentes, quo sensu 'metus,' 'terror,' 'timor ab aliquo' Livio frequens est; an vero 'ab effuse sequentibus sustulit.' Et hæc forte ratio est cur Livius maluerit sine præpositione efferre.

Ut non ultra sustinuerint impetum Æqui] *Sustinerent* Hearnii Oxon. L. 1. *sustinuerunt* Harl. 2. *non ita sustinuerunt* Klockian. Paullo ante *tantum metum injecit ardoris* Lov. 5. in

Digitized by Google

quo manus altera duas priores insiticiæ vocis literas delevit, ut solum supersit *tantum tum injecit arderis.* Sed vox *metum* ex præcedentibus tota repetita est.

§ 13 *Tristemque ab Tusculo nuncium, &c. literæ a Postumio laureatæ*] Livius XLV. 1. 'Tabellarius, qui se ex Macedonia venire diceret, reddidisse laureatas literas dicitur.' Ammian. l. XVI. sub finem: 'Laureatas literas ad provinciarum signa mittebat, se inter primores versatum cum odiosa sua jactatione significans.' *Klock.* Vide Lindenbrog. ad eum locum, Salmas. ad Lamprid. in Alex. Sev. c. 58. et Brodæum Miscell. I. 38. Ceterum *a Tusculo* Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. contra *ab Postumio* Port. et Hav. Paullo ante *res* deficit in Lov. 2. Tum *hosti facta est,* pro *hostium facta est*, præfert Leid. 2. et Lov. 1. Sed voces *facta est* iterum exulant a Lov. 2.

Victoriam populi Romani esse; Æquorum exercitum deletum] *Victoria pop. Rom. esse Æquorum exer. deletum* Gaertn. *Æquorumque exerc.* Hav. *ex Æq. ex. deletum* Port. cujus librarium *et Æquorum* scribere voluisse, verisimile reddit Hav. lectio; nisi forte *exercitum* scribere incipiens animadverterit, se vocem *Æquorum* omisisse, eamque, altera imperfecta relicta, et non deleta, adjecerit. Vide ad II. 34. § 9. Nihil itaque mutandum. Ellipsis enim conjunctionum in Livio admodum frequens est.

CAP. XXIX. § 1 *Tribunorum plebis actiones quia nondum invenerant finem*] *Creationes quia nondum finem inv.* Lov. 4. *creationes quia nondum inv. finem* Lov. 5. *actionesque nondum inv. finem* Hav. *actionesque nondum ibi venerant finem* Gaertn. Voculas *que* et *quia* commutari in scriptis, mox exemplis docebo hoc cap. ad § 3.

Plebs continuare latoribus legis tribunatum] Pal. 1. *relatoribus:* quasi qui essent iterate-latores. Pal. vero 3. *delatoribus.* Gebh. *Relatoribus* etiam Lov. 5. Sed *plebs comitia relatoribus legis tribunitiæ* Voss. 2. et Lov. 2. Ex *cõtinuarelatoribus*, serie continua scripto, illud *comitia relatoribus* imperitia scribæ natum esse patet. Inde etiam colligi potest, primam syllabam *voũ relatoribus*, quod Gebhard. in Pal. 1. invenit, mihique in Lov. 5. obvium fuit, ex præced. vocis syllaba desinente repetitam esse. Vide ad XXXVII. 41. § 5. Præterea Gebhardus ad II. 55. § 2. *plebes* legendum esse ex membr. Palat. monuit. Verum nostri omnes scripti *plebe* servant; mox vero unus tantum Port. habuit *plebes voluit:* reliqui similiter *plebs* retinent. Deinde *latoribus legibus* Harl. 2. Vide ad XXII. 8. § 7. Tandem *tributa*, pro *tribunatum*, Lov. 4. et 5. a m. pr.

Reficere intercessores legis adnisi sunt] *Annixi sunt* Lov. 1. 4. Leid. 2. et Voss. 1. a m. sec. *admissi sunt* Lov. 5. a m. pr. Harl. 2. Hav. et Port. a m. pr. qui *adnissi sunt* præfert a m. sec. *admi sunt* Leid. 1. *amissi sunt* Voss. 2. et Lov. 3. Sed *adnisi sunt* rectum est. Vide ad II. 59. § 9. Eam etiam scripturam servant Flor. Lov. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Neque aliud voluisse puto librarium Harl. 1. qui dando *audnisi sunt* duplicem lectionem *annisi*, cujus tamen litera secunda n male mutata est in u, et *adnisi* jungere voluit.

§ 2 *Quem dolorem ulti Patres sunt*] *Quo dolentes Patres* Lov. 2. et 4. Tum *Patres ulti sunt* Lov. 5. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Vox *ulti* deficit in Leid. 1. ejus loco *uti* est, in Lov. 3. *multi* in Flor. Sed ejus capiti aderevit perperam vocis præced. litera finalis. Vide ad XXXVII. 29. § 8.

Ut consules, invisus plebi magistratus, crearentur] *Ut cons. invisi plebi crear.* Leid. 2. invitis reliquis, qui receptam lectionem tuentur; nisi quod Voss. 1. præferat *ut cons. La-*

Digitized by Google

cretius Flavus Sergius, invisus plebi mag., crear. Lov. 4. *ut consules, Lucretius Flavius et Sergius, invisus plebi mag., crear.* Lov. 5. *ut consules Lavius Sergius, invisus plebi mag., crear.* Verum nullus non videt, librariis eorum codd. inposuisse repetitionem *τοῦ consules*, atque inde factum esse, ut omnia media omitterent, sed paucis jam vocibus scriptis errorem deprehendisse, et addidisse quæ perperam transiluerant, non tamen deletis quæ antea exararant. Alia exempla vide ad II. 34. § 9. c. 51. § 4. III. 2. § 9. c. 13. § 8. c. 56. § 11. IV. 7. § 7. VI. 26. § 4. VII. 2. § 13. aliisque locis.

L. Lucretius Flavus] Prænomen, quod omnes editi recte servant, deerat in Voss. utroque, Lov. quinque, Harl. utroqne, Leid. utroque, Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. Sed interceptum esse censeri debet ab nominis gentilis litera initiali. Vide etiam mox § 5. et ad IX. 8. § 13. Similiter prænomen *M.* sive *Marcus*, excidit ante vocem ab eodem elemento incipientem XL. 34. § 1. At vicissim nomen gentile *Lucretius* non habet Hav. Deinde *Flavius* male legunt Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. et edd. principes. *Falvus*, transpositis literis, Leid. 1.

Servius Sulpicius Camerinus] *Servilius* unus Lov. 2. *Sergius* omnes reliqui codd. quos consului, vel quorum habeo excerpta, simul cum Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. et edd. antiquis usque ad Frobenium, qui 1531. recte *Servius* substituit, quod prænomen est, quum *Sergius* sit nomen gentis. Sæpissime etiam in emendatissimis et optimæ notæ codd. ita peccatur. Vide Casaub. Ursinum, aliosque ad Sueton. in Vit. Galbæ c. 4. infra ad Liv. VI. 18. § 1. c. 22. § 1. c. 27. § 2. VII. 9. § 3. et alibi.

§ 3 *Principio hujus anni ferociter, quia nemo*] Vox *anni* non comparet in Leid. 2. quasi ex præcedenti §. facile intelligi posset. Eamdem tamen tuentur omnes reliqui, manu et typis exarati. Tum *ferociterque nemo* Gaertn. Alibi sæpissime *que* et *quia* in scriptis commutantur. Origo ejus erroris est similitudo notarum, quibus utraque vocula in Mss. exaratur *q²*, id est *quia*, et *q;*, id est *que*. Alia exempla vide III. 4. § 8. hoc cap. § 1. infra VI. 9. § 6. c. 19. § 3. VII. 26. § 11. c. 28. § 4. c. 40. § 12. VIII. 17. § 2. c. 24. § 3. IX. 2. § 15. c. 16. § 7. et sæpe infra.

Coortis ad perferendam legem tribunis plebis] *Coorti ad perf. legem tribuni plebis* Lov. 4. et Hearnii Oxon. C. Præterea *exortis* Gaertn. Sed emphasin hic puto in voce *coortis*, quæ indicat omnes simul exortos esse. Sæpe hæc vocabula a librariis commutantur. Vide ad I. 16. § 1. II. 43. § 4. III. 11. § 1. hoc lib. c. 12. § 7. et VI. 18. § 3. Stant etiam pro vulgata lectione reliqui codd. nisi quod *cohortis* sit in Flor. Leid. 1. et Hav. vitiosa illorum temporum, quibus librarii vixerunt, orthographia. Vide ad II. 17. § 2. Tum *ad preferendam legem* Lov. 2. Vide ad XXXVIII. 28. § 8. *ad perferendum legem* Gaertn. invitis reliquis scriptis et omnibus inpressis.

Vitelliam coloniam Romanam in suo agro Æqui expugnant] *Vitellam* legendum censuit Sigonius in prima ed. Scholiorum. Verum in iteratis edd. Scholion illud delevit, priori etiam lectione reducta, quum antea emendationem suam in contextum recepisset. Vide quæ notantur ad II. 39. § 4. *Viteliam* est in Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. et Hav. *Viteliam* (a m. sec. emendatum est *Vitelia*) *colonia Romana in suo agro, quam Æqui expugnaverunt* Port. *quam Æqui expugnaverunt* præfert etiam Harl. 2. *quam Æqui expugnaverant* Gaertn. Sed *expugnaverunt*, sine *τῷ quam*, habet Hav. *expugnabant* Lov. 2. *expugnarant* Lov. 4. *expugnaverant* Lov. 5. Se etiam

Digitized by Google

expugnaverunt in Oxon. L. 2. *expugnabant* in C. reperisse Hearne monuit. Præterea *coloniam Romanam cum suo agro* Lov. 5. *coloniam agro in suo Romanam* alio ordine Gaertn. Denique *consulibus resistentibus, &c. quia nocte proditione oppidum* omittit librarius Harl. 1.

§ 4 *Colonorum pars maxima incolumis*] *Colonorumque pars* Harl. 2. Port. et fragm. Hav. a m. sec. *colonorum ea pars* Gaertn.

Proditione oppidum captum liberam per aversa urbis fugam dederat] *Captum oppidum* Harl. 2. Tum *per adversa urbis* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Port. Hav. et fragm. Hav. *per adversa fugam urbis dederat* Harl. 2, Male. Vulgatum servandum esse, probant illa quæ notantur ad IV. 22. § 4. Mox *profugere*, pro *perfugere*, Lov. 2. Vide ad XXXVII. 57. § 2.

§ 5 *L. Lucretio consuli ea provincia evenit*] Prænomen deficit in Hav. Vide hoc cap. ad § 2. Deinde *provincia venit* Lov. 1. 2. 5. Voss. ambo, et Leid. 2. Male. Vide hoc lib. ad c. 12. § 6.

Acie hostes vicit] *Vincit* Flor. Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Mox *ad majus aliquando*, pro *ad maj. aliquanto*, Leid. 1. qualem errorem jam habuimus II. 19. § 5. ubi ex vitiosa dictantis pronunciatione ortum esse conjecimus. Vide etiam ad III. 8. § 9. V. 26. § 6. IX. 7. § 4. Adde Burm. ad Suet. Aug. c. 65. Sed præpositio *ad* omittitur in Lov. 4. Tandem *redit*, pro *rediit*, Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sæpe ita variare codd. dicam ad XXXVI. 35. § 2. Hic codd. præeuntibus auscultavi. Primi editores et librarius Harl. 2. qui solus ab aliis omnibus dissentit, *rediit* dedisse videntur, quia præcessit *vicit*, quemadmodum contra alii supra *vincit* reposuerunt, quod alterum τῷ *redit* convenire non posse sibi persuaderent. Sed vide quæ notantur ad III. 46. § 9.

§ 6 *Dies dicta erat tribunis plebis biennii superioris A. Virginio*] *Dieque dicta erat tribunus plebis* Gaertn. *Dies dicta erat tribunus plebi* Leid. 1. *tribunus plebis* habet etiam Lov. 3. *tribunis plebi* Harl. 1. Vide ad II. 42. § 6. Præterea *Lucio Verginio* Gaertn. *Verginio* etiam Flor. Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. Vide ad II. 17. § 1. Mox *Pompilio*, pro *Pomponio*, Lov. 3.

Aut vitæ ullo crimine alio, aut gesti magistratus quisquam arguebat] *Aut jure ullo crimine alio* Lov. 1. *aut jure ullo crimineve alio* Leid. 2. Tum *quisque arguebat* Leid. 1. et Hav. Sed *que* et *quam* sæpe in Mss. commutantur. Vide hoc lib. ad c. 22. § 3. Hinc etiam passim *Quisque* et *Quisquam* commiscentur hoc lib. c. 44. § 1. VI. 4. § 5. c. 25. § 3. Deinde voces *alio aut gesti mag. quisq. arg.* desunt in Hav. Denique *aut gestratus quisquam* habet Gaertn.

§ 7 *Vicit tamen gratiam senatus plebis ira: et pessimo exemplo*] *Vicit sen. plebis ira gratiam tamen pessimo exemplo* Gaertn.

§ 8 *Non intelligeret, se pravo judicio de tribunis intercessionem sustulisse*] *Non intellegeret* Flor. et Leid. 1. quomodo passim in Terentio et Sallustio viri docti ediderunt. De hac ratione scribendi vide Dausquei. Orthogr. part. II. hac voc. et Cortium ad Sall. Jug. c. 9. c. 21. et alibi. Similiter scribebatur *neglego*, pro *negligo*. Vide ad Liv. II. 11. § 4. Tum *parvo judicio* Leid. 2. et Gaertn. Ita sæpe lapsi sunt scribæ. Vide ad XXIX. 37. § 16. Hinc *intercessione sust.* Hav. Paullo ante *in suo versa*, pro *in suos vers.* Harl. 2. Male. *In suos* est in homines sui ordinis, in plebeios. Supra IV. 9. 'Tutores, in ea quoque re partium memores, ad suum tendere:' ubi vide quæ notantur.

Quod, intercessione sublata, tribuniciam potestatem evertissent] In exemplari Vormaciensi non est *quod*. Con-

Digitized by Google

jicio simpliciter legendum *sustulisse, intercessione sublata trib. pot. evertisse.* Rhen. Tò *quod* in nullo etiam meorum codd. superest. *Sustulisse, intercessione sublata trib. pot. evertisset* Lov. 2. et 5. *sustulisse, intercessione sublata trib. pot. evertissent* præter edd. Rom. 1472. et Parm. præferunt Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. et fragm. Hav. a m. pr. in quo a m. altera interpolatum est *sustulisse, et intercessione:* quomodo etiam præfert Lov. 4. sed *sustulisse, et intercessione sublata trib. pot. evertisse* Harl. 2. et Hav. Denique, quemadmodum Rhenanus ex conjectura emendat, exhibent Flor. Harl. 1. Gaertn. et Port. Idque verum puto. Neque necesse est, ut *τὸ et* interponatur; quod Livius omittere amat. Hearnius hic nihil ex Oxon. notavit. An ergo ii omnes quoque Rhenani lectionem, quam Frobenius 1535. et post eum omnes recentiores editores receperunt, probant?

§ 9 *Nam quod illi sperarent, effrenatam licentiam ejus magistratus Patres laturos, falli eos*] *Nō, quod illi sper. effr. lic. ejus mag. Patres laturos: falli eos* Leid. 2. et Lov. 1. Sed librarius *Nā*, ut scribi solet, et *Nō* perperam confudit. Vide ad VIII. 27. § 2. Deinde male etiam *quod illi expectarent*, et *Latinos*, pro *laturos*, est in Hav. *quæ illi sperarent* Lov. 3. Tum *magistratus ejus*, transpositis dictionibus, Lov. 2. Mox etiam *inventuros Patres* Lov. 4.

§ 10 *Quod fide publica decipi tribunos eos taciti tulissent*] *Decipit tribunos* Leid. 1. in fine vocis repetita prima litera dictionis seq. quod passim obvium est. Vide ad XL. 7. § 8. Tum *taciti retulissent* Hav. Male. Livius XXXV. 19. 'Hannibal, non adhibitus in consilium, primo eam contumeliam tacitus tulit.' Paullo ante *increpat*, pro *increpabat*, Lov. 4.

Hæc propalam concionabundus] Ita primus edidit Aldus, quum in vetustioribus esset *Hæc palam.* Aldi lectionem veriorem esse, evincit adsensus omnium codd. qui pariter obferunt; nisi quod *prolatam*, pro *propalam*, sit in Klockian. Et amat Livius vocem *propalam.* Supra III. 33. 'Propalam obviam ire cupiditati parum ausi.' c. 37. 'Non modo non ire obviam injuriæ, sed propalam licentiam suam malle, quam omnium libertatem.' VI. 17. 'Audiebantur itaque propalam voces exprobrantium multitudini.' X. 20. 'Itaque jam propalam duces loqui, extemplo eundum in Samnium esse.' XXIII. 14. 'Itaque ubi senatum metus cepit, si propalam tenderent, resisti multitudini concitatæ non posse:' ubi olim similiter peccabatur, et Gronovius veram scripturam restituit. Vide quæ ad eum locum notantur. Apud alios etiam scriptores librarii *propalam* in *palam* mutarunt. Vide Burm. ad Suet. Aug. c. 64.

CAP. XXX. § 1 *Ne aliter descenderent in forum, quum dies ferendæ legis venisset*] Pall. duo *cum dies esset ferendæ legis.* At Camp. *cum dies deferendæ legis venisset.* Gebh. Omnia hæc verba deficiunt in Leid. 2. *ne aliter desc.* præfert Leid. 1. et Harl. 1. *ne alii desc. in forum* Lov. 3. *ne aliter descenderet* Gaertn. et fragm. Hav. forte quod præcesserit *senatum.* Sed mox sequitur 'meminissent,' et 'nati essent.' Et solet Livius vocem 'senatus' ut conlectivam considerare, eique adjectivum ac verbum plurale addere. Vide ad IV. 58. § 4. Tum *quum dies esset ferendæ legis* Voss. 2. et Lov. 3. *quum dies ferendæ legis advenisset* Hearnii Oxon. C. Quod ex interpretis expositione marginali receptum esse videtur. Simile glossema in Gebhardi Pal. 2. erat III. 6. § 5. Vulgatum verum est. Supra I. 9. 'Ubi spectaculi tempus venit.' II. 61. 'Antequam prædicta dies veniret, morbo moritur.' IV. 44. 'Quum dies venit, caussa ipse pro se dicta, quindecim millibus æris dam-

Digitized by Google

natur.' VI. 20. 'Adprobantibus cunctis, diem Manlio dicunt, &c. Quum dies venit,' &c. XXIII. 49. 'Ubi ea dies venit, ad conducendum tres societates aderant hominum undeviginti.' XXXVIII. 50. 'Donec dies dicendæ causæ venit.' XL. 6. 'Forte lustrandi exercitus venit tempus.' XLIII. 8. 'C. Lucretium, ubi dies, quæ dicta erat, venit, tribuni ad populum accusarunt.' c. 16. 'Diem ad ejus rogationem concilio tribunus plebis dixit: qui postquam venit.' XLV. 29. 'Ubi dies venit, quo adesse Amphipoli denos principes civitatium jusserat:' et alibi sæpe. Eadem locutio *dies venit* in scriptis JCtorum passim obvia est. Vide Brisson. de Verb. Signif. in voc. 'Venire, pro adesse.' Similiter Petron. in Satyr. c. 26. 'Venerat jam tertius dies, id est, liberæ cœnæ exspectatio.'

Quam ut qui meminissent] Hæc etiam desiderantur in Port. a m. pr. et ab altera margini adscripta sunt. *Quam qui sibi mem. pro aris* habet Hav.

Pro aris fociisque et Deum templis] *Et templis*, omissa voce *Deum*, Hearnii Oxon. B. Male. Stant enim pro vulgato omnes alii codd. scripti et editi, et ipse Livius sæpissime 'templa Deum,' vel 'Deorum,' memoravit. Supra l. I. c. 29. 'Templis tamen Deum temperatum est.' c. 56. 'Minus tamen plebs gravabatur, se templa Deum exædificare manibus suis.' III. 17. 'Arcem urbis, templa Deorum, penates publicos privatosque, hostibus dedi.' Infra hoc cap. 'Capitolium, eadem Vestæ, cetera circa templa Deorum ostentantes.' c. 41. 'Circumferentes oculos ad templa Deum arcemque, solam belli speciem tenentem.' c. 49. 'In conspectu habentes fana Deum, et conjuges, et liberos.' c. 53. 'Capitolio, arce incolumi, stantibus templis Deorum.' VIII. 33. 'Propter quem Deum delubra patent, aræ sacrificiis fument.' XXIV. 21. 'Præbeat sacra arma pro patria, pro Deum delubris, pro libertate se armantibus.' c. 28. 'Circa omnia fana Deum supplicaverunt.' XXVI. 9. 'Matronæ in publicum effusæ circa Deum delubra discurrunt.' XXVII. 51. 'Discursum inde ab aliis circa templa Deum, ut grates agerent.' XXVIII. 42. 'Aliter mœnia patriæ, templa Deum, aras et focos defendent.' XXXI. 26. 'Templa Deum dirui atque incendi jussit.' XXXVIII. 51. 'Templa Deum cum populo Romano circumiit.' XLV. 44. 'Biduum petiit, quo templa Deum urbemque et hospites amicosque viseret.' Et pluribus aliis locis.

§ 2 *Quod ad se privatim adtineat*] *Ad se privatum* Harl. 1. Male. Non enim se privatum hic obponit sibi magistratum gerenti; sed se sejunctim a communi omnium civium causa. Livius XXXVII. 36. 'Legatus, postquam nihil æqui in consilio impetrare se censebat, privatim P. Scipionis tentare animum conatus,' &c. Cic. pro Quinct. c. 4. 'Neque interea verbum ullum interposuit Nævius, aut societatem sibi quidpiam debere, aut privatim Quinctium debuisse.' Perperam etiam *a se privatim* Leid. 1.

Sibi amplum quoque esse] *Sibi amplam* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. fragm. Hav. Neapol. Latinii, et vetustæ edd. quasi referendum foret ad præcedens *suæ gloriæ*. Verum recte Ascensius a. 1513. *amplum* substituit, quod servant reliqui codd. Supra II. 9. 'Porsena tum regem esse Romæ, tum Etruscæ gentis regem, amplum Tuscis ratus.' XXVIII. 42. 'Non quia reipublicæ id utile, sed quia tibi amplum et gloriosum censes esse:' ubi vide quæ J. F. Gronovius notavit. Paullo ante *inter dimicationem meminisse patriæ*, alia dictionum positura, Harl. 2. Port. et Hav. In verbis seqq. *a se captam*, pro *ab se capt.* Lov. 2. 4. 5. Gaertn. et Hav. invitis reliquis, qui vulgato adhærent, nisi quod in Leid. 1. sit *ad se captam*, errore li-

Digitized by Google

brarii, sed unde potius *ab*, quam *a*, in exemplari suo ab eo inventum fuisse conligitur.

Quotidie se frui monimento gloriæ suæ] *Quotidieque* Hav. Deinde *frui momento gloriæ* Leid. 2. Alibi ita sæpe peccatur. Vide hoc lib. ad c. 52. § 1. Reliqui libri nihil mutant, nisi quod plerique cum edd. Rom. 1472. et Parm. habeant *monumento*. Vide Dausquei. in Orthogr. part. sec. hac voc. Tum *suæ gloriæ* Lov. 4. et edd. vetustæ usque ad Aldum, qui ordinem primus invertit. Cum Aldo autem stant ceteri Mss. nisi quod τὸ *suæ* desit in Voss. 2.

Ante oculos habere urbem, latam in triumpho suo] *Ante oculos suos habere* Harl. 2. Gaertn. et Hav. Damnat similes locutiones Vorst. de Latin. Merit. Suspect. c. 10. et 'tollere oculos,' 'extendere manus,' 'tenere linguam,' non *oculos suos*, *manus suas*, *linguam suam*, dicendum contendit. Fateor, ita plerumque scriptores locutos esse; alterum tamen ita in genere damnare non audeo, quum quædam hac forma apud optimos auctores notaverim. Non memorabo nunc 'Ego meis oculis vidi,' et 'Vidi oculos ante ipse meos,' quæ memoravit Quinctil. Instit. Orat. VIII. 3. p. 699. et IX. 3. p. 812. Id enim propter emphasin ita effertur. Vide quæ notavi ad Silii XVI. 645. Sed certe huc facit illud Ovidii ex Ponto Epist. IV. 4. 36. 'Intendent aures ad tua verba suas.' Ne tamen, quis uniuscujusque linguæ genius sit, non ex oratione ligata, sed soluta, æstimandum esse excipiatur, ut Vorstius loco laud. fecit; en alterum Livii XXXIV. 2. 'Ego vix statuere apud animum meum possum, utrum pejor ipsa res, an pejore exemplo agatur.' Et ita Cic. in Verr. III. 12. 'Considerate cum vestris animis vosmet ipsi, ecquem putetis.' Pro Cluent. c. 25. 'Si cum animis vestris longo intervallo recordari C. Staleni vitam et naturam volueritis.' Ad Fam. IV. 5. 'Cœpi ego mecum sic cogitare.' Non tamen hoc loco codicum illorum, quos memoravi, lectio placet. Nam et plures et integriores lectionem vulgatam defendunt; et mox etiam 'gloriæ suæ' præcessit. Ceterum τὸ *habere* deficit in Leid. 2. Præterea *ante oculos urbem habere* est in plerisque vett. edd. usque ad Aldum, qui ordinem inmutavit, consentientibus scriptis, et edd. Rom. 1472. ac Parm.

§ 3 *Relictam ab Diis inmortalibus incoli urbem*] *A Diis* Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. et edd. vett. Aldo priores: *ab Dis* Flor. et Leid. 1. Vide hoc lib. ad c. 14. § 4. Tum *urbem incoli* Lov. 1. et Leid. 2. Mox in verbis proximis *hospitari* eædem edd. pro quo Aldus *habitare* substituit, quod superest in omnibus scriptis meis.

Et victricem patriam victa mutari] Vetus volumen habet *et victrice patria victam mutari*. Idem videtur sensus. *Rhen.* Optima hæc lectio, *et victrice patria victam mutari*, stabilitur auctoritate Pall. duorum meliorum: at Pal. 2. *victrici patriam victam mutari*. Inversa vero forma edd. priscæ *victricem patriam victa mutari*. Gebh. Quæ huic adnotationi præscribitur lectio, in edd. ante Rhenanum et Frobenianam 1535. constanter superest, nisi quod Mediolanensis 1505. præferat *victorem patriam victa mutari*. Verum neutra earum lectionum in ullo scripto superest. *Victrici patriam victam imitari* Hav. Alibi etiam verba *mutari* et *imitari* a librariis confundi solent. Vide ad IV. 4. § 11. *Victricem patriam victam mutuari* Lov. 2. Sed interdum verba 'mutare' et 'mutuare' inter se confunduntur. Vide Cortium ad Sallust. Jug. c. 18. § 5. *Victricem patriam invictam mutari* Lov. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *victrice patriam invictam mutari* Port. a m. pr. qui a m. sec. præfert *victa patriam*

Digitized by Google

invictam mutari. Reliqui omnes exhibent, quemadmodum Rhenanus in Wormaciensi et Gebhardus in duobus optimis Pall. invenerunt, *victrice patria victam mutari.* Utrumque eodem sensu dici potest 'mutare patriam victricem victa,' et 'mutare patria victrice victam.' Priori locutione res præsens, quæ abjicitur, casu quarto; res absens, quam acquirimus ejus loco, casu sexto ponitur: posteriori autem contra, res præsens sexto; absens quarto casu. Utriusque locutionis exempla vide apud Lambin. ad Horatii Od. I. 16. 25. et viros celeberr. Bentl. ad Hor. Od. II. 16. 19. et Burmann. ad Nason. Met. VII. 59. Priorem etiam inlustrat Cortius ad Sall. Cat. c. 58. § 15. Ea autem utitur Livius IX. 12. 'Inter quæ se media lapsos victoriæ possessionem incerta pace mutasse.' Duplex illa loquendi ratio etiam obtinet in verbis 'pensare' et 'compensare.' Vide Burmann. ad Vell. Pat. II. 12. § 5. Quum autem posterior *victrice patria victam mutari* minus obvia sit, et pro ea stent plures ac melioris notæ codd. eam recte a viris doctis probatam et in contextum receptam esse arbitror.

§ 4 *His adhortationibus principis concitati Patres, senes, juvenesque*] Scribe ex auctoritate veterum librorum, *His adhort. Patres concitati, principes, senes, juvenesque.* Sigon. Hanc quidem scripturam inmisit edd. Livii Sigonius, sublestum, at solemne, nactus suffragium solius Pal. 2. Nam vetustiores codd. qua scripti, qua cusi, *His adhort. principes concitati Patres, senes, juvenesque.* Gebh. Et hic male Sigonius e fatuis libris Livio consuluit. Quid est enim illud 'Patres principes, senes juvenesque?' quæ ista gradatio? Nostri meliores et quicquid est vetustiorum, *principes concitati Patres seniores.* Unde scribendum, unica litera mutata, ut Curio et Gryphius edidere rant, *His adhort. principis concitati Patres, senes, juvenesque.* Cujus *principis?* Furii Camilli. Lib. VI. c. 1. 'Cæterum quo primo adminiculo erecta erat, eodem innixa M. Furio principe stetit.' Similiter VII. 1. 'Fuit enim vir vere unicus in omni fortuna, princeps pace belloque.' *J. F. Gron.* Stigmoso Sigonii codici ex meis libri pejoris notæ Harl. 2. Port. et Hav. adhærent. *His adhort. Patres concitati principes senesque* præferunt Lov. 4. et 5. *His adhort. principes conctati Patres senesque* Leid. 1. *His adhortat. principes concitati Patres senesque* Voss. 2. Lov. 2. 3. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 1. *His adhort. principes concitati Patres, senes juvenesque* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 1. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. a m. sec. *His adhort. principes conciti Patres juvenes senesque* Flor. Verba 'concire' et 'concitare' passim librarii confuderunt. Vide ad IX. 37. § 1. *His adhort. principis concitati Patres senesque* Oxon. C. apud Hearnium, qui se in codd. suis B. L. 2. et N. invenisse testatur *His adhort. principis concitati Patres, senes juvenesque;* quod recte Gronovius probavit, et ante Curionem ac Gryphium jam in contextum receperunt Frobenius 1535. Hervagius 1539. et Vascosanus 1542. illis enim priores *principes* etiam exhibuerunt. Sive intelligat Gronovius, revera Camillum principem senatus a censoribus lectum fuisse, sive potius tantum præcipuæ auctoritatis inter reliquos senatores exstitisse. Ita 'P. Valerius omnium consensu princeps belli pacisque artibus' vocatur II. 16. 'principes' memorantur III. 6. 'Adfecti plerique principes, Patrum major pars, militaris fere ætas omnis.' VI. 11. 'M. Manlius Capitolinus nimius animi, quum alios principes sperneret, uni invideret, eximio simul honoribus atque virtutibus, M. Furio:' 'principes civitatis' XXV. 4. 'Mul-

Digitized by Google

tes postea principes civitatis judicium de se populi passos:' de quibus vide Wesseling. Observat. I. 8.

Quum ferretur lex, agmine facto, in forum venerunt] *Quum feretur lex* Port. *quum fertur lex* Harl. 2. Tum *venerunt in forum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Dissipatique per tribus suos quisque tribules prehensantes] Vet. lib. *prensantes*. Sigon. Similiter etiam omnes mei præter unum Hav. qui *prehensantes* retinet. Vide ad l. IV. c. 48. § 11. Præterea *partibus, suos quisque tribules* Lov. 5. *per partes suas, quisque tribules* Hearnii Oxoniensis L. 1. *tribulos* Leid. 2. et Gaertn. *tribunos* Lov. 4.

§ 5 *Pro qua fortissime felicissimeque ipsi ac patres eorum dimicassent*] *Fortissimo* Harl. 1. *fortissimeque ipsi* Voss. 2. et Port.

Ædem Vestæ, cetera circa templa Deorum ostentantes] Vox *circa* omittitur in Voss. 2. *cur cura* pro ea exhibet Port. *circa* sine casu ponere, Livio frequentissimum est. Vide ad IX. 2. § 8. Id non adsecutus librarius Leid. 2. *cetera circa templum Deorum* dedit. Deinde *obtestantes* Gaertn. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxoniensis N. in margine. Ita alibi nonnumquam scribæ peccarunt. Supra II. 42. § 10. ejusdem erroris exemplum habuimus.

§ 6 *Exulem, exterrem populum Romanum ab solo patrio*] *Exterrem* Port. forte respiciens ad originem vocis. *Exulem exterremque* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. Sed alii conjunctionem ignorant, quam Livius passim omittere solet. Vide ad III. 9. § 4. Tum *a solo patrio* Gaertn. et excusi ante Aldum: *ab solo patricio* Leid. 1. Mox *ab Diis penatibus*, pro *ac Diis pen.* Lov. 2. quod, si plures codd. accederent, non displiceret. Ita enim sæpe Livius præpositiones iterare, copula non interposita, solitus est. Vide ad XXXVIII. 18. § 12.

Ut melius fuerit, non capi Veios, ne Roma desereretur] *Ut melius non capi Veios* Port. ad cujus margisem vox *fuerit* a m. altera adjecta est. Deinde *deseretur* Harl. 2. Port. et Hav. Scriptum fuerat *des'eretur*, vel *deser'etur:* omissa autem nota factum est *deseretur*. Vide ad II. 56. § 7. Similiter *deseremus*, pro *desereremus*, est in Mss. v. 53. § 5. et contra ea addita præter mentem Livii *desereret* factum est in quibusdam codd. pro *deseret*, hoc lib. c. 52. § 14. Paullo ante *rem abducerent*, pro *rem adducerent*, Gaertn. et Lov. 4. quomodo sæpe aberrarunt librarii. Vide ad XXVII. 29. § 1.

§ 7 *Quia non vi agebant*] *Qui non vi agebant* Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Ita alibi sæpe peccatur. Vide ad XXXVI. 33. § 5. *ut*, pro *ni*, est in Lov. 3. Vide ad Livii IV. 51. § 6. Præterea in verbis seqq. *parti fuit maximæ*, mutato ordine, præfert Gaertn.

Et legem unam plures tribus antiquarunt, quam jusserunt] Cur *unam?* quasi vero multæ leges promulgatæ, una tantum antiquata esset, reliquæ latæ. Lex hæc est promulgata de commigrando Veios. Quare legendum est *et legem una plures tribus*, id est, uno consensu. Sic supra de hac lege hoc cap. 'Senatum vero incitare adversus legem haud desistebat.' Item 'Quum dies ferendæ legis venisset.' *Sigon.* Rectissime *et legem una plures tribus antiquarunt* ed. Campani; absque qua non tam propere meam credulitatem Sigonio addixissem. *Gebh.* Bene, sic Sigonius, cum haberetur *unam*, sed perperam interpretatur *una*, id est, uno consensu. Nam una non adverbii more usurpatur, ut cum ponitur pro 'simul,' sed significat unius tribus numero vicisse antiquantes. Quare enim 'religiosum maximæ parti fuit,' si omnium fuit consensus? Sic II. 7. 'Silvani vocem eam creditam; hæc dicta, uno plus Etruscorum cecidisse in acie,

Digitized by Google

vincere bello Romanum.' Valerius Maximus in eadem narratione, 'uno plus Etrusci cadent, Romanus exercitus victor abibit,' I. 8. Tale est apud Plautum Amphitr. II. 1. 63. 'Mihi quidem uno te plus etiam est, quam volo.' *J. F. Gron.* Laberius apud Macrobium Saturn. II. 7. 'nimirum hoc die Uno plus vixi mihi, quam vivendum fuit.' Cicero Acad. IV. 25. 'In columba plures videri colores, nec esse plus unq.' *Jac. Gron. Legem unam plures* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *legem unam tus plures* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Sed recte viri docti *legem una plures tribus*. Et ita fuit in Lov. 2. et utroque Harl. nisi excerpta fallant. Certe Hearne monuit, se eam lectionem in L. 2. et N. reperisse. Illam autem recte Gronov. adversus Sigonium exposuit. Ita Plaut. in Casina II. 6. 7. 'Te uno adest plus, quam ego volo.' Præterea *antiqua quam jusserunt* Leid. 1. *antiquam jusserunt* Voss. 2. Lov. 2. in contextu, (in margine enim recte emendatur *antiquarunt, quam*) Lov. 3. 4. 5. et Gaertn. *antiquari jusserunt* Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Non viderunt indocti librarii, voces *antiquare* et *jubere* hic sibi obponi, et in hac re sollemnes atque ordinarias esse, quarum 'antiquare legem' est eam rejicere; 'jubere legem,' eam recipere ac probare. Vide Brisson. de Formul. l. II. p. 131. et p. 133.

§ 8 *Adeoque ea victoria læta Patribus fuit*] *Adeo ea victoria* Gaertn. *Adeo quod ea victoria* Harl. 2. Error hic passim in Mss. obvius est. Vide ad II. 41. § 8. Deinde *ea victoria læta victoribus Patribus fuit* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxoniensis N. Verum omnino vox *victoribus* ex margine in contextum inrepsit.

Referentibus consulibus, senatusconsultum fieret] *Deferentibus consulibus* Gaertn. Alibi sæpe ita librarios peccare solitos fuisse, videbimus ad XXI. 6. § 5. *referentibus consules* Lov. 1. Vide ad X. 10. § 2. Tum *senatusconsultus fieret* Lov. 4. Vide hoc lib. ad c. 13. § 5.

Ut agri Veientani septena jugera] *Agri Veientini* Lov. 5. *agri Veientum* Hearnii Oxoniensis L. 2. Sed ita potius dicendum erat *agri Veientium*, qua forma alibi hanc vocem efferre Livius consuevit. Vide hoc lib. ad c. 15. § 11. Et ita hoc loco præferunt etiam Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. Sed sequor potius fidem optimorum codd. qui vulgatum tuentur. Supra Liv. hoc lib. c. 21. 'In æde Junonis, quæ in Veientana arce erat.' c. 24. 'Quum pulcherrima urbs Veii agerque Veientanus in conspectu sit:' et c. 25. 'Eum prædam Veientanam publicando sacrandoque ad nihilum redegisse.' Infra etiam c. 32. 'Die dicta ab L. Appuleio tribuno plebis propter prædam Veientanam:' et alibi.

Sed ut omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur] *Sed et omnium* Harl. 2. et Hav. errore librariorum, qui alibi sæpe has voculas confuderunt. Vide ad XXI. 28. § 8. Vitiosum illud *et* deinde in aliis codd. ulterius corruptum, et pro eo *etiam* vel per compendium *et* datum est. Ita habent Lov. 4. 5. Port. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Solent autem voculæ *et* atque *etiam* commutari. Vide ad XXII. 47. § 9. Ceterum voces *vellentque in eam spem liberos tollere* non comparent in Leid. 2. Præterea *ne patribus*, pro *nec pat.* est in Lov. 4. Vide ad III. 47. § 7.

CAP. XXXI. § 1 *Eo munere delinita plebe*] *Delenita plebe* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. a m. pr. Lov. 3. et fragm. Hav. Et ita edidit Hearne. Licet autem in variis lectionibus mutatæ scripturæ rationem reddere neglexerit, id tamen, jam codd. meorum testimonio firmatum, servavi. Alibi etiam ea vox, et inde declinata

Digitized by Google

alia 'delenimentum' apud Livium corruptæ exstant, et inscitia librariorum in 'delinitus' et 'delinimentum' abierunt. Ita I. 57. 'Rex Romanus tum ipse ditari, exhaustus magnificentia publicorum operum, tum præda delinire popularium animos studebat:' ubi legendum puto *delenire*, id est, mitigare, placare. Superius enim c. 56. dixerat, plebem minus gravari, se templa Deum manibus suis exædificare, quam quum ad alia opera, foros in circo faciendos, cloacamque maximam agendam, tradnebatur: nunc itaque præda animos popularium *delenire* studebat. IV. 51. 'Aptissimum tempus erat, vindicatis seditionibus, delenimentum animis, Bolani agri divisionem, objici:' ita præferentibus Voss. utrique et Leid. 1. pro *delinimentum*, credo. Plebs ibi ægre ferebat, rogationes de commodis suis promulgatas, factione patriciorum obstante, ferri non posse; et contra leges, quibus ordinis sui delicta punirentur, confestim accipi et exerceri; ut autem hæc ira mitigaretur, agrum Bolanum inter eos dividi oportuerat: recte itaque id *delenimentum* vocat. Eodem modo Ovidium liberavit Burmann. Epist. Her. XVII. 23. 'Crimen erat nostrum, si delenita fuissem. Quum sim rapta, meum quid, nisi nolle, fuit?' Raptum crimini sibi verti posse Helena agnoscit, si voluntate rapta fuisset, aut si, postquam rapta esset, cum raptore in gratiam rediisset, ipsi mitigata, placata foret. Vide insuper Burmann. ad Phædr. Prolog. III. 44. Eodem verbo utitur etiam Amm. Marcell. XXVIII. 1. 'Commonitorium repertum est manu scriptum Hymetii, petentis, ut obsecrata ritu sacrorum sollemnium numina erga ae imperatores delenirent.' Supersunt etiam loca apud Livium, ubi, quum vulgo *delinitus* et *delinimentum* edatur, in scriptis quibusdam *delenitus* et *delenimentum* inveni, et tamen veriorem receptam lectionem judico. De illis ad XXXIX. 11. § 2. commodior agendi locus erit; ubi vide.

Quo minus consularia comitia haberentur] Hæc verba a m. pr. deerant in Port. Sed a m. emendatrice postea margini addita sunt. At totus hic § 1. et ultima verba cap. præc. *vellentque in eam spem liberos tollere* exsulant a Leid. 2. negligentia scribæ, cui occasionem dedit repetitio vocis *haberetur, haberentur*. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 2 *Creati consules L. Valerius Potitus, M. Manlius*] Dionysius lib. I. p. 61. ubi chronographica tractat, hunc annum a primis consulibus ait esse centesimum undevicesimum: quibus si addideris annos, quibus Roma sub regibus fuit, reperies annum ab Urbe condita trecentesimum sexagesimum tertium. Recte igitur biennio post Camillus supputat trecentesimum sexagesimum quintum (hoc lib. c. 54.) contra atque seues paullo post c. 40. supputant, imo quam Plutarchus in Camillo p. 139. atque adeo quam Plinius XXXI. 1. si codd. non fallunt. *Glar.* Vide Dodwell. in notis ad Chronolog. Græco-Roman. quæ subjicitur Dionysio Halic. ad ann. ante Chr. nat. CCCLXXXVIII. Huic autem consuli perperam *Marci* prænomen tribuitur in Lov. 2.

M. Manlius, cui Capitolino postea fuit cognomen] Pall. duo *postea etiam fuit cogn.* Gebh. Duo Pall. meliores et Voss. alter *postea etiam fuit cogn.* Nempe alterius Capitolini Quinctii dudum multa mentio facta fuerat. *J. F. Gron.* In Manlii prænomen *Marcus* conspirant omnes libri, scripti et excusi, cui tamen Diodor. Sic. lib. XIV. p. 449. *Auli*, Dionys. Hal. lib. I. p. 61. *Titi* prænomen tribuere, observat Pighius in Annal. Rom. ad a. CCCLXI. p. 222. Verum in nomine gentili dissentiunt. Nam *Manilius* vocatur in Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. Hav. et fragm. Hav. *Mallius* in

Digitized by Google

Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *Mamilius* in Lov. 5. Harl. 2. et Port. Sed passim ita errant librarii. Vide ad II. 43. § 11. et ad XXXIV. 53. § 2. Deinde *cui Capitolin postea fuit cogn.* Lov. 1. *cui Capitolinus postea fuit cogn.* Lov. 2. *cui Capitolinum postea fuit cogn.* Voss. 1. et Leid. 2. Male. Vide Gronov. ad I. 3. § 7. et quæ notavi ad Silii XI. 58. Deinde vocem *etiam*, quam Gronovius in contextum recepit, præter unum Voss. 2. ab eo jam memoratum, eique plerumque consentientem Lov. 3. nullus meorum codd. agnoscit; exsulat etiam ab Hearnii L. 2. B. N. et C. Ea vox autem, si admittenda sit, utrum addita fuerit, quod Quinctius similiter Capitolini cognomen habuerit, quemadmodum Gronovius existimat, vehementer dubito. An non simplicius videtur, Livium eo indicare voluisse, eidem M. Manlio postea aliud nomen, et quidem *Capitolini* inpositum fuisse? Supra IV. 26. 'T. Quinctius L. F. Cincinnatus (eidem et Penno cognomen additur) et C. Julius Mento consules facti.' Ceterum si Livius addendo *postea* indicare voluit, M. Manlium, antequam Gallos Capitolium scandentes deturbarit, et arcem Romanam ab inminente periculo servarit, 'Capitolini' cognomen non habuisse, diversa sentit a Dionys. qui Antiq. lib. I. p. 61. jam Manlio consuli id tribuit. Ne quis vero per prolepsin id factum putet, ex Fastis Capitolinis constat, jam alios ante hunc M. Manlium et Capitolinum ab eo defensum 'Capitolini' cognomen habuisse. Ita A. Manlius, qui apud Livium IV. 61. tribunus militum consulari potestate fuisse, et V. 8. eam dignitatem iterum gessisse dicitur, in Fastis illis A. MANLIVS. A. F. CN. N. VVLSO. CAPITOLIN. vocatur. Livius itaque indicare voluisse videtur, eum cognomen 'Capitolini,' quod multo prius in ea familia fuit, quia fortassis Manliæ gentis domus celeberrima in Capitolio stetit, quæ cum ipso postea damnata interiit, multo præclarius reddidisse; quemadmodum conjicit Pighius in Annal. ad a. CCCLXI. p. 222. sive cognomen 'Capitolini,' olim majoribus inditum, defensione Capitolii ab nocturna Gallorum obpugnatione ei confirmatum esse. Vide ad IX. 16. § 13. Denique *cognomen fuit*, alio ordine, legit Hav.

Quos M. Furius dictator voverat Veienti bello] *Quos idem Furius dict.* Hearnii Oxon. L. 2. Puto, pro *M. Furius*, primo scriptum fuisse *iñ Furius*, id est *inde Furius*; quomodo librarios peccasse, vidimus ad IV. 52. § 4. Certe *inde* hic exhibet Lov. 4. *iñ* Lov. 5. Ex *inde* vero, sive *īde*, postea factum esse *idē*, sive *idem*; nam, et hoc modo eos errare solitos esse, vidimus ad I. 19. § 7. *quos M. Furius Camillus dictator* præfert Oxon. B. apud eumdem Hearnium. Sed nullus ex meis Furii dictatoris cognomen *Camillus* exprimit: quare vel a librario unius istius codicis sponte additum, vel ex margine in contextum inrepsisse puto. Insuper vox *voverat* neglegentia scribæ deest in Harl. 1. ejus loco *foverat* habet Gaertn. quem errorem ex inperite verba præeuntis pronunciatione profluxisse existimo. Alibi ita peccatum, docet Nic. Heinsius in epist. ad Gronov. quam edidit Burmann. in Syntagm. Epist. tom. III. p. 522.

§ 3 *Eodem anno ædes Junonis Reginæ ab eodem dictatore eodemque bello vota*] Vocem *anno* neglegenter omisit librarius Leid. 2. Deinde perperam scribitur *ædes jusionis regiæ* in Gaertn. Vocem *Reginæ* sine caussa iterum exsulat ab eodem Leid. 2. Tum *eoque bello vota* habet Gaertn.

Celebratamque dedicationem ingenti matronarum studio tradunt] Omnia hæc verba exsulant a Voss. 2. *celebrantemque dedic.* præfert Voss. 1. *celebrantemque dedicationem* Lov. 1. a m. sec. pro quo manus altera emen-

Digitized by Google

davit *celebrantemque dedicatorem*. Et ita præfert Leid. 2.

§ 4 *Bellum haud memorabile in Algido cum Æquis gestum est*] Vocabula *haud memorabile* in ultimum locum trajiciunt Port. et Hav. Neque aliter obfert Harl. 2. nisi quod insuper omittat τὸ *est*.

Fusis hostibus prius pene] *Fusis hominibus*, sive, ut compendio scribitur, *hoïb*^{9}, Gaertn. Alibi voces 'hostes' et 'homines' in libris priscis commisceri solent. Vide ad XXIII. 27. § 11. Voces *haud memorabile* ex præcedentibus post τὸ *fusis* rejiciunt Lov. 4. et 5. Tum *pene prius* alio ordine est in Lov. 4.

Valerio, quod perseverantior cædendis in fuga fuit] Vet. lib. *cædendis hostibus in fuga*. Sigon. Intrusit Sigonius ex codice recentissimo τὸ *hostibus*, quod respuunt Pall. duo meliores, atque etiam edd. vetustissimæ binæ. *Gebh.* Ex omnibus meis unus itidem recentissimus Hav. τὸ *hostibus* servat, quam vocem ignorant reliqui, et cum iis etiam codd. quos Hearne Oxonii consuluit. Et potest commode abesse, quum modo præcesserit, unde hic cogitatione suppleri debet. Recte itaque eam, quam Sigonius receperat, sustulit iterum Gronovius, quem vide hoc lib. ad c. 24. § 10. Præterea *Valerioque perseverantior* Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8. *perseverantia* Leid. 2. *perseverantur* Hav. Tum *credendo*, pro *cædendis*, Gaertn. qui volusse videtur *cædendo in fuga*, ut ex præcedenti *hostibus* hic repetatur *hostes*. 'Credere' et 'cedere,' (quomodo olim pro 'cædere' indocti librarii, non distinguentes literam *e* et diphthongum *ae*, scripserunt,) sæpe commutari, vidimus ad Liv. III. 21. § 3.

Manlio, ut ovans ingrederetur urbem, decretum est] *Mallio* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *Mamilio* Harl. 2. et Port. *Manilio* Lov. 1. 2. 4. et Hav. Vide hoc cap. § 2. Deinde *urbem* non comparet in Gaertn.

§ 5 *Novum bellum cum Volsiniensibus exortum*] 'Vulsinii' et 'Vulsinienses' scribendum est ex lapidibus Capitolinis. Porro autem 'Salpinatium,' de quibus ambigit Glareanus, meminit Fabius Pictor in vulgatis ejus fragmentis. *Sigon. Volsinensibus* Voss. ambo. *Volscinensibus* Gaertn. *Volsscinensibus* Harl. 2. *Vulscinensibus* Leid. 2. *Vulscinentibus* Hav. *Vulsciniensibus* Lov. 2. 4. et Port. *Vulsinensibus* Lov. 1. *Vulsiniensibus* Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. Similiter in Oxon. N. et C. atque, ut testatur, in ed. Romana principe Hearne invenit. Vide etiam ad cap. seq. § 2. Eam autem scribendi rationem Sigonius etiam defendit ad VII. 3. § 7. et ad IX. 41. § 6. Sed, utramque *Volsinienses* et *Vulsinienses* probam esse, ex Cellarii Geogr. Antiq. II. 9. p. 456, docet Dukerus ad Flori I. 21. in princ. Ejusdem etiam sententiæ fuit Cluverius Ital. Antiq. II. 3. p. 556. Vide etiam Dempsteri Etrur. Regal. IV. 16. ubi et *Volsinienses* vocari in lapide apud Gruter. p. CCCLXXXV, num. 1. monuit, addens frequentiori usu *Vulsinienses* vocari.

Quo propter famem, &c. ortam exercitus duci nequivit] *Qui propter famem* Voss. 1. et Leid. 2. *quo propter famam* Hav. Tum *exortam* Flor. In Mss. sæpe ita variari, dixi ad IV. 45. § 7. Verum hoc eodem § 'bellum exortum' præcessit; ideoque nunc minus placet. Deinde *duci nequeunt* Leid. 2. *duci nequiit* Hav.

Ob quæ Volsinienses, Salpinatibus adjunctis] 'Volsiniensium' meminit Plinius III. 5. in descriptione Hetruriæ; 'Volsinii' oppidi Ptolem. III. 1. 'Salpinates' qui sint, mihi nondum compertum. *Glar.* 'Salpinatium' quis præter Livium meminerit, non invenio, Fabius Pictor enim, quem Sigonius supra laudavit, fraudibus et imposturis Annii Viterbiensis vitam debet. Is autem 'Salpinatium' mentionem fecit de Aureo Seculo II. p. m.

Digitized by Google

490. Salpinum quoque quo situ fuerit, incertum esse, fatetur Cluverius Ital. Antiq. II. 3. p. 557. Conjicit tamen, ultra Volsinios positum fuisse, quia, narrante Liv. cap. seq. Romani Volsinienses prius adgressi sunt. Opibus quoque clarum fuisse, ex societate Volsiniensis belli colligit. Dempsterus etiam in Etruria Regali 'Salpinates' ne memoravit quidem. *Scalpinatibus* est in Flor. Mox *in superbia elati* Hav. *superbiâ elati* Leid. 1. Sed sæpius dictum est, hujus vocabuli scribæ sollemne fuisse, notam literæ *m* in fine vocum perperam vel addere, vel detrahere. Ita tamen hoc loco præfert etiam Flor. 'Superbia elatus,' at 'successu elatus,' de quo vide ad XXXVII. 12. § 4. Mox *ultro Romanos agros*, alio ordine, Lov. 2. *ultra agros Romanos* Lov. 5. Vide ad XXX. 16. § 3.

§ 6 *Bellum inde duobus populis indictum*] *Bellum deinde duobus populis* Lov. 1. Leid. 2. et Port. *Bellum deinde in duobus populis* Hav. Suspicor, librarium duplicem lectionem exprimere, et scribere voluisse *Bellum deinde iñ duobus populis;* notam vero voci *iñ*, id est *inde*, addere neglexisse. Tum *indictum est* Leid. 2. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav.

C. Julius censor decessit] *Caius* non est in vet. lib. *Rhen.* Cum C. Julio censore collega fuit L. Papyrius, et IX. 34. P. Semproaius tribunus plebis recitat adversus App. Claudium censorem. *Glar.* Prænomen deest etiam in Lov. 4. et Gaertn. *G. Julius* vocatur in Port. *Gn. Julius* in fragm. Hav. *Gnæus Julius* in Hearnii Oxon. N. in cujus tamen margine *C. Julius* emendatur. Et recte. Id enim prænomen non modo reliqui codd. hoc loco, sed omnes etiam IX. 34. agnoscunt. Insuper *Cnæi* prænomen in gente Julia sub republica inauditum fuit. In verbis seqq. vox *postea* deficit in Lov. 2. quæ in aliis omnibus constanter exstat, et etiam hoc loco commodissima est, ut addita ratio, *quia eo lustro Roma est capta*, docet. Id enim duobus annis postea accidit, adeoque tum demum religioni esse incipere potuit. Tum *quod eo lustro* Lov. 3. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Hinc vocula *eo* non adparet in Leid. 1. et Lov. 2. Tandem *capta est* alio ordine edd. Aldo priores.

§ 7 *Nec deinde umquam in demortui locum censor subficitur*] *Nec inde unquam* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *inde autem* pro *deinde* alibi usurpatur. Vide ad XLII. 55. § 6. Ob reliquorum tamen codicum consensum in vulgatam scripturam, primam syllabam *voũ deinde* culpa scribarum omissam puto, quemadmodo etiam aliis locis lapsi sunt. Vide mox ad § seq. et ad XXXVI. 24. § 10. Præterea *unquam in locum inde mortui* Hav. Sed prima syllaba *voũ inde* nata est ex ultima litera vocis præced. *locum*, quod et alibi frequens est. Vide ad XXXVII. 1. § 2. posterior autem syllaba male a voce seq. divellitur. *Umquam mortui inde locum* Voss. 1. *τῷ de* in voce *inde* non modo iterum a voce *mortui* disjuncto, et proxime præcedenti *in* adposito; sed et insuper vocibus trajectis: manus sec. tamen *τὸ de* expungendam indicavit, ac legendum esse *mortui in locum*, quod et præfert Leid. 2. et Lov. 1. *unquam in mortui locum* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. et fragm. Hav. *unquam in locum mortui* Port. Nihil muto. Infra IX. 34. 'Collegam subrogabis, quem ne in demortui quidem locum subrogari fas est.' Et mox 'Demortuo collega C. Julio censore:' ubi etiam similiter in uno codice peccatur. XXIII. 21. 'In locum P. Scantinii demortui.' Auct. Epit. Liv. lib. XLIX. 'Perseo demortuo, Adramytti se educatum.'

Consulibus morbo implicitis] *Implicatis* Voss. 1. Eadem varietas etiam obcurrit VI. 21. § 7. ubi quædam vide. Atque praest I. 31. 'Donec ipse quoque longinquo morbo est implicitus.' III.

Digitized by Google

2. ' Intra castra quies necessaria morbo inplicitum exercitum tenuit.' VII. 23. ' Scipione gravi morbo inplicito, Gallicum bellum Popillio extra ordinem datum.' XXIII. 34. ' Non tam in periculosum, quam longum morbum inplicitum diu ad belli vim sustinendam inutilem fore.' XXVIII. 24. ' Scipio ipse gravi morbo inplicitus.' XXXIX. 56. ' P. Sempronius proprætor diutino morbo est inplicitus.'

§ 8 *Quum ex senatusconsulto consules magistratu se abdicassent*] *Ex senatu consulto* Gaertn. Tum vox *consules* deficit in Lov. 2. cujus compendium *cos.* vel *cons.* interceptum est a vocis præced. compendio *sen. cons.* Præterea *se magistratu abdicassent* Hav. et edd. Aldo priores. Mox *inde L. Valerium*, pro *deinde L. Val.* Voss. 2. Verum neque hic uni testi fidem habendam puto. Vide ad § præc.

§ 9 *Consulari potestate. Ut etiamsi, &c.*] Rotundissima est oratio, quam sic distinguas oportet: *consulari potestate (ut etiamsi cui eorum incommoda valetudo fuisset, copia magistratuum reipublicæ esset) Calendis Quintilibus magistratum occepere, &c.* Jac. Gron. Distinctio, quæ recte Gronovio displicuit, primum adparuit in Elzeviriana Heinsii ed. Ante ita interpungebatur: *consulari potestate: ut etiamsi cui eorum incommoda valetudo fuisset, copia magistratuum reipublicæ esset. Kalendis, &c.* Et eam fere recepi.

Etiamsi cui eorum incommoda valetudo fuisset] *Valitudo* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Port. Gaertn. Hav. et vetustæ edd. Vide ad III. 6. § 9. Mox *copia* deest in Hav. *copiam* præfert Flor. cujus ultima litera ex principio vocis seq. perperam repetita est. Vide ad XL. 7. § 8. *Esset* in Leid. 2. et Lov. 1. desideratur.

CAP. XXXII. § 1 *Kalendis Quinctilibus magistratum occepere L. Lucretius, Ser. Sulpicius, M. Æmilius*] *Mag.* pro *magistratum*, Leid. 1. *magis* Lov. 1. et fragm. Hav. *mag*^{s}. Klockian. quo *magistratus* librarius indicare voluisse videtur. Præterea *accipere* Voss. 2. et Leid. 2. *cepere* Klockian. *accepere* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. quinque, Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Nihil muto. Utrumque, et *magistratum*, et *occepere*, probum est. Supra hoc lib. c. 9. ' Extemplo novos tribunos militum creandos esse, qui Kalendis Octobribus magistratum occiperent.' Etiam III. 55. ' Consules creantur L. Valerius, M. Horatius, qui extemplo magistratum occeperunt.' Et ita passim. De verbo ' occipere ' vide Gebhard. ad Liv. I. 7. § 6. et quæ notantur ad XXXI. 50. § 6. Præterea *Lælius Lucretius* Gaertn. Ita alibi quoque pro *L.* sive *Lucius*, indocti librarii scribere soliti fuere. Exempla vide III. 12. § 8. hoc cap. § 8. Plura habes ad XXIX. 7. § 2. Tum *Servilius Sulpicius* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. De hoc etiam errore, qui sæpe in libris scriptis obvius est, vide ad Epit. Liv. l. LXXII. Deinde *M. Mamilius* Port. *M. Manilius* Harl. 2. *C. Manilius* Hav. Verum reliqui omnes in vulgatum recte conspirant.

L. Furius Medullinus septimum, Agrippa Furius, C. Æmilius] Omnia hæc vocabula desunt in Leid. 2. et Klockian. cui librariorum errori occasionem dedit repetitio vocis *Æmilius*, quemadmodum repetitio vocis *Furius* caussa exstitit, ut τὰ *Medullinus septimum, Agrippa Furius* omitterentur a scriba Gaertn. Vox *Medullinus* sola non adparet in Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. *Medulinus* præferunt Port. Lov. 1. 4. et Hav. Sed duplice *ll* hanc vocem constanter scribunt Fasti Capitolini. Denique *septimo* Harl. 2. Port. et Hav. Vide hoc lib. c. 16. § 1.

§ 2 *L. Lucretio et C. Æmilio Volsiniensis provincia evenit*] *Livio Lucretio*

Digitized by Google

Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. Error hic frequens est in Mss. ut *Lucius* prænomen reddatur per *Livius*. Vide ad II. 49. § 10. Deinde *Lucretio, Æmilio* quædam veterum edd. aliæ *Lucretio et Æmilio*, aliæ *Lucretio et Claudio Æmilio*. Infinitis locis apud Livium prænomen *Caius* in nomen gentile *Claudius* socordia librariorum abiit. Vide hoc lib. ad c. 26. § 2. et ita § præc. *Claudius Æmilius iterum*, pro *C. Æmilius*, habent omnes editi ante Aldum. Tum *Volsinensis* Voss. 2. et a m. pr. etiam Voss. 1. *Vulsinensis* Port. *Volscinensis* Gaertn. *Vulsci-nensis* Leid. 2. *Vulscienensibus* Hav. *Vulciniensis* Harl. 2. *Vulsciniensis* Lov. 1. et 2. *Vulsiniensis* Flor. Leid. 1. Lov. 3. 4. 5. et fragm. Hav. quomodo etiam passim hoc capite variant librarii. Vide ad cap. præc. § 5. Mox *Sapinates*, pro *Salpinates*, Flor. *Sappinates* Leid. 1. et ita hic aliique codd. mox § 4.

§ 3 *Bellum numero hostium ingens, certamine haud sane asperum*] *Bellum in numero* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed præpositio nata est ex proxime præced. vocis litera finali. Vide ad XXXVII. 11. § 4. Deinde *certamen haud sane asperum* Gaertn. et omnes editi ante Aldum, qui *certamine* vulgavit, concinentibus reliquis scriptis.

Millia octo armatorum ab equitibus interclusa, &c. in deditionem venerunt] *Octo millia* Lov. 2. Harl. 2. Port. et Hav. Tum *in dedicationem* Leid. 1. Lov. 1. et Port. a m. pr. Vide hoc lib. ad c. 48. § 4. *Ad deditionem venerunt* Harl. 2. Sed ‘ in deditionem venire’ etiam dixit IX. 20. ‘ Obsidibus L. Plautio consuli datis in deditionem venerunt :’ ubi alia ejus locutionis exempla vide. Paullo ante voces *in fugam* exsulabant a Lov. 4.

§ 4 *Ejus belli fama effecit*] *Fama efficit* Lov. 1. a m. pr. *fama fecit* Lov. 4. *fama efficit* Leid. 1. *fame fecit* fragm. Hav. Quum olim voces una serie scriberentur *famaeffecit*, inperite postea divisæ fuere hoc modo *famæ fecit*. Quum autem etiam pro diphthongo *æ* simplex *e* scriberetur, factum est *fame fecit*. Vulgatum probum est. Mox etiam *Sappinates* Flor. Harl. 1. et Leid. 1. Vide ad § 2. hujus capitis.

Mœnibus armati se tutabantur] *Mœnibus armatis* Harl. 2. Sed ultima litera τοῦ *armatis* ei adhæsit ex principio vocis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *mœnibus se armati* Lov. 2. Tum *se tuebantur* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. Leid. 1. a m. interpolatrice, et Hearnii Oxon. N. in margine : quod ex glossa natum videtur, Præfero *tutabantur*, qua voce sæpius usus est Livius. Supra II. 49. ‘ Non ad præsidium modo tutandum Fabii satis erant.’ III. 6. ‘ Per se ipsi Hernici cum Latinis res suas tutarentur.’ c. 7. ‘ Deserta omnia sine capite, sine viribus Dii præsides ac fortuna Urbis tutata est.’ c. 22. ‘ Ubi quum Volsci quemadmodum quieti vallo se tutarentur, pararent.’ v. 2. ‘ Egregiis muris situque naturali urbem tutantes :’ ubi vide. VI. 26. ‘ Vera arma verasque vires, quibus ab ira Romanorum vestra tutaremini, invenistis.’ VII. 38. ‘ Qui nec se nec sua tutari possint.’ Vide etiam ad XXVIII. 20. § 1. ubi etiam alibi hæc verba in Mss. confundi docebimus.

Prædas passim et ex Salpinati agro et ex Volsiniensi, nullo eam vim arcente, egerunt] Vocula *et* priori loco deest in Lov. 4. Voss. 1. et Leid. 2. sequens vocula *ex* in Voss. 2. Sed puto librarios ductuum similitudine deceptos alterutram omisisse. Et sane tanta ductuum adfinitas est, ut sæpe inter se commutentur. Vide ad XXVI. 45. § 1. Similiter *ex* a præcedenti *et* eliditur VI. 7. § 4. Alibi etiam τὸ *et* a sequenti *ex* interceptum est. Vide ad XLIV. 43. § 3. *sed* pro *et* præfert Harl. 1. solito scribarum errore, qui passim voculas has

Digitized by Google

confuderunt. Vide ad XXI. 26. § 6. Tum *ex Salpinate agro* Lov. 1. Leid. 2. et Voss. 1. qua forma erat hoc lib. c. 12. 'In Capenate agro hostes nulli extra mœnia inventi.' XXXIII. 26. 'Ædes Feroniæ in Capenate de cœlo tactæ erant.' Reliqui stant pro vulgato. Ita 'Arpinati' casu sexto Cic. maluit ad Fam. VII. 28. 'Tantum quod ex Arpinati veneram.' XIV. 7. 'Fundo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana.' Tuscul. V. 26. 'Si quis recordari velit, se aliquando in Arpinati nostro gelidis fluminibus circumfusum fuisse.' Eadem forma etiam Liv. hoc lib. c. 16. 'Capenati bello occupatos videbant Romanos.' VIII. 11. 'Ut dodrantem ex Privernati complerent.' c. 12. 'Quum aliquot menses stativa in agro Antiati habuisset.' XXII. 1. 'In Antiati metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse.' Quamvis autem frequentior sit altera forma, hanc tamen perperam barbarismi accusari, docet Vossius Gramm. IV. 12. Mox τὸ ex secundo loco deficit in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 2. Port. et Hav. quod iterum a præcedenti *et* interceptum puto. Sed vulgatum etiam hic male, quod Livius ita præpositiones iterare soleat. Vide ad VI. 28. § 6. Deinde *nullo vim arcente, τῷ eum* omisso, Harl. 2. *nullo eum viam arcente* Lov. 3. et Voss. 2. sollemni scribarum errore. Vide ad XXXII. 9. § 8. *nullo eum ui arcente* fragm. Hav. *nullo jam vim arcente* Hav. et Port. Similiter alibi etiam in Mss. librarii variant. Tale exemplum habuimus II. 62. § 2.

§ 5 *Ea conditione, ut res*] *Ea contione* Gaertn. sollemni scribarum errore. Vide ad IV. 12. § 7. Mox *res populi Romani* Lov. 5.

Stipendiumque ejus anni exercitui præstarent] *Stipendium quod* Voss. 2. De hoc errore vide ad II. 41. § 8. Deinde *illius anni exercitui* vett. edd. usque ad Aldum, qui, consentientibus scriptis, dedit *ejus. Ejus ex. anni* perperam trajectis vocibus præfert Hav. Denique *præparavit* Leid. 2. Sed 'præstare' recte supra exposuit Klockius ad II. 18. § 11. Mox *in X. annos*, pro *in viginti an.* altera numeri denarii nota omissa, Port. *in XV. annos* Lov. 4.

§ 6 *M. Ceditius de plebe nunciavit*] *Cædicius* ex Capitolinis tabulis et Græcorum monumentis scribendum. Plutarchus de Fortuna Romanorum p. 319. Μάρκον Καίκιον vocat, ubi de hac re agit. *Sigon.* Vide Sigonium etiam ad II. 52. § 6. Ceterum *M. Edicius* fragm. Hav. *M. Cedius* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *M. Ceditius* Leid. 1. et Port. *M. Cæcilius* Lov. 4. Reliqui *M. Cedicius*, vel *M. Cædicius*, ut Sigonius voluit. Apud Zonar. Annal. VII. 23. vocatur Μάρκος Καίδικος. Sed Καίκιος non tantum apud Appian. in Excerpt. Peiresc. p. 557. verum etiam apud Plutarch. in Camill. p. 135. Ita Suidas quoque Καίδικος. ὄνομα κύριον. Apud eumdem tamen Plutarch. loc. quem Sigon. laudavit, vulgo editur Μάρκῳ καὶ Δεκίῳ, diphthongi vestigiis manifestis existentibus. Et nomen hujus gentis *Cædicius* in fastis Capitolinis scribitur, in quibus consul memoratur A. U. C. DCCCXCVII. Q. CAEDICIVS Q. F. Q. N. IN. MAG. MORT. Paullo ante *Eo anno*, pro *Eodem an.* Lov. 4. Vide ad X. 10. § 6. In verbis seqq. autem *in novam viam*, pro *in nova via*, Flor. et Lov. 2. ac 4.

§ 7 *Propter auctoris humilitatem spretum, et quod longinqua, eoque ignotior, gens erat*] *Adventoris humil.* Voss. 1. sed in margine emendatum postea est *auctoris*. Tum *et quia longinqua* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. 5. Port. et Hav. *eo quia longinqua* Harl. 2. *q²*, id est *quia*, et *q*, id est *quod*, librariis non bene adsecutis notas, vel eas perperam confundentibus, sæpe in Mss. commutantur. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Deinde *eoque innotior* Leid. 1.

Digitized by Google

et fragm. Hav. *eo ignotior* Voss. 1. et Leid. 2. *eo ingnotior* Lov. 1. *eop ignotior*, id est *eo quod ign.* Gaertn. Vide ad § 5.

Neque Deorum modo monita, ingruente fato, spreta, sed humanam quoque opem, quæ una erat] Omnia hæc verba deficiunt in Hav. Caussa errandi librario exstitit vocis *erat* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11. Solam vocem *modo* omisit Lov. 5. a m. pr. Præterea *incongruente fato* fragm. Hav. *incongruente facto* Voss. 2. et Lov. 3. *Factum* et *Fatum* sæpissime commutari solent. Vide ad III. 40. § 9. Deinde *humanam quoque spem* Hearnii Oxon. L. 1. Denique ultima vox *erat* non comparet in Leid. 2. Paullo post *ammovere*, id est *admovere*, pro *amovere*, Gaertn. Ita sæpe peccare librarios, videbimus ad XL. 55. § 5.

§ 8 *Die dicta ab L. Apuleio tribuno plebis*] *Appuleio*, ut dixi. *Sigon. Ab Lelio Apuleo* Leid. 2. Vide ad II. 42. § 2. et hoc cap. § 1. *ab L. Appuleo* Lov. 1. a m. pr. et Lov. 2. *ab L. Apuleio* Leid. 1. Hav. et fragm. Hav. De orthographia hujus nominis vide ad Epitom. Liv. hoc lib. Mox *prædam Veientinam* Lov. 4. Vide hoc lib. c. 30. § 8. Tum *adulescente* Flor. Vide ad VI. 34. § 11.

Accitis domum tribulibus et clientibus, quæ magna pars plebis erat] Pall. duo, Mss. et vetus ed. *tribulibus clientibusque.* Gebh. In optimis Mss. et antiquissimis edd. τὸ *et* non habetur. Inde Ascensius *clientibus, quæ m.* Sed scribendum, *accitis domum tribulibus clientibusque* (*magna pars plebis erat*) *percontatus.* Ut pridem Moguntini ediderunt. Frequens Livio ita abruptas, certe connexione defectas, parentheses facere. Hoc lib. v. c. 28. 'Poscentes, ut confestim inde ad castra hostium duceret, (in conspectu erant posita in plano,) nihil pœnæ recusabant:' etsi Sigonianus *et in consp.* Andreas *et ea in conspectu.* IX. 35. 'Flectit paullulum in clivos agmen, (aspreta erant strata saxis,) inde signa in hostem obvertit.' X. 2. 'Inde esse ostium fluminis prælti: (Meduacus amnis erat:) eo invectam classem subire,' &c. Palladius Februario c. 17. 'Hispanus quidam mihi hoc genus novæ insitionis ostendit: (ex Persico se adserebat expertum:) salicis ramum,' &c. ita Mss. Vulgo *quod ex Persico.* J. F. Gron. *Demum*, pro *domum*, Klockian. Tum *tribulibus et clientibus, quæ magna pars plebis erat*, ut vulgo editur, Harl. 1. Port. et Hav. Atque ita primum apud Aldum invenio. *Tribulibus eo clientibus, quæ magna pars plebis erat* Flor. *tribulibus et clientibus, quæ magna pars plebis erant* Harl. 2. Sed ita legendum videtur *qui magna pars plebis erant.* Id tamen non placet; nam *clientibus, quæ pars erat* ad eam formam dictum erit, qua obcurrit c. 34. 'Celtarum, quæ pars Galliæ tertia est, penes Bituriges summa imperii fuit.' Vide ad XXXII. 30. § 5. *Tribulibus clientibus, magna pars plebis erat* Lov. 2. *tribubus clientibusque, magna pars plebis erat* Lov. 4. 5. et Hearnii Oxon. L. 1. *trib., quod quia magna pars plebis erat* Voss. 2. *trib. clientibusque, quod quia magna pars plebis erat* Lov. 3. *trib. clientibusque, magna pars plebis erat* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. uterque. Neque aliter præferunt vetustissimæ edd. Et hanc etiam lectionem Gronovius veriorem docuit; ita tamen, ut insuper voces *magna pars plebis erat* parentheseos notis incluserit, ut antea Moguntini fecerant, præterea docens simili modo abruptas parentheses Livio frequentes esse. Ita II. 6. 'Primus eques hostium agminis fuit, (præerat Aruns Tarquinius filius regis,) rex ipse cum legionibus sequebatur.' Plura similia videri possunt ad XL. 57. § 3. Sed *tribubus clientibusque, quæ magna pars plebis erat* Gaertn. et fragm. Hav. *trib. clientibusque, quæ magna pars plebis erat* edd. Ascensii

Digitized by Google

1513. et 1516. Et ita videri posset pronomen *quæ* a præcedenti particula *que* absorptum fuisse; quod alibi non raro accidit. Vide ad XXIX. 6. § 8. Verius tamen puto, τὸ *quæ* insertum esse ab illis, qui orationem Livianam male cohærere existimabant, ut ita melius eam connecterent. Sæpissime enim has similesque voculas interposuerunt, qui stilo Liviano minus adsueti erant. Hujus rei ad XXXIV. 56. § 1. plura exempla videri possunt.

Conlaturos, quanti damnatus esset, absolvere eum non posse] *Collocaturos* Lov. 3. Vide ad X. 32. § 5. Hinc *quanti damnaretur* Lov. 4. *quanti esset damnatus* Gaertn. Deinde *absolvere cum non posset* fragm. Hav. Frequenter τὰ *cum* et *eum* in Mss. commutantur. Vide ad IV. 19. § 2.

§ 9 *Precatus ab Diis inmortalibus, si innoxio sibi ea injuria fieret*] Has preces sic expressit Suidas voce Ἀχίλλειος εὐχή· Ὁ Κάμιλλος εὔξατο τὴν Ἀχίλλειον εὐχὴν, ἐπιτοθῆσαι Ῥωμαίους Κάμιλλον ἐν καιρῷ· ἀνήρτησε δὲ αὐτῷ οὐ πολὺ ὕστερον. *Sigon.* Verba hæc Suidam mutuatum esse ex Appiano, cujus Fragmentum ex biblioth. Petresc. Valesius edidit p. 549. monuit ad dictum locum Kusterus; votum autem illud Achilleum inlustrat Vales. ad loc. Appiani. Ceterum *a Diis inmortalibus* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. et Gaertn. Tum *innoxia sibi ea injuria* idem Gaertn. *innoxios sibi eam injuria* Leid. 1. Sed ultima litera vocis *innoxios* adhæsit ex principio vocis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. ultima vero τοῦ *eam* itidem nata est ex prima syllaba seq. vocabuli. Vide ad III. 48. § 5.

Absens quindecim millibus gravis æris damnatur] Similiter Plutarch. in Camillo p. 135. Ὤφλε τὴν δίκην ἐρήμην, τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων ἔχουσαν· ὁ γίνεται πρὸς ἀργυρίου λόγον χίλιαι δραχμαὶ καὶ πεντακόσιαι· ἀσσάριον γὰρ ἦν τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ δεκάχαλκον οὕτως ἐκαλεῖτο δηνάριον. Etiam Zonaras Annal. VII. 22. Ἐρήμην δ' ἐάλω, καὶ ψῆφος συνέχθη κατ' αὐτοῦ τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων ἔχουσα, ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρίου λόγον δραχμαὶ χίλιαι πεντακόσιαι. Sed, si locus integer est, summam immensum auget Appian. in Fragm. quod Vales. ex bibliotheca Peireseiana edidit p. 546. Καὶ ὁ δῆμος, ἐκ πολλοῦ τὸν ἄνδρα ἀποστραφόμενος, ἐζημίωσε πεντήκοντα μυριάσιν, οὐκ ἐπικλασθείς, οὐ δ' ὅτι πρὸ τῆς δίκης αὐτῷ παῖς ἀνεθρήκει. Ceterum *quindecim millibus* Lov. 1. et Leid. 2. Tum *damnatum* fragm. Hav.

CAP. XXXIII. § 1 *Si quidquam humanorum certi est, capi Roma non potuerat*] *Certi esset* Port. et Hav. qui iidem cum Lov. 2. et 4. etiam præferunt *non poterat*. Sed *non potuerit* exhibent excusi, ut et *est certi*. Aldus primus *certi est* et *potuerat* substituit, concinentibus ceteris manu exaratis. Alio ordine *Roma capi* est in Lov. 4.

Adventante fatali urbi clade] Malim *fatali urbis clade*. Et habet antiquum exemplar *s* literam superadditam. *Rhen.* Quasi Latine non recte diceretur *adventat urbi clades*, Rhenanus contra omnes codd. et Mss. et cusos insulsit *urbis*. Gebh. *Adventanti fatali urbi clade* Gaertn. et vetustæ edd. *adventante fatali urbe clade* Leid. 2. et Harl. 2. *adventanti fatali urbis clade* Harl. 2. *adventante fatali urbis clade*, ut Rhenanus volebat, Lov. 4. 5. Port. Hav. et Hearnii Oxon. C. Et ita etiam ediderunt Moguntini, quum Ascensius 1513. et 1516. dedisset *adventante fatali urbi clade*, quod etiam Aldus, et postea recentiores alii receperunt. Neque aliter est in optimis codd. quare eam lectionem cum Gebhardo præfero, sive vocem *urbi* referas ad τὸ *adventante*, ut is fecit, sive, quod verius videtur, ad τὸ *fatali*.

Legati ab Clusinis veniunt, auxilium adversus Gallos petentes] *Clusivis* Port.

Digitized by Google

et Hav. *ab Clusinisi veniunt* Leid. 1. et Harl. 1. *ab Clustis missi veniunt* Lov. 2. *a Clusinis veniunt* Lov. 4. et editi ante Aldum. Deinde *adversus Gallos aux. petentes* Leid. 2. et Lov. 1. *versus*, pro *adversus*, est in Lov. 2. Vide ad X. 35. § 17.

§ 2 *Eam gentem traditur fama, &c. Alpes transisse*] *Tradit fama* Gaertn. et Lov. 2. reliquis invitis. Quare existimo, neglegentia librariorum omissam esse notam, qua ultimæ duæ literæ *τοῦ traditur* per compendium scribi solent *tradit̃*. Vide ad X. 10. § 1. De locutione autem, 'traditur eam gentem transisse,' vide ad I. 31. § 8. *Fama* autem hic accipiendum videtur casu sexto.

Nova tum voluptate captam Alpes transisse] *Nova tũ voluptate* solito errore. Vide exempla ad XXII. 17. § 5. *nova cum voluptate* Harl. 2. Lov. 5. et Port. De hoc etiam scribarum peccato vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Novitatum voluptate* Lov. 3. Deinde *transivisse* Leid. 2. Male. Amat enim Livius in hoc verbo contractionem. Vide ad XXVII. 19. § 10. *transisse Alpes*, vocibus transpositis, Lov. 4.

Agrosque ab Etruscis ante cultos possedisse] *Ante Etruscis cultos* Hav. omissa præpositione *ab*. Alibi ita Livium loqui solitum fuisse, videbimus ad VI. 11. § 4. Hic tamen uni isti cod. fidem non habeo. *Ante ab Etruscis cultos* Harl. 2. et Port.

§ 3 *Et invexisse in Galliam vinum inliciendæ gentis caussa Aruntem Clusinum*] Hoc loco perperam distincta est ed. Asulanica. Ego sane malim *At inv. in Gall. vinum*. Certe quod in scripto codice, pro *et*, *ut* legitur, particulam *at* suprascriptam habet. Tum sic distingue, *At inv. in Gall. vinum ill. gentis causa, Aruntem Clusinum:* et quæ sequuntur. *Rhen.* Voculas *at* atque *et* sæpissime inter se in Mss. confundi, videbimus ad XXXVI. 35. § 7. Loco *τοῦ et* Flor. præfert *ut*. Solent et hæ particulæ inter se commutari in Mss. Vide ad XXI. 28. § 8. Quum tamen omnes reliqui Mss. quibus utor, in vulgatum conspirent, neque aliam lectionem ex Oxoniensibus suis Hearne adnotarit, ac denique vulgata scriptura commodum sensum præbeat, nihil etiam mutandum puto. Ed. Asulanica sive Aldina, cujus distinctionem recte erroris arguit Rhenanus, ita interpungebat, *illiciendæ gentis caussa. Aruntem Clusinum, &c.* Non tamen sola ita peccavit. Eumdem enim errorem inveni in omnibus ante Aldum vetustis impressis, præterquam in Veneta 1498. et Ascensianis 1513. et 1516. in omnibus etiam post Aldum usque ad Rhenanum, præterquam in Frobeniana 1531. Præterea *iniũxisse in Galliam*, id est *injunxisse*, præfert male Gaertn. Tum *alliciendæ gentis* Port. et Hav. Sed *τὸ* 'illicere' etiam alibi Livius utitur. Infra X. 17. 'Inlicite lucro mercatorem, ut sequatur agmen.' Et ita Cic. de Amic. c. 14. 'Nihil esse, quod ad se rem ullam tam inliciat et tam adtrahat, quam ad amicitiam similitudo.' Justin. XXXI. 6. 'Civitates socias confirmabat, dubias inliciebat.' XXXVIII. 3. 'Omnes has gentes, Romanum meditabundus bellum, variis beneficiorum muneribus jam ante inlexerat.' *Τῷ illiciendæ*, tamquam minus noto librariis, *alliciendæ* ex marginali expositione subpositum arbitror. Denique *Aruntem* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. Port. Gaertn. Klockian. et Hav. Vide mox ad § seq. et ad I. 34. § 2. Eadem etiam lectionum diversitas obtinet apud Lucan. I. 606. ubi Oudend. edidit 'Arruns dispersos fulminis ignes Colligit.' At Cortius *Aruns*. Scripti autem nunc *Arruns*, nunc *Arrus*, unus quoque *Arrons* præfert. Ceterum similibus inlecebris, quibus Aruns Gallos, postea etiam Narses Langobardos permovit, ut in Italiam descenderet

Digitized by Google

vellent, teste Paullo Warnefridi de Gest. Langobard. II. 5. ubi, pariter verbum 'inlicere' adhibens, inquit, 'Simulque multimoda pomorum genera, aliarumque rerum species, quarum Italia ferax est, mittit, quatenus eorum ad veniendum animos posset inlicere.' Et hoc animo etiam Moises speculatoribus mandabat, ut fruges Palæstinæ secum adferrent, lib. Numer. c. 13.

Aruntem Clusinum ira corruptæ uxoris ab Lucumone, cui tutor is fuerat] Sermo est relationibus satis impeditus. Lucumonem intelligimus uxoris tutorem fuisse, aut Aruntis; non autem Aruntem Lucumonis. Hunc autem repetit Livius, quod videbatur longius hyperbaton. *Glar.* Glareanus intelligit, Lucumonem aut Aruntis, aut uxori Aruntis ab se corruptæ tutorem fuisse, cum tamen intelligendum sit, Lucumoni Aruntem tutorem puero fuisse. Id enim aperte scribit Plutarchus in Camillo his verbis p. 135. Ἄρρων Τυρρηνὸς ἀνὴρ ἐπιφανὴς ἦν ἐπίτροπος παιδὸς ὀρφανοῦ, πλούτῳτε πρώτου τῶν πολιτῶν, καὶ θαυμαζομένου κατ' εἶδος Λουκούμωνος. Et paullo post p. 136. Οὗτος πολὺν χρόνον ἐλάνθανε διεφθαρκὼς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, καὶ διεφθαρμένος ὑπ' ἐκείνης. ['Glareanus dubitavit, et Sigonio ansam dedit inquirendi. Sed nulla apud eum est gratiarum actio.'] *Sigon. Ab Lucurcione* corrupte Hav. *a Lucumone* Gaertn. *ab Luculone* Lov. 5. a m. pr.

Cui tutor is fuerat: ipso præpotente juvene] Sequenda vetusti libri lectio, sicque distinguenda sententia: *cui tutor is fuerat ipse, præp. juvene.* Rhen. *Cujus tutor* Leid. 2. Male. Supra I. 34. 'Postremo tutor etiam liberis regis testamento instituerentur.' Deinde *tutor ipse fuerat is ipse* Flor. Sed recte Rhenanus *tutor is fuerat ipse*, mutata etiam distinctione. Et ita servant Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. Idem etiam Hearne in Oxoniensibus invenisse videtur, qui similiter edidit, et nullius tamen eorum dissensum notavit. De pronominibus 'is ipse' junctis vide ad XXVIII. 3. § 7. Præterea *præponente juvene* perperam Leid. 1.

Et a quo expeti pœnæ, nisi externa vis quæsita esset, nequirent] Voculam *et* ignorat Gaertn. Deinde *ab quo* Port. *ex quo* Hav. Tum *expeti pœne, &c. nequiret* Gaertn. et Hav. *pœna nequiret* fragm. Hav. a m. pr. Denique *nisi vis externa petita esset* Harl. 2. et Hav. *ut externa vis quæsita esset* Lov. 2. Vide ad IX. 5. § 3.

§ 4 *Hunc transeuntibus Alpes ducem auctoremque Clusium obpugnandi fuisse*] *Hunc transeuntem Alpes ducem, &c. fuisse* Harl. 2. Deinde *Clusinum obpugnandi* Lov. 3. et Leid. 2. Notat quidem Hearne, *Clusinum* quoque vocari apud Orosium II. 19. Sed forte ibi similiter *urbem Clusii, quæ nunc Tuscia dicitur*, legendum.

Equidem haud abnuerim, Clusium Gallos ab Arunte, seu quo alio Clusino adductos] *Et quidem haud abnuerim* Lov. 2. et Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 54. § 3. *Equidem nec abnuerim* Lov. 3. et Voss. 2. *Equidem abnuerim* Hav. *ănuerim*, id est *annuerim*, fragm. Hav. Alia hujus peccati exempla vide ad XXXVI. 34. § 6. *abnumerim* Harl. 1. An forte scriba more antiquo dare voluit *abnuverim*, eadem forma qua *pluvit* sæpissime in scriptis Livianis obvium est? Vide ad I. 31. § 1. Similia alia præsertim apud poëtas antiquissimos obvia, qui literam hanc *v* interponebant, ut syllabam brevem producerent, vide apud Merulam ad Ennii fragm. p. 163. Deinde, trajecta voce *Gallos, Clusium ab Arunte, seu quo alio Clusino, Gallos adductos* Harl. 2. Port. et Hav. Tum *ab Arrunte* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. Port. et Gaertn. Vide ad § præced. Præterea *seu quovis alio* Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hearnii Oxon. C. Male. Vide hoc lib. ad c. 13. § 4. Deni-

Digitized by Google

que *abductos* Hearnii Oxon. B. de quo errore vide ad XXVII. 29. § 1.

§ 5 *Non fuisse, qui primi Alpes transierint*] *Primum* Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. Paullo ante *obpugnaverunt* Lov. 2. *expugnaverunt*, pro *oppugnaverint*, editi usque ad Aldum, qui alterum restituit, suffragantibus omnibus scriptis.

Urbemque Romam caperent, in Italiam Galli transcenderunt] *Urbemque Romanam* Hav. quod, non raro in libris scriptis corruptum, sæpius Gronovius Livio restituit. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX. Hic vero, nullo codicum consentiente, vulgatum verius puto. *Caperet* habet Harl. 2. Tum *in* præpositio exsulat a Lov. 3. Deinde *transcenderant* Hearnii Oxon. N. Librarius Voss. 1. veræ scripturæ ignarus admodum fluctuavit. In contextu dedit *transcenderent*, pro quo in margine emendavit *transcenderunt*. Sed et hanc lectionem sibi displicere literæ *u* notam subjiciendo indicavit. *Transcenderent* erat in Lov. 1.

§ 6 *Nec cum his primum Etruscorum, sed multo ante*] Vide et hoc genus sermonis. Dubium enim non est, quin dicere velit, non cum his Hetruscorum, qui hoc tempore Clusium aliaque circa Tusciæ loca possidebant, Gallos pugnasse, sed cum iis Hetruscis, qui inter Apenninum Alpesque incolebant. Sed haud scio, an hujusmodi dubitationes proprie nostri sint propositi. *Glar.* Nescio, quid in his tantopere Glareanum moratum sit, ut genus loquendi videndum atque observandum monuerit. Non credo miram ipsi visam fuisse constructionem *cum his Etruscorum*, pro *cum his Etruscis;* passim enim id obvium est, et apud Livium et apud alios: per 'hos Etruscorum' autem intelligit Clusinos, de quibus modo verba fecerat; et id monuit ipse Glareanus. Docet hic Livius, bellum cum Clusinis non primum fuisse, quod a Gallis in Italia gestum sit; sed jam diu antea bellatum fuisse cum illis Etruscorum, qui inter Apenninum et Alpes consederunt. Ceterum *nec* deficit in Lov. 5. *primo* præfert Hav. Vide ad v. 16. § 1. Tum *Tuscorum* Lov. 3. Vide § seq. et ad II. 47. § 6. Deinde voces *primum Etruscorum, sed multo ante cum iis* non adparent in Lov. 4.

Qui inter Apenninum Alpesque incolebant] *Qui Apenn. Alpesque incolebant* Leid. 2. Non sequor. 'Incolere' hic absolute ponitur sine casu. Infra I. 1. 'Euganeisque, qui inter mare Alpesque incolebant, pulsis.' XXI. 31. 'Incolunt prope Allobroges:' ubi plura vide. Ceterum *Appenninum* semper scribunt vetustæ edd. et quidam veterum codd. Idem etiam in optimo Medic. et aliis Plinii codd. obcurrere, notavit Corte ad Plin. Ep. v. 6. § 2. Sed male. Vide Dausquei. Orthogr. part. sec. hac voce. Mox *pugnare*, pro *pugnavere*, Harl. 2. et Lov. 5. a m. pr. *oppugnavere* Gaertn.

§ 7 *Tuscorum ante Romanorum imperium late terra marique opes patuere*] Est in codice veteri *ante Romanum imp.* non *Romanorum*. Rhen. *Ante Romanum imp.* præferunt etiam omnes manu exarati, quibus utor. Insuper *Etruscorum* est in Lov. 2. Vide modo ad § præc. Deinde *opes paruere* male fragm. Hav. Ita variatur apud Cic. in Orat. pro Rege Deiot. cap. 5. Dicendo autem opes 'late terra marique patuisse' indicat, eas summas, et per magnum spatium terra marique extensas fuisse.

Quibus Italia insulæ modo cingitur, quantum potuerint] *Quibus It. insulæ modo angitur* Port. *quibus Italia insula modo cingitur* Leid. 1. Deinde *quantum potuerunt* Harl. 2. et Port.

§ 8 *Græci eadem Tyrrhenum atque Adriaticum vocant*] *Eandem* Harl. 1. Deinde *Tyrrheni* Voss. 2. *Tirrenum* fragm. Hav. *Tirenum* Lov. 2. Harl. 2. Port. et Gaertn. Postea *atque Adriaticum mare vocant* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lov. 1. 4. 5. Port. Hav. et

Digitized by Google

Hearnii Oxon. N. et C. Ceterum pro *Adriaticum* Cluverius legebat *Hadriam* Ital. Antiq. I. 18. p. 136. vel *Adriam* Ital. Ant. IV. 17. p. 1331. Ratio est, quod sinus hic maris Græcis proprie ὁ Ἀδρίας κόλπος, vel simpliciter ὁ Ἀδρίας, eorumque imitatione Latinis nonnunquam 'Hadria' vocetur. Vide Cellar. Geograph. Antiq. II. 9. p. 403. Præterea verba præcedentia 'alterum Hadriaticum mare ab Hadria Tuscorum colonia vocavere Italicæ gentes' desunt in Gaertn. negligentia scribæ ob repetitionem vocum *gentis* et *gentes*. Vide ad IX. 11. § 11. Ibidem *Atriaticum* et *Atria* scribit Flor. Ubique autem *Hadria* et *Hadriaticum* scripsi: et ita etiam inveni in edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXIV. 10. § 10.

§ 9 *Ii in utrumque mare vergentes incoluere urbibus duodenis terras*] Est in codice veteri *et in utrumque mare verg.* Rhen. Voculam *ii* non agnoscunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et quædam ex vett. edd. quam Aldus iterum addidit, ut habent edd. Rom. 1472. et Parm. *Et in utrumque mare*, ut Rhenanus in suo reperit, servant etiam Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 4. 5. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. *Et in utrum mare* Lov. 3. Deinde *vergente* Harl. 2. Tum *incoluerunt* Gaertn. Tandem *urbibus duodenis citra* Voss. 2. et Lov. 3. *urbibus duodenis trans* Leid. 2. quæ scriptura ex non intellecto compendio *t'ras* nata videtur. Certe *terras*, pro *trans*, contrario errore paullo post hoc eodem § præfert Gaertn. Vide etiam ad VI. 28. § 8.

Prius cis Apenninum ad inferum mare, postea trans Apenninum totidem] *Prius eis Apenn. totidem*, reliquis omissis, Lov. 1. 3. et Voss. 2. Erroris hujus caussa fuit repetitio vocis *Apenninum*. Vide ad IX. 11. § 11. *postea trans totidem*, neglecta voce *Apenninum*, Leid. 2. quasi ea intelligenda foret ex præcedentibus, quemadmodum XLIV. 8. 'Supra rupem ingentes gurgites facit, et infra, prorutam in mare evolvendo terram, præaltas voragines:' ubi plura vide. Quum tamen alii omnes vulgatæ lectioni subscribant, (nisi quod *terras*, pro *trans*, præferat Gaertn. Vide ad verba præc.) eam etiam servandam arbitror.

Quot capita originis erant, coloniis missis] *Quod capita* Flor. Leid. 1. Hav. et quædam ex vett. edd. usque ad Ascensium, qui a. 1513. recte *quot* restituit, ut Romæ 1472. et Parm. editum fuerat. Vide ad XLIV. 1. § 1. Deinde *colonis missis* Harl. 2. et Hav. a m. pr. De hoc errore vide ad XXXVI. 19. § 2.

§ 10 *Quæ trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo*] Vox *quæ* deficit in Lov. 4. *qui trans Padum* habent Leid. 2. et Gaertn. ut, licet 'coloniis' præcesserit, hic tamen colonarum incolæ intelligantur. Ita VIII. 11. 'Latium Capuaque agro multati:' ubi vide Gronovium. Duorum tamen eorum codd. auctoritas levior est, quam ut eam sequar. Præterea *omnia alia loca*, media voce addita, Leid. 2. et Lov. 1. Tandem *Euetorum angulo* Harl. 2. Port. et Hav. Similiter I. 1. ubi *Heneti* memorantur, *Enetum* et *Enetos* præferunt Voss. ambo, Leid. ambo, Port. et Gaertn. Quin et, quum ibidem 'Venetorum' mentio fit, *Eneti* similiter est in Voss. 2. Sed alteris Græcis *Everol*, alteris *Oeverol* sive *Beverol* vocantur, quos propterea *Henetos* et *Venetos* a Latinis adpellari oportet. Vide Cluver. Ital. Antiq. I. 17. p. 125. *Veneto angulo* est in Lov. 4.

Qui sinum circumcolunt maris] *Qui sinum circumvolvit maris* Leid. 2. ut ad præcedens *angulo* referatur. Sed præstat vulgatum. Infra XXXI. 41. 'Is timor omnes, qui circumcolunt Bœben paludem, relictis urbibus, montes coëgit petere.'

§ 11 *Alpinis quoque ea gentibus haud dubie origo est*] Ita editum vidi Ro-

Digitized by Google

mæ 1472. ac Parmæ. Post eas autem edd. ita iterum vulgavit Ascensius 1513. quum mediæ, quas vidi, perperam legerent *Alpinis quoque ea tangentibus*. Cum Ascensio autem sentiunt omnes scripti; nisi quod *Alpinis ea quoque gentibus* alio ordine habeat Lov. 2. Præterea *haud dubie origo est* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. quomodo *haud dubii hostes*, pro *haud dubie hostes*, Gronovius restituit XXXIV. 43. § 5. ubi plura vide. Verum optimi codd. hic constanter vulgatum servant. Et ipse Livius infinitis locis illo *haud dubie* uti solitus est. Vide ad XXXIV. 2. § 6. ut et supra ad III. 24. § 3. Similiter *haud dubie robur*, pro *haud dubium rob.* in Curtio refingendum censet Modius ad III. 9. § 2. quod Leid. et Voss. 1. codicum Mss. auctoritate firmari, ex variantibus lectionibus Curtii constat.

Maxime Rhetis] *Tuciis* Lov. 4. Harl. 2. et Port. a m. pr. qui a m. sec. habet *Reciis*: et ita est in Leid. 2. et Lov. 5. a m. pr. quum ante *Raciis* legeretur. Sed *Retiis* præferunt Voss. ambo, Harl. 1. Lov. 1. 3. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Rhetiis* edd. usque ad Frobenium, quia. 1535. *Rhetis* primus dedit. *Rhætiis* Flor. *Rætiis* Leid. 1. In his contrarius commissus est error, quam supra § 9. ubi *colonis*, pro *coloniis*, dederent librarii. De Rætis vide Cluverium Ital. Antiq. I. 16. p. 111. qui p. 114. docet, antiquiores auctores omnes scripsisse per diphthongum in prima syllaba Ραιτοὶ, *Rhæti*; posterioris autem seculi scriptores per vocalem η, Ῥῆτοι, *Rheti*; alios vero, Græcam adspirationem in litera *R* aversantes, scripsisse *Ræti* et *Reti*. Cellarius autem in Geograph. Antiq. II. 7. pag. 334. varios lapides adtulit, unum etiam temporis Tiberiani nummum, in quibus *Rætus* scribitur; at contra pro altera orthographia Hadriani nummum RHETICVS. EXERCITVS. præferentem ex Spanhem. de Præstant. et Usu Numism. dissert. IX. p. 843. ed. sec. Verum in tertia ed. præstantissimi istius operis dissert. XIII. p. 630. idem nummus ex Erizz. p. 248. et Tristan. tom. I. pag. 473. emendatius hac inscriptione vulgatur EXERCITVS. RAETICVS. S. C. quemadmodum etiam Mediobarbus eumdem vulgarat p. 178. Quam proxime itaque ad optimi cod. Leid. 1. scripturam *maxime Rætis* exhiberi curavi. Illa enim, quæ nunc circumfertur, etiam in optimis edd. scriptura *Rhetis* non est seculi Liviani.

Quos loca ipsa efferarunt] Pal. 3. *efferrent*, male. Ceterum locus ingenia format, durus indurat. Florus III. 2. de septentrione loquens, 'Nihil hac plaga,' inquit, 'infestius: atrox cœlum, proinde ingenia.' Justinus II. 1. 'Quanto Scythis sit cœlum asperius, quam Ægyptiis, tanto et corpora et ingenia esse duriora.' Mollis vero et placidus emollit quoque barbariem. Florus de Gallis II. 11. 'Ut frugum semina mutato solo degenerant, sic illa genuina feritas eorum Asiatica amœnitate mollita est.' *Gebh.* Livius XLV. 30. 'Frigida hæc omnia duraque cultu et aspera plaga est: cultorum quoque ingenia terræ similia habet: ferociores eos et adcolæ barbari faciunt, nunc bello exercentes, nunc in pace miscentes ritus suos.' Vide de Gallogræcis seu Galatis orationem Cn. Manlii XXXVIII. 17. Et ita ferociora Hannibalis et militum ejus ingenia nihil aliud, quam hiberna in Campania et urbe Capua, fregisse atque emolliisse, passim scriptores Romani monuerunt. Alia vide apud Rupert. ad utraque Flori loca a Gebhardo laudata. Recte itaque vulgo editur *efferarunt*, id est, 'feriores reddiderunt.' Neque aliter codd. quibus utor, nisi quod *efferarent* habeat Voss. 1. ex quo, una litera extrita, formatum est *efferrent*, quod præferunt Lov. 3. et Pal. 3. Gebhardi. Sed 'efferare' eo sensu est etiam II. 23. 'Promissa barba et capilli ef-

Digitized by Google

feraverant speciem oris.' v. 27. 'Efferati odio iraque.' XXIII. 5. 'Hunc, natura et moribus inmitem ferumque, insuper dux ipse efferavit.' XXV. 26. 'Ita adsuetudine mali efferaverant animos.' XXXIV. 24. 'Moribus ritibusque efferatioribus, quam ulli barbari, inmanes belluæ vivunt.' XXXVII. 54. 'Massilienses jam pridem efferassent tot indomitæ circumfusæ gentes.' Præterea *quos loci ipsa* Lov. 3. *quos loca ipsi* Harl. 2. Mox *ne quis ex antiquo* fragm. Hav. Tum *et præter sonum linguæ* Harl. 2. Insuper *nec tum inconruptum* Lov. 4. Tandem *retinent*, pro *retin'ent*, vel *retinerent*, Leid. 2. Vide ad XL. 14. § 2.

CAP. XXXIV. § 1 *De transitu in Italiam Gallorum hæc accepimus*] *Gall. in Ital.* Harl. 2. Port. Hav. et Gaertn. Deinde *hoc accepimus* Leid. 2. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. Passim voculæ *hoc* et *hæc* in Mss. commutantur. Vide Freinsh. indicem Curtian. voc. 'Hic:' viros doctos ad Nason. Metam. XIII. 203. et ad Liv. VIII. 23. § 3. Pari modo etiam *ad hæc* et *ad hoc* confundi solent. Vide ad XXI. 52. § 10.

Ii regem Celtico dabant] Vide Gronov. Observ. II. 3. in fine. *Duk. Celtis dabant* Voss. 2. et Lov. 3. reliquis invitis, qui *Celtico* servant, nisi quod *Celtigo* sit in Harl. 1. *Celtica* vocatur Plinio Hist. Nat. IV. 17. 'Ab eo ad Garumnam Celtica, eademque Lugdunensis.' Straboni Κελτική. Sed is eo nomine universam Galliam intelligit. Quemadmodum autem sub voce 'Celtica' intelligitur 'regio,' ita sub 'Celticum' intelligi potest vel 'corpus,' vel 'imperium,' vel quid simile.

§ 2 *Ambigatus is fuit*] *Ambigarus* Harl. 2. et Port. *Ambiganis* Hav.

Fortunaque tum sua, tum publica præpollens] Est in codice veteri *fortunaque cum sua, tum publica.* Rhen. *Tum sua* retinent Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sed cum Rhenani codice facinnt Flor. Leid. 1. Lov. 1. et Harl. uterque. Vide ad VI. 23. § 3.

Quod in imperio ejus Gallia adeo frugum hominumque fertilis] Exigit Palatinorum Mss. biga τὸ *in*. Infra c. 47. habent duo Mss. Pall. 'Interim arx Romæ Capitoliumque ingenti periculo fuit.' c. 52. 'An gentilitia sacra ne bello quidem intermitti, publica sacra et Romanos Deos etiam in pace deseri placet?' *Gebh.* Mss. Andreas, Bec. aliique, *quod imperio ejus.* Cur mutarunt? quasi non sit, 'imperante illo.' Plinius VII. 3. 'Nobis diligentior notitia principatu Claudii contigit.' XXIX. 1. 'Eadem ætas Neronis principatu ad Thessalum transiluit.' Suetonius Julio c. 5. 'Tribunatu militum, qui primus Romam reverso per suffragia populi honor obtigit.' Et Vespasiano cap. 2. 'Tribunatu militum in Thracia meruit.' Non opus refingere utrobique cum Torrentio, *Tribunus militum:* est enim alterius sensus æque bene expressus. Augusto c. 100. 'Id opus sexto suo consulatu exstruxerat.' Vespasiano c. 24. 'Consulatu suo nono tentatus in Campania motiunculis levibus.' Tacitus Histor. I. 48. 'Vinius proconsulatu Galliam Narbonensem severe integreque rexit.' *J. F. Gron.* Codicum, quos laudat Gronovius, lectionem ex meis firmant Lov. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. ex illis vero, quos Hearne Oxonii consuluit, B. L. 1. et 2. Et recte eam locutionem exposuit Gronovius. Similiter fere, ut hic *imperio ejus*, pro 'eo imperante,' 'quum is imperium obtineret,' ita etiam 'ludis,' pro eo die quo ludi edebantur, habuimus II. 36. § 1. Ut tamen de veritate hujus lectionis dubitem, illud efficit, quod eam tantum in minoris auctoritatis codd. repererim: quum contra *in imperio ejus* servent Flor. Voss. ambo, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. 1. quibus concinunt

Digitized by Google

Hearnii Oxon. reliqui N. et C. Similiter etiam Aldus, qui primus ita edidit, in suis codd. invenisse debuit. Id vero me incertiorem reddit, quod sæpissime soliti sint librarii prænomen *in* ante voces, ab eadem syllaba, vel a syllaba *im* incipientes, perperam vel addere, vel omittere. Prioris erroris exempla vide ad IV. 6. § 11. posterioris ad III. 41. § 6. Si tamen pronunciandum sit, potius Gronovii lectionem præferrem, quam propterea in contextu servavi.

Fertilis fuit, ut abundans multitudo vix regi videretur posse] *Fertilis fuit et ab., ut mult.* Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *multitudo Gallorum vix regi* Harl. 2. Port. et Hav. Sed illud *Gallorum* ex margine male adscitum est. Per se id satis intelligitur: unde etiam recte meliores libri ignorant. *Multi vi regi* Lov. 5. a m. pr. Denique *regi videretur posse fore* Voss. 1. sed ultimæ voci adjectis notis, quæ eam perperam scriptam esse indicant.

§ 3 *Bellovesum ac Sigovesum*] *Bellonesum* Harl. 2. hic et mox § seq. *Bellonessum* hic Lov. 4. *Bellonesum* § seq. At *Belloveum* Leid. 2. Vide etiam ad cap. seq. § 1. Deinde *Signovesum* Lov. 2. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. et hic et § seq. *Sigonessum* Lov. 3. *Signonesum* Lov. 4. Præterea *et* pro *ac* Lov. 1. Harl. 2. Port. Hav. et priscæ edd. Aldus *ac* consentientibus reliquis scriptis substituit. Paullo ante *prægravante turba exonerare* Lov. 2. qui idem mox ignorat τὸ *regnum*: at *cupiens regnum* habet Lov. 4.

§ 4 *Excirent, ne qua gens arcere advenientes posset*] *Exscirent* Klockian. *exirent* Leid. 2. Sed mox § proximo sequitur 'Is, quod eis ex gentibus abundabat, excivit.' Deinde *venientes* Voss. 2. Harl. 2. et Port. Præterea *possent* fragm. Hav.

Tum Sigoveso sortibus dati Hercinii saltus] *Tunc* Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad II. 12. § 15. Deinde non tantum *Signoveso* codd. § præc. laud. sed etiam *signo verso* Lov. 4. *Segoveso* Leid. 1. Klockian. et fragm. Hav. Quæ verior forte videri potest scriptura, quod plura hodie Gallorum Germanorumque nomina propria supersint, quæ tribus illis literis *Seg* incipiant, ut 'Segonax,' 'Segestes,' 'Segimerus,' 'Segimundus,' et similia. Non aliter etiam erat in Flor. a m. pr. quod postea in *Sigovoso* mutatum est. Tum *sordibus* Klockian. qui error ex vitiosa verba præeuntis pronunciatione ortus videtur. Denique *Hercinici saltus* Lov. 5. et Hav. *Ercinei saltus* fragm. Hav. *Hercinei saltus* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Hercynei* eis proximæ edd. pro quo *Hercynii* reposuit Curio, *Hercinii*, ut nunc vulgo editur, Vascosanus 1543. Sed Græcis Ἑρκύνιος δρυμὸς passim scribitur, ut et in optimis scriptorum Latinorum edd. *Hercynia silva*, quam scripturam etiam hic recepi, licet *Herciniam* dicendum esse ex origine vocis Germanicæ contendat Cluverius German. Antiq. III. 47. Utrum enim Livio et aliis vetustis scriptoribus Latinis origo illa Germanica nota fuerit, recte dubitari potest, quum potius videantur secuti esse orthographiam Græcorum, qui constanter per literam *υ* scripsere.

Belloveso haud paullo lætiorem in Italiam viam Dii dabant] *Belueso* Lov. 5. *Beloveso* Port. *Belloneso* Lov. 4. et Harl. 2. Deinde *aut*, pro *haud*, Port. De quo errore vide ad XXVIII. 2. § 11. Illud postea ulterius corruptum, et, pro *aut*, datum est *aŭt* in Lov. 2. 3. *autē* in Lov. 5. *autem* in Voss. 2. et Gaertn. Nam et has voces nonnumquam commutare librarii consueverunt. Vide ad IV. 42. § 6. Similiter *autem*, pro *haud*, male datum est VII. 11. § 6. *ante* præfert Lov. 4. Tum *lætioriem* Harl. 1. quomodo idem codex peccarat II. 1. § 2. Vide alia similia ad ejusdem libri II. c. 15. § 6. *liberiorem* Lov. 2. Hinc *in Italia* Lov.

Digitized by Google

4. Mox *viam* non adparet in Leid. 2. Lov. 1. et Part. unde legendum conjicl posset *lætiorem Italiam Dii dabant*, ejecto τῷ *in*, quod tum natum foret vel ex ultima litera vocis præced. Vide ad XXXVII. 11. § 4. vel, si ī *Italiam* per compendium scriptum fuisset, ex prima litera vocis seq. Certe contra, *Italiam trajecit*, pro *in Italiam traj.* in Mss. esse, videbimus ad Epit. Liv. lib. LXXXIV. Potius tamen est, ut nihil mutemus, et dicamus, vocem *etiam* elisam esse ab ultimis literis vocis *Italiam*. Denique *Di dabant* Flor. et Leid. 1. Vide hoc lib. ad c. 14. § 4. *hii dabant* Lov. 4.

§ 5 *Is, quod eis ex populis abundabat*] Scribe *Is, quod ejus ex pop. ab. Quod ejus*, id est, partem, quæ abundabat ex populis ejus, hoc est, Ambigati regis, avunculi. *Rhen.* Quis umquam Latine dixit 'abundare ex populis,' nisi Livius hoc in loco? Imo vero ne Livius quidem, si emendate locus legatur, prout in veteribus libris legitur, sic: *Is, quod ea gens populis abundabat*. Sigon. Andreas et Mss. *Is quod ejus*, ut ex Borb. quoque profert Rhenanus. Juntas, *quod ei ex populis abundabat*. Me delinivit olim codicum Sigonii, *quod ea gens populis abundabat*. Intelligebam 'gentem' ipsam Italiam; quam quia notum erat jam tum populis frequentem esse, et cultoribus abundare, ille quoque multitudine suorum succinctus ire voluit, et ex Celtarum populis compluribus delectum egit. Sic Florus II. 7. 'Sequutæ sunt statim Africam gentes, Macedonia, Græcia, Syria.' Easdem vero delicias facit Virgilius Æneid. X. 201. 'Mantua dives avis: sed non genus omnibus unum. Gens illi triplex, populi sub gente quaterni. Ipsa caput populis:' ubi non modo Servius deerrat ipse, *tribus* et *curias* interpretando, sed et Cluverium induxit in errorem, Antiq. Ital. l. I. c. 26. ausum dicere, eam orationem secum non congruere, et miris constructam fabulis, quasi Mantua diceretur caput Mantuæ. Ego vero 'gentem triplicem' intelligo tres regiones, ut XLV. 29. habes a Paullo in quatuor regiones distributam Macedoniam: 'populos,' urbes, oppida, conventus in singulis regionibus: quorum omnium Mantua caput. Sic Strabo de Sybari l. VI. p. 263. Τοσοῦτον δ' εὐτυχίᾳ διήνεγκεν ἡ πόλις αὕτη τὸ πλέον, ὡς τεττάρων μὲν ἐθνῶν τῶν πλησίον ὑπῆρξε, πέντε δὲ καὶ εἴκοσι πόλεις ὑπηκόους ἔσχε. Ovidius Metam. II. 215. 'Cumque suis totas populis incendia gentes In cinerem vertunt.' Noster IV. 49. 'Simul Æques triennio ante accepta clades prohibuit Volanis, suæ gentis populo, præsidium ferre.' Ibidem cap. 56. 'Caput rerum Antiates esse: eorum legatos utriusque gentis populos circumisse:' Volscorum et Æquorum puta. VI. 18. 'Aut non ex iisdem semper populis exercitus scriptos, quamquam eadem semper gens bellum intulerit.' VII. 26. 'Cujus populi autem cujusque gentis classis fuerit, nihil certi est.' Pomponius Mela I. 21. 'Una gens, aliquot populi et aliquot nomina.' Justinus VII. 1. 'Adnatis gentibus variorum populorum.' Hinc scias, summum poëtam, qui nihil est mollius inepte, non ταυτολόγως dixisse in VI. 706. 'Innumeræ gentes populique volabant.' Livius XLII. 30. 'In liberis gentibus populisque plebs utique omnis fere.' XLV. 31. 'In omnibus Græciæ gentibus populisque.' Notandum quoque, Servium nonnumquam citare libros Varronis De Gente Populi Romani. Ad l. VII. c. 176. 'Ut Varro docet in libris de Gente Populi Romani, in quibus dicit, quid a quaque traxerint gente per imitationem.' Ad IX. 603. 'Italiæ disciplina et vita laudatur: quam et Cato in Originibus, et Varro in Gente Populi Romani commemorat.' Facit et Arnobius l. V. p. 161. et Augustinus de Civ. Dei l. XVIII. c. 2. et

Digitized by Google

13. et l. XXII. c. 28. et Sosipater l. I. p. 100. et alibi. Valerius Maximus IX. 1. ext. 6. 'Gentis Ægyptiæ populus.' Hinc revincitur et conjectura Lipsii, XXV. 16. 'Omnium populorum prætoribus, qui ad Pœnum in illo communi Italiæ motu descissent, persuasisse:' sic omnes scripti et impressi. 'Quomodo *omnium populorum?*' inquit Lipsius: 'certe de solis Lucanis sermo: itaque lego *omnium populariorum;*' Epistol. Quæst. IV. 16. At nos intelligimus prætores omnium populorum Lucanæ gentis. Sic 'Latini populi' I. 51. et 'populi Latinorum' c. 31. Sic II. 38. cum clades 'gentis Volscorum' dixisset, mox addit, 'instigando suos quisque populos effecere, ut omne Volscorum nomen deficeret.' Quemadmodum et de quo quærimus loco XXV. 16. 'Ut omne nomen Lucanum in fide ac societate Romana sit.' IX. 42. 'Id ægre passi Hernici, concilium omnium populorum habentibus Anagninis, omnes Hernici nominis populo Romano bellum indixerunt.' Ergo et II. 64. 'Ingens vis hominum ex omnibus Volscis Æquisque populis in castra venit:' perperam et ex malorum libb. suasu τὸ *populis* delet Sigonius. Sic 'Samnitium populi' X. 14. 'Etruscorum' XXIX. 36. 'Istriæ' XLI. 11. De Achæis, XXXII. 22. 'Et jam non singuli tantum, sed populi universi inter se altercabantur: tamen inter magistratus gentis certamen nihilo segnius.' Hæc omnia mihi videbantur confirmare scripturam licet improbatorum sæpe codicum: nam et eruditione captum iterum correctorum superat, et negari non debet, multa etiam ex iisdem utiliter monuisse Sigonium. Amico tamen nostro, viro nobili et eruditissimo, tam suspecta erat Sigoniani codicis fides, ut ne hic quidem ei credere auderet. Retinebatque vulgatam, quæ esset tamquam temperamentum verborum sequentium, excivisse Bellovesum Bituriges, Arvernos, Senones, &c. non scilicet omnes, sed 'quod iis ex populis abundabat:' nam hanc et his populis Livius dixit, et allis plurimis scimus fuisse novarum sedium quærendarum et colonarum deducendarum caussam. Neque hanc sententiam vulgatæ dari posse olim me fugerat: ideo in contextu eam abolere veritus sum: et si cui magis placet, per me fruatur. Possis etiam conjicere *quod septem ex populis abundabat.* Septem populi sunt, quorum nomina apponit. *J. F. Gron. Is, quod ea gens populis abundabat* apud me superest in Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. apud Hearnium autem in Oxon. C. Eam lectionem erudite inlustravit Gronovius. Ne tamen eam recipere audeam, illud obstat, non modo quod fere non, nisi in minoris auctoritatis codd. reperiatur, verum etiam quod rei veritati adversari videatur. Tantum enim abest, Italiam, regnante Prisco Tarquinio, quo tempore Bellovesus eo profectus est, populis frequentem fuisse, et cultoribus abundasse, ut id ne in hæc quidem tempora, quibus ultimi Gallorum Alpes transcenderunt, convenire, vel de Italia a Gallis nondum possessa vere prædicari posse existimem. Clusinos certe, quibuscum Senones bellum gesserunt, agros latius possidere, quam colere, testantur Galli hoc lib. c. 36. 'Si Gallis egentibus agro, quem latius possideant quam colant, Clusini partem finium concedant.' Vulgatum *Is quod eis ex populis abundabat* aut in nullo codice exstat, aut in uno tantum Harl. 1. ex quo in excerptis nihil notatum video, licet hic codex conlatus sit cum ed. ita præferente. Proxime tamen accedit lectio Lov. 3. *Isque eis ex populis abundabat*, solito ac frequenti errore. Vide ad II. 41. § 8. Verum *Is, quod eus ex populis abund.* Flor. *Is, quod ejus ex populis abund.* habent Voss. ambo, Leid. am-

Digitized by Google

bo, Lov. 1. Klockian. fragm. Haverk. et Hearnii Oxon. præter unum modo memoratum, omnes. Neque aliter inveni in edd. Rom. 1472. et Parm. Et hanc lectionem probavit Jac. Gronovius in adnotationibus ineditis, τὸ 'ejus' referens ad 'præcedens numerum hominum,' atque observans ita passim duo hæc pronomina jungi solere; de quo videbimus ad VIII. 37. § 8. Lectionem hanc aliter exposuit Rhenanus, τὸ *ejus* referens ad Ambigatum. 'Abundare ex populis,' quemadmodum fere Cic. ad Attic. XV. 15. 'Quum ex reliquis, quæ Nonis Aprilibus fecit, vel abundare debeam, cogor mutuari.' Hanc itaque scripturam in contextum recepi.

Bituriges, Arvernos, Senones, Æduos] Vox *Senones* olet mendum: ita enim fiet, ut Senones et primi et ultimi Alpes transcenderint, si quidem subjicit cap. seq. 'Tum Senones recentissimi advenarum.' Forte *Santones* reponendi pro 'Senonibus' sunt. *Sigon.* 'Senones' etiam inter hos fuisse, ut Livii referunt exemplaria, minime credibile est, siquidem post omnium reliquorum in Italiam transitum tandem ipse postea c. 35. sic scribit Livius: 'Tum Senones, recentissimi advenarum, ab Utente flumine usque ad Æsim fines habuere.' Alius igitur populi nomen ab ipso Livio eo loco insertum fuisse, arbitror; quod postmodum in *Senones* corruptum. *Cluver.* Ital. Antiq. I. 24. p. 238. *Bituries* Lov. 2 *Lut'iges* Lov. 5. Tum *Avernos* Leid. 2. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Arvenos* Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. *Arvennos* Leid. 1. Harl. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. et Klockian. Deinde *Sennones* Lov. 2. 5. *Senones* omnes reliqui codd. constanter: quare viris doctis, eorum loco *Santones* reponentibus, adsentiri non audeo. Neque video quid obstet, quo minus in prima hac colonia, quæ ex variis gentibus constitit, cum reliquis proficisci potuerint in Italiam, qui ex Senonibus abundabant, licet ultima colonia ex solis Senonibus constiterit. Deinde vocem *Æduos* omittit Voss. 2. At M. Anton. Sabellicus de Vetust. Aquilei. lib. II. p. m. 62. coloniæ hujus Gallorum in Italiam deductæ mentionem faciens, et *Senones* et *Æduos* omisit. *Heduos* habent Lov. 5. Port. Hav. et vett. edd. *Eduos* Klockian. et Lov. 2. Sed *Æduos* potius scribendum esse nomen hujus gentis, ex antiquis monumentis probat Cellar. Geogr. Antiq. II. 2. p. 136. Utrumque probare videtur Dausquei. in Orthogr. parte II. in voce 'Æduicus.'

Ambarros, Carnutes, Aulercos] *Sambirros* Flor. a m. pr. *Sambarros* a m. sec. ubi prima litera repetita est ex fine vocis præced. *Animbares* Harl. 2. et Port. *Aminbares* Hav. *Ambratos* Gaertn. *Ambarras* Leid. 2. *Ambaros* Leid. 1. *Ambaries* Lov. 2. *Ambarcos* Lov. 3. *Annibares* Lov. 4. *Annibaries* Lov. 5. Deinde *Carnates* Harl. 2. Port. et Hav. *Caurintes* Lov. 3. *Carmites* Lov. 4. Tandem *Amlercos* Voss. 1. et Leid. 2. *Aulecros* Harl. 2. *Auletros* Hav. et Port. a m. pr. *Aulereos* Lov. 4.

In Tricastininos venit] *In Tricaspinos* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. et C. et vetustæ edd. usque ad Venetam 1495. quæ *Tricastinos* recte vulgavit. *In Triscalpinos* Gaertn. *in Triscapinos* Lov. 1. *in Ciaspinas* Lov. 2. *in Triaspinas* Lov. 5. a m. pr. pro quo a m. sec. emendatur *in Transalpinos:* neque aliter est in Lov. 3. Voss. 2. Port. et Hav. *in Transalpinas* Lov. 4. et Harl. 2. *intirocastrinos* Leid. 2. Sed *Tricastini* ex Hannibalis in Italiam itinere notissimi sunt. Vide Livium ad XXI. 31. Silium Italic. III. 466. et alios. Paullo ante *peditum copiis equitumque* Lov. 4.

§ 6 *Alpes inde obpositæ erant, quas inexsuperabiles visas haud equidem mi-*

Digitized by Google

ror] *Appositæ erant* fragm. Hav. et Lov. 5. a m. pr. Sed solent hæc verba confundere librarii. Vide ad II. 61. § 4. Deinde *inexs. minus haud eq. miror* Leid. 2. Præterea *inexpugnabiles* edd. ante Aldum, qui alterum recepit, concinentibus omnibus scriptis.

Nulla dum via, quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet, superatas] Ego germanam hujus loci lectionem eam esse existimo, quæ in priscis aliquot exemplaribus est ejusmodi: *nulla dum via (quod quidem continens ulla memoria sit) nisi ab Hercule (si fabulis credere libet) superatas:* ita ut hanc totam sententiam duæ parentheses includant. Præterea malim etiam *quo de quidem*, quam *quod quidem*, ut sit elegans et usitata verborum transgressio. *Sigon.* Et totum illud, quod hic affert e priscis exemplaribus Sigonius, spernendum, et inprimis conjectura *quo de quidem*. Non adsecutus est vir doctissimus figuram illam loquendi 'quod memoria sit,' pro eo quod factum esse memoria sit. Ut III. 13. 'Premebat reum præter vulgatam invidiam crimen unum, quod M. Volscius Fictor testis exstiterat.' Quod admissum esse, testis fuerat Volscius. Eodem lib. cap. 10. 'Quia id fides abierit:' id est, id factum esse. XXI. 10. 'Et id de quo verbis ambigebatur, uter populus fœdus rupisset, eventus belli, velut æquus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit.' XXIII. 16. 'Vix equidem ausim affirmare, quod quidam auctores sunt.' XXX. 26. 'Augurem duos et sexaginta annos fuisse, quod quidam auctores sunt.' Vel etiam 'memoria id,' 'testis id,' 'fides id,' 'judex id,' 'auctor id,' est ejus rei. Plautus in Captivis III. 4. 81. 'Garriet, quod neque pes unquam neque caput compareat:' ubi perperam Lambinus *quo*, Acidalius *quoi* voluere. Ellipsis est præpositionis *Ad* vel *In*. Terentius Andr. III. 2. 42. 'Et id spero adjutores Deos.' *J. F. Gron.* Priscis exemplaribus Sigonii consentiunt meorum Harl. 2. Port. Lov. 2. 4. 5. Gaertn. et Hav. Hearnii etiam Oxon. C. nisi quod in paucis abeant in diversa. Nam τὸ *quod* deest in Gaertn. Verum id videtur vox sequens *quidem* intercepisse. Hinc *conveniens*, pro *continens*, est in Lov. 2. Tum *nulla*, pro *ulla*, est in Lov. 4. Sed Lov. 5. et Gaertn. non agnoscunt τὸ *ulla* a Sigonio interpositum. Deinde *de Hercule* servat Harl. 2. *ab Hercules* habet Hav. ultima litera vocis *Hercules* perperam repetita ex prima inmissæ vocula *si*; de quo errore vide ad XXVIII. 25. § 2. Denique *credere licet*, pro *cr. libet*, Hav. quæ verba nonnumquam in membranis antiquis confundi solent. Vide ad XXV. 38. § 4. Ceterum recte ὁ πάνυ Gronovius vulgatam lectionem adversus Sigonium tuetur, eamque constanter firmant integerrimi meorum codicum, ut et alii præter superius memoratos, nisi quod *continua*, pro *continens*, et *de Herculi fabulis credere* sit in Flor. sed posterius a m. sec. *de Herculis fabulis credere* in Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Neque a vulgato ferme discedunt vetustiores edd. usque ad Mediolanens. 1495. quæ *vi* pro *via* dedit; idem etiam aliis nonnullis recipientibus, cujus loco recte Ascensius jam 1510. *via* restituit. In eo tamen discedunt Rom. 1472. et Parm. quod præferant *quod quidem continens memoriæ sit*, quomodo Ant. Perizonius in margine scribendum conjecit, adjecto conjecturæ firmandæ loco Livii ex hoc lib. v. c. 39. 'Timorique perpetuo ipsum malum continens fuit.' Verum 'malum fuit continens timori' notat malum proxime secutum fuisse timorem, inter malum et timorem nullum fuisse intervallum; quo sensu hoc loco 'res continens memoriæ' accipi nequit. Eadem opera etiam laudare potuisset illud Livii XLV. 29. 'Dar-

Digitized by Google

danis repetentibus Pæoniam, quod et sua fuisset, et continens esset finibus suis.' Potius igitur vulgatum probo, et 'quod quidem continens memoria sit' accipio, pro quod quidem memoria continet. Ita 'pertinens sit,' pro pertineat, est XXVIII. 44. 'Illa longa oratio nec ad vos pertinens sit.' Hujus periphrasis plura exempla collegit Vechner. in Hellenol. II. 9.

§ 7 *Ibi quum velut septos montium altitudo teneret Gallos*] *Sed quum* Lov. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. At reliqui recte in vulgatum conspirant, nisi quod *Sibi quum* sit in Flor. et Leid. 1. prima litera ex præced. vocis ultima repetita; quamvis etiam voces illæ ibi inter se commutentur, ubi erroris eadem ratio reddi nequit. Vide ad I. 57. § 10. Deinde *spretos*, pro *septos*, Voss. 2. et Lov. 3. invitis ceteris codd. Denique Hearne observat, Pontanum in Histor. Danic. l. I. p. 43. ubi hunc locum laudat, dedisse *terreret*. Verum omnes nostri receptæ lectioni adhærent. Quare hanc varietatem vel operis typographicis, vel ipsius Pontani calamo aberranti tribuo. Certe veteres etiam librarii alibi sæpe ita lapsi sunt. Vide ad XXIII. 1. § 10.

Circumspectarentque . . . orbem terrarum transirent] Particula *que* et vox *terrarum* exsulant a Leid. 2. posterior tantum a Lov. 4. *in alium orbem irent* habet Flor. Mox *regio*, pro *religio*, est in Gaertn. Vide hoc lib. c. 54. § 3.

Quod adlatum est, advenas quærentes agrum ab Salluviorum gente obpugnari] Antiqua lectio, *ab Salvium gente oppugnari*. Opinor Livium scripsisse *Salyum*. Nam istam gentem 'Salyes' appellant auctores cæteri. *Rhen.* Strabo lib. IV. pag. 185. 'Salyes,' inquit, 'inter Rhodanum Alpesque possident agrum ad quingenta stadia.' Plin. III. 5. 'Ligurum,' inquit, 'celeberrimi ultra Alpes Salyi.' Ita variegatum nomen est et declinatione et literis. Nam et hic *Salvii* legitur, et *Salvii*. Forsitan hinc et *Salassii*, quorum in Italia meminit Ptolemæus III. 1. 'Salussiorum' etiamnum nomen in Italia manet vicinum Liguribus. Hæc ideo nobis annotantur, quod videmus aliter atque aliter apud diversos scribi. Cæterum si hoc in loco pergam de Rhætis, item de Celtarum populis dicere, res nullum inveniet finem. Sed hoc non agimus. *Glar.* Varie in hoc nomine deerrarunt librarii: *ab Sagunte oppugnari* est in Lov. 4. Sed præcipua varietas est in nomine gentis. Nam *Saluviorum* habet Harl. 1. et ed. Mogunt. *Salvinorum* Harl. 2. et Gaertn. *Salviniorum* Hearnii Oxon. C. *Salvinorum* Lov. 2. *Savinorum* Lov. 1. *Salaminorum* Hav. *Salinumorum* Port. a m. pr. *Salinum* a m. sec. *Samnorum* Leid. 1. *Saluum* Flor. et Voss. 1. posteriori codici addita nota, alterum crus prioris u delendum ac *Salium* legendum esse, pro quo *Salinorum* emendatur in margine. *Saluum* Voss. 2. et Lov. 3. *Salvium* fragm. Hav. Klockian. et ed. Frobeniana 1535. *Salyum* Leid. 1. *Salviorum* Lov. 5. et edd. vetustissimæ. *Salluviorum* Frobeniana 1531. *Salyum* denique, ut Rhenanus conjecit, et Leid. 1. præfert, recepit Curio, ex quo reliqui servarunt. Populum Galliæ Narbonensis indicari inde constat, quod Massilienses in eorum regione consedisse dicantur. Et forte iidem sunt, qui cap. seq. sub 'Salluviorum' nomine memorantur. Jam autem vel hoc loco legendum est cum Rhenano *Salyum*, quomodo hic populus adpellatur apud Strabonem lib. IV. p. 178. et seqq. vel *Salluvium*, aut *Salluviorum*, qui cum Liguribus et Vocontiis memorantur in Fastis Triumphal. ad ann. DCXXX. et DCXXXI. et Massiliensibus vicini fuisse dicuntur apud Amm. Marcell. XV. 11. ubi videndus est Vales. quod idem de 'Salyibus' prædicat Livius XXI. 26. 'Salyes.'

Digitized by Google

antem et 'Sallnvios' eumdem populum fuisse, docet Cellarius in Geogr. Antiq. II. 2. p. 150. Vide etiam ad Epit. Liv. lib. LX. et lib. LXXIII. Insuper τὸ *quod* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. quemadmodum *agrum* in Gaertn. verum, transpositis dictionibus, *agrum quærentes* habet Lov. 1. Tum *a*, pro *ab*, servant Port. et Hav.

§ 8 *Massilienses erant, in navibus a Phocide profecti*] Hæc verba si legisset Liviomastix ille Caius Cæsar, non solum hic Patavinitatis arguisset Livium, sed etiam solœcismi. Quis enim umquam Latine scientium dixit 'profectus sum in navi,' et non potius, 'profectus sum navi?' Sic paullo ante 'Profectus ingentibus peditum equitumque copiis.' Non dixit *cum copiis*. Igitur scribe et distingue, germanam hoc loco lectionem restituturus, *Massilienses erant hii, navibus a Phocide profecti*. Librarius oscitans, non recte distinguendo verba, quum non intelligeret quid sibi vellet *hii navibus*, scripsit *in navibus*. Rhen. *Massilienses erant, in navibus profecti* Voss. 1. *Massilienses erant navibus profecti* Klockian. *Massilienses erant, in navibus profecti* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. cujus B. solus præfert *Massil. erant hi, in navibus profecti*. Unus Florent. *Massil. erant ii, navibus profecti*. Cujus auctoritate quum emendatio Rhenani firmetur, (*ii* enim, *hii*, et *hi* in Mss. promiscue scribi solent,) eam etiam non spernendam esse existimo. Est autem *Massilienses erant hi*, vel *ii*, eodem modo dictum, quo paullo ante hoc cap. 'Ambigatus is fuit.' In eo tamen ab Rhenano dissentio, quod vulgatam scripturam solœcismi arguat. Non video enim cur magis displicere debeat 'profecti in navibus,' quam 'ire in equis' apud Ovid. Art. Amat. I. 214. 'Quatuor in niveis aureus ibis equis:' ubi vide Burmann. et 'ire in rheda' apud Martial. Epigr. III. 47. 'Faustine, plena Bassus ibat in rheda, Omnes beati copias trahens ruris.' Similiter, quamvis 'profectus ingentibus copiis' et talia plura sæpissime obcurrunt, de quibus vide ad XXII. 9. § 5. non minus tamen etiam dixerunt 'profectus cum ingentibus copiis.' Infra XXVI. 41. 'Ipse cum quinque millibus sociorum ab Tarracone profectus ad exercitum est.' XXI. 51. 'Inde cum exercitu suo profectus ad Trebiam flumen collegæ conjungitur.' XXIV. 30. 'Marcellus cum omni exercitu profectus in Leontinos.' XXV. 13. 'Hannibal ex Bruttiis profectus cum exercitu:' et alibi sæpe. Observandum autem est, si in his similibusque locutionibus non adsint præpositiones, eas per ellipsin omissas esse, et subintelligi debere.

A Phocide profecti] *A Phocæa* legendum ex primo libro Herodoti cap. 142. atque adeo ex ipso Livio. Nam libro IV. decados quartæ c. 9. ubi de Emporiis, Hispaniæ urbe, disserit, 'Jam tunc Emporiæ,' inquit, 'duo oppida erant, muro divisa. Unum Græci habebant, a Phocæa, unde et Massilienses, oriundi,' &c. Eodem modo lib. VI. de secundo bello Pun. c. 19. ubi primum P. Scipio copias Emporiis exposuit. Pro quo notandum, 'Phocæam' esse Ioniæ urbem in Asia, unde denominativum 'Phocæus,' Græce Φωκαεὺς apud Herodotum I. 164. apud alios etiam Φωκαεύς, Latine *Phocænses* tetrasyllabon. In Strabonis Græco codice depravate reperias Φωκαεῦσι pro Φωκαιεῦσι, de Ionibus. Porro de Phocæensibus his est adagium Φωκαιέων ἀρά, id est, *Phocæensium exsecratio*. 'Phocis' autem regio, non civitas est, Græciæ, longe mari a Phocæa, proxime Bœotiam, in qua Delphi oppidum, Apollinis oraculo clarum. Unde denominativum Φωκεὺς vel Φωκικὸς,

Digitized by Google

et adagium Φωκέων, sive Φωκικὴ ἀνόητα, *Phocensium desperatio*. Hinc Latinis erroris occasio in 'Phocæensis' et 'Phocensis' sive 'Phocidensis,' ut multos Romanorum vel non attendisse, vel ignorasse id discrimen putem. Nam et Ovidius 'Phocaicus' a 'Phocæa' Ioniæ urbe dixit Met. VI. 9. et 'Phocæus' a 'Phocide' Græciæ regione v. 276. de Pyreneo tyranno: et XI. 348. 'Phocæus Anetor:' et Aul. Gell. x. 16. ex Julio Hygino similiter 'ex terra Phocide' ait, ubi de origine Massiliensium, qui, non ex 'Phocide' Græciæ regione, sed a 'Phocæa' Ioniæ urbe pulsi ab Harpago Cyri præfecto, in hanc concesserunt Galliæ regionem. *Glar. Phocæa* legendum est, non solum propter rationes, quas alii afferunt, qui ita emendandum duxerunt, sed etiam, quia ita est in exemplaribus priscis. *Sigon.* Edidi *Phocæa*, quia Pall. tres *Phoce*. Et expresse illam lectionem vulgavit Andreas. *Gebh.* Recte Sigonius e priscis *Phocæa:* nam et Mss. Pall. *Phoce*, Voss. *Phoca*, Helm. prorsus *Phocæa*. Et Andreas olim edidit. Ne vulgatam quis Livii errorem putet. *J. F. Gron. A Phocide*, ut vulgo typis excusi servarunt usque ad Gronovium, licet interim Sigonius in suis edd. errorem hunc mutaverit, in nullo meo inveni; Hearne etiam non nisi in uno Oxon. B. reperisse se testatus est. *A Phoice* habet Flor. *a Phoca* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *a Phoce* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *a Phocea* Klockian. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *a Phocæa* Harl. 1. quod se quoque in Oxon. L. 1. 2. N. et C. obvium habuisse Hearne profitetur. Differentiam inter 'Phocis,' ejusque denominativum 'Phocensis,' et 'Phocæa,' atque hujus denominativum 'Phocæensis,' recte ad hunc locum docuit Glareanus, ut et interdum a Latinis voces 'Phocis' et 'Phocæa' confusas fuisse. Vide etiam Hortens. et Ondendorp. ad Lucani III. 340. Insuper Jac. Gronovium ad Gellii x. 16. et Holsten. ad Stephan. Byz. de Urbib. in voc. Φώκαια et Φωκίς. Denique Scalig. ad Hieronym. Chron. Euseb. num. MCCCCXVII.

Fortunæ suæ omen rati adjuvere, ut, quem primum in terram egressi occupaverant locum] *Fortunæ suæ omne rati* Lov. 3. *fortunæ suæ esse rati* Lov. 4. *fortunæ suæ omen esse rati* Lov. 5. *fortunæ suæ esse omen rati* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Sed certiores codd. vocem *esse* non agnoscunt. Deinde *quam primum in terram egressi* Leid. 2. Lov. 1. a m. pr. et Hav. *in terra egressi* Gaertn. Denique *occupaverunt* Harl. 2. et Hav. *occupaverint* Lov. 2. 4. 5. et Gaertn. *occuparent ut locum* Port. sed τῷ *ut* additis notis, quibus librarii vocem perperam scriptam, ideoque inducendam esse indicare solent.

Locum patentibus silvis communirent] Lege *patientibus Salvis*, aut *Salyis*, haud dubia conjectura. Alioquin verborum Livii nullus esset sensus. Quid enim est 'locum patentibus silvis communire?' Inter Tricastinos autem et Salyos Cavares soli intercedunt; per quos itinere facto, Galli in fines Salyorum pervenerunt, et Phocenses in condenda ibi Massilia vel certe inchoanda adjuverunt; in munienda, inquam, Massilia, 'invitis' quidem 'Salyis,' sed 'patientibus,' quoniam advenas Græcos Gallicis auxiliis adjutos prohibere non poterant. Igitur si qua Livio fides habetur, condita est Massilia in Salyorum aut Salyum finibus, gentis Ligusticæ. Contra Trogus, et, qui ex Trogo epitomen fecit, Justinus, in XLIII. 3. asserunt in 'regis Segoreiorum finibus' statutam esse Massiliam, 'inter Ligures et feras gentes Gallorum,' id est, Cavares et Vocontios; et locum a rege ipso genero datum: quos Segoreios vel Reios Justinus etiam *Li-*

Digitized by Google

gures appellat: sive regno Segoreiorum Salyi continebantur, sive potius Segoreii pars Salyorum erant, eisve attribuebantur. *H. Valesius* in Notit. Galliarum voce 'Massilia' p. 318.

Ipsi per Taurinos saltusque Juliæ Alpis transcenderunt] M. A. Sabellicus libro secundo de Vetustate Aquileiæ p. m. 64. propterea, quod hic mentio fit Alpis Juliæ, dubitat an Taurinorum nomine Livius Tauriscos intelligat illos, qui Noricis et Carnis vicini fuere. Et tandem affert argumenta, quibus clarum evadit, per proximas Alpes non ita procul a Massiliensibus Gallos in Italiam transisse; putatque Juliam Alpem appellatam a foro Julii, quod subjectum a parte, quæ Galliam spectat, commemoretur. Cæterum ego non arbitror, id temporis ullum oppidum fuisse hoc nomine, quum nullusdum Romanorum Alpes transisset. Et apparet sic dictum 'Forum Julii,' quemadmodum appellatum est 'Forum Cornelii,' 'Forum Sempronii,' 'Forum Neronis,' et, quod nobis propinquius est, 'Forum Tiberii' supra Augustam Rauricam ad Rhenum vergens; unumquodque conditoris sui sive præsidentis vocabulo. Itaque dicturus mihi fuisse Livius videtur *saltusque ejus Alpis, quam nunc Juliam appellant:* sicut mox dicit, 'Ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt.' Proinde fieri potest, ut jam olim scriptura vitiata fuerit (nam consentit Vormaciense exemplar cum vulgatis edd.) sic stante sinceriore lectione: *ipsi Taurino saltu invias Alpeis transcenderunt.* Sequitur enim cap. seq. 'Eodem saltu, favente Beloveso, quum transcendisset Alpes.' Non dicit *Iisdem saltibus.* Et præcessit, 'Nulla dum via superatas.' Conjecturas, quibus adducor, ut librarium hallucinatum putem, dum majusculas literas vetustissimorum exemplarium partim non agnoscit, partim agnitas perperam connectit, referre piget. *Rhen. Juliæ Alpis* eo in tractu, haud scio, num quis alius auctor præter Livium meminerit. Certe Cornelius Tacitus Histor. III. 8. 'Julias' vocat 'Alpes,' quæ versus Carnos sunt. Nisi in Livio sit anticipatio, quod mihi non placet. Ideoque facile assentior D. Beato Rhenano, hunc locum recte restituenti, ut legatur, *ipsi Taurino saltu invias Alpes transcenderunt.* Glar. Vet. lib. *ipsi per Taurinos saltus Juliasque Alpis transcenderunt.* Itaque assentior Rhenano acutissimo viro, qui locum hunc ita legit: *ipsi Taurino saltu invias Alpis transcenderunt.* Siquidem subjicit Livius: 'Alia subinde manus Cænomanorum, vestigia priorum sequuta, eodem saltu cum transcendisset Alpes.' 'Juliæ' autem 'Alpes' aut nullæ unquam, aut per ea certe tempora non fuerunt. *Sigon.* Mira hæc 'Julia Alpis:' et quomodo jam tunc sic dicta? an προλήψει Livius anticipat? Posset, sed video 'Julias Alpes' in Carnis et Rhætis, non illic, poni. Corruptio est: et bonus meus codex *saltus qua nlie ante Alpes.* Alterutra emendatio vera: sive *Taurinos saltus, qua minime altæ Alpes,* (res enim ita habet) sive *qua inviæ ante Alpes.* Lipsius, Centur. ad Belgas Epist. I. 93. Assentiuntur Glareanus Sigoniusque Beato Rhenano reponenti *ipsi Taurino saltu invias Alpis transcendit.* Sed, si impune omnia immutare, pervertere per asseclarum etiam applausus licet, quæ non intelligimus, pro Musa! quid salvum integrumque superabit in auctoribus? Pal. 2. *per Taurinos saltus Juliasque Alpis.* At Andreas edidit *per Taurinos saltusque Juliæ alte Alpis.* Campanus vero *ipsi per Taurinos saltusque Julios Alpes transcenderunt.* Gebh. *Juliæ Alpis* emendarunt jam dudum viri docti in *inviæ Alpis.* Cæterum scripsisse Livium *per Taurinos saltumque inviæ Alpis*

Digitized by Google

persuadebant pusillo post sequentia 'eodem saltu;' ni lib. etiam XXXIX. c. 45. scriptum foret, 'Galli Transalpini per saltus ignotæ ante viæ in Italiam transgressi.' Verum tamen huic loco singularis numerus *saltumque* magis convenit. 'Saltus' autem Livius passim in omni historia sua vocat angustias viarum, præcelsis prærruptisque jugis ac silvis utrimque septas. *Cluver.* Ital. Antiq. I. 22. p. 225. quem etiam vide ibid. c. 33. p. 360. *Ipsi per Taurinos saltusque Juliæ Alpis transcenderunt*, quemadmodum olim legebatur, servant Flor. Voss. uterque, Leid. 1. Lov. quinque, fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. et ed. Rom. 1472. *ipsi per Taurinos saltusque Juriæ Alpis transcenderunt* Harl. 1. *ipsi per Taurinos saltus Juliæ Alpis transcenderunt* Leid. 2. *ipsi per Taurinos saltus Juliasque Alpes transcenderunt* Harl. 2. et Port. *ipsi per Taurino saltus Juliasque Alpes transcendunt* Gaertn. *ipsi per Taurinos saltus Juliosque Alpis transcenderent* Hav. *ipsi per Taurinos saltusque Juliasque Alpes transcenderunt* se in margine Oxon. N. invenisse Hearne testatur; cui etiam in codd. L. 1. 2. et C. obvium fuerat *ipsi Taurino saltu invias Alpes transcenderunt.* Gaudent. Merula de Antiq. Gallor. Cisalpin. II. 8. lectionem, quæ ante Rhenanum passim obtinuit, defendit, et docet, saltum Juliæ Alpis ab ipsis Alpibus Juliis diversum esse; et quidem saltum Alpis Juliæ incipere a Tricastinis, et in Tricorios descendentem viatorem sistere in Alpibus Cottiis: nullum tamen scriptorem laudavit, qui hunc saltum Juliæ Alpis ab Alpibus Juliis diversum memorarit. Neque Rhenani conjectura placet, licet eam Glareanus ac Sigonius probaverint. Optimi enim codd. et plerique alii τὰ *per* et *que*, quæ ipse delet, constanter servant. An itaque ex vestigiis integerrimorum Mss. legendum *ipsi per Taurinos saltusque inviæ Alpis transcenderunt?* quod ipsum Doujatio quoque in mentem venisse video. Quod vero Doujatius etiam *Cottiæ Alpis*, pro *Juliæ Alpis*, conjiciat, in ea conjectura id ipsi obstabit, quod præter alia etiam in *Juliæ Alpis* obstare Rhenanus docuit; nempe eam Alpium partem nondum hoc tempore illud nomen habuisse, quum Cottius demum tempore Augusti et postea vixerit. Vide etiam num emendandum sit proxime ad primæ ed. Rom. apud Gebhardum (cui ex illis, quas vidi, consentit Parm.) lectionem *ipsi per Taurinos saltuque inviæ ante Alpis transcenderunt:* 'transcendere' autem 'per saltus Alpis,' scilicet in Italiam. Ita 'transcendere per ruinas muri,' scilicet in urbem, Liv. XXXVI. 24. 'Hostes partim per ruinas jacentis muri transcendere conantur, partim scalis adscensus tentant.' Ejusdem quoque ed. lectio permovere posset, ut scribatur *ipsi, per Taurinos saltusque invios,* (nempe qui apud Taurinos erant,) *Alpes transcenderunt.* 'Transcendere Alpes,' ut mox cap. seq. 'Quum transcendisset Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt, considunt:' 'transcendere sepem,' 'vallum,' 'murum,' 'ruinas,' Liv. VI. 2. 'Transcendentibus sepem incendio absumtam.' XLII. 63. 'Eodem tempore, quo ipse transcendere ruinas conaretur.' Epit. Liv. lib. XLVIII. 'Murum primus omnium transcendit.' Tacit. Hist. l. v. cap. ult. 'Ne Germanicæ legiones et Gallica juventus Alpes transcenderet.' Plinius Histor. Nat. XXXVI. 1. 'Cædimus montes trahimusque, nulla alia quam deliciarum caussa, quos transcendisse quoque mirum fuit.' Vide etiam quædam ad XL. 9. § 9. Vocem *saltus* ejusque significationem apud Livium inlustrat etiam Cluverius Ital. Antiq. III. 10. p. 1080. Eodem sensu vocem hanc etiam usurpavit IX. 2. 'Saltus duo alti angusti silvosique sunt, montibus circa per-

Digitized by Google

petuis inter se juncti: jacet inter eos, satis patens, clausus in medio, campus herbidus aquosusque, per quem medium iter est. Sed antequam venias ad eum, intrandæ primæ angustiæ sunt:' ubi quod antea 'saltum altum angustum silvosumque' vocarat, postea 'angustias' dicit.

§ 9 *Fusisque acie Tuscis*] *Etruscis* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. Sed passim ita variant codd. Vide ad II. 47. § 6.

Quum, in quo consederant, agrum Insubrium adpellari audissent] *Eum, in quo*, pro *cum* sive *quum*, fragm. Hav. Sed solent passim hæ voculæ in Mss. confundi ob literarum similitudinem. Vide ad IV. 19. § 2. Et quidem eo magis id hoc loco factum, quod indoctus librarius id pronomen necessarium credebat propter sequens *quo*. Verum sæpe id eleganter omitti, videbimus ad XXIII. 15. § 4. Interim tamen inde etiam factum esse censeri debet, ut scriba Hav. dederit *quum locum, in quo:* quin et ipse ille fragm. Hav. *eum, in quo consederant loco, agrum.* Præterea *in quo sederant* Voss. 1. Verbum *consederant* deficit in Lov. 2. 4. et 5. a m. pr. Denique *agrum Insubrium apopulari* Lov. 3. *agrum subrium adpellari* Lov. 4. et 5. a m. pr. ubi prima syllaba vocis *Insubrium* absorbetur a litera finali vocis præced. Vide hoc l. c. 27. § 6. *agrum Insuberem adpellari* legendum censet Pighius in Annal. ad a. DXXXI. p. 129. Sed omnes codd. vulgatam lectionem tuentur. Infra XXX. 18. 'In agro Insubrium Gallorum cum Magone Pœno signis conlatis pugnarunt.'

Cognomine Insubribus pago Heduorum] Subauditur 'existente.' Sensus est, apud Heduos quoque pagum fuisse, qui 'Insubrium' diceretur. *Rhen.* Subauditur 'existente,' inquit Rhenanus. Scribe potius *cognominem.* Virgilius Æneid. VI. 383. 'gaudet cognomine terra:' ubi addit Plautum in Bacchid. Servius. *J. F. Gron.* Hoc modo edidit etiam Frobenius 1531. eumque secuti recentiores lectionem illam servarunt usque ad Sigonium. Si autem hæc scriptura genuina est, dicendum foret, ultimam literam τοῦ *cognominem* interceptam esse a primis duabus vocis seq. *Insubribus;* de quo errore vide ad XXXVII. 29. § 5. Malim tamen nihil mutare, quum quod codd. in lectionem receptam consentiant, et Livium alibi vocem 'cognominis' usurpasse non observaverim; tum quod sæpius participium verbi substantivi apud Livium subintelligi soleat, ut ipse Gronovius aliquoties ad Livium docuit. Vide ad IV. 47. § 7. Ceterum *cognomine et Insubribus pago* Lov. 2. *cognomine Insubrio pago* Lov. 3. Miror viros doctos, qui hoc cap. recte *Æduos* dederunt, hic tamen omnes alteram orthographiam *Heduorum* tam patienter tulisse. Reposui itaque *Æduorum.* Vide ad § 5.

Omen sequentes loci condidere urbem: Mediolanum adpellarunt] Habet vetus cod. *Mediolanium.* Rhen. *Mediolanium* etiam Flor. Harl. 1. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Straboni etiam ac Ptolemæo nomen hujus urbis Μεδιολάνιον formari, observat Cluverius Ital. Antiq. I. 24. p. 240. Receptam tamen lectionem servo, in quam consentiunt maxima pars codicum, et inter eos plerique integriores: quin et ipse Livius *Mediolanum,* non *Mediolanium,* vocat XXXIV. 46. *Mediolanum adpellaverunt* Lov. 2. *Mediolanumque adpellarunt* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Gaertn. addita copula conjungente, quasi sine ea oratio Livii minus cohæreret: quum tamen, Livium ita sæpe loqui solitum fuisse, norint, qui lectione ejus adsueti sunt. Ita I. 2. 'Secundum inde prœlium Latinis, Æneæ etiam ultimum operum mortalium fuit. Situs est, quemcumque eum dici jus fasque est, super Numicium flumen. Jovem Indigetem adpel-

Digitized by Google

lant.' c. 1. 'Brevi stirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit: Ascanium parentes dixere nomen:' ita plures codd. pro *cui Ascanium*. Vide Gronov. ad eum locum. Præterea *nomen sequentes loci* fragm. Hav. Alibi sæpe 'nomen' et 'omen' in Mss. commutantur. Vide Nic. Heinsium ad Claudian. in Eutrop. I. 491. Salvagn. ad Ovid. Ibin vs. 101. et Bentl. ad Horatii Od. III. 14. 11. Insuper *omen sequente loci* Hav. qui etiam *cendere*, pro *condidere*, exhibet.

CAP. XXXV. § 1 *Alia subinde manus Cenomanorum*] Atque hinc existimo, quosdam erroris sumsisse ansam, ut hoc loco pro *Cenomanorum* substituerint *Germanorum*, non attendentes hic antea de Belloveso utique Gallo dictum, Taurino saltu per invias Alpes duxisse suos, subsecutos autem eodem saltu Cenomanos: quod de Germanis, qui in Tricastinos non venerant, intelligi non potest. Præterea hic Gallorum in Italiam transitus describitur, non aliorum populorum. Primum autem Livius commemorat septem Celtarum populos cum Belloveso venisse in Italiam: post hos Cenomanos, tertio Salvios, quarto Boios Lingonesque, ultimo Senones, qui Romam delevere. Fortassis et inde decepti, quod sensum auctoris non recte perceperunt. Non enim Livius vult dicere, Cenomanos ibi transcendisse Alpes, ubi Brixia ac Verona sunt, sed, postquam per Bellovesi vestigia in Italiam venerint, consedisse ad ea loca, (videlicet superioribus occupatis per priores,) ubi nunc Brixia ac Verona, quæ quidem antea Libuorum erant. Et Plinius III. 19. Brixiam Cenomanorum urbem fatetur, quemadmodum et Ptolemæus III. 2. et Livius quoque de Bello Macedonico II. 30. *Glar.* In nonnullis Livii exemplaribus *Germanorum* habetur vocabulum: unde doctis etiam viris controversia mota, utrum vocabulum magis genuinum sit; quidpe in tabulis quoque marmoreis triumphorum ovationumque ducum Romanorum, quæ Romæ in Capitolio etiam nunc visuntur, ita scriptum est: M. CLAVDIVS. MARCELLVS. COS. DE. GALLEIS. INSVBRIBVS. ET. GERMANEIS. ISQVE. SPOLIA. OPIMA. RETTVLIT. DVCE. HOSTIVM. VERDVMARO. AD. CLASTIDIVM INTERFECTO. AN. DXXXI. Verum quam doctissime Carolus Sigonius in Fastis suis monet, *Germanorum* hoc nomine intelligi eos quos Polyb. II. 22. et seqq. Plutarchus in Marcello p. 299. et Orosius III. 18. vocant *Gæsatos* Gallos: qui ab Insubribus mercede ad hoc bellum adversus Romanos e Gallia Transalpina conducti fuerant. 'Cenomanos' autem in Italia Gallos socios fuisse Romanorum, non hostes, disertis verbis testatur ibidem Polybius c. 24. Sed nomen id gens ex Gallia in Italiam secum attulit, quidpe testibus Cæsare Belli Gallici Comment. VII. 75. et Plinio IV. 18. ac Ptolemæo II. 8. In descriptione Galliæ *Aulercorum* duo potissimum fuerunt in Gallia genera, contermina sibi invicem, quorum alteri cognominabantur 'Eburovices:' unde caput eorum 'Mediolanum' quondam, hodieque in Normannia vocatur detorto gentis vocabulo *Evreux*. Alteri dicebantur 'Aulerci Cenomani,' quorum caput, apud Ptolemæum 'Vindunum,' hodie adpellatur *Le Mans*, et regio ipsa *le Mainé*. Illi cum aliis supra memoratis populis 'Insubrium' gentem in Italia constituerunt, caputque gentis 'Mediolanum.' Hi patrio nomine, quod domo attulerant, retento juxta eos, quos domi etiam conterminos consanguineosque habuerant, consederunt. Plinius III. 19. 'In mediterraneo regionis Decimæ coloniæ, Cremona, Brixia, Cenomanorum agro; Venetorum autem Ateste. Venetos Trojana stirpe ortos auctor est Cato; Cenomanos juxta Massiliam habitasse

Digitized by Google

in Volscis.' Ab oceano ac septemtrionalibus Galliæ partibus profectos heic juxta Rhodanum amnem et Massiliam aliquantulum subsedisse, antequam in Italiam transgrederentur, Ital. Ant. I. 22. ostensum. Horum nomen quum Græcis etiam auctoribus Polybio, Straboni, ac Ptolemæo scribatur per ε, Κενομανοὶ, miror, quosdam contendere, apud Livium scribendum esse per æ, *Cænomani*. Nihil item est, quod quidam ex Plinii exemplaribus docent, geminato nn legendum esse ubique *Cenomanni*: quidpe utraque scriptio recta probaque est. Sic enim in Germania gens inter Rhenum, Mœnium, et Dannubium, modo 'Alemani,' modo 'Alemanni' scripta reperitur. Sic qui Græcis dicuntur Βρεττανοὶ, Latinis sunt *Britanni*, et unico n, *Britones*. Sic denique *Germani* quoque dici poterant *Germanni*: quod ipsum propius ad Germanorum sive Teutiscorum linguam accessisset: quibus singulare *ein German*, multitudinis numero fuit *di Germannen*, et *Germänner*. Cluver. Ital. Antiq. I. 26. p. 250. et 251. *Germanorum* præferunt omnes codd. non mei tantum, sed etiam quinque Oxonienses, quos Hearne adhibuit, et tres Vaticani optimæ notæ, quos consuluit Dominic. Georgius. Vide eum de Antiq. Italiæ Metropolibus c. 2. p. 17. Sed consentiunt viri docti, lectionem vitiosam; eique substituendum esse *Cenomanorum*, quod jam Basileenses 1555. ac Sigonius receperunt. Quin et Sigonius nominatim Glareani conjecturam in prima Scholiorum ed. probavit; quod tamen in recentioribus, incertum quam ob caussam, subpressum est, licet tamen ea emendatio in contexta servata sit: rectius quam factum est a secutis editoribus, qui vitiosum *Germanorum* retinuerunt; donec iterum Gruterus in postrema ed. *Cænomanorum* daret: quomodo deinde recentiores omnes vulgarunt. Sed, vocem illam non per diphthongum æ, sed per simplicem literam e scribendam esse, recte Cluverius docuit, quæ orthographia etiam passim alibi apud Livium recipitur. Quare de vera scribendi ratione dubitare non debebat Cellarius in Geogr. Antiqua II. 9. p. 433.

Elitovio duce priorum vestigia secuta] Antiqua lectio *Etitovio duce:* et adscripsit in margine quidam *Eciovio*, Rhen. Legendum puto *Litavico duce:* quod nomen est libro septimo comment. apud Cæsarem cap. 37. et seq. atque etiamnum hodie manet in Gallia. *Glar. Et Titonio duce* Voss. 1. Lov. 5. et Gaertn. *et Ticonio duce* Leid. 2. et Lov. 1. *Zetonio duce* Lov. 4. *Citonio duce* Voss. 2. Lov. 3. Hav. et Hearnii Oxon. C. *et Citonio duce* Lov. 2. Harl. 2. Port. et tres optimæ notæ Vaticani apud Georgium loc. laud. *et Titovio duce* Leid. 1. *Ettovio duce* Harl. 1. *Etytovio* Flor. et Klockian. *Elitonio* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. qui idem *Atonio* in L. 2. *Iconio* in B. et *Ælitovio* in ed. Rom. principe invenit. Omnes vero edd. quibus usus sum, etiam Rom. a. 1472. *Elitovio duce* servant. Non displicet Glareani conjectura *Litavico duce*, quam etiam veram credidit Donjatius. Nisi forte verius sit *Litovico*. Deinde *vestigia prioris secuta* Hav. Mox etiam *Beloviso* Leid. 1. et Harl. 1. Et ita olim fuerat in Flor. pro quo postea *Belbæso* substitutum est. *Belloviso* Klockian. *Belloneso* Lov. 4. *Beloveso* Port. *Boloveso* Hav. Vide ad cap. præc. § 3.

Quum transcendisset Alpes] Vet. lib. *transcendissent:* quod probo, quia sequitur etiam 'considunt.' Cænomani, inquit, cum transcendissent Alpes, ubi nunc Brixia et Verona sunt, (eos locos ante Lebui tennere,) considunt. *Sigon.* Non necessaria est emendatio. Livius XXVI. 18. 'Civitas prope inops consilii comitiorum die tamen in campum descendit, at-

Digitized by Google

que in magistratus versi circumspectant ora principum.' Ibid. cap. 25. 'Super hæc exercitus Romanus iratus, partim quod cum imperatore non devectus ex provincia esset, partim quod in oppidis hibernare vetiti erant, segni fungebantur militia.' *Transcendissent* tamen etiam habent libri Vaticani apud Georgium de Antiq. Ital. Metropolibus c. 2. *Duk. Transcendissent* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 5. Harl. 2. Port. Hav. et codd. tres Vaticani apud Georgium loco laud. Similia plura vocabula Livium conlective usurpare solitum fuisse, videbimus ad XXVI. § 9. Optimi meorum vulgatum defendunt; sed facile linea transversa, qua ταχυγράφοι loco τοῦ n uti solent, perperam vel omitti, vel addi potuit.

Ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt] Cluverius Ital. Antiq. I. 26. p. 251. dicit, verendum fore, ne pro *Verona* legendum sit *Cremona*, quia Plinius III. 19. 'Veronam' Rætorum et Euganeorum oppidum vocet, 'Cremonam' contra in Cenomanorum agro sitam esse tradat, nisi Justin. XX. 5. ubi oppida enumerat, quæ Galli in Italiam transgressi condiderunt, omissa 'Cremona,' 'Brixiam' cum 'Verona' conjungeret; nisi item Catullus Carm. LXVIII. 'Brixiam Veronæ' pronunciaret 'matrem.' Conjicit itaque 'Veronam' ab Euganeis Rætisque potuisse primum condi, post vero ab Cenomanis occupari, et nova colonia augeri, ut Mantuæ quoque accidit. Vide etiam eumdem Cluver. Ital. Ant. I. 16. p. 116. Quod Cluverius rejecit, recoxit postea Scipio Maffeius in dissertatione lingua Italica conscripta dell' antica condizion di Verona, a. 1719. Venetiis edita, ubi Justinum hallucinatum; distichon Catulli suppositititum et inter spuria referendum; Ptolemæo, qui Geograph. III. 1. inter Κενομανῶν πόλεις memorat Οὐήρωνα, nullam fidem habendam; hic denique apud Livium *Cremona*, pro *Verona*, legendum esse contendit; quam præcipitem ac calidam temeritatem a nullo unquam prudenti critico probatum iri confido. Non diu postea etiam Dominicus Georgius sententiæ ejus obposuit Exercitationem historicam de antiquis Italiæ Metropolibus lingua Latina Romæ editam a. 1722. qua inter alia testatur, se in tribus optimæ notæ codd. Vaticanis constanter 'Brixia ac Verona urbes' invenisse; et multis insuper totam sententiam Maffeii erudite refellit. Omnes etiam codd. mei nihil hic a recepta lectione recedunt, nisi quod in uno Gaertn. *Brisia* sit, pro *Brixia*, sollemni errore librariorum, passim literas *s* et *x* confundentium. De quo eorum lapsu plura vide ad XXVI. 19. § 4.

Locos tenuere ibi: considunt] Locum pristinæ lectioni restitueris, si legas et distinguas: *ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt, locos tenuere Libui, considunt.* Rhen. Iidem, qui priorem emendarunt temere, meo quidem judicio, hunc quoque corruperunt, pro *Libui* reponentes *ibi*. Nec obstat, quod et Plinius III. 17. et Ptolemæus III. 1. Libuis Vercellas attribuant. Verisimile est enim, ante Gallorum adventum latiores fines habuisse eos. In codd. Ptolemæi magis pudendo errore *Lybici* legitur. *Glar.* Omnes etiam codd. mei conspirant in emendationem Rhenani, nisi quod *Libii considunt* sit in Harl. 2. et Hav. (quod prope ad 'Libicos' Plinii III. 17. et Λιβικοὺς Ptolem. III. 1. accedit) *Libii sunt* in Lov. 5. *libri sunt* in Lov. 4. *ibi considunt* vero in Port. a m. sec. Nec differunt codd. Vaticani a Georgio consulti, nisi quod hoc modo distinguant *urbes sunt, locos tenuere. Libui considunt post hos.* Emendationem eamdem Rhenani probant etiam edd. vett. usque ad Aldum, qui primus quidem *locos tenuere: ibi considunt: post hos* in contextum

Digitized by Google

admisit; sed inter errata retulit, legendum esse *Libui considunt*, quomodo iterum eum secuti ediderunt, usque ad Frobenium, qui a. 1531. Aldinam lectionem *ibi considunt* revocavit. Locum hunc tentavit quoque Cluverius, quem vide ad verba seqq. Tentavit etiam Gronovius Dissert. Epist. in T. Livii loca quædam Geograph. Epist. I. p. 8. quæ inter varias dissertationes ad finem Livii conspiciuntur: ubi viri celeberrimi sententia videri potest.

§ 2 *Post hos Salluvii: qui prope antiquam gentem Lævos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem, petiere Apenninum*] In his verbis errata complura latent. In primis nescio an pro *Salluvii qui* scribendum sit *alii Libui*. Vetustum exemplar habet *Post hos Salluvii qui*. Deinde habet non *prope*, sed *præter*. Postremo dumtaxat habet *circa Ticinum amnem Pœninon*. Ut satis liqueat, verbum *petiere* postea additum ab aliquo, qui voluerit sententiæ corruptæ succurrere. Ego dictionem *Pœninon* quoque ex veteri codice eradendam puto. Nam indubie parum peritus aliquis librarius pro *dein Boii* scripsit *Peninon*, quod in archetypo fortassis erat *Penivoii*, v litera pro *b* posita. Mox versum est in *Apenninum*, et adjectum verbum *petiere* ut consisteret sententia. Quare et sic lego: *Post hos Saluvii, præter antiquam gentem Lævos Ligures incolentes circa Ticinum amnem. Dein Boii Lingonesque transgressi.* Subauditur vero verbum *Post hos Salluvii*, scilicet 'transcenderunt Alpes.' Porro scio nominari 'Pœnina juga' apud Tacitum Hist. I. 61. et 'vallem Pœninam,' quæ vulgo 'Vallesia' dicitur, in veteri inscriptione apud Gruterum p. CCCLXXVI. num. 6. Sed locum hic ea vox non habet. *Rhen.* Et hunc quoque locum idem Beatus egregie restituit: quamquam id obscurum est, num *Salluvii* cum 'Salviis Salibusque' idem sit populus. 'Lævos' item 'Ligures' non memini fere apud auctores legere. *Glar.* Dici non potest, quam hic locus mendose legatur, ita ut nec sententiæ sanitas exstet, neque verborum. His autem incommodis ope unius veteris libri, longe omnium, quos legi, optimi, subvenimus, in quo ita est: *Post hos Salvii, qui, præter antiquam gentem Lævos Ligures, incolentes citra Ticinum amnem expulere. Pœnino deinde Boii, Lingonesque transgressi.* Sensus est, Post Cænomanos Salvii Alpes transgressi sunt, qui omnes citra Ticinum amnem incolentes, præter antiquam gentem Lævos Ligures, expulere. Post hos Boii, Lingonesque Alpes Pœnino transgressi, &c. Est enim propositum auctori nostro ostendere, qui Galli qua parte Alpium transgressi sint, et, quibus populis pulsis, qua in parte Italiæ consederint. Itaque Bituriges, inquit, et Arverni, Taurino saltu Alpes transgressi, agrum Insubrium tenuerunt. Eodemque saltu Cænomani cum transcendissent Alpes, Lebuorum loca occuparunt. Post hos Salvii transgressi, præter Lævos Ligures, reliquos, qui citra Ticinum amnem incolunt, expulerunt. Deinde Boii Lingonesque, Pœnino transgressi, Etruscos Umbrosque agro pellunt, ita tamen, ut se intra Apenninum continerent. Quod ad singulas voces pertinet, in vet. lib. est modo *Saluvii*, modo *Salvii*, qui iidem a Plinio *Salyi*, ab aliis *Salyes* nominantur. 'Lævi Ligures' etiam cum diphthongo sunt in veteribus libris, de quibus Plinius III. 17. 'Ex Liguribus Lævi ac Marici condidere Ticinum non procul a Pado, sicut Boii trans Alpes profecti Laudem Pompeiam.' Porro autem alii habent *Pœninon*, alii *Pœnino*, quas voces inducendas esse censet Rhenanus. Ego autem probo magis *Pœnino*, ut duas vias, quibus Galli in Italiam venerint, ostendat, Taurino saltu et Pœnino jugo. De quo Li-

Digitized by Google

vius XXI. 38. sic: 'Miror ambigi, quanam Hannibal Alpes transierit, et vulgo credere Pœnino, atque inde nomen et jugo Alpium inditum, transgressum.' Et post: 'Neque certe montibus his ab transitu Pœnorum ullo Veragri, incolæ jugi ejus, norunt nomen inditum, sed ab eo, quem in summo sacratum vertice Penninum montani appellant.' 'Lævos Lebuosque' Polybius Λάους et Λεβεκίους vocat II. 17. *Sigon.* Recte membranæ nostræ, in quibus est, *incolentes circa Ticinum amnem, Pœnino deinde Boii Lingonesque transgressi.* Neque aliter Sigonius, cujus notas ad hunc locum vide. *Modius.* Mss. Gothofr. habet *Levõt Ligẽs incolentes circa Ticinum amnem Peni ñ deiñ Boii Linguonesque transgressi.* Lego, *qui præter antiquam gentem Lævos, omnes Ligures incolentes circa Ticinum amnem pepulere. Peninum deinde Boii.* Klock. Sigonius subvenire huic fœdissimæ corrupto loco ait ex libro omnium, quos se legisse memorat, optimo: *Post hos Salvii, qui, præter antiquam gentem Lævos Ligures, incolentes citra Ticinum amnem expulere. Pœnino deinde Boii Lingonesque transgressi.* Emendationum rationes require apud ipsum. Pall. 1. ac 3. *Salivii.* Pal. 2. *Salivi.* Andreas *Salluvii.* Campan. *Salvii.* Deinde illi iterum duo, *circa Ticinum amnem pene noti. Deinde Boii Lingonesque.* At Pal. 2. *qui prope antiquam gentem Lævos Ligures incolentes citra Ticinum amnem expulere:* (superscriptum *partim*) *Pœnino deinde Boii.* Superscriptum quoque *Peninum.* Locus neque heri neque hodie depravatus, quem hoc modo edidit Andreas, *circa Ticinum amnem Peninum: deinde Boii Ligures-que.* Alio Camp. *qui prope antiquam gentem Levos Ligures incolentes debellavere circa Ticinum amnem. Pœni deinde Boii Ligonesque.* Gebh. Sigonii lectio uti satis sana ac genuina sit, vehementer ego adhuc vereor: utique, quum nulli unquam alias 'Salvii' seu 'Salluvii,' nulli 'Libni' seu 'Lebui' populi memorentur in Italia: quorum hi corrupto haud dubie sunt vocabulo ii, qui Polybio dicuntur Λεβέκιοι, *Lebecii*, Ptolemæo ac Plinio *Libici*, vel, ut alia Plinii exemplaria habent, *Libicii* et *Libitii.* Quapropter hunc locum, miserrime ab omnis geographiæ imperitissimis grammaticis jam olim dilaceratum sic resarcire coner: *Alia subinde manus Cenomanorum, Elitovio duce vestigia priorum sequuta, eodem saltu, favente Belloveso, quum transcendissent Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt, locos tenuere. Post hos Libici, ex Salviis orti, prope antiquam gentem Levos Ligures, incolenteis circa Ticinum amnem considunt.* Vocem, quæ hinc sequitur, *petiere*, ii de suo inseruerunt, qui proximum vocabulum *Pœnino* sive *Pennino* verterunt in *Apenninum:* quod ipsum nullo pacto heic consistere posse, quam disertissime ex contiuno subsequenti liquet oratione; ubi 'Boii' tandem 'Lingonesque, quum jam inter Padum atque Alpeis omnia tenerentur, Pado ratibus trajecto, non Etruscorum modo, sed etiam Umbrorum agros' inter Padum et Apenninum occupasse narrantur. 'Libicos' autem 'ex Salviis' fuisse 'ortos' Plinius quoque testatur III. 17. Lævis vero (sive Gallis, ut vult Polybius II. 17. seu Liguribus, ut placet Plinio III. 17.) fuisse conterminos, ex eodem simul Plinio, simulque Polybio et Ptolemæo patet. Nam Λαίους καὶ Λεβικίους, id est, *Læos atque Lebecios*, Polybius circa ortus sive fonteis Padi, in læva amnis ripa, coluisse tradit: Ptolemæus autem et Plinius Libicorum oppidum faciunt 'Vercellas;' Lævorum vero Ligurum 'Ticinum,' quod nunc *Pavia* dicitur. Hanc igitur veram atque germanam Livii fuisse scriptionem omnino ego mihi persuadeo. *Cluver.* Ital. Antiq. I. 22.

Digitized by Google

p. 226. Locus olim vexatus. Legebatur in editis, *Salluvii, qui prope antiquam, &c. amnem petiere Apenninum. Deinde Boii.* Sed τὸ *qui* et *petiere* boni scripti omnes respuunt, habentque etiam *Penino*, nec non *præter antiquam*, ut indicavit Rhenanus, qui male, *alii Libui*, pro *Salluvii:* nam Gallici populi nomen requiritur, qui vicinos Libuis Lævos Ligures ad Ticinum habitantes sit adortus. Jam *Pennino* inducendum non esse subscribo Sigonio. Nec vero recte ex præcedenti periodo hujus sententiam integrat Rhenanus subaudito verbo 'transcendunt:' nam et propius aliud intervenit 'considunt,' nec Livius modo præter hos Lævos Liguresque transcendisse vult Gallorum gentem, sed eorum etiam pulsorum sedem occupasse. At quem librum veterem longe optimum commendat Sigonius, (unde et profert *Salluvii qui*, moxque *Ticinum amnem expulere*,) is meo judicio debet hic inter pessimos censeri. *Expulere* Livii non est, qui voluit ex sequenti membro post τὸ *amnem* subaudiri 'agro pellunt,' quemadmodum et 'transgressi:' quod ut minus animadverteretur, interjecta in causa fuere, quæ orationem obscurant. Ita ergo scripsit ille: *Post hos Salluvii, præter antiquam gentem Lævos, Ligures incolentes circa Ticinum amnem, Pennino deinde Boii Lingonesque transgressi, quum jam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus trajecto, non Etruscos modo, sed etiam Umbros, agro pellunt.* Ut videas nihil deesse, nisi quod commode κατ' ἔλλειψιν ad intellectum refertur, omissis iis, quibus producitur ambitus orationis, ipsa, ut cohærent, considera: *Post hos Salluvii* (eodem Taurino saltu transgressi) *Lævos et Ligures circa Ticinum; deinde Boii Lingonesque Pennino transgressi, Etruscos et Umbros agro pellunt.* Adde Sigonium. Libuorum Lævorumque et Ligurum meminit etiam Noster XXXIII. 37. 'Quos non adepti Pado repente ratibus trajecto, Lævos Libuosque quum pervastassent, redeuntes inde Ligurum extremo fine,' &c. Neque offendat quemquam, quod hic appellantur iisdem nominibus illa loca incolentes, quum istic pulsi dicuntur. Nam Galli etsi homines bonam partem expulissent, nomen ejectæ gentis subiere. Quod in multis accidit coloniis Romanis. Sic Carthaginem Capuamque transscripti, atque ex illis, etsi origine Romanis, postea nati, Carthaginienses et Campani vocabantur, non Romani. Unde Strabo lib. v. p. 216. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι παραλαβόντες καὶ πέμψαντες ἐποίκους πολλαχοῦ, συνεφύλαξαν καὶ τὰ τῶν προεποικησάντων γένη· καὶ νῦν Ῥωμαῖοι μέν εἰσιν ἅπαντες, οὐδὲν δ' ἧττον Ὀμβρικοί τέ τινες λέγονται καὶ Τυῤῥηνικοὶ, καθάπερ Ἐνετοὶ καὶ Λίγυες, καὶ Ἴνσουβροι. Cluverius ita corrigebat: *ubi nunc Brixia et Verona urbes sunt, locos tenuere. Post hos Libici ex Salviis orti, prope antiquam gentem Lævos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem considunt.* J. F. Gron. Et hic etiam locus varie admodum in Mss. legitur. Primo *et post hos*, addita ab initio vocula, habent Voss. 2. et Lov. 3. Verum ea videtur nata esse ex varia lectione olim ad marginem notata, sed deinde in contextum perperam recepta. Scriptum enim fuisse puto *considunt, ēt*, ut indicaretur, legi in codd. vel *considunt*, vel *consident;* postea vero librarium, qui nesciebat, quid illo *ēt* indicaretur, suprascriptam lineam omisisse, atque τὸ *et* ad sequentia retulisse. Deinde *Salluvii* Voss. 1. et Harl. 1. *Saluvii* Voss. 2. Leid. uterque, et Lov. 1. *Sallinii* fragm. Hav. *Sallini* Harl. 2. et Hav. *Salivii* Lov. 3. *Salvini* Lov. 2. *Salvinii* Lov. 4. et 5. *Salluii* Flor. *Salvii* Gaertn. et Port. quæ eædem fere lectionum varietates supra in Mss. obcurrerunt cap. præc. § 7. unde in eam incidi conjecturam, eamdem eti-

Digitized by Google

am gentem hic indicari, et *Salyes* legendum esse. Quo tempore prima Gallorum colonia in Italiam proficiscebatur, Salyes sedes habebant circa Rhodanum, et Phocæensium colonos armis regione sua arcere conabantur. Nunc vero, populariuin exemplum secuti, ipsi quoque partem civium ad novas sedes in Italia quærendas miserunt. *Salluvios*, et *Salyes* eamdem gentem fuisse dicto loc. monui. *Salyes* tamen, quam *Salluvii*, malo, quia Livius hanc gentem ita adpellat etiam XXI. 26. 'Præter oram Etruriæ Ligurumque, et inde Salynm montes pervenit Massiliam.' Alia quidem forma *Salyi* memorantur XXXI. 10. 'Excitis Salyis, Ilvatibusque et ceteris Ligustinis populis.' Sed convenit inter viros doctos, locum hunc mendosum esse. Eadem tamen forma *Salyes* vocantur *Salyi* apud Florum II. 3. § 5. et III. 2. § 3. ubi viri docti videndi sunt. Etiam apud Plinium III. 4. 'Oppida Latina Aquæ Sextiæ Salyorum, Avenio Cavarum:' at *Sallyi* apud Plin. III. 5. 'Ligurum celeberrimi ultra Alpes Sallyi, Deceates, Oxubii.' Jam autem, horum sive *Salyum*, sive *Salyorum*, sive *Sallyorum*, coloniam in Italiam deductam esse, inde patet, quod urbs Italiæ Transpadanæ Vercellæ ab iis orta sit, teste Plin. III. 17. 'Vercellæ Libicorum ex Sallyis ortæ:' quo loco J. Harduinum hanc scripturam servasse miror, quum utroque superiori loco *Salluviorum* et *Salluvii* ediderit. Miror insuper, eum, Cluverii sententiam secutum, ad hunc locum adnotasse, Libicorum gentis, 'quæ ex Salluviis ortum traxit,' caput Vercellas fuisse; quum jam recte Jac. Gronovius in Dissert. Epist. in T. Livii loca quædam Geograph. Ep. I. p. 9. docuerit, non totam Libicorum gentem, sed tantum unam ejus urbem Vercellas ex Salyis ortam esse. Idem autem Gronovius hic legendum censebat *post hos Salassi*. Et convenit certe, Salassos sitos fuisse in Gallia Cisalpina, ortas etiam fuisse secundum Catonem apud Plin. III. 20. ex gente Taurica; quam originis Gallicæ esse, multis probare nititur Cluverius Ital. I. 11. p. 87. Quo minus tamen huic conjecturæ adsentiri queam, illud obstat, quod vox *Salassi* nimium a vulgata lectione recedat, neque facile in similia vocum monstra, qualia hic in Mss. obvia sunt, abiisse inveniatur. Tum voculam *qui*, quam J. F. Gronov. bonos scriptos omnes respuere monet, apud me tamen superest in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. quinque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Eam tamen delendam esse adsentior. Hinc *præter*, quod Rhenanus et Sigonius in suis invenerunt, in nullo meorum superest, qui omnes servant *prope*; nisi quod *proten* sit in Flor. Postea *Leves Ligures* Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Port. et Hav. Tum *citra Ticinum* Lov. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. *citra Ticinum* Lov. 5. Insuper *amnem petiere* fragm. Hav. *amnem expulere* Hav. Tandem *Pœnino* deest in fragm. Hav. *Pevino* ejus loco præfert Hav. *Ponino* Harl. 2. *Pœninonde Boii* Flor. *Pœninon* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. ambo. *Pœniñ*. Harl. 1. *Peni vero* Lov. 2. 4. 5. et Gaertn. *pene noti* Voss. 2. et Lov. 3. *Pœnino* annus tantum Port. Hearne vero testatur solum Oxon. C. legere *Apenninum* pro *Pœnino*, at reliquos exhibere, ut edidit, id est, *Post hos Salluvii, prope antiquam gentem Lævos, Ligures incolentes circa Ticinum amnem. Pœnino deinde.* Georgius autem in tribus optimæ notæ Vaticanis invenit *post hos Salivi, qui prope antiquam gentem Lenos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem.* An itaque legendum? *Post hos Salyes*, scilicet quum transcendissent Alpes eodem saltu, *prope antiquam gentem Lævos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem*, scilicet considunt. *Pœnino deinde &c.* Vide insuper, num legi possit, *ubi*

Digitized by Google

nunc Brixia ac Verona urbes sunt, loces tenuere. Libui considunt, et post hos Salyes (sive, ut Gronovius conjicit, *Salassi*) *prope antiquam gentem Lævos Ligures, &c.* Loco etiam manum admovit Doujatius, qui, sola interpunctione mutata, eum proxime ad mentem Cluverii redigere voluit. Sed, ut pateat, quanta negligentia Livium tractarit, proponit deinde, quemadmodum legendum atque interpungendum censuerit; at ita ejus lectio a vulgato ne minimum quidem differt. Verum ex ipsius expositione colligi potest, ita distinguendum putasse: *ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt, locos tenuere. Libui considunt post hos Salluvii prope antiquam gentem Lævos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem. Penuino deinde Boii, &c.* Addit enim, hic describi tertiam Gallorum in Italiam inruptionem, qua Libui Salluviorum pars narrantur juxta antiquos Ticini accolas Lævos Ligures sedes occupasse, et 'Libuos Salluvios' per adpositionem dici, ut 'Galli Senones.' Verum huic conjecturæ, qua Libui auctoritate Plinii Salluviorum coloni statuuntur, idem obstat, quod ex sententia Jac. Gronovii, emendationem Cluverii refellentis, Harduino obstare modo dictum est.

Pœnino deinde Boii Lingonesque transgressi] Quidam codd. habent *Ligures*, sed errant. Boii autem Galliæ haud dubie priscus populus, quippe qui cum Lingonibus in Italiam hic tot ante secula venisse tradantur, ubi in immensam potentiam creverunt, ita ut cum Romanis exercitibus sæpe conflixerint, idque multis annis, ut ex tertia quartaque decade apud Livium late patet. Postremo autem a Romanis ejecti supra Tauriscos ad Danubium habitarunt. Rursus tempore Marii una cum Cimbris ac Helvetiis, ut Strabo scribit lib. VII. adversus Romanos pugnavere, atque etiam tum victi, ad tempora usque C. Cæsaris vicini Helvetiis in parte aliqua Hercyniæ sylvæ, ut quidem credunt, manserunt: cum quibus postea contra Cæsarem tulerunt arma: ubi rursus victi, deprecantibus Cæsarem Hæduis, quod egregia virtute erant cogniti, ut ipse ait, in antiquam remearunt patriam, relicta, ut verisimile est, ad Danubium prole aliqua, unde quidam Boëmos ac Bavaros dictos volunt. Hæc pluribus verbis, quam oportuit, egimus, ne temere libri emendarentur, si quando non congruentia de Boiis apud auctores inveniantur, propter tot ejus populi mutationes! *Glar.* Quam varie τὸ *Pœnino* in codd. vetustis scribatur, ad verba præcedentia vidimus. In optimis et recentissimis hodie edd. *Pœnino* circumfertur, nisi quod Doujatius *Penino* exprimi curarit. Sane diphthongus *oe* placuit illis, qui Alpium hanc partem a transitu Hannibalis et Karthaginiensium sive Pœnorum nomen habere existimarunt; quam opinionem Livius rejecit, docens potius a Deo, qui in summo vertice sacratus erat, nomen habuisse, XXI. 38. Eum autem 'Peninum' dictum esse, videbimus dicto loco: quare hic etiam *Penino* cum Doujatio recepi. *Ligures* autem præferunt edd. principes, pro quo primus Aldus *Lingones* reposuit; et ita est in Leid. 1. Reliqui exhibent *Lingones*, quæ vera etiam scribendi ratio est. Quod autem Clareanus Boios Cimbrorum in expeditione adversus Romanos tempore Marii socios fuisse ex Strab. probare conatur, vereor, ne negligenter nimis Strabonem consuluerit, qui lib. VII. p. 293. expresse narrat, Boios olim silvam Hercyniam incoluisse; Cimbros autem, quum in eum locum impetum facerent, a Boiis repulsos ad Istrum et Scordiscos, inde ad Teuristas et Tauriscos, tum ad Helvetios abiisse, ex qua gente Tigurini et Tugeni arma cum iis conjunxerunt.

Padum atque Alpes omnia tenerentur] *Omnia tenerent* Hearnii Oxon.

Digitized by Google

B. De quo lapsu scribarum vide ad XXXIX. 22. § 8.

Intra Apenninum tamen sese tenuere] *Intra Apenninum montem*, addita ultima voce, Leid. 2. et Lov. 1. Ceterorum eam vocem ignorantium consensus indicat ex margine in contextum migrasse. Hinc *tum*, pro *tamen*, Lov. 4. Vide ad XXII. 17. § 5. *inde* ejus loco est in Hav. Sed de hoc errore actum est hoc lib. ad c. 18. § 8. Deinde *se retinuere* Gaertn. Sed 'tenere' hic est continere. Vide ad III. c. 2. § 1. Paullo ante, *sed Umbros*, pro *sed etiam Umbros*, idem Gaertn. Sed respicienda sunt, quæ dixi ad II. 6. § 1.

§ 3 *Ab Ufente flumine usque ad Athesim fines habuere*] De alio loquatur flumine oportet, quam quod Plinius lib. III. cap. quinto, ad Anxur describit. Hic enim de Venetorum regione loqui videtur. Meminit Boccatius, sed ex hoc Livii loco adjutus, nullum alioquin ex auctoribus adducens testimonium. *Glar.* De Senonum finibus loquitur. Est autem mendum in nomine utriusque fluminis. Nam 'Ufens' est in ora Campaniæ ad Tarracinam, ut ait Plinius III. 5. 'Athesis' ad Veronam, quæ nihil ad Senonum fines attinent. Mihi autem dubium non est, quin sit legendum, pro *Athesim*, *Æsim*. Et enim lib. v. pag. 227. Strabo sic ait: 'Antea Æsim flumen Galliæ terminum faciebant, rursus Rubiconem. Æsis inter Anconem labitur et Senogalliam, at Rubicon inter Ariminum et Ravennam: uterque in Adriaticum influit pelagus.' Idem fere Plinius III. 14. et Ptolemæus III. 1. De 'Ufente' in iis locis flumine nihil adhuc comperi. Veteres libri habent *Utente*, mira inter se consensione. Videndum est autem, quid sit, quod Mela II. 4. ait: 'A Truento flumine Senogallia maritima est ad Aterni fluminis ostia.' *Sigon.* Membranæ, omisso illo *ad*, *usque Athesim fines habuere*: et sic amant loqui historici. *Modius.* Modius e suo libro ejicit *rò ad*. Sigonius autem legendum hariolatur *Æsin*. Pall. duo *Efin*. Pal. 2. habet *Helsam*: sed supra additum *Hesim*: quod secutus editor Campanus. *Gebh.* Mirari satis nequeo eorum ignorantiam atque stuporem, qui hodie quoque in Livii exemplaribus hoc loco curant typis perscribi *ab Ufente ad Athesim*; quorum omnium hic in Rhætis ac Venetis fluebat, vulgo nunc *Adige* dictus, Veronam urbem secans: ille in Novo Latio apud Terracinam opidum in mare inferum effunditur. Sane haud falsus hic testis est C. Sigonius, qui testatur, antiqua exemplaria mira consensione habere *ab Utente*. Sic quidpe ipse passim in celeberrimis Italiæ, Galliæ et Britanniæ bibliothecis reperi. Græcam autem flexionem in hoc vocabulo Romani haud dubie acceperunt ab Ravennatibus Græcis, e Thessalia quondam huc transgressis. *Cluver.* Ital. Antiq. I. 28. p. 301. Typis hactenus vulgata exemplaria, ut supra dictum, mendose referunt *ab Ufente flumine usque ad Athesin*. Ex quibus amnibus ille in Latio apud Tarracinam oppidum, hic in Rhætia ac Venetia apud Tridentum ac Veronam fluit. Legendum esse *ab Utente*, ut pleraque Mss. habent exemplaria; eumque esse amnem, qui, Ravennam urbem ab septemtrionibus abluens, vulgo nunc vocatur *Montone*, infra in Umbria pluribus docebitur. De 'Æsi,' qui nunc XII. millia ab Ancona in mare influens vulgo adpellatur *Fiume Esino*, satis c. 22. in summa Galliæ Cisalpinæ descriptione dictum est. *Cluver.* Ital. Antiq. I. 29. p. 310. Eamdem lectionem Cluverius etiam verbo probavit Ital. Antiq. I. 22. p. 225. Ceterum *Utente* plerique etiam meorum servant. Nam *Ufente* tantum est in fragm. Hav. in Port. et in Lov. 5. sed in duobus ultimis a m. sec. et inter versus in Harl. 1. In Klockian. ab initio scriptum fuerat *Utente*; sed

Digitized by Google

secundæ literæ nota expunctionis adjecta erat, ut esset *ab Vente*. Præterea τὸ *ad* deest in Modii membranis. Ita Liv. XLIV. 5. 'Succisis asseribus conlapsus pons, usque alterius initium pontis prolabi eum leniter cogebat.' Vide Corte ad Sall. Jug. c. 19. § 7. Flor. II. 2. in princ. 'Quum a terra fretum usque venisset.' Verum omnes mei constanter eam voculam agnoscunt, præter solum Harl. 1. quare etiam vulgatum præferendum puto. Deinde *Athesim flumen* fragm. Hav. Sed additam vocem *flumen*, quam nullus præter hunc unum codex agnoscit, similiter ex margine adsumtum puto, quemadmodum τὸ *montem* § præc. *Athesim* Harl. 1. *Thesim* Voss. 2. *Hesim* Klockian. *Hesum* Lov. 4. *Esum* Lov. 5. *Eusin* Lov. 2. *Helsum* Port. *Helsci* Harl. 2. *usque Aursim* Gaertn. Reliqui *Æsim* vel *Æsin* præferunt. Denique vox *flues* exsulat a Leid. 2. ut *habuere* ponatur pro *habitavere*; quemadmodum apud Ovid. Ep. Heroid. VII. 15. 'Ut terram invenias, quis eam tibi tradet habendam.' Fastor. II. 289. 'Ante Jovem genitum terras habuisse feruntur Arcades.' Silium VIII. 370. 'Quique Anienis habent ripas, gelidoque rigantur Simbruvio:' ubi vide quæ notavi. Adde Nic. Heinsium ad Nason. Met. IV. 773. et Corte ad Sall. Cat. c. 6. § 1. Verum uni huic codici fidem habere, ejusque auctoritate receptam lectionem mutare, nimis temerarium puto.

An ab omnibus Cisalpinorum Gallorum populis adjutam] Præpositionem *ab* non agnoscit Leid. 2. quemadmodum vox sequens *omnibus* deficit in Oxon. L. 1. et C. Sed *omnibus eis Alpinorum Gallorum populis* præferunt Leid. 2. Port. et Gaertn. Vide mox ad § seq. Error hic ortus est ex similitudine literarum *e* et *c* in scriptura Langobardica. Vide ad XXXIX. 35. § 8. Præterea *ad uitam*, pro *adjutam*, Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. et hæc menda ex adfinitate literarum *is* et *ui* profluente. Vide ad IX. 1. § 8. Paullo ante *Romanque deinde venisse* edd. principes, pro quo Aldus *inde* substituit, probantibus ejus emendationem omnibus scriptis meis. Voculæ hæ sæpe in Mss. confundi solent. Vide ad XXXVI. 24. § 10.

§ 4 *Cum multitudinem, tum formas hominum inusitatas cernerent*] Arridet vetus lectio *cum multit., cum form. hom. inus. cernerent*. Rhen. Lege ex veterum librorum fide *cum multitudinem, cum formas*. Sigon. Mallem *invisitatas*. Vide Lipsium Epistolic. Quæst. I. II. epist. ult. Marcellin. XXVIII. 4. 'Quorum magnitudo sæpius delicata non sine tædio præsentium, ut antehac invisitata, laudatur assidue:' et XXXI. 3. 'Quod invisitatum antehac hominum genus modo ruens, ut turbo montibus celsis, ex abdito sinu coortum, apposita quæque convellit,' &c. *Klock*. Gronovius in Livio, partim e scriptis, partim e conjectura, pro *inusitatus* sæpe substituit *invisitatus*. Similiter in Justino XVIII. 1. pro 'Romanos vincentes jam inusitata ante elephantorum forma stupere primo, mox cedere prælio coëgit.' et XXV. 1. pro 'elephantos, &c. inusitatas barbaris formas,' legit *invisitata*, et *invisitatas*. Miror, qui factum sit, ut non modo hunc locum, sed etiam alios intactos præterierit. *Duk*. Omnes etiam mei *cum multitudinem, cum formas*. Infra XXXIX. 37. 'Ut in æquo essent, nos fecimus, quum leges iis nostras dedimus, quum, ut Achæi concilii essent, effecimus.' Passim elegantiam in repetitione similium vocularum Livius captavit. Ita 'ubi jus, ubi injuria opus sit' II. 3. 'pugna jam in manus, jam ad gladios venerat' eodem lib. c. 46. 'jam duces, jam milites utrimque congressus quærere' VII. 40. 'dum domi, dum togati sint' III. 10. 'sed virium spe, sed manu erat ob.

Digitized by Google

tinendum' ibid. c. 11. 'si vos urbis, si vestri nulla cura tangit' c. 17. (ubi vide) 'plus levitatis, plus licentiæ habere' unus codex ibid. c. 21. 'ut hominum, ut civium numero simus' IV. 4. 'Adeone effeminata corpora militum nostrorum esse putamus, adeo molles animos' v. 6. 'Sic libris fatalibus, sic disciplina Etrusca traditum esse' hoc lib. c. 15. ubi vide. 'Quum parum precibus, parum caussa proficerent' VIII. 32. 'Ita instruxit aciem, ita omni arte bellica firmavit' c. 38. 'ibi signa, ibi aciem esse debere, ubi rex esset' XXXI. 24. 'ne ullus modus sumtibus, ne luxuriæ sit' XXXIV. 3. ubi vide. 'Tam pio, tam necessario officio fungeretur' XXXIV. 50. ubi iterum vide. 'Quod fraude capti, quod a cive potissimum suo forent' XXXVII. 12. 'ut tempus, ut locus postulat' XL. 39. ubi vide: 'nisi reficere naves, nisi instruere navalibus sociis cœpissent' XLII. 45. et similia alia passim. Insuper *formas hominum invisitatas* Leid. 1. et Klockian. Gebhardus dixit hoc lib. ad c. 17. § 8. Lipsium, qui hanc vocem Livio aliquot locis restituere conatus est Epist. Quæst. l. II. epist. ult. jam dudum eam ob caussam ab aliis inrisum fuisse. At viros doctos talium censuram insuper habuisse, inde patet, quod idem vocabulum ejusque simplex 'visitatus' partim probarint, partim cum Livio, tum aliis scriptoribus, ubi socordia scribarum passim in 'invisitatus' et 'usitatus' degeneravit, vel ex ingenio vel ex codicum auctoritate restituerint. Vide quæ viri docti notarunt ad Plauti Epidic. IV. 1. 12. Pseud. II. 4. 37. et Trinumm. III. 3. 30. Grævius et Dukerus ad Flori IV. 2. § 81. idem Grævius ad Cic. Orat. Philipp. XI. 1. Davis. ad Cic. de Divin. I. 42. Gronovius ad Liv. IV. 33. § 1. XXVII. 39. § 8. et XLV. 42. § 12. ad Gellii III. 9. Burmann. ad Sueton. Aug. c. 43. et quos ibi laudavit. Idem vocabulum duobus adhuc aliis locis hoc lib. Livio ex fide optimorum codd. restituendum censeo: ut c. 37. 'Invisitato atque inaudito hoste ab Oceano terrarumque ultimis oris bellum ciente, nihil extraordinarii imperii aut auxilii quæsivit.' Ita præferunt quatuor codd. optimi. c. 45. 'Urbis obpressæ ab hoste invisitato inauditoque, adeo nihil miserti sunt:' ubi ita plures codd. legunt. Sed præsertim multis locis Curtii codd. eam vocem servarunt. Ita v. 5. § 7. 'Invisitata simulacra, non homines, videbantur.' Ita tres exhibent codd. VIII. 9. § 16. 'Animalia invisitata ceteris gentibus, nisi invecta.' Ita unus codex. IX. 1. § 4. 'Magnitudinis invisitatæ reperere serpentes.' Sic iterum unus codex. § 13. 'Junctum erat flumini nemus, opacum arboribus alibi invisitatis.' Sic quatuor codd. c. 6. § 7. 'Impleat armis virisque totum orbem; classibus maria consternat, invisitatas belluas inducat:' ubi unus cod. ita præfert.

Ab iis cis Padum ultraque legiones Etruscorum fusas] *Padum cis ultraque* Voss. 1. Sed vulgatus ordo præstat. Vide ad XLIV. 8. § 6. *eis*, pro *cis*, est in Hav. Vide ad § præc. Tum *legiones Tuscorum* Voss. 2. Vide ad II. 47. § 6. *Etruscorum legiones* edd. vett. usque ad Aldum, qui ordinem mutavit, consentientibus codd. scriptis.

Adversus Romanos nullum eis jus societatis amicitiæve erat] Observa usum præpositionis *adversus*. Ita X. 11. 'Se, quamquam, bello cum Samnitibus suscepto, necessaria jam facta adversus Romanos fides sit, tamen obsides dare paratos esse.' XLV. 8. 'Quum et bello patris tui interfuisses, et pacis postea, quam cum summa fide adversus eum coluimus, meminisses.' Mox vocula *quod* deest in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *Veie gentes*, pro *Veientes*, Leid. 1. et fragm. Hav.

Digitized by Google

§ 5 *Legati tres M. Fabii Ambusti filii missi*] Vocabulum *tres* non est in codice vetusto. *Rhen.* Vocula *tres* deest etiam in Flor. Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. 3. Harl. 1. Klockian. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. B. et N. Contra Fabii Ambusti prænomen *M.* deficit in Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. et Hav. quod etiam in Oxon. L. 2. deficere, Hearne observat. Ex hac lectionum varietate colligi potest, vocem *tres* olim per notas *III.* scriptam fuisse; ob similitudinem autem ductuum inter hanc notam et literam *M.* factum esse, ut alterum ab altero interceptum sit. Mox cap. seq. 'tres nobilissimos fortissimosque Romanæ juventutis,' legatos innuens, memorat Livius. Et in fine ejusdem cap. 'trium Fabiorum' iterum meminit. Similiter et Aurel. Vict. in Vir. Inlustr. c. 23. 'Missi sunt Roma tres legati, qui Gallos monerent, ut ab obpugnatione desisterent.' Plutarch. in Camill. p. 136. Ἐπέμφθησαν δὲ τοῦ Φαβίων γένους τρεῖς ἄνδρες εὐδόκιμοι καὶ τιμὰς μεγάλας ἔχοντες ἐν τῇ πόλει.

Senatus populique Romani nomine agerent cum Gallis] Τὸ *que* non est in Voss. utroque, Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. *senatus et populi* habent vetustæ edd. Aldus *populique* dedit, cum quo faciunt reliqui calamo exarati. Deinde *Romani agerent nomine* habent Lov. 1. et Gaertn. At vocem *agerent* omittit Harl. 2.

Socios populi Romani atque amicos obpugnarent] *Socios pop. Rom. ipsi oppug.* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *socios pop. Rom. atque amicos ipsi oppug.* Gaertn. Sed τῷ *ipsi* hic locus esse nequit, quod recte in aliis deest. Paullo ante *ab quibus* Port. et Hav.

§ 6 *Romanis eos bello quoque, si res cogat, tuendos esse*] *Romanis et eos quoque bello* Lov. 4. 5. Harl. 2. et Port. *Romanis et eos bello quove* Gaertn. *Romanis et eos quocumque bello* Hav. Neque hic τὸ *et* admitti potest; quod indicat, alios etiam fuisse, quos Romani se bello defensuros similiter Gallis minati sunt, quales tamen nulli fuerunt. Idem etiam indicare potest Leid. 2. et vett. edd. scriptura *Romanis eos quoque bello*, si *quoque* ad *eos* referas. Ambiguitatis itaque vitandæ caussa *eos bello quoque* scripsit Livius, ut Aldus edidit, et optimi manu exarati servant. Mox *potius pace*, transpositis vocibus, Leid. 2. et Lov. 1. Pro *cognosci* autem manu secunda, sed tamen antiqua, in Flor. qui ita etiam ab initio scriptum exhibuerat, emendabatur *cognoscendam.*

Cap. xxxvi. § 1 *Postquam mandata ediderunt in concilio Gallorum, datur responsum*] *Postq*; Harl. 1. Tum *in consilio Gallorum* Lov. 5. Port. et Hav. Vulgatum præferendum, ut indicetur legatos Romanorum non in senatu quodam Gallorum, sed potius in universi istius populi Gallorum conventu auditos esse. Vide Gronov. ad xliv. 11. § 5. Deinde *datum responsum* Gaertn. *responsum datur* fragm. Hav. Vox *datur* deficit in Lov. 4. Paullo ante *Gallis magis*, omissa conjunctione *que*, idem cod. Tum *habuisseat*, pro *habuisset*, vetustæ quædam edd. Mediol. 1480. 1495. et 1505. et Veneta 1498.

§ 2 *Etsi novum nomen audiant Romanorum, tamen credere viros fortes esse*] *Etsi novum nomen audiunt* Gaertn. reliquis invitis. Quamvis sæpe τὸ *etsi* indicativo jungatur, attamen, etiam apud Livium, non numquam subjunctivum recipit. Infra hoc lib. c. 42. 'Etsi omnia flammis ac ruinis æquata vidissent:' ubi plura videri possunt. *Audiant tamen credere Romanorum*, mutato verborum ordine, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Denique *credere viros fortissimos esse* Hearnii Oxon. L. 2.

Quorum auxilium a Clusinis] *Quorum auxilia* Leid. 2. reliquis invitis; quibus tanto libentius adhæreo, quod vulgo *auxilium* pro 'ope,' *auxilia* pro

Digitized by Google

'militibus auxiliariis' poni, grammatici observent; licet forte poëtæ hoc discrimen minus religiose observarint. Vide Burmann. ad Nason. Metam. II. 387. Sallustius tamen ita loquitur Histor. l. VI. in orat. Cottæ in princ. 'Quorum alia toleravi, partim repuli Deorum auxiliis et virtute mea.' Etiam Livius II. 34. 'Adeo finitimorum odia longinquis coëgerant indigere auxiliis.' Infra c. seq. 'Adversus Fidenatem ac Veientem hostem, aliosque finitimos populos ultima experiens auxilia.' Tum *ab Clusinis* Port. et Hav. *in Clusinis* Leid. 1. *in Clusivis* Harl. 2.

§ 3 *Et quoniam legatione adversus se maluerint*] ē, id est *est*, pro *et*, præfert Gaertn. Alibi sæpe ita peccant scribæ in libris vetustis. Vide ad VII. 40. § 1. Deinde *legationē* Flor. a m. pr. Leid. 1. et Gaertn. Tum *maluerit* idem Leid. 1. et Harl. 1. Priori loco perperam addita est virgula, quæ posteriori per errorem omissa est. *Maluerunt* Lov. 4. et 5. Vide ad IX. 15. § 5.

Gallis egentibus agro, quem latius] *Gallis se agentibus* Harl. 1. *Gallis gentibus agrum* Lov. 4. et 5. *Gallis egentibus agrum* Harl. 2. Port. et Gaertn. Sed *τὸ quem* causam fuisse, ut indocti librarii *agrum*, pro *agro*, darent, patere poterit ex illis, quæ notata sunt ad IV. 44. § 5. Mox *possiderant*, pro *possideant*, Harl. 2. et Port. In posteriori tamen literæ r nota addita est, qua indicari solet, aliquid delendum esse.

§ 4 *Responsum coram Romanis se accipere velle*] Est in codice vetusto *accipere velle*, non *se accipere velle*. Rhen. *Tὸ se*, quod non agnoscit Rhenani codex, exsulat etiam apud me a Voss. 1. Leid. utroque, Lov. 1. 2. et Harl. 1. Sæpius autem id omitti solere, intelligi potest ex illis quæ notantur ad Livii I. 23. § 5. Optimorum igitur codicum fide id etiam hic expunxi. Præterea *coram iisdem Romanis dimicaturos*, reliquis omissis, Voss. 1. Cui errori occasionem dedit vocis *coram* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11. *Coram a Romanis se accipere* Lov. 2. *coram ab Romanis dimicaturos*, mediis etiam neglectis, Port. Verum m. sec. in contextu emendatum *coram Romanis;* verba vero, quæ deerant, margini adscripta sunt. *Contra ab Romanis se accipere* præfert etiam Harl. 2. *coram ab Romanis se accipere* Hav. *contra a Romano* Lov. 4. a m. pr. pro quo *a Romanis* inter versus m. sec. emendatur. Verum has lectiones ex scribarum aberratione natas esse, sensus ipse evincit.

Ut nunciare domum possint] Est in codice vetusto *ut nunciare domum possent*. Rhen. *Possent* etiam omnes nostri. Verum *et nunciare* legit Gaertn. sollemni lapsu librariorum. Vide ad XXI. 28. § 8. Denique *donum*, pro *domum*, Hav. Vide hoc lib. ad c. 20. § 8.

§ 5 *Quodnam id jus esset, agrum a possessoribus petere*] *Quodnam id jus esse* Port. Sed sequitur mox 'quid in Etruria rei Gallis esset,' eadem forma. Recte itaque reliqui vulgatum servant. Deinde *ab possessoribus petere* Port. et Hav.

Ecquid in Etruria rei Gallis esset] Vet. lib. *et quid*, quod probo. *Sigon. Et quid in Etruria* etiam edd. Rom. a. 1472. Parm. et omnes scripti mei, nisi quod Hav. *et quidem* præferat. Similiter etiam *et quid* in suis fuisse Hearne monuit. Ita apud Flor. III. 10. § 11. 'Si vult, veniat, inquit, et quid ad illum, quid agat nostra Germania?' Passim illa 'ecquid' atque 'et quid' in Mss. confundi solent. Vide ad III. 11. § 12. c. 68. § 5. IV. 3. § 8. c. 40. § 8. v. 52. § 1. VII. 15. § 2. XXIII. 12. § 16. c. 13. § 1. XXXVI. 34. § 8. XXXIX. 47. § 8. Adde Gronov. ad Livii XXI. 42. § 1. et XXV. 11. § 15. aliisque locis. Corte ad Plin. Epist. III. 20. § 11. et Gifan. Indic. Lu-

Digitized by Google

cret. voc. 'Et quantis.' Similiter confunduntur etiam 'et quando' et 'ecquando.' Vide hoc lib. ad c. 44. § 2. 'et quod' atque 'ecquod,' hoc lib. c. 48. § 6. Præterea *quid rei in Etr. Gallis esset* fragm. Hav. *quid in Etr. Gallis rei esset* Lov. 4. *quid in Etr. Gallis esset rei* Harl. 2. Lov. 5. Port. et Hav. *quid in Etr. regi Gallis esset* perperam Lov. 1. Supra I. 48. 'Quid hoc, inquit, Tarquini, rei est?'

Quum illi, se in armis jus ferre] *Quum illis ei in armis*, perperam disjunctis connexisque literis, et una etiam addita, Harl. 1. *quum ille, se in armis* Leid. 2. Tò *illi* abest a vetustioribus editis, quod adscivit Aldus. In nullo meorum codicum deficit.

Omnia fortium virorum esse, ferociter dicerent] *Fortiter dicerent* Hearnii Oxon. C. quod librarii memoriæ ex præcedenti *fortium* adhuc hæsisse videtur; quamvis ceteroquin etiam *fortis* et *ferox* sæpe in scriptis commutari soleant. Vide ad XXVIII. 42. § 4. et mox § seq. Alibi quidem *ferociter* pro 'fortiter' ponitur. Vide ad III. 39. § 7. Hic tamen potius malo sensu accipi debet. Supra II. 55. 'Multis ferociter dictis sententiis, vicere seniores.' Similiter l. XXXVI. c. 13. et 24. Et ita 'ferocius clamitare' II. 54. 'Quo ferocius clamitabat, eo infestius circumscindere et spoliare lictor.' Mox *utriusque animis*, pro *utrimque an.* male est in Hav. Præterea *prælium confertur*, pro *præl. conseritur*, Lov. 2. et 4. Vide ad III. 17. § 10.

§ 6 *Ibi, jam urgentibus Romanam urbem fatis, legati contra jus gentium arma capiunt*] *Ibi nam urgentibus* Leid. 2. Sæpe τὰ *nam* et *jam* perperam a librariis commutantur in codd. vetustis. Vide ad IX. 17. § 5. Deinde *urguentibus* Leid. 1. De qua scribendi ratione vide quæ olim notavi ad Silii VI. 265. Adde Cortium ad Sall. Jug. c. 24. § 3. et quos ibi laudavit. *Urgentibus Romanis urbem fatis* Lov. 2. *urgentibus Romanis, verberatis legatis contra jus gentium* Lov. 4. et 5. a m. pr. in quo a m. sec. *urgentibus Romam fatis, legati contra jus gentium* emendatur. *Urgentibus Romanam urbem fatis, verberatis legatis contra jus gentium* Hearnii Oxon. C. quod nullus Romanorum umquam Gallis objecit. Immo, legatos Romanorum jus gentium violasse, Livius agnoscit mox hoc cap. 'Postulatumque, ut pro jure gentium violato Fabii dederentur.' cap. 51. 'Clades num ante exorta est, quam gentium jus ab legatis nostris violatum?' VI. 1. 'Quod legatus in Gallos contra jus gentium pugnasset.'

Tres nobilissimi fortissimique Romanæ juventutis] *Nobilissimi ferocissimique* Leid. 2. De hoc errore modo dixi ad § præc. *fortissimique viri Rom. jus.* Lov. 2. et Hav. Sed vox *viri* a librario addita est, quam reliqui omnes ignorant. Supra III. 27. 'Magistrum equitum dicit L. Tarquitium patriciæ gentis, sed qui, quum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset, bello tamen primus longe Romanæ juventutis habitus esset.' Mox *tum*, pro *tantum*, Lov. 4. Vide ad VII. 2. § 8.

§ 7 *Q. Fabius evectus extra aciem*] Fabii prænomen omittitur in Leid. 2. quod tamen requiri puto, ut distinguatur a duobus fratribus, qui simul legati missi erant. Idem prænomen ei tribuitur VI. 1. Ejus loco *qui* erat in Lov. 1. a m. pr. qui idem etiam mox *quo*, pro *equo*, præfert: at *qui* erat in Lov. 2. et 4.

Ducem Gallorum ferociter in ipsa signa Etruscorum incursantem] *In ipsa Etrusc. signa* Lov. 4. Hasl. 2. Port. et Hav. Deinde *eum incursantem*, addita voce, Hav.

Latus transfixum hasta occidit] Primæ edd. *perlustrans fixum hasta occidit* sine sensu, pro quo Aldus edidit *per latus transfixum hasta occidit.* Et ita ex meis Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 2. Port.

Digitized by Google

Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Quod etiam Hearne in codd. quos Oxonii consuluit, L. 2. B. et C. se invenisse testatur. Et hanc lectionem post Aldum receperunt omnes usque ad Jac. Gronovium, qui præpositionem *per* omisit. Gronovii scripturam etiam expressit J. Clericus. Et videtur eam quoque probare Harl. 1. ex quo nihil in excerptis meis adnotatum invenio; ut et codd. Hearnii L. 1. et N. de quibus itidem silet. Et quidem 'transfixus latus' dictum foret, ut 'incensus animum' XXII. 12. Quum tamen ei loco viri docti controversiam moveant, et ipsum genus loquendi potius apud poëtas, qui in his Græcos imitantur, quam apud historicos, certe quam apud Livium, obcurrat, (vide etiam hoc lib. ad c. 41. § 8.) vulgatum revocavi, tanto magis, quod ne Gronovius quidem mutationis rationem reddiderit, unde scriptura illa non tam ipsi, quam errori operarum, tribuenda videtur. Et sane alibi Livius præpositionem addidit. Supra II. 6. 'Contrario ictu per parmam uterque transfixus.' c. 20. 'Ut et uno ictu transfixum per latus occiderit Mamilium.' cap. 46. 'Tuscus incautum gladio per pectus transfigit.' XXVI. 15. 'Per adversum pectus transfixus.' Et ita aliis locis.

Spoliaque ejus legentem Galli agnovere] *Spoliaque ejus legentes Galli* Voss. 2. Male. Nam ipse Fabius ducis Gallorum a se interfecti spolia legit: id facientem agnovere Galli. Plutarch. in Camill. p. 136. Ὡς δὲ (Κόϊντος Ἄμβουστος) ἐπικρατήσας τῇ μάχῃ, καὶ καταβαλὼν ἐσκύλευε τὸν ἄνδρα, γνωρίσας ὁ Βρέννος αὐτὸν ἐπεμαρτύρατο θεούς. Ita Romulus Cæninensium regem in prœlio obtruncatum spoliat I. 10. T. Herminius a se occisum Mamilium II. 20. Cornelius Cossus Larti Tolumnio exsangui detrahit spolia IV. 19. Valerius Corvus Gallo provocatori VII. 26. Præterea *cognovere* Voss. I. Leid. 2. et Lov. 2. Non placet. Frequenter librarii in his verbis commutandis peccarunt. Vide ad II. 40. § 4. Nic. Heinsium ad Nason. Metam. II. 183. Burmann. ad Met. IV. 291. et Met. X. 719. et Cortium ad Plinii Ep. V. 17. § 6. Mox *perque tota acie* Leid. 1. fragm. Hav. et Lov. 2. *per quæ tota acie* Lov. 4. et 5. a m. pr.

§ 8 *Omissa inde in Clusinos ira, receptui canunt*] *Deinde* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Ita sæpe peccant librarii. Vide ad XXXVI. 24. § 10. *Ira ceptui canunt* Leid. 1. prima syllaba τοῦ *receptui* elisa a vocis præced. ultima. *Iræ receptui canunt* Harl. 1. *ira, receptui canere* Port.

Vicere seniores, ut legati prius mitterentur questum injurias] Vocula *ut* deerat in Voss. 1. contextu, sed postea margini adscripta est. Deinde *quesitum injurias* Leid. 2. qui etiam *postulantumque*, pro *postulatumque*, aberrans exhibet. Paullo post *dederentur Fabii*, alio ordine, Hav. *Fabii viderentur* Lov. 3.

§ 9 *Sed, ne id, quod placebat, decerneret in tantæ nobilitatis viris, ambitio obstabat*] Non muto. Valde malim tamen *decernerent*; ut referatur ad Patres. *J. F. Gron.* Si *decernerent* cum Gronovio legatur, eodem modo dictum erit, quo 'senatus cogitaverunt.' De eo autem late dictum est ad IV. 58. § 4. Quum tamen nullus codicum scriptorum, quos aut ego aut alii consuluimus, hanc conjecturam probet, recte vir eximius se non mutare professus est. Quamvis enim ita sæpissime, non tamen semper, Livius locutus est. Ceterum *decernere* est in Lov. 1. *decerneret*, id est *decerneretur*, in Lov. 5. Insuper *in tantæ nobilitatis viros* Lov. 2. Male. 'Decernere in aliquo' etiam alibi apud Livium obvium est.' Infra XXVIII. 43. 'Illud nec tibi in me, neu mihi in minoribus natu animi sit, ut nolimus quemquam nostri similem evadere

Digitized by Google

civem:' ita Gronov. ex optimis scriptis emendavit, et tantum non omnes mei præferunt, pro quo olim edebatur *in minores natu:* ubi plura vide. Quid autem *ambitio* sit, optime exposuit Gronovius ad XLV. 36. § 8. Intellige igitur, non ambitionem ipsorum Fabiorum, sed senatorum, quibus sententiam dicendi jus in senatu erat. Paullo ante *nec factum Fabiorum placebat*, transpositis vocabulis, Voss. 2. Conferenda est cum hac Livii narratione illa quæ est apud Plut. in Camill. pag. 137. et quæ in multis differens exstat apud Diod. Sicul. Bibl. lib. XIV. p. 454.

§ 10 *Ne penes ipsos culpa esset cladis forte Gallico bello acceptæ*] Legendum omnino *accipiendæ*: quomodo enim *acceptæ* de re futura? *T. Faber.* Adhæreo Gronovio vulgatum defendenti ad Liv. IX. 18. § 4. ac docenti, *acceptæ* hic exponendum esse, 'si accepta esset,' 'si acciperetur.' Eam autem patris expositionem probat etiam Jac. Gronovius ad Liv. XXXI. 7. § 1. Vide plura ad locum priorem notata. Omnes codd. mei constanter hoc loco receptam scripturam servant, nisi quod in uno Leid. 2. perperam legatur *Gallico bello accepto*. Et ita a m. sec. præfert fragm. Hav. Quem errorem ex eadem caussa derivandum puto, ex qua et alios similes ortos esse monui ad IV. 44. § 5.

Tribuni militum consulari potestate in sequentem annum crearentur] Scribe *in insequentem annum*. Rhen. Pauci tantum meorum codd. et quidem nonnisi minoris auctoritatis libri, cum vetustis edd. faciunt; neque alii, quam Voss. 2. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Ex Hearnii autem Oxon. unus tantum C. Contra *in insequentem annum*, ut Rhenanus scribendum monuit, et ante Rhenanus, in contextum receperunt edd. Rom. 1472. Parm. et Aldus, eorumque, sed præsertim Aldi, exemplo, Coloniensis 1525. Cervicornus 1528. et Ascensius 1530. præferunt etiam Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 3. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Quod idem statuendum de reliquis Oxoniensibus, quorum Hearne non meminit. Vide plura ad IV. 30. § 12. Paullo ante *gratia atque opere valuere* Lov. 5. Male. 'Opes' hic sunt splendor, dignitas, potentia. Vide ad IV. 8. § 5. Deinde *de pœna ageretur*, pro *de pæn. agebatur*, Leid. 2. et Lov. 1. Librarii, cujus hominum generis stupor olim maximus fuit, credidisse videntur τὸ *agebatur* referendum ad voculam *ut*, ideoque mutasse in *ageretur*.

§ 11 *Haud secus, quam dignum erat, infensi Galli, bellum propalam minuntes*] 'Infensus ira' I. 53. Non damnarem *incensus*, si qui scripti haberent. Cap. seq. 'Galli flagrantes ira:' et 'incendi ira' ubique. *Duk. Haud secus ac dignum erat* Voss. 1. in quo tamen inter versus *quam*, pro *ac*, emendatum exstat, ut servant omnes reliqui; nisi quod *quam* desit in Lov. 5. a m. pr. Perperam autem τὸ *haud* omisit scriba Harl. 1. Deinde *propalam* etiam deficit in contextu Port. cujus tamen postea margini adscriptum est. Denique *minitantes* vetustiores, quas vidi, edd.; cujus loco Aldus dedit *minantes*. Et id exhibent omnes scripti mei. Etiam Klockius se idem in cod. suo invenisse notavit.

§ 12 *P. Sulpicius Longus*] Lege *Q. Sulpicius Longus*. Ita enim vocatur tum in veteribus libris, tum apud Diodorum l. XIV. p. 452. tum etiam apud Macrob. Saturn. I. 16. tum apud Gellium V. 17. *Sigon.* Recte Sigonius *Q. Sulpicius* scribendum monuit. Et ita non modo præferunt omnes codd. scripti, tum Hearnii Oxonienses, tum mei, nisi quod *Quintius Sulpicius* solito errore habeat Gaertn. (vide ad III. 1. § 1.) verum etiam omnes typis exarati usque ad Frobenium, qui primus a. 1531. perperam *P. Sulpicius* substituit, sed verisimiliter operarum errore: nisi id dedita

Digitized by Google

opera fecisse existimandus sit, quia cap. 47. et 48. ubi hujus ejusdem Sulpicii mentio obcurrit, constanter in libris scriptis et editis omnibus *P. Sulpicius* dicitur. Ceterum Sigonius, pro hac emendatione etiam Diodorum laudans, integriorem ejus codicem videre debuit, quam nunc habemus. In Diodoro enim nomen ejus mendosum exstat. Unde Pighius in Annal. ad a. CCCLXIII. p. 224. qui et ipse *Q. Sulpicius* restituendum vidit, emendationem hanc Diodori testimonio non firmavit, sed pro Diodoro laudavit Plutarchum. Vereor tamen, ne is quoque in hac re erraverit. Video enim, Plutarchum duobus locis in Vit. Camill. p. 143. Sulpicium tribunum militum memorasse; sed simul etiam utroque loco prænomen ejus omisisse.

Q. Servilius quartum, P. Servilius Maluginensis] In vocibus *P. Servilius* fœde erratum est. Neque enim *Maluginensis* est 'Serviliorum' cognomen, sed 'Corneliorum.' Erravit autem librarius, quia, cum *Servius Cornelius* esset scripturus, *Servilius* scripsit. Quo errore nihil est in libris Mss. frequentius. Emendandum est autem *Ser. Cornelius Maluginensis*: primum quia Diodorus lib. XIV. p. 352. in hunc annum nominat Σερούιον Κορνήλιον Μαλούγινσα· deinde quia 'Ser. Cornelium Maluginensem' per hæc tempora tribunum militum septies fuisse invenio in tabulis Capitolinis: qui numerus ex Livio colligi non potest, nisi hunc annum numeremus. Id autem ex sequenti descriptione cognosci poterit:

An. CCCLXXXVII. 'Ser. Cornelius' Liv. VI. 38. lapides Capitolini addunt 'Maluginens. VII.'
— CCCLXXXV. 'Ser. Cornelius' VI. 36. lapides Capitolini addunt 'Maluginens. VI.'
— CCCLXXVI. 'Ser. Cornelius Maluginensis' VI. 27.
— CCCLXXIV. 'Ser. Cornelius Maluginens. IIII.' VI. 22.
An. CCCLXXII. 'Cornelius Maluginensis III.' VI. 18. mendose tamen *II.* legitur.
— CCCLXX. 'Ser. Cornelius' VI. 6.
— CCCLXV. 'Ser. Cornelius Maluginensis' V. 36. qui mendose *P. Servilius Maluginensis* dicitur.

Quando ergo nullus alius annus invenitur, quo *Ser. Cornelius Maluginensis* primum tribunatum gesserit, eum hoc anno gessisse dicendum est. *Sigon.* Prioris tribuni nomen est *Q. Builius quarto* in Hav. *Quintius Servilius quarto* in Gaertn. *Q. Servilius quarto* in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. 2. et fragm. Hav. Alterius *P. Servilius Maluginensis* in omnibus modo memoratis codd. et cum illis etiam Flor. et Lov. 4. Quum ita jam erratum esset, et secundum eam lectionem duo Servilii Quintus et Publius hoc anno tribunatum gessissent, ulterius deinde erratum est in Harl. 1. et Port. atque ex his duobus tribunis unus factus est hoc modo, *Q. Servilius Maluginensis.* Sed recte Sigonius, errore deprehenso, legendum vidit *Q. Servilius quartum, Ser. Cornelius Maluginensis:* quam conjecturam non modo probat Pighius in Annal. ad a. CCCLXIII. p. 224. verum etiam, ut Hearne testis est, codd. Oxonienses. Verisimile tamen puto, virum clarissimum hic falli; fidem enim habere nequeo adfirmanti, omnes codd. suos Sigonio consentire, quum neque meorum, neque aliorum ullus emendationem illam probent. Ceterum quoniam Glareanus non advertit lapsum hoc loco a librariis commissum, ipse contra imprudens in errores novos incidit VI. 22. § 1. et c. 27. § 2.

CAP. XXXVII. § 1 *Ubi vim suam ingruentem refringi non vult*] Omittit Campanus provocabulum *suam.* Porro Pal. 2. *ubi vim suam ingr. restringi non vult.* Quasi esset 'restringere,' retardare, sufflaminare, atque impa-

Digitized by Google

dire. Alia est ejus significatio verbi apud Ovidium Metam. XII. 542. ' quid me meminisse malorum Cogis? et obductos annis restringere luctus?' *Gebh. Vim suam ingr. exstingui* Leid. 2. *vim suam ingr. restringi* Lov. 1. 4. Harl. uterque, et Hav. Nihil mutandum. Cæsar Bell. Gall. VII. 56. ' Disposito equitatu, qui vim fluminis refringeret.' Ita ' refringere opes Teutonicas' Propert. El. III. 2. 43. ' Aut quibus in campis Mariano prælia signo Stent, et Teutonicas Roma refringat opes:' ubi videndus est Passerat. ' Refringere ' et ' restringere ' etiam alibi in Mss. commutantur. Vide Corte ad Plinii Epist. III. 13. Præterea *ut vim suam* Lov. 4. et 5. Vide ad XXIV. 15. § 1.

Adversus Fidenatem et Veientem hostem] Parvi momenti est quod monebo; nihilominus tamen omittendum non censui, præter codicem Hav. qui præfert *Fidenatem Veientemque*, reliquos, quibus utor, legere *Fidenatem ac Veientem*, quomodo etiam Hearne invenit in Oxon. L. 2. et C. Neque aliter habent edd. vetustæ usque ad Parisinam 1573. quæ prima dedit *et Veientem*. Veterem scripturam revocandam judicavi.

§ 2 *Ea tunc inusitato atque inaudito hoste*] Ea Harl. 1. *eo* Gaertn. Præterea *invisitato* Flor. Leid. 1. Lov. 1. Harl. 1. et Klockian. quod probum ac genuinum esse, evincit sequens *atque inaudito*. Vide hoc lib. ad c. 35. § 4. Ceterum verba *atque inaudito* perperam exsulant ab Hearnii Oxon. B. *invisitato atque* neglegenter omittit ed. Doujatiana.

Ab Oceano terrarumque ultimis oris bellum ciente] *Ultimis horis* Lov. 1. 5. Voss. 1. et Leid. ambo. Similiter variant codd. Nasonis Met. l. XIV. vs. ult. ut ibi viri docti notant. Etiam apud Liv. VI. 14. § 8. c. 31. § 5. VIII. 22. § 6. et aliis locis. Contrario errore *oris*, pro *horis*, quidam codd. præferunt VI. 4. § 10. Et passim soliti fuere librarii, adspirationem male vel addere, vel abjicere, præsertim autem in initio vocum. Vide ad XXXV. 26. § 7. Verum vocem *oris* omittit librarius fragm. Hav. quod ferri posset. Nam ita ' ultima ' vel ' ultimæ terrarum ' est XXVIII. 39. ' Ut Hispaniam non Ibero amne tenus, sed qua terrarum ultimus finit oceanus, domitam armis habeatis:' ubi vide quæ notantur. Quum tamen reliqui omnes eam vocem servent, illam etiam non delendam puto. ' Terrarum ultimæ oræ,' ut lib. XXI. c. 10. ' Si nemo deposcat, devehendum in ultimas maris terrarumque oras.' Præterea *bellum vehente* Lov. 5. a m. sec. Ceterum idem, quod hic Livius, de Gallis etiam prædicavit Florus I. 13. ' Ab ultimis terrarum oris et cingente omnia Oceano ingenti agmine profecti:' ad quem locum a Dukero laudatus Spanhem. ad Callim. Hymn. in Delum vs. 174. ea de re consulendus est. Paullo post *nihil extraordinarii imperti auxilii quæsivit*, omisso τῷ *aut*, Harl. 1. Sed voculam illam interceptam reor a prima syllaba vocabuli seq.

§ 3 *Quorum temeritate bellum contractum erat*] Pal. 1. *ceptum erat*. Pal. 3. *certum erat*. Gebh. *Bellum ceptum erat* etiam Voss. 2. et Lov. 3. reliquis obnitentibus, qui constanter vulgatum tuentur. Id autem verius est. Ita ' contrahere prœlium ' XXXV. 28. ' Priusquam contraheretur certamen, nox intervenit.' XXXVI. 45. ' Mox idem et qui prope terram cum Eumene contraxerant certamen, fecerunt.' Frontin. Strat. II. 4. ex. 3. ' Quum vidisset contractum prœlium, subitus ex diverso se ostenderet.' Similia sunt ' contrahere amicitiam,' ' odium,' ' rixam,' et hujus generis alia, passim apud optimos scriptores obvia. Illud *captum* sive *ceptum* natum videtur ex glossa, quod deinde

Digitized by Google

errore librarii abiit in *certum*.

Delectumque nihilo accuratiorem] Bona lectio turbatur dissensu codicum Mss. e quibus Pall. duo, *qui delectum nihilo accur.* Pal. 2. vero, *qui delectum quoque nihilo accur.* Gebh. *Dilectumque* Flor. Leid. 1. et Klockian. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *quod lectum quoque nihilo accur.* depravatissime Hav. qui tamen forte dare voluit *qui delectum quoque nihilo accur.* ut præferunt Lov. 2. 4. 5. Harl. 1. et Port. *qui delectum nihilo accur.* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *qui dilectum nihilo accur.* fragm. Hav.

Quam ad media bella haberi solitus erat] *Ad melia bella* Leid. 2. 'Medius' hic est mediocris. Supra II. 49. 'Sequebatur turba cognatorum sodalimmque, nihil medium, nec spem nec curam, sed inmensa omnia volventium animo.' VI. 14. 'Adparebatque, nec veri indicii gratiam mediam, nec falsi obfensionem fore.' XLV. 35. 'Intacta invidia media sunt; ad summa ferme tendit.' Et hoc sensu servari posset vulgata lectio apud Ovid. Metamorph. VIII. 620. 'tiliæ contermina quercus Collibus est Phrygiis, medio circumdata muro:' ut *modico muro*, quod alii exhibent, ex glossa natum sit. Quum tamen viri docti in præstantioribus plerisque *modico* se invenisse testentur, pro altero pertendere nolo. Tum *solitus erat haberi*, alio ordine, Voss. 2. *haberi solitus*, omisso τῷ *erat*, Lov. 1. et Leid. 2. *haberi sollicitus erat* Harl. 1. qui error etiam alibi committitur. Vide hoc lib. ad c. 22. § 5.

§ 4 *Violatoribus juris humani*] Vide P. Fabrum Semestr. II. 1. *Duk.*

Elusamque suam legationem esse] *Clusamque* Leid. 1. *clausamque* Port. a m. pr. Tum *suam* non adparet in Harl. 2. At *legationem suam* trajectis vocibus exhibent Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. quinque, Harl. 1. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Paullo ante *post*, pro *postquam*, neglegentia librarii Harl. 2. Tum *acceperunt*, pro *accepere*, Lov. 4.

Flagrantes ira, cujus inpatiens est gens] Repone *cujus impotens est gens*. Rhen. Sic *impotens* Aldus, et Juntas, et Curio, posteaque omnes: et confirmat non solum Borbet. Rhenani, sed et alii complures scripti. Et sic Livius XXIX. 9. 'Pleminius impotens iræ.' XXX. 42. 'Ex insolentia, quibus nova fortuna sit, impotentes lætitiæ insanire.' At Andreas Romæ dedit *impatiens*, secutique Mediol. Ven. Tarv. Bechar. Mog. Ascens. Savet. Ovidius de Ajace Met. XIII. 3. 'Utque erat impatiens iræ.' Quem locum opportune mihi subjecit Nic. Heinsius, unicum nostrum et Musarum delicium. Appuleius Met. l. IV. p. 156. edit. Elmenh. 'Et, impatiens indignationis, capite quassanti fremens.' *J. F. Gron.* Utrumque dici potest 'inpatiens iræ' et 'inpotens iræ,' et etiam apud Livium aliosque obvium est. Prius obcurrit VI. 16. 'Sed invicta sibi quædam patientissima justi imperii civitas fecerat.' XXI. 31. 'Quum aquæ vim vehat impetum, non tamen navium patiens est.' XXXIX. 9. 'Urbis magnitudo capacior, patientiorque talium malorum ea celavit.' c. 13. 'Si qui minus patientes dedecoris sint, pro victimis inmolari.' Et eodem cap. 'Captari ætates et erroris et stupri patientes.' Apul. Metam. l. IV. p. 151. 'Denique tanti doloris inpatiens populi circumfluentis turbelis inmisceor.' Posterius VIII. 39. 'Neque pugnæ neque fugæ satis potentes cæduntur.' IX. 14. 'Vanissimam increpans gentem, quæ suarum inpotens rerum aliis modum pacis ac belli facere æquum censeret.' XXIII. 16. 'Ut potentes rerum suarum atque urbis Pœnum inde pro Romano acciperent:' ubi plura alia videri possunt. Et quidem prius defendit Nic. Heinsius ad Na-

Digitized by Google

son. Met. XIII. 3. quem etiam vide in Syll. Epist. a Burmann. editarum tom. III. epist. 95. ut et ad Silii VI. 253. et X. 244. Mihi tamen posterius genuinum videtur. Nam ita præferunt apud me uno ore Flor. Voss. uterque, Leid. uteque, Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Gaertn. Klookian. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses omnes. Breviter nondum viri docti ullum codicem memorarunt, in quo *inpatiens* invenerunt. Miror itaque Heinsium ad Ovidii loc. laud. Mss. et veterum edd. auctoritate illud *inpatiens* defendere conatum fuisse. Non dubito tamen, quin, si viveret, ejus patrocinium relicturus fuisset, quum nunc audiat, omnes Mss. ei lectioni adversari; quod tantum non promisit in laud. ad Gronovium epistola. Vide quid epist. seq. ipsi Gronovius responderit. Ceterum *cujus inpotens gens est*, transpositis dictionibus, Harl. 2. et Gaertn. quorum posterior mox perperam obfert *inter ingrediuntur*, pro *iter ing.*; quomodo etiam peccabatur II. 50. § 6. III. 46. § 7. et VIII. 24. § 10. Eadem ratione etiam 'interim' et 'iterum' confundi in codd. scriptis, videbimus X. 18. § 1. *Iter adgrediuntur* Lov. 2. Infra XL. 22. 'Tertio die iter est ingressus.'

§ 5 *Longe ac late fuso agmine immensum obtinentes loci*] Pall. trea et Campani ed. *immensa obtenentes loca.* Gebh. *Inmensa obtinentes loca* etiam Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxonienses L. 1. B. N. et C. Reliqui vulgatum servant, quod etiam præferendum puto. Infra XXI. 33. 'Multosque turba, quum præcipites derupteque angustiæ essent, in immensum altitudinis dejecit.' Ita contra 'exiguum campi' XXVII. 27. 'Exiguum campi ante castra erat.' Ejusdem generis sunt 'multum diei,' 'medium autumni,' 'reliquum noctis,' et similia, de quibus dicam ad Livii XXVII. 2. § 9. Insuper malim *longe ac late effuso agmine.* Vide ad XLI. 7. § 10. Facile autem prima syllaba *ef* elidi et intercipi potuit partim ab ultima præced. vocis litera, partim a prima τοῦ *fuso.* Vide ad XXXIX. 6. § 2. Paullo ante *quocumque ibant*, pro *quacumque ib.* Lov. 4. Vide ad XXXVIII. 7. § 3.

§ 6 *Nunciisque Clusinorum, deinceps inde aliorum populorum*] *Deinceps deinde* Port. Harl. 2. et Hav. Sed solent passim τὰ *inde* et *deinde* confundi. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Vocula *inde* omittitur in Leid. 2. et Lov. 1. Verum nihil mutandum. Similiter duæ hæ particulæ junguntur Ciceroni in Bruto c. 90. 'Prima caussa publica, pro Sex. Roscio dicta, tantum commendationis habuit, ut non ulla esset, quæ non digna nostro patrocinio videretur: deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas et tamquam elucubratas adferebamus.' Junctæ hæ particulæ indicant, post Clusinos idem etiam alios populos Romam nunciasse, ita tamen ut eorum nuncii non simul advenerint, sed alii post alios, prout adventum Gallorum senserant. Vide ad II. 47. § 11. Perperam voces *deinceps inde aliorum* omittuntur in Gaertn. Præterea *populorum aliorum* habet fragm. Hav.

Plurimum terroris Romam celeritas hostium tulit] *Terroris primum* Lov. 1. *primum terroris* Lov. 4. 5. Voss. 1. et Leid. ambo. Olim videtur per compendium scriptum fuisse *plimum*, ex quo non adtendentes librarii fecerunt *primum*, quum debuissent *plurimum. Terroris plurimum* transpositis vocibus habet Leid. 2. Deinde *Romanis cel. host. tulit* Voss. 2. et Lov. 3. *cel. host. Romam tulit* Lov. 4.

§ 7 *Ægre ad undecimum lapidem obcursum est*] Vox *ægre*, quam reliqui omnes servant, socordia librariorum deficit in Lov. 4. et Hearnii Oxonienses C. Deinde *ad pidem* Flor. *ad XIm lapidem* Leid. 1. *ad decimum lapidem*

Digitized by Google

Voss. 2. et Lov. 3. Male. Eutrop. lib. I. cap. ult. 'Victos Romanos undecimo milliario a Roma apud flumen Alliam secuti.' Id etiam ex Plutarcho constat in Camillo p. 137. ubi *undecimum lapidem* exprimit per *σταδίους ἑνενήκοντα*. Si autem octo stadia unum milliare effecerint, et Romani ad decimum lapidem Gallis obcurrissent, non *ἑνενήκοντα*, sed *ὀγδοήκοντα* dicere debuisset, quemadmodum fecit Diod. Sicul. lib. XIV. p. 454. Καὶ διαβάντες τὸν Τίβεριν, παρὰ τὸν τεταρτὸν ἤγγιζον τὴν δύναμιν σταδίους ὀγδοήκοντα. Potius tamen adhæreo quum modo memoratis scriptoribus, tum reliquis Livii Mss. quam Diod. Sic. qui non dedita opera res Romanas descripsit, et in eo etiam peccavit, quod prælium trans Tiberim commissum fuisse scribat. Vide etiam Cluver. Ital. Antiq. II. 10. p. 709. Ceterum Plutarchus l. laud. numero rotundo usus est. Undecim enim milliaria efficiunt octoginta et octo stadia, si cuilibet milliari octo stadia tribuuntur, quemadmodum plerumque fieri solet, teste Strab. Geogr. lib. VII. p. 322. Λογιζομένῳ δὲ, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ, τὸ μίλιον ἑπτακαίδεκα, &c. At si pro milliari supputamus octo stadia et trientem stadii, ut aliis placet, undecim milliaria efficiunt nonaginta et unum stadium duasque trientes. Verum utra etiam subputatio placeat, patet nonaginta Plutarchi stadiis potius 'undecim' Livii 'lapides,' quam 'decem' convenire. Denique *concursum est* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. reliquis invitis, qui recte vulgatum tuentur. Vide ad XXXVI. 24. § 4. Paullo ante *τὸ velut* deficiebat in Lov. 4.

Qua flumen Allia] *Alia* scribe, ut dixi. *Sigon. Alia* scribunt etiam Voss. 2. Lov. 2. 3. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad Epit. Liv. hoc lib. Deinde *ea parte, qua flumen* fragm. Hav. a m. pr. Sed additæ voces pro interpretis glossemate habendæ sunt. Nam *qua* est 'qua parte,' sive 'ea parte qua.' VIII. 36. 'Incessit deinde, qua duxit prædæ spes, victor exercitus.' Vide ad I. 37. § 6. Adde Sanctium in Minerva. IV. 4. sive de Ellipsi Nominum, in voc. 'Partes.' Ita Ovid. ex Ponto Ep. II. 10. 26. loco mox laudando, ubi etiam variant scripti. Similiter *quacumque* supra hoc cap. 'Quacumque ibant, equis virisque immensum obtinentes loci.'

E Crustuminis montibus prærupto defluens alveo] Scribe, *qua flumen Allia, Crust. mont. prærupto defl. alv. haud multum infra viam:* non *haud multo*. Rhen. Præpositio, quam Rhenanus delet, non adparet etiam in ullo codice. Tum *Crustumnis montibus* Leid. 2. *Crustumenis montibus* Port. et Gaertn. *Crustumentis montibus* Hav. Vide ad I. 9. § 8. Hinc *palto*, id est *peralto*, Lov. 4. sollemni librariorum errore. Vide ad IX. 10. § 7. De voce 'prærupto' vide ad Epit. Liv. lib. VII. Transpositis literis *prælato alveo* est in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. et ed. Parm. quomodo librarii et aliis locis in codd. vetustis lapsi sunt. Ita hoc lib. c. 12. § 6. Epit. Liv. lib. VII. Vide quæ notavi ad Silii Italici III. 418. et Oudendorp. ad Frontin. I. 7. ex. 2. Vulgatum hic verius est. Exiguum enim amnem Alliam esse constat, qui proinde 'prærupto' ac profundo 'alveo,' non 'prælato' esse potuit. Denique *defluente* Harl. 2. et Port. Sed errore scribarum; quos quid in errorem conjecerit, vide ad IV. 44. § 5. et c. 47. § 3. Eamdem ob causam mox § seq. datum *horrenda cuncta compl.* pro *horrendo cuncta compl.*

Haud multum infra viam Tiberino amni miscetur] *Haud multum*, quemodo Rhenanus pro *haud multo* rescribi jussit, servant omnes mei. Utrumque dici potest. Plinius Hist. Nat. l. XIX. c. 3. 'In Perside, aut Media, et Armenia nascitur large, sed multo'

Digitized by Google

infra Cyrenaicum:' contra Hist. Nat. IX. 8. 'Nisi multum infra rostrum os illi foret.' Adhærendum itaque Mss. Deinde *infra viam Tiberinam* Lov. 1. 2. Leid. 1. et Voss. 2. Male: intelligitur enim 'via Salaria,' ut docet Cluverius II. 10. p. 708. et p. 709. *Tiber amni* est in Port. a m. sec. erasa priori lectione. *Tiberi amni* Lov. 4. Harl. 2. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxoniensis N. in margine. Sed vide ad II. 10. § 11. Vox *amni* deest in Leid. utroque, et Lov. 1. ac 2. Et censeri posset, eam abundare, quum nemo nesciret, Tiberim amnem esse. Non tamen delendam censeo; partim enim 'Tiberinus amnis' videtur dici, ut 'ostium Tiberinum,' quemadmodum dictum loco laud. partim etiam alibi sæpe 'Anio amnis,' 'Tiberis fluvius,' 'Allia flumen,' ac similia apud Livium obcurrunt. Vide ad XI. 32. § 2. partim denique in illis, qui *Tiberinam inmiscetur* exhibent, intermedium *amni* interceptum est ab ultimis præcedentis, et primis sequentis vocabuli literis. Deinde *miscet* Gaertn. et in margine Hearnii Oxoniensis N. Scriptum fuerat *miscẽ r* sed postea librarius notam suprascriptam neglexit; quod frequenter accidit. Vide ad X. 10. § 1. *Miscentur* Flor. *inmiscetur*, vel *inmiscetur* Lov. 2. 4. 5. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Oxoniensis L. 2. apud Hearnium. *Inmiscentur* Leid. 1. Nihil muto. Ovid. ex Pont. Ep. II. 10. 26. 'Quaque suis Cyanen miscet Anapus aquis.' Plinius Hist. Nat. III. 16. 'Pars eorum et proximum portum fecit Brundulum, sicut Edronem Medoaci duo et fossa Clodia. His se Padus miscet:' et c. 25. 'Inde XLV. M. passuum Tauruanum, ubi Danubio miscetur Savus.' Curtius IX. 9. 'Tertio jam die mixtum flumini subibat mare.' Tacit. Ann. II. 6. 'Servatque' (Rhenus) 'nomen et violentiam cursus, qua Germaniam prævehitur, donec oceano misceatur:' de Morib. Germ. c. 1. 'Rhenus septentrionali oceano miscetur.' Vide ad VIII. 36. § 5. Illud i vel *in* in initio vocis *miscetur* perperam repetitum puto ex ultima litera vocis præced. quomodo etiam peccant codd. IV. 6. § 5. VIII. 7. § 2. et IX. 5. § 6.

§ 8 *Nata in vanos tumultus gens*] *In varios* Lov. 2. et Hav. qui falsi arguuntur, non modo quod *clamoribusque variis* mox subjungatur, sed et aliorum omnium in vulgatam lectionem conspiratione. Alibi sæpe hæc vocabula a scribis in libris vetustis commutantur. Vide ad XXII. 7. § 4. Præterea *tumultos* Flor. a m. pr. et Leid. 1. Vide ad I. 15. § 7. Paullo ante *Jam omnia ultra citraque hostium plena erant* Lov. 5. a m. sec. quum a m. pr. datum fuisset *contra citraque*. Solent voces *citra* et *circa* in Mss. confundi. Vide ad XXI. 48. § 6. Eo errore commisso sequebatur, *contra* mutandum esse in *ultra*. Sed recte reliqui omnes codd. *contra circaque* defendunt. *Contra* est 'e regione.' Vide Burm. ad Quinctil. Instit. Orat. X. 3. circa fin. et Vell. Pat. II. 76. § 3. ubi eo sensu *contra* interdum casum adjunctum habere docet.

Truci cantu clamoribusque variis, horrendo cuncta compleverant sono] *Truci cantu clamoribus variis*, sine conjunctione *que*, Port. Deinde *horrenda cuncta* Harl. 2. Vide ad § præc. Insuper *compleverat* Voss. 2. Lov. 3. et editi ante Aldum, qui recte restituit *compleverant*, ut etiam præferunt reliqui scripti. Qui hanc lectionem mutarunt, ferre non potuerunt, 'gens compleverant' conlective dici, quod Livio tamen et in hac et in aliis vocibus familiarissimum est. Vide ad I. 3. § 2.

CAP. XXXVIII. § 1 *Non præmunito vallo*] *Non præmunitio vallo* Leid. 1. et Klockian. Mox *non memores hominesve* alio ordine Leid. 2. et Lov. 1.

Instruunt aciem diductam in cornua] Lege *deductam*: ut est in Vossianis.

Digitized by Google

Hoc est parum densam, longiorem quam latiorem. Frontinus I. 6. 'Iphicrates in Thracia cum propter conditionem locorum longum agmen deduceret.' *J. F. Gron.* 'Diducere' est distrahere, dividere, in partes scindere: de quo legi possunt, quæ viri docti adnotarunt ad Justin. XV. 4. Silium XV. 187. et Lucan. II. 294. et III. 584. Livius tamen 'diducere cornua,' pro in longum extendere ac porrigere, etiam dixit XXVIII. 14. 'Ut cornu extenderent in sinistra parte, quemadmodum se tendentem a dextra vidissent, &c. Ita diductis cornibus:' et XXXI. 21. 'Ut extenuatam mediam diductis cornibus aciem Gallorum vidit.' Et Tacit. Agric. cap. 35. 'Superante hostium multitudine, veritus ne simul in frontem, simul in latera suorum pugnaretur, diductis ordinibus, quamquam porrectior acies futura erat.' Hæc quoque eadem ratione emendanda sunt, si hic certa est conjectura Gronovii. Sed hoc vix putem. *Duk. Deductam,* præter Voss. utrumque jam a Gronovio laudatum, præferunt etiam non modo Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 5. Port. a m. pr. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. verum etiam omnes vetustiores excusi usque ad Aldum, qui demum *diductam* ei substituit. Id autem servant Flor. Leid. 1. Lov. 4. Harl. ambo, Klockian. Port. a. m. altera, et omnes Oxonienses, si eos diligenter Hearne consulnit. Ex ed. enim Romana pr. *deductam* proferens, de Mss. quos adhibuit, silet, quod factum non oportuisset, si a recepta lectione dissentirent. Et quidem 'deduci' dicuntur, quæ perpetua serie in longitudinem extenduntur, et ita quasi extenuantur. Eo sensu 'fila' dicuntur 'deduci,' quum ex colo decerpta lana formatur in longa ac tenuia fila. Catull. Carm. LXV. 312. 'Dextera tum leviter deducens fila supinis Formabat digitis.' Tibull. El. I. 3. 86. 'Deducat pleno stamina longa colo.' Ovid. Epist. Her. IX. 77. 'Crassaque robusto deducis pollice fila.' Vide Passerat. ad Catulli loc. laud. Hinc desumta eleganti metaphora 'deducere carmina' apud poëtas aliosque scriptores obvium est, de quo erudite, ut semper, Burmann. ad Nason. Amor. Eleg. I. 14. 7. ubi laudat glossam adscriptam ad Ovid. Trist. Eleg. I. 1. 39. in qua, pro *deducatur a cælo,* vide an non præstet *deducatur a colo* legere ex Tibulli loco laud. quam, ut Heinsius volebat, *a tela.* Eadem metaphora 'deducere mugitum,' pro in longum trahere, Frontino restituendum existimavit Oudendorp. ad I. 5. ex. 26. Et hoc sensu jam acies dicitur 'deduci in cornua,' quando ipsa longe extenditur, et ita extenuatur, ut cornua late protendantur, sive, ut loquitur II. 31. cum cornua se latius pandunt, et acies parum apte introrsum ordinibus firmatur, ne, ut Livius hic inquit, multitudine hostium circumveniri possit. Hoc sensu eam vocem restituendam censeo Frontino Strateg. II. 3. ex. 12. ubi de Cleandrida Lacedæmonio, qui adversus Lucanos 'densam instruxit aciem;' ut longe minoris exercitus speciem præberet: 'Securis deinde hostibus in ipso certamine deduxit ordines, et a lateribus circumventos eos fudit:' ubi vulgo legitur *diduxit,* quod servari nequit, nisi statuamus, eum aciem, quæ hosti obversa erat, in duas partes divisisse, et ita in utraque latera Lucanorum inpetum fecisse. Ea enim vis est τοῦ 'diducere,' ut notet separare, dividere, semovere: quo sensu jam eo verbo usus est Frontin. II. 3. ex. 8. 'Ipsi, diductis in latera viribus, vacua fronte ex utraque parte circumvenerunt eum:' et II. 6. ex. 4. 'Hannibal, quum ad Thrasymenum inclusi Romani acerrime pugnarent, diductis ordinibus fecit eis abeundi potestatem.' Ita vero aciem in cornua non

Digitized by Google

'diduxerunt' tribuni, 'infirmam' enim 'et,' licet 'vix,' attamen 'cohærentem mediam aciem' verbis seqq. Livius memorat, quod frons nimis 'extenuata' foret. Passim vero 'deducere' et 'diducere' in libris scriptis confundi solent. Vide ad XXI. 55. § 5. Præterea *struunt aciem* Lov. 4. Utrumque 'struere' et 'instruere aciem' in usu fuit. Vide ad XLII. 51. § 3. Hinc, quum vulgatum reliquorum codd. testimonio firmetur, id etiam verum ac genuinum esse puto. Paullo ante *nec inauspicato*, pro *nec auspicato*, Lov. 3.

Ne circumveniri a multitudine hostium possent] Scribe *ne circumv. mult. hostium possent*. Rhen. Præpositionem, a Rhenano ex contextu ejectam, nullus meorum codicum servat: ejus tamen loco unus Lov. 1. præfert *in multitudine*, quæ ex prima vocis seq. litera perperam repetita videtur. Trajectis vocibus *hostium multitudine* præferunt Harl. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *posset* etiam Lov. 4. ut referatur ad præcedens *acies*. Verum vel ita etiam vulgatum servandum erit ob reliquorum Mss. auctoritatem. 'Acies' enim æque conlective accipi potest, atque 'exercitus,' 'cohors,' 'globus,' et similia, de quibus vide ad XXXV. 26. § 9. quamvis etiam *possent* respicere possit præcedens 'cornua.'

§ 2 *Paullum erat ab dextera editi loci*] *Paullulum erat* Harl. 2. a quo reliqui dissentiunt. Eadem scripturæ varietas sæpius in Mss. obvia est. Vide ad XXXVI. 9. § 8. *Paulus erat* Lov. 2. *Palus erat* Lov. 1. 4. 5. Tum *a dextera* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et edd. quas vidi, Aldina priores. *Ab dextra* Lov. 2. et fragm. Hav. Paullo ante *æquari fraudes*, pro *æq. frontes*, perperam Gaertn. Mox *quam subsidiariis* Lov. 4. et 5. qui dederant *Palus*.

Ut initium pavoris ac fugæ, sic una salus fugientibus fuit] Pall. duo *sic ima salus fugientibus fuit*. *Ima salus* an quasi ultima atque extrema? *Gebh.* Omnes nostri *una salus* servant: *ima*, quod in duobus Pall. Gebhardus reperit, quin ex aberratione natum sit, nemo dubitare potest; quare interpretatione molliri necesse non erat. Passim has voces librarii in Mss. commutarunt. Vide ad VIII. 6. § 2. *Una salus* est sola, unica salus. Vide ad III. 69. § 3. Tum *salus fugientium* solus Lov. 4. sed *salus fugientibus*, pro 'salus fugientium,' ut alia multa, de quibus vide ad III. 46. § 2. Vocula *sic* deest in Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante *τὸ res* exsulabat a Lov. 5.

§ 3 *Brennus ... artem maxime timens*] *Brenus* Lov. 4. 5. et Hav. *Brenius* Harl. 2. *Brennius* Port. Vide etiam hoc lib. cap. 48. § 8. Deinde *timens artem*, media voce prætermissa, Harl. 2. *timens maxime artem* Voss. 2. Port. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Insuper mox *ad id ratus*, transpositis iterum vocibus, Hav. *raptum adit captum superiorem locum* Lov. 4.

Ut ubi Galli cum acie legionum recta fronte concurrissent] Prima vocula *ut* deficit in Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. sed a sequenti elisam puto. *Ibi*, pro *ubi*, habet Gaertn. Vide ad XXVII. 5. § 2. Tum *læta fronte* fragm. Hav. a m. pr. *recta sponte* Voss. 2. *tecta fronte* Curio eumque secutæ paucæ edd. *Concurrissent* Flor. quod hujus unius cod. fide recepi, quum formam hanc perfectorum in compositis verbi 'currere,' et quidem in ipso 'concurrere,' Livio in usu fuisse viderimus ad I. 12. § 8. Eodem ducit altera scriptura *cucurrissent*, quæ in Voss. 2. Leid. 2. a m. pr. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. superest, ubi prima syllaba *con* omissa esse potest ignorantia scribarum, qui ejus compendium ꝯ vel ꝺ adsecuti non sunt.

Subsidia in aversos transversosque impetum darent, ad subsidiarios signa con-

Digitized by Google

vertit] *Subsidia in adversarios signa convertit*, reliquis neglectis, Leid. 2. *subsidia in adversos* exhibent Voss. ambo, Lov. quinque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Male. 'In aversos impetum dare,' est eos a tergo invadere; 'in transversos,' est a latere: et ita hic 'aversi transversique' obponuntur rectæ fronti. Vide ad IV. 27. § 8. Alibi sæpe 'aversus' et 'adversus' commutantur. Vide ad II. 31. § 6.

§ 4 *Haud dubius, facilem in æquo campi tantum superanti multitudine victoriam fore*] *Haud dubium* Hav. *haud dubiis* Lov. 3. Deinde *superanti multitudini* Flor. a m. pr. (in quo postea *superante* a m. altera interpolatum est) Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. a m. pr. Lov. 3. 4. 5. Harl. uterque, Hav. et fragm. Hav. Similiter ediderunt Rom. 1472. Parm. Aldus, et multi recentiores usque ad Francofurtanos, qui 1578. substituerunt id, quod nunc vulgo exstat, *tantum superanti multitudine*: quod quidem non incommodum est, sed in nullo apud me codice exstat. *Tantum superante multitudini* Gaertn. præfert, *tantum separante multitudine* Neapol. Latinii: cujus librarius dare voluisse videtur *tantum superante multitudine*, quemadmodum a m. altera est in Port. et multis Aldina prioribus edd. Mihi lectio, plurium et optimorum codicum fide stabilita, *facilem tantum superanti multitudini victoriam* præferenda videtur, quam etiam in contextum recepi. 'Superat multitudo,' quæ superest, abundat. Liv. III. 5. 'Quia superante multitudine hostes carpere multifariam vires Romanas adgressi sunt.' v. 21. 'Superante multitudine ab omnibus locis urbem adgreditur.' Sallust. in Cat. c. 20. 'Quis mortalium tolerare potest, illis divitias superare?' ubi vide Ciaccon. in Jug. c. 64. 'Virtus, gloria, atque alia optanda bonis superabant:' ubi vide Cortium. Cic. de Orat. II. 19. 'In quo et deesse aliquam partem, et superare, mendosum est.' De Finib. v. 15. 'De eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt.' Plura vide ad XXII. 49. § 5. Præterea ultima vox *fore* non adparet in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Gaertn. atque in margine tantum fragm. Hav. visitur.

Non fortuna modo, sed ratio etiam cum barbaris stabat] *Sed ratio cum barbaris, sine τῷ etiam*, Leid. 2. et Voss. 1. quorum posterioris tamen margini adscriptum est. Vide ad II. 6. § 1. Deinde *in barbaris* Leid. 2.

§ 5 *In altera acie nihil simile Romanis, non apud duces, non apud milites, erat*] *In alteram aciem* præferunt optimi codd. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 5. et Klockian. Tum *non apud Romanos erat* Port. Sed utramque lectionem hoc modo, *non apud milites Ro. erat*, exhibent Harl. 2. Hav. et Lov. 5.

Et tanta hominum oblivio] Haud dubie *omnium*. Vide ad IX. 8. *J. F. Gron.* Omnino verum est, quod Gronovius conjecit, *omnium*. Sæpissime ita variarunt librarii, voces 'omnes' et 'homines' infinitis locis commutantes. Vide ad III. 54. § 6.

Ut multo major pars Veios, &c. fugerent] *Veios confugeret* Voss. 1. Leid. 2. et Hearnii Oxon. N. Si *Veios confugerent* dedissent, quemadmodum est in Lov. 1. id facile ferre potuissem. Nunc, ignorantiæ scribarum, qui delicias Livianas, 'pars fugerent,' odio habebant, aut non intelligebant, lectionem illam adscribendam esse, nullus dubito. Passim autem τὸ *pars*, tamquam conlectivum, cum plurali Livius construere solet. Supra II. 53. 'Pars Sabinis eunt subsidio, pars Romanos toto inpetu intentos in castra adoriuntur.' III. 24. 'Perculsos magna pars credebant tribunos.' IV. 27. 'Pars militum portarum stationes firmant, pars corona vallum cingunt.' v. 21. 'Pars aver-

Digitized by Google

sos in muris invadunt hostes, pars claustra portarum revellunt, pars inferunt ignem.' c. 29. 'Colonorum pars maxima incolumis Romam perfugere.' Infra c. 41. 'Pars in proxima quæque tectorum ruunt, pars ultima, velut ea demum intacta et referta præda, petunt.' VI. 19. 'Magna pars vociferantur, Servilio Ahala opus esse:' ubi tamen aliter præferunt codd. c. 21. 'Magna pars plebis incitata, ut prædatum in agrum Romanum exirent.' IX. 12. 'Pertinacior pars armata per aversam portam erupit, tutiorque eis audacia fuit.' c. 14. 'Simul undique adorti quum pars fossas explerent, pars vellerent vallum.' X. 5. 'Pars magna aggerem vallumque conscendunt.' c. 37. 'Pars interceasuros, ne novo exemplo triumpharet, aiebant.' Et hic male plerique codd. *aiebat*. XXI. 27. 'Equorum pars magna nantes loris a puppibus trahebantur.' XXV. 39. 'Pars semisomnos hostes cædunt, pars ignes casis stramento arido tectis injiciunt, pars portas occupant.' XXX. 9. 'Pars maxima classem mittere jubent.' XXXI. 48. 'Magna pars senatus nihil præter res gestas censebant spectare senatum debere.' XXXIV. 57. 'Pars in Asia aut Lysimachiæ apud regem fuerant.' XXXVI. 16. 'Pars imperio parendum regis atque eundum censebant, pars subsistendum.' XXXVII. 20. 'Non stratos, non infrenatos magna pars habebant equos:' et sæpe alibi. Vide Gronov. ad Livii XXXIV. 9. § 6. et ad XXXVI. 16. § 6. Plura similia vide ad XXXV. 26. § 9. Quin et eidem voci *pars* additur etiam adjectivum generis masculini numero plurali. Ita XXVII. 1. 'Pars in fugam effusi, pars in medio cæsi:' ubi quidam codd. et vetustiores excusi male præferunt *effusa* et *cæsa*. Plura vide ad eum locum.

§ 6 *Parumper subsidiarios tuitus est locus*] *Parumque subsid.* Lov. 3. *Parum subsid.* Voss. 2. Male. Similiter etiam alibi lapsi sunt librarii. Vide ad IV. 33. § 2. Insuper vox *subsidiarios*, quæ in reliquis omnibus superest, exulat a Leid. 2. et Lov. 1.

Simul est clamor, proximis ab latere, ultimis ab tergo, auditus] *Proximus* et *ultimus* Lov. 2. 4. 5. et Harl. 2. *prælatus* et *ultimus* Port. a m. sec. qui a pr. habuit *proximis* et *ultimus*. Et ita est in Haverk. a m. pr. quem etiam *proximus* a m. sec. emendetur: *proximus* et *ultimo* Gaertn. Præterea *a latere* Gaertn. idem cum editis ante Aldum. Tum *a tergo* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Gaertn. et Hav. Mox *ignotum est prius*, pro *ignotum hostem prius*, Lov. 3. Præterea *non moto, non tentato certamine* Gaertn.

§ 7 *Nec ulla cæde pugnatum fuit*] Alii hoc mutarunt, atque ita legunt, *Nec ullæ cædes pugnantium fuit*: id quod ego non intelligo. Fortassis autem propter sequentia continuo verba ita legere placuit: at etiam illa obscurum habent sensum, ideoque lectori considerandæ sunt. *Glar. Nec ulla cæde pugnatum fuit* præferunt omnes typis exarati usque ad Aldum, qui substituit alterum *Nec ulla cædes pugnantium fuit*. Et ita habent omnes, quos inspexi, codd. scripti; nisi quod *pugnatum*, pro *pugnantium*, sit in Leid. 2. culpa librarii. Sensus Livii est, nullos in prælio cæsos fuisse; sed, quicumque perierunt, in fuga interfectos esse, quod certatim ruentium turba ac tumultu fugæ impedita, et hosti spatium trepidantes adsequendi datum sit. In verbis seqq. in quibus nihil difficultatis video, *sumovet ipsorum cert.* est in Lov. 4. *suomet ipsorum cert.* in Lov. 2. Deinde τὰ *in turba* non adparent in Lov. 1. et Leid. 2. neque etiam in Hearnii Oxon. L. 1. Denique *impedimentum fugam*, pro *impedientium fug.* exhibet Voss. 2. *impedientium fugam circa fugam* Lov. 1.

Digitized by Google

§ 8 *Quo armis abjectis totum sinistrum cornu defugit*] Lege *diffugit*. Nam 'defugere' est vitare aut recusare: ut 'defugere auctoritatem,' 'munus,' 'sermonem.' Cicero de Officiis III. 32. 'Octo millia hominum tenebat Annibal, non quos acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugissent.' *J. F. Gron. Totum sinistro cornu* Gaertn. Tum *diffigit* Lov. 4. Vide ad IX. 28. § 6. *profugit* Harl. 2. Si quid mutandum est, cum Gronovio præfero *diffugit*. Auctor Belli Gall. VIII. 35. 'Ii, repentino malo perterriti, diffugiunt ad sua præsidia.' Cic. Orat. Philipp. II. 42. 'Metu perterriti repente diffugimus.' Horat. Od. I. 35. 26. 'diffugiunt, cadis Cum fæce siccatis, amici.' Ovidius Fast. II. 211. 'Diffugiunt hostes, inhonestaque vulnera tergo Accipiunt.' Contrario errore peccatum est apud Cæsar. Bell. Civil. I. 82. 'Contra opinionem enim militum famamque omnium videri prœlium diffugisse, magnum detrimentum adferebat:' ubi cum Davis. aliisque *defugisse* legendum puto. Vide quæ de utriusque vocis diversa significatione ad eum locum notavit.

Multosque, inperitos nandi aut invalidos, graves loricis aliisque tegminibus hausere gurgites] *Multoque inperitos* Leid. 1. et Harl. 1. Tum *aut invidos graves* Hav. *aut inval. hostes, graves* Voss. 1. Voci tamen *hostes* expunctionis notæ subjiciuntur. Deinde *gravesque loricis aliisque tegminibus* Harl. 2. Hav. et a m. sec. fragm. Hav. *teguminibus* est in Lov. 2. Vide ad IV. 39. § 4.

§ 9 *Incolumis Veios perfugit*] *Veios incolumis* Lov. 2. Tum *profugit* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sed vulgatum probum est. Infra XXXVII. 57. 'Vulneratum ipsum cum paucis, sine lictoribus, Massiliam perfugisse, et intra triduum exspirasse:' ubi plura vide.

Unde non modo præsidii quidquam, sed ne nuncius quidem cladis Romam est missus] *Unde modo non præsidii* Gaertn. *unde non modo non præsidii* Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Sed alterum *non*, quod non visitur in melioris notæ codd. ex glossemate librarii additum est. Passim enim Livius *non modo*, sequente *ne quidem*, vel *sed ne quidem*, pro *non modo non*, usurpare solitus est. Vide ad XXV. 26. § 11. Deinde *sed nec nuncius quidem* Voss. 2. et Gaertn. Male. Vide ad I. 10. § 3. Tandem *Romam missus est*, transpositis vocibus, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 10 *Ab dextro cornu, quod procul a flumine, et magis sub monte steterat*] *A dextro cornu* Gaertn. et Lov. 4. *Ab dext'ro* Lov. 5. a m. pr. Tum *quod procul ab flum. ē magis*, id est *est magis*, tribus vocibus seqq. omissis, Port. *et* atque *est*, præsertim per notas scriptum, sæpe a librariis commutantur. Vide ad VII. 40. § 1. Denique *sub monte steterant* fragm. Hav.

Ne clausis quidem portis urbis in arcem confugerunt] *Τὸ quidem* in Ms. suo deesse, Klockius notavit. Ut ita simplex *ne* ponatur pro 'ne quidem.' Infra XLIV. 36. 'Neque enim ne his cunctationem aperuerat suam:' ubi vide. Quum tamen in aliis omnibus vox supersit, eam servandam judico. Præterea *confugere* Leid. 2. *fugere* Lov. 1. et 2. omissa prima syllaba, quod eam per compendium scriptam non intelligerent librarii, ut dictum est hoc cap. ad § 3.

CAP. XXXIX. § 1 *Gallos quoque velut obstupefactos*] Vox *velut* non adparet in vetustioribus excusis. Primus eam addidit Aldus, cui favent omnes scripti.

Pavore defixi primum steterunt] Magnus Gronovius prima ed. notarum vocem *pavore* suspectam habebat, quod non satis convenire videretur. Agnoscebat enim, cur hic admiratione Galli stupescerent; sed, cur ei

Digitized by Google

misceretur pavor, non satis videbat. Tentabat igitur, *et ipsi nova re defixi;* ita tamen, ut cum pertinaci contendere nollet. At in secundis curis omnia, quæ huc contulerat, sustulit; et recte. 'Pavorem' enim hic locum habere posse, patebit ex illis quæ Nic. Heinsius et ego notavimus ad Silii Ital. l. XVI. vs. 432. Præterea *τὸ primum* exsulat a principibus edd. Posset etiam abesse, licet mox sequatur *deinde.* Eam enim vocem sæpe usurpari, quamvis altera non præcesserit, docet Gronov. ad Liv. XXXIV. 19. § 4. Hic tamen recte ab Aldo vocem *primum* additam puto, quod in omnibus scriptis supersit. De voce 'defixi' vide ad III. 47. § 6. Mox *ignari velut,* transpositis dictionibus, Lov. 4.

Armorumque cumulos, ut mos eis est, coacervare] *Armatorumque* male Voss. 2. Mox *τὸ eis* abest a Port. Deinde *coacervavere* præfert Gaertn. Et ita *legere,* media longa, pro *legerunt,* accipi posset. Sed præcessit etiam 'vereri.' Patet ergo errantis librarii lapsum esse. Alibi sæpe locutiones infinitas ab indoctis librariis conruptas esse, dictum est ad I. 50. § 5. Ceterum, armorum cumulos coacervatos esse ad tropæa, observat Doujatius; alii ad comburendum. Hunc enim morem colligi ex Flori II. 4. § 5. 'Viridomaro rege Romana arma Vulcano promiserant: aliorsum vota ceciderunt.' Verum id Romanis, non barbaris, usitatum fuisse, ibidem Freinshem. monet. Morem autem Gallorum ad eumdem locum inlustrat Dukerus ex Cæsar. Bell. Gall. VI. 17. 'Marti, quum prœlio dimicare constituerunt, ea, quæ bello ceperunt, plerumque devovent, quæ superaverint, animalia capta immolant, reliquas res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exstructos tumulos (emendat 'cumulos') locis consecratis conspicari licet.'

§ 2 *Ad urbem Romam perveniunt*] Vocem *Romam* ignorat Gaertn. Quamvis autem Roma sæpe per excellentiam Livio aliisque 'Urbs' dicatur, unum tamen testem audiendum non puto. *Ad urbem Romanam* habent Lov. 1. Leid. 2. et Voss. 1. Utrumque in usu fuit, 'urbs Roma' et 'urbs Romana.' Vide ad Epit. lib. XLIX. Non video itaque, cur a vulgato, quod et plures et meliores codd. tuentur, discedendum foret. Tum *veniunt* Lov. 5. Paullo ante *hostile conabatur,* pro *host. cernebatur,* culpa scribæ est in Gaertn.

Ubi quum prægressi equites non portas clausas, non stationem pro portis excubare, &c. retulissent] *Ibi* Hav. sollemni varietate. Vide ad XXVII. 5. § 2. Tum vox *quum* deficit in Harl. 1. Deinde *non stationes pro portis* Hearnii Oxon. L. 1. et C. Infra c. 43. 'Ad omnes aditus stationibus firmatis, qua signa ferri videbant.' Sed satis patet, intelligi unam stationem ad quamque portam. Præterea *progressi equites* habent vetustiores inpressi. Aldus postea substituit *prægressi.* Et ita servant omnes scripti. Recte. Vide ad IX. 10. § 7. Paullo post *aliud prioris simile* Lov. 2. Sed ultima litera *τοῦ prioris* ex seq. vocis initio huic adjecta est. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *Similis* cum secundo et tertio casu construi, videbimus VI. 13. § 3. Tum *substravit,* pro *sustinuit,* Gaertn.

§ 3 *Inter Romam atque Anienem consedere*] Conjunctio *atque* deest in Lov. 5. et Harl. 2. *Romam atque amnem* habent vetustæ edd. Aldus *Anienem* substituit. Et ita legunt omnes calamo exarati, nisi quod *Enientem* sit in Flor.

Exploratoribus missis circa mœnia aliasque portas] *Exploratores missi* Lov. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. et Hearnii Oxon. L. 2. et ita etiam est in Lov. 4. a m. sec. quum a m. pr. scriptum fuisset *explorantes missi.*

Digitized by Google

Quænam hostibus in perdita re consilia essent] Præpositionem non agnoscit Gaertn. *perdita in re* præfert Harl. 2. quomodo Livium loqui amasse, vidimus ad II. 19. § 8. Reliquis tamen dissentientibus, id non recipiendum arbitror. *Quæn. host. imperdita re consilia essent* Lov. 3. hinc natum videtur *quæn. host. inpedita re consilia essent*, quod superest in Hav. Male. 'Perdita res,' ut apud Cic. pro Cæcin. c. 31. 'Exoritur hic jam obrutis rebus omnibus et perditis illa defensio:' in fragm. ap. Amm. Marcell. XV. 5. 'Quum ex sævis et perditis rebus ad meliorem statum fortuna revocatur.' Tacit. Histor. III. 73. 'Mox, quod in perditis rebus accidit, omnes præcipere, nemo exsequi.' Florus IV. 12. § 35. 'Varus perditas res eodem, quo Cannensem diem Paullus, et fato est et animo secutus.' Curtius VII. 11. § 28. 'Desperatis magis quam perditis rebus, cum propinquis nobilissimisque gentis suæ descendit in castra.' Livius ipse XXV. 37. 'Vir unus res perditas restituit.' XXVI. 6. 'Næ tu perditas res Campanorum narras.' Terent. in Eun. II. 2. 27. 'Quibus re salva et perdita profueram, et prosum sæpe.' 'Rem impeditam et perditam' jungit Terent. idem in Andr. III. 5. 13. 'Tu rem inpeditam et perditam restituas? hem quo fretus sim!' Verum res Romana post prælium infelix ad Alliam 'perdita' magis, quam 'inpedita' erat.

§ 4 *Romani, quum major pars ex acie Veios petisset, quam Romam, nec superesse quemquam præter eos, qui Romam refugerant, credere, complorati omnes pariter vivi mortuique totam prope urbem lamentis impleverunt*] Antiqua lectio, *Rom. cum pars major ex acie Veios petisset, quam Romam, nemo sup. quemq. præter eos, qui Romam ref. crederent.* Rhen. Quamquam ferri hæc lectio potest, nescio tamen, cur non antiqua, quæ multo rectior est, restituatur, quæ est, *Rom. cum pars major ex acie Veios petisset, nec sup. quemq. præter eos, qui Romam ref. cred. comploratis omnibus pariter vivis mortuisque, totam prope urbem lamentis repleverunt.* Sigon. Unum hic præclare gessit Sigonius, quod removit additamentum impudentissimum *quam Romam.* Cætera non ejusdem fortunæ. Mss. bonæ notæ et Andreas *nemo sup. quemq. præter eos, qui Romam ref. crederent:* etsi statim post Andream sit mutatum *nec superesse.* Mihi, si nihil aliud, id commendaret locus XXXIV. 13. 'Nunc quum duo prætores, quum consul, quum tres exercitus Romani Hispaniam obtineant, Carthaginiensium prope decem annis nemo in his provinciis sit.' Nec displicet τὸ *crederent:* non magis quam IX. 2. 'Quum alterum quisque magis mentis compotem ac consilii ducerent.' XXIV. 20. 'Quum eorum nemo, qui ad lacum Averni adissent, aut ipsi venirent, aut nuntium literasve mitterent.' Si mavis *crederet*, non impedio. At illud crimen librarii Sigoniani non condonandum: *comploratis omnibus pariter vivis mortuisque:* cum omnes ab Andrea ad postremum usque Curionem editi servarent, *complorati omnes pariter vivi mortuique totam prope urbem lamentis impleverunt.* Quis non videt hoc esse oppido elegantius? adscribi mortuis et absentibus vivis, qui mortui credebantur, quod in Urbe vivi fecerunt, quia in causa erant illi, cur hi facerent. Romanos, ait, qui fuerant in Alliensi acie, (cum multis partibus plures ex fuga se Veios contulissent, Romam rediisset exigua manus, et præter hanc, quicquid erat exterorum, periisse urbani crederent) dum absentes mortui pariter et vivi pro mortuis complorantur, omnia lamentorum complevisse. Quippeni? dum quisque suos desideratus mœrore adficit et in luctum compellit? An soli 'complere luctu lo-

Digitized by Google

cum' dicuntur, qui lugent? non et qui lugentur, quorum clades et amissio luctum facit? non et quorum crudelitas? Sed hunc non hic modo errorem errat Sigonius. Vide ad XXXIV. 6. *J. F. Gron.* Primo *Veios petisset* Flor. Voss. ambo, Leid. 1. Harl. ambo, Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. omnesque excusi usque ad Basileenses, qui 1539. *petiisset* primi receperunt, quod tantum non omnes recentiores editores servarunt. Sed priorem lectionem revocavi. Infra VII. 30. 'Quam si secundis rebus nostris petissemus:' ubi etiam unus male *petiissemus.* Tum voces *quam Romam*, quas viri docti non male delerunt, attamen apud me supersunt in Leid. 1. Harl. utroque, Lov. quinque, Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Deinde *nec superesse quemquam, &c. crederent* Harl. 2. Lov. 2. Gaertn. Port. et Hav. *nec quemquam superesse, &c. crederent*, trajectis vocibus, fragm. Hav. a m. sec. *nemo superesse quemquam, &c. crederent* Voss. 1. Lov. 1. 3. 5. Harl. 1. Leid. 1. fragm. Hav. a m. pr. et ex edd. quas vidi, Rom. 1472. Parm. Mediolan. 1480. Tarvis. utraque, et Venetæ 1495. et 1506. Prima autem Mediolan. 1495. ex meis id mutavit. Id vero eodem modo dictum esse potest, quo 'haud fere quisquam audebant,' 'nec quisquam audebant,' et similia, de quibus agit Gronov. ad Livii XXXVI. 16. § 6. Hinc *Romam confugerant*, pro *R. refugerant*, Harl. 2. Port. et Hav. Postea *plorantes omnes pariter vivi mortuique* Lov. 4. et 5. a m. pr. in quo a m. sec. *complorantis omnibus pariter vivis mortuisque* interpolatum est. Sed *comploratis omnibus pariter vivis mortuisque*, ut in vet. lib. Sigonius invenit, præferunt etiam Gaertn. et fragm. Hav. Neque dissentiunt Harl. 2. Port. et Hav. nisi quod trajectis vocibus habeant *vivis pariter mortuisque.* At bene hanc lectionem improbat Gronovius, qui vulgatum, etiam optimorum ex meis auctoritate stabilitum, præfert, et recte vivos mortuosque urbem lamentis inplevisse dici docet, quoniam omnes pariter pro mortuis complorarentur, et ita causa essent, cur urbs lamentis inpleretur. Eadem ratione 'metus' dicitur 'differre curam,' quia causa est cur differatur, XLIII. 1. 'Metus de consule atque exercitu distulit eo tempore muniendæ Aquileiæ curam.' Verum si ita legamus, quemadmodum legendum esse optime Gronovius evicit, incertum adhuc manet, quo vox hujus § initialis *Romani* pertineat. De eo dubium hæsisse Perizonium ex illis, quæ in ora codicis sui adnotavit, patet. Primo enim notat, per vocem *Romani* in genere hic intelligi omnes Romanos per obpositionem Gallorum, et non tantum eos qui in acie fuerant, adeoque non referendam esse ad τὸ *complorati.* Hoc si placeret, omnino Sigonianum *comploratis omnibus vivis pariter mortuisque* revocandum foret: quod tamen scribarum mangonium esse, optimorum codicum auctoritas docet; ideoque rejiciendum puto. Deinde, prius illud deserens, *Romani quum pars major Veios petisset* exponit, quum pars major Romanorum Veios petisset, adscripto etiam loco Æliani ex Var. Hist. x. 16. Οἱ δὲ, οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχον· ad quem locum ex utriusque linguæ scriptoribus plura exempla hoc genus loquendi inlustrantia laudavit, et insuper videnda monuit quæ notavit ad Sanctii Minerv. l. IV. p. 531. et p. 532. ubi inter plura alia etiam hunc Livii locum laudat. Sed perinde est, utrum posteriorem hanc Perizonii sententiam sequamur, an cum Gronovio *Romani* referamus ad *conclamati inpleverunt.* Insuper vox *totam* non exstat in Leid. 2. Denique *lamentorum inpleverunt* legendum conjicit Klockius. Livium ita loqui solitum fuisse, videbimus ad XXIX. 14. § 2. Verum et alterum Livio non mi-

Digitized by Google

nus frequens fuit. Supra III. 69. 'Totam urbem ira inplevere.' Ad quem locum plura ejusdem locutionis exempla videri possunt. Nihil itaque muto, quod in illis, quæ liberi sunt arbitrii, codd. duces sequi conveniat, ac tutius sit. *Implevē*, id est *implevere*, est in Lov. 4.

§ 5 *Privatos deinde luctus stupefecit publicus pavor*] *Obstupefecit* Hav. cui soli parere temerarium foret. Silius IX. 122. 'Ac membra et sensus gelidus stupefecerat horror.' Paullo post *ululatos cantosque*, librarii errore, Port. in quo etiam manu altera emendatur *ululatus*. Deinde *circum mœnia* fragm. Hav. Vide ad IV. 12. § 9.

§ 6 *Omne inde tempus suspensos ita tenuit animos*] Sed nec hic locus totus satis patet. Triam temporum est hic ordo, et vis in illo 'identidem.' Primo quidem adventu impetum Gallorum Romani Romæ exspectabant, alioqui apud Alliam mansuros fuisse Gallos existimabant. Deinde sub occasum solis, cum ne tum quidem invaderent Urbem Galli, quod tamen exspectaverant Romani, in noctem dilatum consilium iidem existimabant Romani, quo plus pavoris illi inferrent. Denique lux appropinquans exanimabat, timorique, quem perpetuo habuerant, malum hoc, quod videlicet Urbem invaserant hostes, continuum fuit, quum primum signa infesta portis illata sunt. Verum instituti nostri non est, his diutius immorari. *Glar.* Vox *animos* non est in Voss. 2. et Leid. 2. Et videtur etiam abesse posse, quemadmodum abest XXII. 59. 'Quum ii pro nobis, proque iis qui absunt, ita suspensi ac solliciti sint, quem censetis animum ipsorum esse, quorum in discrimine vita libertasque est?' Duo tamen hi codd. non satis idonei auctores sunt mutandæ receptæ lectioni aliorum omnium consensu firmatæ. Liv. XXXIV. 27. 'Urbem relinquere, tam suspensis et incertis omnium animis, metuens.' Cic. de Orat. I. 56. 'Suspenso, inquit, animo et occupato Crassum tibi respondisse video.' In Verr. V. 6. 'Quum servitiorum animos in Sicilia suspensos propter bellum Italiæ fugitivorum videret.' Orat. Philipp. VII. 1. 'Animus aberat a sententia, suspensus curis majoribus.' Ad Fam. XVI. 8. 'Ego valde suspenso animo exspecto primum te scilicet, deinde Marionem cum tuis literis.' Curtius IX. 7. § 20. 'Ea ipsa res omnium animos exspectatione suspenderat:' et X. 8. 'Quid de ipsis quoque rex statuendum censeret, suspensa mente exspectarent.' Similiter aliquis dicitur 'suspensus animi' esse VIII. 13. 'Tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis.' Ut autem hic 'animi suspensi,' ita etiam animi dicuntur 'pendere' VII. 10. 'Constitere inter duas acies, tot circa mortalium animis spe metuque pendentibus:' ubi nihil mutandum puto, contra quam Sigonio visum fuit. Quin et non tantum 'animi' dicuntur 'suspensi' esse et 'pendere;' verum etiam homines ipsi 'pendere animi' et 'animi suspensi' esse. Vide Gronov. ad Livii VII. 30. § 22.

Ut identidem jam in urbem futurus videretur impetus primo adventu] Videtur addenda præpositio, *a primo adventu:* ut significet ex illo tempore singula momenta sollicita hoc metu Romanis fuisse. *J. F. Gron.* Præpositionem ignorant constanter codd. neque etiam ea opus esse puto. Non enim sensus est, a primo Gallorum adventu usque ad lucem alteram Romanos animi suspensos fuisse; quo minus enim ita capi possit, obstat τὸ *inde*, id est, ex quo ululatus cantusque dissonos vagantium circa mœnia turmatim barbarorum audierant. Veculam *jam* omittunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. in qua tamen emphasis est, pro 'mox,' 'statim.' Ut II. 29. 'Dictatorem creemus. Jam hic, quo nunc omnia ardent, contices-

Digitized by Google

cet furor.' Vide Burmann. ad Nason. Metam. VII. 306. Ceterum in scriptis vulgo locus hic mendose exhibetur. Nam *primo adventu, qui accesserant ad urbem* est in Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. *primo adventu qui accesserant ad urbem* in Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. 5. Harl. 1. Gaertn. Port. Klockian. Hav. et fragm. Hav. *primo adventu qui accesserat ad urbem* in Harl. 1. An forte legendum *primo adventu, quia accesserant ad Urbem?* ut ita ultima litera *τοῦ quia* intercepta sit a prima vocis seq. Ita *quo defecimus* perperam datum erat, pro *quod defecimus*, XXIII. 8. § 9. Vide ad IV. 59. § 11. Quamvis etiam alibi *qui* et *quia* sæpe in Mss. commutentur, ubi eadem erroris ratio dari non potest. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Minus satisfacit *primo adventu, quo accesserant.*

Maturos enim ad Aliam fuisse] *Ad Aliam* Flor. Voss. uterque, et Lov. quinque. Vide ad Epitom. hujus lib. et mox § 9.

§ 7 *Tum in noctem dilatum consilium esse*] *Τῇ*, vel *tamen in noctem dil. cons. est* Port. Harl. 2. et Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. *in nocte* Flor. Paullo ante *Dictū sub occ. solis*, pro *Deinde sub occ. solis*, Hav. Tum *multum haud dici supererat* alio ordine Lov. 3. et *se rati invasuros*, inmutato etiam ordine, Lov. 5.

§ 8 *Postremo lux adpropinquans exanimare*] *Postero die lux* Gaertn. *Τὸ lux* non comparet in Voss. 2. Deinde *exanimari* Gaertn. *exanimare* transpositis literis Leid. 2. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXVII. 8. § 2.

Quum signa infesta portis sunt inlata] *Tum signa infesta* edd. vett. ut et quædam earum mox *illata sunt.* Utrumque Aldus mutavit; cui consentiunt omnes, quibus usus sum, libri scripti. Voces *quum*, sive *cum*, et *tum* sæpissime commutari solent in libris priscis. Vide ad Epit. l. XLVIII. circa finem.

Similis illi, quæ ad Aliam tam pavide fugerat, civitas fuit] Sordet illud 'civitatem fugisse' ad Aliam. Forsitan *similis illis, qui ad Aliam tam pavide fugerant, civitas fuit.* J. F. Gron. Desjatius defendendæ vulgatæ lectioni adversus Gronovium notat, non novum esse 'civitatem' dici pro civibus, civismque potiori parti. Ceterum *ad Aliam* Voss. ambo, Lov. quinque, et fragm. Hav. Vide paullo ante ad § 6. Tum *pavide fuerat* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. sæpius obvio scribarum errore. Vide ad XXVII. 32. § 6. *pavide fugeret* Leid. 1. et Lov. 4. ac 5. Paullo ante *nequaquam tum*, pro *neq. tamen*, Lov. 2. et 5. Vide ad XXII. 17. § 5. Hinc *illa nocte*, pro *ea nocte*, Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Tum *neque* deficit in Lov. 3. Deinde *insequenti dies*, pro *ins. die*, Flor. Sed sibilus fini vocis adcrevit ex initio sequentis. Vide ad XXVIII. 25. § 5.

§ 9 *Defendi urbem posse, tam parva relicta manu*] *Defendi posse urbem* Leid. 2. Voss. 1. Lov. 4. 5. et Harl. 2. Deinde *tam parva relicta manu* Voss. 2. et Gaertn. Vide ad XXIX. 37. § 16. *tam parva relicta manus* Leid. 1. Sed prima litera vocis seq. perperam repetita est in fine præcedentis *manu.* Vide ad Livii XXVIII. 25. § 2. *Tam parva manu relicta* Leid. 2. Voss. 1. et Lov. 1.

In arcem Capitoliumque concedere] Veteres libri *conscendere.* Sigon. Eamdem lectionem ex meis præferant Voss. ambo, Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. Lov. quinque, Port. Hav. et fragm. Hav. Idem de Oxoniensibus suis testatur Hearne, et de Neapol. Latinius. Sed *concendere* exhibet Harl. 1. *concedere* servant Leid. 1. Flor. et Klockian. quod mihi insuper habendum non videtur. Similiter 'concedere in arcem' Livius IV. 61. 'In arcem munitam natura globus armatorum concessit.' Curtius V. 3. 'Pluribus ad fugam animus fuit, magna pars

Digitized by Google

in arcem concessit.' VIII. 10. 'Desperata urbis tutela concessere in arcem.' Et forte *conscendere* Sigonio placuit, quod Capitolium loco alto et in monte situm fuerit. Verum in simili situ loci etiam 'concedere' usus est Liv. XXXVIII. 2. 'Macedones parum loco freti ab Ethiopia in altiorem deruptioremque undique tumulum concessere.' Quin etiam *conscendere* ex glossa atque interpretis expositione desumtum puto. Similiter enim in posteriori Curtii loco Voss. 2. *conscendere*, pro *concessere*, exhibere, viri docti monuerunt. Pari modo etiam commutantur 'accedere' et 'adscendere.' Vide quæ notavi ad Silii XIII. 182. 'decedere' et 'descendere.' Vide ad Liv. XXXVI. 13. § 4.

§ 10 *Armisque et frumento conlatis*] Ultima vox non est in Harl. 2. librarii neglegentia omissa. *Collato* habent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. et Hav. idemque voluisse videntur scribæ Flor. et Leid. 1. qui tamen aberrante manu *collata* dederunt. Utrumque admitti potest. Sæpe enim adjectivum, duobus pluribusve substantivis diversi generis ac numeri junctum, proximo convenit. Supra hoc lib. c. 15. 'Decrevere legatos sortesque oraculi Pythici exspectandas:' ubi vide plura alia. Sæpe etiam eo casu adjectivum plurale neutrum poni solet. Supra IV. 57. 'Exemplo fuit collegas eumque intuentibus, quam gratia atque honos oportuniora interdum non cupientibus essent:' ubi etiam ejus locutionis exempla videri possunt.

Ex loco inde munito Deos hominesque et Romanum nomen defendere] Scripserim *ex loco endomunito*. Lipsius ad Taciti Annal. XI. 19. Sic apud Vell. I. 15. de Cassio Longino censore corruptum locum restituo: 'Cui endomolienti' (theatrum scilicet) 'eximia civitatis severitas et consul Scipio restitere.' *Klock.* Si proximus Enniana tempora vixisset Livius, aliqua species dari posset Lipsiano *endomunito*. Nunc aliter placuit fatis, et Livio etiam vulgatum placuisse credimus. IX. 44. 'Hostes secutos duo millia, inde locis munitis et ipsos consedisse.' Sic alibi. *Jac. Gron.* Vulgatam lectionem Livii defendit etiam Acidal. ad Tacit. loc. laud. ut et in margine Livii Jac. Perizonius, adscripto loco ex Livii v. 43. 'Atque inde, ex loco superiore inpetu facto, strage ac ruina fudere Gallos.' 'Endomunitus' foret 'inmunitus,' et id pro admodum munitus, vel certe pro simplici munitus, quomodo hanc vocem apud Tacit. capiendam docet J. F. Gronovius. At 'inmunitus' contrario sensu pro 'non munitus' Livio poni solet. Infra XXII. 13. 'Edictoque proposito, ut, quibus oppida castellaque inmunita essent, uti in loca tuta commigrarent.' Plerumque in his verbo simplici 'munitus' contentus est Livius. Supra II. 31. 'Relictis castris, quæ munitissimis tenuerant locis, in adversas valles desilnere:' ubi quædam vide. VII. 42. 'Inde ad quartum lapidem profectos, loco munito consedisse.' XXII. 18. 'Transgressusque saltum super Allifas loco alto ac munito consedit.' XXVIII. 37. § 9. 'Supra portum loco munito castra locant.' XXXII. 6. 'Loco munito relictis legionibus.' XXXVIII. 49. 'Quum montem hostes cepissent, loco munito se tenerent, nempe eundum ad hostes erat, si vincere vellem.' 'Communitus' dixit XXX. 7. 'Syphax octo millium ferme inde spatio loco communito consedit.'

§ 11 *Sacra publica a cæde, ab incendiis procul auferre*] *Sacraque publica* Lov. 1. et Leid. 2. a m. sec. inter versus. Deinde *ex cæde, ab incendiis* Gaertn. a m. pr. Mox in verbis seqq. *τὸ non* abest in Harl. 2.

§ 12 *Si arx Capitoliumque, sedes Deorum*] *Sedesque Deorum* Port. Sed

Digitized by Google

per adpositionem accipiendum est 'Capitolium sedes Deorum:' quomodo 'Capitolium domum Jovis optimi maximi' vocat III. 17. 'In Capitolium currere, liberare ac pacare augustissimam illam domum Jovis optimi maximi decuit.' Infra hoc l. c. 51. 'Confugimus in Capitolium ad Deos, ad sedem Jovis optimi maximi.' Cic. in Verr. IV. 58. 'Illud Flamininus ita ex æde sua sustulit, ut in Capitolio, hoc est, in terrestri domicilio Jovis, poneret.'

Relictæ in urbe utique peritura turbæ] *Peritura* Harl. 1. Et ita in margine Livii scribendum conjecit Ant. Perizonius. At nihil muto. Vulgatum enim commode potest servari, utique peritura erat seniorum turba, si cum militari juventute in Capitolium concessisset ob commeatuum inopiam, et ideo facilis erat jactura, qua reliquorum, ceteroquin simul cum iis moriturorum, vita redimebatur.

§ 13 *Nec his corporibus, &c. oneraturos inopiam armatorum*] *Nec illis corp.* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *nec hiis corp.* Gaertn. *nec is*, id est *iis, corp.* Voss. 2. Tum *koneraturos* Voss. 1. et Lov. 1. Vide ad IV. 13. § 13. Insuper *nec tueri patriam*, pro *non tueri pat.* Lov. 5. Male. Vide ad VIII. 34. § 10.

CAP. XL. § 1 *Versæ inde adhortationes ad agmen juvenum*] *Versæ inde orationes* Voss. 1. inter lineas deinde adscriptæ sunt literæ *ad*, ut sit *adorationes*; in margine demum adnotatum, alios legere *adhortationes*. Omissa adspiratione *adortationes* erat in Leid. 1. *ad ignem juvenum* dedit librarius Harl. 2. Qui error facile ex compendio scribendi nasci potuit, si *agē* scriptum fuisse credamus.

In Capitolium atque in arcem prosequebantur] *Atque arcem* Port. et Harl. 2. Sed, Livium præpositiones duplicare solitum fuisse, videbimus ad VI. 28. § 6. *Ac in arcem* Voss. 2. Male. Vide ad X. 36. § 17.

Urbis per trecentos sexaginta annos omnibus bellis victricis] Non admodum rotunda est hæc annorum supputatio, sed ea potius, quæ postea in Camilli oratione ad finem hujus libri exhibetur cap. 54. Erat enim hic A. U. C. CCCLXV. Scio apud Plinium XXXIII. 1. legi *CCCLXIV.* et apud Plutarchum in vita Camilli pag. 139. *CCCLX.* at codicibus non confido. *Glar.* Hunc numerum Glareanus putat esse mendose, quod hic annus non sit ab Urbe condita CCCLX. verum CCCLXV. ut Livius ait paulo post in oratione Camilli; neque intelligit Romam dici hoc anno *per CCCLX. annos omnibus bellis victricem fuisse*, et recte dici. Nam a primo bello, quod anno quarto ab Urbe condita gessit Romulus, ut ait Dionysius l. II. p. 100. cum Sabinis ad hunc anni numerantur CCCLX. post autem Camillum, cum Romam captam a. CCCLXV. ait, annos ab origine Urbis, non a prima victoria, numerare: quamquam VII. 33. rhetorice ait, 'conditæ urbi æqualem victoriam esse.' ['Glareanus non dicit 'mendose;' sed dicit 'non rotundam supputationem.'] *Sigon.* Minorem numerum neglexit Livius. Certum enim est, A. U. C. CCCLXIV. urbem a Gallis captam esse, ut demonstrat Dionysius Hal. lib. I. p. 61. et quidem περὶ τὰς θερινὰς τροπὰς, ut ait Plutarchus in Camillo p. 137. *post plenilunium.* Gellius V. 17. Livius lib. VI. initio. *H. Valesius.* Certe Glareanus vel, vitioso Plutarchi codice, aut minus adcurata ejus versione usus est, vel ipse parum diligenter ad verba ejus adtendit; dicit enim Εἶλε τὴν Ῥώμην ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἐτῶν πλείονα βραχὺν χρόνον ἀπὸ τῆς κτίσεως ἔχουσαν. *Cepit Romam paullo plures quam trecentos sexaginta annos, ex quo condita esset, numerantem.* Paullo ante *virtuti eorum invictæque*, pro *juventæque*, Lov. 4. et 5. *virtuti eorum invictæ* Lov. 2.

Digitized by Google

Quæcumque reliqua esset, fortunam] Tὸ *reliqua* non exstat in Gaertn. Sed *quæcumque reliquissent* Flor. *quæcumque reliquisset* Neapol. Latinii. Ejus erroris plura exempla vide ad XXIII. 29. § 16. *q̃ncũq; reliqua esset* Hav. Ceterum in eo tantum non omnes conspirant codd. quod præferant *fortuna*. Certe ita est in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. C. Sed omnino error hic conferendus est in librarios, de cujus origine dixi ad IV. 44. § 5. Ex meis unus hujus erroris immunis est Harl. 1. si excerptis, quibus utor, fides habenda sit.

§ 3 *Quum ipsa res speciesque miserabilis erat, tum muliebris fletus et concursatio*] *Tum*, pro *quum*, Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et editi usque ad Aldum, qui vulgatæ lectionis auctor exstitit, comprobantibus reliquis scriptis. Vide ad VI. 23. § 3. Præterea *ipsas res spes mis. erat* fragm. Hav. *ipsa re speciesque mis. erat* Flor. Sed ultima litera τοῦ *res* intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Hinc *mulierum fletus* Lov. 3. Tum *fletus concursatio* Lov. 2. *fletus et cursatio* Hav. Male. Propria in hac re 'concursare' et 'concursatio' vocabula sunt. Liv. IX. 24. 'Concursantes per viam pavidos cædit.' Vide Grævium ad Cic. pro Quinct. c. 16.

Rogantiumque viros natosque] Legendum *regitantiumque viros*. Rhen. Recte. Et ita Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Klockian. Emphasis est in frequentativo. Exprimit enim trepidationem rogantium, quæ modo hos, modo illos, percunctabantur, idque sæpius. IV. 58. 'Quid jam integri esse in corpore loci ad nova vulnera accipienda, quid super sanguinis, qui dari pro republica posset, rogitantes.' Similem vim τοῦ 'ostentare' vide ad II. 24. § 4. Tota vox *rogitantium* deest in Voss. 2. neglegentia scribæ ob similitudinem inter ultimas literas hujus et præcedentis vocis. *Rogantiumque* vix superest in Flor. Leid. 2. Lov. 2. 5. Harl. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Eadem ratione variatur in membranis antiquis IV. 13. § 12. Simili etiam modo commutantur 'clamare' et 'clamitare,' vide ad II. 55. § 6. 'imperare' et 'imperitare,' vide ad XXI. 1. § 3. 'ostendere' et 'ostentare' ad XXVIII. 3. § 11. Mox *nihilque humanis superesse malis* Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8.

§ 4 *Magna pars tamen earum in arcem suos prosecutæ sunt*] Legendum *in arcem pers. sunt*. Rhen. *Persecutæ sunt* ex meis præferunt etiam Klockian. Lov. 1. 2. 3. 5. Voss. ambo, Leid. 2. Port. et fragm. Hav. Alibi etiam 'persequi' pro verbo simplici 'sequi' et apud Livium et apud alios obcurrit. Infra XXV. 19. 'In arcem Romanos ad omnem adeundam simul fortunam persecuti fuerant:' ita edebatur ante Sigonium, qui *prosecuti* substituit. XXIX. 31. 'Masinissa in montem perfugit: familiæ aliquot persecuti sunt regem.' XLV. 6. 'Ea cohors, persecuta regem fugientem, ne tum quidem abscedebat:' ita primæ aliæque omnes præferunt edd. usque ad Gronov. qui *prosecuta* edidit. Ovidius Metam. IV. 151. 'Persequar extinctum, letique miserrima dicar Causa comesque tui:' ubi tamen Burmann. ex uno cod. *Prosequar* præfert. An itaque etiam hic servandum *prosecutæ*, quod tuentur reliqui omnes? Errore autem scribarum voces 'persequi' et 'prosequi' innumeris locis in Mss. veteribus commiscentur. Vide quæ notantur ad Epit. Liv. lib. XCIX. Ceterum *Magna tamen pars earum*, vocibus alio ordine positis, præferunt Port. et Hav. At vox *tamen* deficit in Lov. 2. invitis reliquis

Digitized by Google

omnibus. Mox vero *revocante*, pro *vocante*, obfert Voss. 2. *nec vocanti*, id est *vocantur*, Lov. 2. Deinde *muniendam inb. mult.* Lov. 4. et 5. Vide ad VI. 27. § 8. *minuendum inb. mult.* Lov. 2. Vide ad XL. 49. § 1. *minuendam in bello mult.* Flor. Vide ad IX. 15. § 5.

§ 5 *Nec alere in tanta inopia frumenti poterat*] Dele τὸ *in*. *Tanta inopia* nominandi casus est, quamquam suum cuique judicium relinquitur. *T. Faber.* Omnes nostri præpositionem servant, uno excepto Lov. 4. qui Fabri conjecturæ favet. Sed eam delendi necessitatem non video, invitis aliis omnibus. ' Exiguus collis ' non poterat ' alere ' aliam turbam plebis. II. 40. ' Potuisti populari hanc terram, quæ te genuit, atque aluit?' XXVIII. 12. ' Bruttius ager exiguus tanto alendo exercitui erat.' Cic. de Natur. Deor. I. 26. ' Quum agellus eum non satis aleret, ut opinor ludimagister fuit.' Nepos in Phocione c. 1. ' Si mei similes erunt, idem hic, inquit, agellus illos alet.' Ceterum *in tanta frumenti inopia* Harl. 2. et Port. *in tanta frumenti copia* Hav. Paullo ante *maxima plebis* Gaertn. pro *maxime pl.* Male. Non enim alia illa turba ex sola plebe, sed *maxime*, id est, inprimis, præcipue, ex plebe constabat. Eo sensu viri docti emendandum docuerunt Justinum XLII. 5. ' Scytharum maxime auxilio in regnum restituitur :' ubi perperam editur *maximo auxilio*. Simili lapsu etiam supra in uno cod. erat III. 45. ' Quum multitudo Icilii maximo interventu resisti posse Appio crederet :' ubi recte *maxime* editur, et in aliis scriptis superest. Vide quæ ibi notantur.

Velut agmine jam uno petiit Janiculum] *Petit Janiculum* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXVII. 45. § 2.

§ 6 *Inde pars per agros dilapsi, pars urbes petunt*] *Jam inde pars* Hav. invitis ceteris omnibus scriptis et excusis. Et sane illud *jam* proxime præcessit. Præterea *inde per agros dilapsi*, omisso τῷ *pars*, Leid. 2. Id etiam abesse posse docent quæ notavit Gronov. ad Livii III. 37. § 8. Quum tamen in ea voce servanda conspirent reliqui libri, forte nasuta librarii diligentia omissa videri potest propter τὸ *dilapsi*, cui *pars* non convenire videbatur. At ita infinitis locis Livius loqui solitus est. Vide ad XXVII. 1. § 12. Mox *communibus exploratis*, pro *comm. deploratis*, Leid. 2. *deplorantibus* Lov. 2. *declaratis* Lov. 4.

§ 7 *Omissa rerum suarum cura, quæ sacrorum ferenda*] Pall. tres *quæ sacrorum secum ferenda*. Gebh. Mss. *quæ sacrorum secum ferenda*. Nescio quis deleverit : nam omnes habent vetustiores editi, nulla differentia, nisi quod quidam loco mutant, *quæ secum sacrorum ferenda*. J. F. Gron. Vocem *secum* constanter etiam servant omnes scripti, quibus utor, ut et Hearnii Oxonienses. Primus eam delevit Gruterus, in cujus jam prima ed. non conspicitur. Sed vocem illam etiam omnes priores excusi agnoscunt ; nisi quod in Aldo antiquioribus, in alium ordinem digestis vocabulis, inveniam *quæ secum ferenda sacrorum*. Præterea *cura, quæque sacrorum* habent Leid. 2. et fragm. Hav. Verum ita mox etiam legendum foret *quæque, quia vires ;* ubi tamen nihil mutatur. Illud *que* male ex præcedenti *quæ* repetitum est. Vide ad IX. 1. § 5. ex quo eodem *quæ* sequenti etiam *que* præcedens alibi repeti solet. Vide ad VI. 3. § 3. *Curaque sacrorum* Lov. 4. Insuper *omissa suarum rerum cura* Harl. 2. In verbis præcedd. *virgines Vestales*, pro *virginesque V.* præfert Leid. 2.

Quæ (quia vires ad omnia ferenda deerant) relinquenda] Τὸ *ad* non comparet in Leid. 1. quasi voluerit scriba *vires omnia ferendi*, vel *ferendo*. Præterea vox *ferenda* deficit in Hearnii Oxon. L. 1. quæ, si plures concinerent, recte etiam abesse, et ex præ-

Digitized by Google

cedenti intelligi posset. Nunc unum hunc codicem contra aliorum omnium testimonium audiendum non arbitror. Ceterum *quæ* (*quia vires ad omnia ferenda deerant*) *q̃ relinquenda* habet Voss. 1. Mox *consultantes* exsulat a Lov. 4.

Quisve ea locus fideli adservaturus custodia esset] *Quisne ea locus* Lov. 2. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Vide hoc lib. c. 28. § 5. *quive ea locus* Port. et fragm. Hav. Supra II. 7. 'Adeone est fundata leviter fides, ut, ubi sim, quam qui sim, magis referat?' VI. 32. 'Qui, si qui alibi motus exstitisset, ad subita belli mitti posset:' ubi vide alia. Phædrus Fab. I. 13. 6. 'O qui tuarum, corve, pennarum est nitor!' ubi vide Burm. Adde Cortium ad Sallust. Cat. c. 44. § 5. atque Arntz. ad Auct. de Orig. Gent. Rom. c. 21. Hic tamen duorum eorum codicum auctoritas levior est, quam ut sequi audeam. *Quis ea locus* Hav. *quisve ea loca* Gaertn. Deinde *fideli conservaturus custodia* Leid. 2. *fideli asservatus custodia* Gaertn.

§ 8 *Optimum ducunt, condita in doliolis sacello proximo, &c. defodere*] Festus in 'Doliola:' 'Doliola, locus in Urbe sic vocatus, quia, invadentibus Gallis Senonibus Urbem, sacra in eodem loco doliolis reposita fuerunt, qua de caussa in eodem loco ne despuere quidem alicui licebat.' Sed aliter Varro de Ling. Lat. lib. IV. p. 37. 'Est locus, qui vocatur doliola ad cloacem maximam, ubi non licet despuere, a doliolis sub terra. Eorum duæ traditæ historiæ: quod alii esse aiunt ossa cadaverum: alii Numæ Pompilii religiosa quædam post mortem ejus infossa.' *Klock.* Florus I. 13. 'Quidquid religiosissimi in templis erat, partim in doliis defossa terræ recondunt, partim inposita plaustris secum auferunt.' Ceterum *optima ducunt* Leid. 2. *optimum dicunt* Lov. 2. centies obvio errore. Vide ad XXXVIII. 43. § 1. Præterea Ant. Perizon. ad marginem Livii scribendum existimavit *condita doliolis in sacello proximo.* Caussam mutationis, quam nullam video, aperuisse vellem, ut judicandi locus esset.

Ubi nunc despui religio est, defodere] *Ubi nunc despui religione defodere* Voss. 2. et Lov. 3. sed scriptum fuerat *religio* c̃ per compendium, divisis vocibus, quæ postea male cohæserunt. *Defendere* fragm. Hav. a m. pr. et Lov. 5. *de fædere* Hav.

Cetera inter se onere partito feruntur via, quæ] Legendum *ferunt via,* tametsi refragrante vetere scriptura. *Rhen. Inter se cetera* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Tum *honore partito* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *honere partito* a m. sec. Vide ad XXXVI. 40. § 9. Tum *feruntur via* Leid. 1. Lov. 1. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. in quo a m. pr. fuerat *feriuntur.* Sæpe ultimæ illæ literæ *ur,* sive terminatio tertiarum personarum formæ passivæ, perperam a librariis adduntur. Vide ad XXXIX. 22. § 8. *Ferunt via,* ut Rhenanus voluit, habent reliqui codd. neque dissensisse videntur Oxonienses, ex quibus Hearne nihil notavit, licet *feruntur* in Romana ed. princ. inveniri monuerit. Ex editis autem *ferunt* ante Rhenanum jam exhibuit Frobenius 1531.

'§ 9 *In eo clivo eas quum L. Albinus, de plebe Romana homo*] Valerius Maximus I. 1. ex. 10. *L. Alvanium* vocat, sed errore, ut puto, codicum. *Glar.* Vet. lib. *L. Albinius.* Valerius item Maximus, ut est in Mss. *Albinius* recte. Est enim nomen gentis plebeiæ, non cognomen patriciæ 'Postumiæ.' *Sigon. In eo clivo eos* Lov. 4. Harl. 2. et Port. *Eos,* flaminem nempe Quirinalem et virgines Vestales: quasi Livius ad dignius genus respexerit. Sed reliqui codd. vulgatum tuentur. Similiter etiam Valer. Max. loc. laud. 'Quum flamen Quirinalis virginesque Vestales sacra onere par-

Digitized by Google

tito ferrent, easque, pontem Sublicium transgressas, et clivum, qui ducit ad Janiculum, descendere' (recte emendatum puto *escendere*) 'incipientes, L. Alvanius, plaustro conjugem et liberos vehens, adspexisset.' Et ideo potius *eas*, quam *eos*, quia non flaminem, sed virgines et sacra plaustro recepit. Infra, 'Descendere uxorem ac pueros jussit, virgines sacraque plaustro inposuit.' Valer. ibid. 'In id virgines et sacra inposita, omisso cœpto itinere, Cerete oppidum pervexit.' Florus I. 13. 'L. Albinus, depositis uxore et liberis, virgines in plaustrum recepit.' Præterea *L. Albinus* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *L. Albinius* ex meis Flor. et Leid. 2. neque aliter præferunt edd. Rom. 1472. et Parm. Varie etiam in hoc nomine apud Flor. et Val. Maxim. l. laud. peccatum esse, ex iis constat, quæ ibi viri docti monuerunt. Infra etiam VI. 30. § 2. *M. Albinus*, pro *M. Albinius*, eodem errore præferunt quidam codd. Vide etiam ad II. 33. § 2. Denique vox *homo* deficit in solo Lov. 4. Eam vel omitti, vel addi posse, patet ex illis quæ dicta sunt ad Epit. Liv. lib. II. Pluribus igitur et melioribus codd. nihil mutantibus adsentior.

Plaustro conjugem ac liberos vehens] Tibull. El. I. 11. 51. 'Rusticus e lucoque vehit male sobrius ipso Uxorem plaustro progeniemque domum.' Pall. vero hic *habens*, pro *vehens*, exprimunt. Neque aliter vetustissimæ edd. *Gebh. Habens* etiam Flor. Voss. 2. Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. et C. et edd. omnes usque ad Vascos. apud quem primum *vehens* obcurrit, quod, nisi ita etiam in Voss. 1. fuisse ejus excerpta indicarent, ex Valer. Max. adscitum existimarem. Is enim similiter loco laud. *plaustro conjugem et liberos vehens.*

Inutilis bello urbe excedebat] *Ex urbe excedebat*, principes edd. Et ita Livium loqui solitum fuisse, videbimus ad XXXVII. 30. § 9. Dissentiunt tamen codd. quorum plerique, expuncta præpositione, habent *urbe excedebat*, quemadmodum Aldus primus edidit. Sed *urbe excedet* præfert Hav. *urbem excedebat* Gaertn. Quod non dubitarem recipere, si alii adstipularentur. Ita enim sæpius Livius loqui amavit. Vide quæ notavi ad II. 37. § 8.

§ 10 *Sacerdotes publicos sacraque populi Romani pedibus ire, ferrique se ac suos in vehiculo conspici*] Distinguenda verba ita: *pedibus ire, ferrique;* inde, *se ac suos in vehiculo conspici.* Nam *ire* ad *sacerdotes, ferri* ad *sacra* refertur. *Sigon. Pedibus ire, ferri*, omissa copula, Leid. 2. Lov. 1. quibus nullus consentit. Idem mox Leid. 2. cum Hearnii Oxon. N. præferunt *se ac suos vehiculo conspici*, sine præpositione; quam etiam non agnoscunt vetustiores excusi, et Aldus demum addidit. Aldinam vero lectionem firmat reliquorum Mss. auctoritas. Ovidius Trist. El. IV. 2. 47. 'Hos super in curru, Cæsar, victore veheris.' Præterea *sacrataque populi Romani* Lov. 5. quo eodem errore *sacratum*, pro *sacram*, in uno scripto et editis pluribus erat hoc lib. c. 25. § 7. Paullo ante *tñ discrimine* Hav. pro *tū*, id est *tum disc.* Vide ad XXVII. 22. § 5. Tota vox *tum* deerat in Lov. 2.

Et Cære, quo iter sacerdotibus erat, pervexit] *Et cetera æ quo iter* Harl. 1. Tum *quo sacerdotibus iter erat* Harl. 2. et Hav. *quo iter erat sacerdotibus* primæ edd. usque ad Aldum, qui voces in vulgatum ordinem digessit. Cum eo vero stant reliqui codd.

CAP. XLI. § 1 *Turba seniorum domos regressa*] *Domos ingressa* Hav. In principio autem cap. *Romæ imperium* Gaertn. pro *Romæ interim:* et *Romæ jam interim satis omnibus*, transpositis vocibus, Lov. 2.

Digitized by Google

§ 2 *Qui eorum curules gesserant magistratus*] Ludovicus Dorleans ad Tacit. Annal. l. I. p. 117. conjicit *at qui eorum*. Censeri potest, additam voculam *at* interceptam esse a syllaba finiente vocis præced. *exspectabat*. Quum tamen nullum ejus vestigium in ullo codice supersit, neque multum sensui confert, nihil etiam mutandum esse arbitror. *Curules mag. gess.* alio ordine Gaertn.

Ut in fortuna pristina honorumque aut virtutis insignibus morerentur] Legendum *ut in fortunæ pristinæ*. Rhen. *Fortunæ pristinæ* servant non modo omnes, quas vidi, edd. Rhenano priores, verum etiam omnes, quibus usus sum, codd. scripti. Ceterum *ut haud in fortunæ pristinæ* Hav. *ut fortunæ pristinæ* sine præpositione Lov. 4. et 5. Eorum tamen posterior *in insignibus* præfert a m. sec. Tum *honorumque ac virtutis* Voss. 1. et Lov. 1. *honorumque ac virtutis* Leid. 2. *honorumque haud virtutis* Lov. 3. ac Voss. 2. Sæpius *aut* et *haud* inter se in Mss. commutari solent. Vide ad XXVIII. 2. § 11.

Quæ augustissima vestis est thensas ducentibus triumphantibusve, ea vestiti] Ms. *tensas*. Et ita scribendum videtur. Diomedes enim lib. I. p. 372. Deorum vehicula *tensas* dici scribit, ne verbum turpe sonaret in sacris. Verum enimvero Servius ad Virgil. Æneid. I. 17. ut *thensam* scribamus, clare præcipit. *Klock*. Vide Rubenium de Re Vest. I. 21. *Duk*. *Censas ducentibus* Lov. 4. et 5. a m. pr. *tensas ducentibus* sine adspiratione Flor. Leid. 1. Harl. 1. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. alii eam addunt. Omittitur etiam passim adspiratio in optimo Suetonii Ms. Memmiano. Vide in Cæs. c. 76. in Aug. c. 43. et in Vespas. c. 5. et inprimis ad priorem locum Burmann. Adde Dausquei. Orthogr. part. sec. hac voce, et Schott. Nodor. Cicer. IV. 6. Tum *augustissima vestis* Lov. 3. 5. Voss. 2. Leid. 1. Hav. et fragm. Hav. errore librarii. Supra I. 8. 'Quum cetero habitu se augustiorem, tum maxime lictoribus duodecim sumtis fecit:' ubi etiam Gaertn. eodem errore *augustiorem* præfert. Infra hoc cap. 'Præter ornatum habitumque humano augustiorem, majestate etiam simillimos Diis.' Et hic unus et alter *augustiorem* perperam obfert. Vide etiam ad VIII. 6. § 9. c. 9. § 10. et alibi. Deinde *triumphantibusque* Leid. 2. Ceterum hunc etiam locum tentavit modo memoratus Dorleans ad d. loc. Taciti Annal. I. pag. 117. Legendum enim censet *queis augustissima vestis, ut est thensas ducentibus*. Sed vulgatum longe præstare judico. Vulgo minus nota constructio, *quæ augustissima vestis est, ea induti*, pro *ea veste, quæ augustissima est, indati*, forte ipsi displicuit, quæ tamen sæpius apud Livium obcurrit. Lib. XXI. c. 18. 'Vos enim, quod C. Lutatius consul primo nobiscum fœdus icit, quia neque auctoritate Patrum, nec populi jussu ictum erat, negastis vos eo teneri:' pro 'vos negastis, vos eo fœdere teneri, quod C. Lutatius nobiscum icit.' XL. 20. 'Inquisitumque missi de iis, quorum Perseus Demetrium insimulasset sermonum cum Romanis:' ubi male cod. Voss. *sermonibus*. Vide quæ ad eum locum plura notantur.

Medio ædium eburneis sellis sedere] *Media ædium* Leid. 1. et Port. a m. pr. 'Medium ædium,' ut 'medium diei' XXXVII. 29. 'Medio forte diei agrestis quidam ad prætorem adductus nunciat.' Vox *ædium* deest in Lov. 4. et 5. a m. pr. Deinde *sellis eburnis* Lov. 2. *eburnis sellis* Voss. uterque, Lov. 1. 3. 4. 5. Leid. 1. Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. qua forma id nomen frequentius apud poëtas, 'eburneus' apud alios scriptores reperitur. Novi tamen, 'Eburnus' cognomen vel agnomen gentis Fabiæ fuisse, teste Fest. voc. 'Pullus:' 'Pullus Jovis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat

Digitized by Google

propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat.' Ad quem locum miror Anonymum, qui notas ad editionem Amstelædamensem anni 1700. adjecit, Fabium Ambustum intelligendum esse, somniare potuisse. Allobrogici fratrem fuisse, putat Pighius in Annal. ad a. DCXXIV. p. 25. alii Fabii Maximi Servilliani filium. Vide Burmann. ad Quinctil. Declam. III. 17. Ceterum præfero vulgatum hoc loco *eburneis sellis*, quod servant Leid. 2. et Flor. alibi enim ita hoc nomen Livius formavit. Infra XXX. 15. 'Eximiisque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli, et scipione eburneo, toga picta et palmata tunica donat:' ubi plura exempla vide.

§ 3 *M. Fabio pontifice maximo præfante carmen*] Si nihil variant scripti, observandus est usus verbi 'præfari.' Nam Livio et aliis omnibus sollemnes et conceptas precationum, votorum, et jurisjurandi formulas, quas alii subsequantur, recitare est 'præire.' Turbam locorum congesserunt Budæus l. 34. D. de Jurejur. et Brisson. de Formul. l. 1. pp. 61. et 107. *Duk.* Prænomen *M.* omittit fragm. Hav. nomen *Fabio* Lov. 3. cujus loco *filio* est in Flor. Deinde *prophante carmen* Lov. 2. *prophetante carmen* Leid. 2. et Lov. 1. quod et pro emendatione ad oram Voss. 1. adscriptum erat. Id autem ex errante glossatoris interpretatione natum puto, qui 'præfari' hic futura prædicere, *προφητεύειν*, notare existimavit; quo sensu 'præfari' Livius usus est XXII. 1. 'Quemadmodum cordi esse divi carminibus præfarentur:' ubi vide J. F. Gronov. 'Præfari' hic idem est, quod 'præire verbis,' inquit VIII. 9. 'Agedum, pontifex publicus populi Romani, præi verba, quibus me pro legionibus devoveam:' et sæpe alibi. Alind tamen exemplum, ubi 'præfari' eo sensu usurpatur, non subcurrit.

Devovisse eos se pro patria Quiritibusque Romanis tradunt] *Devovisse eos pro patria se* Harl. 2. Port. et Hav. Deinde iidem codd. cum Lov. 4. et 5. *tradunt*. Male. Vide ad XLII. 60. § 9. Ceterum Brissonius de Formul. l. 1. p. 62. testatur, se facile adduci, ut credat, Livium scripsisse, *dev. se pro populo Romano Quiritibusque tradunt*. Mihi aliter videtur. Nam ut hic 'patriam et Quirites Romanos,' ita 'rempublicam Quiritium et exercitum populi Romani Quiritium' memorat VIII. 9. 'Sicut verbis nuncupavi, ita pro republica Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium legiones auxiliaque hostium mecum Diis manibus Tellurique devoveo.' Vulgatum etiam tuentur omnes codd. quamvis quidam, *sed* minoris auctoritatis, ordinem vocabulorum mutent. Vide ad XXII. 10. § 3.

§ 4 *Nec tum impetu aut vi capiebant urbem*] *Nam*, pro *nec*, perperam Hav. Deinde *tamen impetu* Lov. 4. Vide ad XXII. 17. § 5. *cum impetu* Leid. 2. et excusi vetustiores. Primus Aldus *tum* repesuit, quod defendunt reliqui codd. Hinc *capiebantur urbem* Leid. 1. Lov. 2. 4. et Hav. Vide ad Livii XXXIX. 22. § 8. Similis lectio erat in Lov. 5. a m. pr. pro quo a m. sec. *capiebatur* emendatur; pro varia lectione autem *rapiebatur* margini adscribitur. Paullo ante *ab contentione*, pro *a contentione*, Gaertn. Port. et Hav.

Capiebant Urbem, sine ira, sine ardore animorum ingressi postero die Urbem] Voss. 1. *postero die urbe*. Sed ea tota vox haud dubie resecanda est, quam, causa non fuit Livio, cur in tam propinquo iteraret. *J. F. Gron. Urbem* dele. Glossema enim est aut *παράφραση* librarii, natum ex ea linea sup. *capiebant urbem*. T. Faber. *Urbe* etiam Leid. 2. et Lov. 1. At vocem *urbem*, quam Gronovius et Faber delendam censuerunt, omittunt etiam Port. et Hav. quibus ta-

Digitized by Google

men credere non audeo. Levior enim eorum auctoritas videtur, præsertim quum reliqui, et inter eos integerrimi etiam, codd. vulgatum tueantur. Insuper ita fere repetit eamdem vocem Livius VI. 1. 'Quæ ab condita Urbe Roma ad captam eamdem Urbem Romani gessere.' Plura alia vide quum ad eum locum, tum etiam ad I. 3. § 9. Mox *patente porta Collina*, aliter conlocatis vocabulis, Port. et Hav. *patente Collonia porta* Lov. 1.

Arcemque solam belli speciem tenentem] *Arcemque totam* Flor. Tum *in bellis pacem* Lov. 2. *belli pacem* Lov. 4. *bellis pacem* Leid. 1. Lov. 5. a m. pr. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. in quo *belli pacem* a m. sec. interpolatum est. Olim voces, quæ antea continua serie scribi solebant, male hoc modo divisæ sunt *bellis peciem:* quod facie in *bellis pacem* conruptum est.

§ 5 *Ne quis in dissipatos ex arce aut Capitolio inpetus fieret*] Repone *ne quæ vis in diss. ex arce, aut Cap. imp. fieret.* Rhen. Non intelligo caussam, quam Rhenanus habere potuit, ut *ne quæ vis* reponeret, licet etiam ita forte in Mss. suo invenerit, et *quivis* ac *quis* simili errore commutentur ad III. 45. § 2. Nostri omnes *ne quis* servant. Hearne etiam, Rhenani lectionem recensens, nullius tamen suorum codicum consensum memorat; ut, et eos in receptam scripturam conspirasse, verisimile sit. Si tamen Rhenani emendatio *ne quæ vis* recipienda foret, quod non puto, mox *τὸ inpetus* delerem, quæ vox etiam a Gaertn. exsulat, quod culpa librarii evenisse puto. Male etiam *faceret*, pro *fieret*, præfert Port.

Vacuis obcursu hominum viis] Quid hoc? 'viæ vacuæ' sunt 'occursu hominum?' lego *occursu hostium*, vera emendatione, ut arbitror. *T. Faber.* 'Hostes' et 'homines' a librariis commutari, verum est. Vide ad XXIII. 37. § 11. Quid tamen Fabro in vulgata lectione, pro qua stant omnes codd. scripti et editi, displicere potuerit, nondum video. Nisi forte existimaverit *vacuis obcursu*, notare 'vacuis propter obcursum,' quomodo Doujatius eum *vacuis obcursu hostium*, id est, propter hostes obcurrentes, emendasse observat. At *vacuis obcursu* hic est 'vacuis ab obcursu,' in quibus nulli homines obcurrebant. Ut XXXVI. 23. 'Ita ut nullum tempus vacuum dimicatione esset.' XXXVIII. 15. 'Vacuum hominibus et refertum rerum omnium copia oppidum diripuerunt.' Cic. ad Fam. IV. 4. 'Non tu quidem vacuus molestiis, sed præ nobis beatus.' Epist. 14. 'Quum propter eorum scelus nihil insidiis vacuum viderem.' Sall. Frägm. Histor. VI. 'Ceam insulam tenuit primo, adhuc hominibus vacuam.' Vide viros doctos ad Ovidii Fast. II. 103. et Cortium ad Sall. Cat. c. 14. Cum præpositione *ab* construxit Liv. XXXVII. 13. 'Vacuo ab hostibus mari Samum trajecerunt.' Hoc sensu ergo viæ erant vacuæ obcursu hominum, quia, qui Romæ remanserant, se continebant in ædibus. Vulgatum etiam recte Doujatius adversus Fabrum tuetur. Ejusdem Fabri conjecturam sibi quoque displicere, ad marginem Livii monuit Ant. Perizon. Ceterum *occurso* est in Flor. Vide ad I. 15. § 7.

Pars in proxima quæque tectorum ruunt] *In proxima quæ tectorum ruunt* Harl. 2. ubi *τὸ que* intercipitur a præcedenti syllaba *quæ:* qualem errorem jam notavimus ad I. 54. § 7. Ceterum omnia hæc verba deerant in Voss. 2. Lov. 3. neglegentia scribarum; cui occasionem dedit, quod vox *pars* mox repetatur. Alia exempla similis peccati vide ad IX. 11. § 11. Contra vox *pars* deficit in Lov. 2. *ruit* autem, pro *ruunt*, obfert Lov. 4. quorum librariis fraudi fuisse videtur constructio 'pars ruunt.' At mox eodem modo sequitur 'pars petunt.' Vide

Digitized by Google

hoc lib. c. 38. § 5.

Pars ultima, velut ea demum intacta et referta præda, petunt] *Pars ultima ea demum in tecta et ac referta præda* Hav. *refecta præda* perperam præfert Lov. 1. Vide ad XXXVII. 33. § 2.

§ 6 *Absterriti, ne qua fraus hostilis vagos exciperet*] *Exterriti* Leid. 2. Sed 'inde absterriti' est, ab ultimis tectorum, quæ antea petierant, absterriti. Supra II. 35. 'Si, dispositis clientibus, absterrendo singulos a coitionibus conciliisque, disjicere rem possent.' Tum *vagos induceret* Voss. 1. altero tamen *exciperet* inter versus addito. *Acciperet* Voss. 2. 'Accipere' et 'excipere' sæpe in Mss. confunduntur. Vide ad II. 47. § 7. *exciperet*, quod servant reliqui, hic verum est. 'Excipere' enim est ex insidiis ac per fraudem capere. Supra hoc lib. c. 28. 'A piratis Liparensium excepti devehuntur Liparas.' VII. 11. 'Palati a consule Pœtelio haud procul Tibure excepti.' IX. 31. 'Si qua licentia populando effusus exercitus excipi ac circumveniri posset.' X. 20. 'Dimittit equites, qui vagos prædatores in agros palantes excipiant.' XXII. 32. 'Carpentes agmen, palatosque excipientes.' c. 42. 'Inter pabulatores excepti a Numidis fuerant.' XXV. 34. 'Ut non vagos tantum exciperet, sed ipsis obequitaret castris.' Virgil. Æneid. III. 332. 'Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras.' Æneid. VI. 173. 'Æmulus exceptum Triton (si credere dignum est) Inter saxa virum spumosa inmerserat unda:' ubi Servius *exceptum* exponit 'obpressum insidiis.' Vide J. F. Gronov. ad Justin. XXII. 8. §§ 10. Quemadmodum autem hic 'fraus exciperet,' ita 'insidiis excipere' Virg. Ecl. III. 17. 'Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum Excipere insidiis?' ubi vide Emmeness. Quin et 'excipere' est ex insidiis vel inopinato adgredi, licet non capiatur. Livius VII. 11. 'Palati a consule Pœtelio haud procul Tibure excepti intra portas compelluntur.' Paullo ante *inde cursus*, pro *inde rursus*, Klockian. Sæpius voces *cursus* et *rursus* commutantur culpa scribarum. Vide quæ notavi ad Silii VI. 258. et Burmann. ad Nemes. Cyneg. vs. 197.

In forum ac propinqua foro loca conglobati redibant] *Aglobati* Harl. 2. Port. et Hav. Librarii errarunt in compendio scripturæ *ɔglobati*, id est *conglobati*; quod verbum Livius frequens usurpavit. Supra II. 47. 'Missis ad consules nunciis, quo loco res essent, conglobati ad prætorium redeunt.' VI. 3. 'Neque se conglobandi, coëundique in unum datur spatium.' X. 5. 'In ultimam castrorum partem conglobantur.' XXIV. 16. 'Rapto inter tumultum ferro conglobati, et ab tergo ceciderunt Pœnos, et fugam inpedierunt.' XXVI. 40. 'Postquam eos ex variis caussis fortuna similis conglobaverat.' XLIV. 21. 'Pulsi enim et fuga conglobati, quum ducenti amplius in portis cecidissent.' Sallust. in Jug. c. 97. 'Uti quosque sors conglobaverat, in nostros concurrunt:' ubi vide Cortium, qui tum aliorum exempla laudavit, tum duo etiam Livii ex XXII. 5. et XXV. 15. Præterea *rediebant* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Harl. 1. Hav. et fragm. Hav. Mirum in hunc errorem optimos consentire.

§ 7 *Ædificiis obseratis*] *Obsecratis* Voss. 2. et Port. a m. pr. *observatis* Harl. 2. Hav. a m. pr. et Klock. Infra XXXIX. 14. 'Cœnaculum super ædes datum est, scalis ferentibus in publicum obseratis, aditu in ædes verso.' XL. 7. 'Infamandæ rei caussa januam obserari jubet.' Florus III. 6. § 10. 'Ipsas Propontidis fauces Porcius Cato sic obditis navibus quasi portam obseravit:' ubi etiam eodem errore quidam codd. *observavit*: quod recte viri docti rejecerunt, invito quamvis Grutero, tum in notis ad Florum,

Digitized by Google

tum Suspic. v. 1. quem posteriorem locum inlustrandæ codicis sui lectioni ad marginem Livii Klockius adscripserat. Eam tamen ex errore scribarum natam puto.

Major prope cunctatio tenebat aperta, quam clausa] *Τὸ prope* exsulat a Lov. 2. Deinde *tendebat* est in Voss. 2. Sed solent hæc verba culpa scribarum in codd. antiquis commutari. Vide ad XXIV. 28. § 1. *Tenuit* edd. principes; pro quo Aldus primus *tenebat* substituit. Et id servant reliqui scripti.

§ 8 *Intuebantur in ædium vestibulis sedentes viros*] Paullo ante dixit eos 'medio ædium' sedisse, et 'atria' patuisse. Sed 'vestibulum' non erat in medio ædium, verum extra ædes, ut docent grammatici, et aliunde constat. Livius l. II. c. 48. et 49. 'Jussi armati postero die ad limen consulis adesse, &c. Postero die arma capiunt, quo jussi erant conveniunt. Consul, paludatus egrediens, in vestibulo gentem omnem suam instructam agmine videt.' Igitur non propria significatione hic dicit 'vestibula.' *Duk. Medium vestibuli sedentes* Lov. 3. *in ædium vestibuli sedentes* Voss. 2. Sed ultima vocis *vestibulis* litera intercepta est a prima sequentis. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Insuper *τὸ viros*, quod alii omnes codd. tuentur, deficit in uno Leid. 2. Mox *habitum humano augustiorem* est in Lov. 3. omissa conjunctione *que*. Sed insuper *habitum humano angustiorem* in Voss. 2. *angustiorem* etiam præferunt Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide hoc cap. ad § 2.

Majestate etiam, quam vultus gravitasque oris præ se ferebat, simillimos Diis] *Majestatem etiam, &c. simillimos* Flor. Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Quod dictum videri potest, quemadmodum illud Virgilii Æneid. I. 588. 'Restitit Æneas, claraque in luce refulsit, Os humerosque Deo similis:' ubi id Servius Græcam figuram esse monuit: et Æn. IV. 558. 'Omnia Mercurio similis, vocemque, coloremque, Et crines flavos, et membra decora juventæ:' ubi iterum notat figuram esse 'Similis membra, vocem, colorem.' Quum tamen similes locutiones raro apud scriptores orationis prosaicæ, inprimis autem apud Livium, obcurrant, ut jam monui hoc lib. c. 36. § 7. eam scripturam potius refero inter lapsus librariorum. Eamdem ob causam etiam III. 11. § 13. rejeci scripturam Pal. tertii *superbiam superat*, pro *superbia sup.* quæ Atticam Venerem redolere Gebhardo videbatur. Præterea *qua* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. fragm. Hav. quod et ipsum aberrantium scribarum peccatum est. Deinde *gravitasque oris præferebat* Voss. 2. Harl. 2. Lov. 2. 3. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Quomodo Livium sæpius loqui solitum fuisse, videbimus ad XXVII. 34. § 5. Quum tamen optimæ notæ codd. scripti *præ se ferebat* constanter legant, alterum probare non audeo. Denique *simillimos Dis* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide hoc lib. ad c. 14. § 4.

§ 9 *Ad eos veluti simulacra versi quum starent*] *Veluti* demum in Heinsii Elzeviriana inveni. Non modo enim omnes antiquiores edd. sed et, quoscumque consului, scripti exhibent *velut*: quod postliminio revocavi. Vide etiam ad c. 44. § 7. *Ad eos velut sim. verum cum starent* Lov. 4. *Ad eos velut sim. Deorum starent* Lov. 5. a m. pr. *Ad eos velut sim. Deorum versi quum starent* Port. et Gaertn. Flor. I. 13. 'Sedentes in curulibus suis prætextatos senes velut Deos geniosque venerati.' Aurel. Vict. in Vir. Inlustr. c. 23. 'Nobilissimos senum in curulibus et honorum insignibus primo ut Deos venerati, deinde ut homines despicati, interfecere.' Puto tamen vocem *De-*

Digitized by Google

orum ex glossa irrepsisse, quam margini adscripsit, qui per 'simulacra' statuas Deorum intelligi putabat, quam potius ea voce innuitur obstinatum eorum silentium et immobilis consessus, quasi non homines vivi, sed simulacra forent. Plutarch. in Camill. p. 140. Ἐθαύμαζε τοὺς προκαθημένους ἄνδρας ἐν κοσμῷ καὶ σιωπῇ, θεώμενος ὡς οὐθ' ὑπεξανίστησαν ἐπιόντων πολεμίων, οὔτ' ὄψιν ἢ χρόαν ἔτρεψαν, ἀλλὰ ῥαθύμως καὶ ἀδεῶς ἐγκεκλιμένοι τοῖς σκίμποσιν, οὐδ ἔφερον, καὶ προσβλέποντες ἀλλήλοις ἡσύχαζον. Vide etiam Zonar. in Annal. VII. 23. Et ita Orosius II. 19. 'Patentem Galli urbem penetrant, trucidant rigentes simulacrorum modo in suis sedibus senatores.' Ceterum *Ad eos velut ad sim. Deorum versi,* iterum voce auctiores, præferunt Harl. 2. et Hav. Ita quidem Livium præpositiones repetere in his similibusque locutionibus solitum fuisse, videbimus ad VI. 28. § 6. His tamen codd. fidere non audeo.

M. Papirius unus ex his] Hunc vocat in Camillo p. 140. Μάριον Παπίριον Plutarchus. Credo vitiose, pro Μάνιον Παπίριον ut sit *M'. Papirius Crassus,* qui consul et tribunus militum fuit ante annos triginta: ex quo merito eum vocat senem honoribus perfunctum. *Sigon.* Omnino Sigonius hic erravit. Nullus enim alius Papirius ex familia Crassorum his temporibus Romæ summum magistratum gessit, quam M. Papirius Crassus, qui ante annos LIII. consulatu functus est, ut Livius narravit IV. 12. Verum, ut demus, eum potius *Manii,* quemadmodum Diodor. Sicul. vokuit, quam *Marci,* ut Livius aliique tradiderunt, prænomen habuisse; quominus tamen is intelligi poterit, temporum ratio obstare videtur: præterquam quod is etiam numquam tribunatum militum consularem obtinuisse legatur. Puto itaque Sigonium pro *Papirio Crasso* indicare voluisse 'Papirium Mugillanum,' qui ante annos triginta tribunus militum consulari potestate creatus eamdem dignitatem biennio post iterum gessit, et ante annos viginti et unum consul fuit. Verum ei et apud Livium IV. 45. § 5. c. 47. § 8. et c. 52. § 4. et apud alios scriptores *Marci* prænomen tribuitur, id etiam ad posteriorem Livii locum probante ipso Sigonio. Vulgata igitur scriptura apud Livium non mutanda est; apud Plutarchum vero, pro Παπιρίῳ *Μαρίῳ,* non *Μανίῳ,* quemadmodum nunc vulgo in contextum receptum est, legendum videtur, sed *Μάρκῳ,* ut habet cod. Vulcobianus. In Bodl. 3. *Μαρίῳ* servatur. Ceterum quem Livius et Plutarchus *M. Papirium,* Valerius Max. III. 2. ex. 7. *C. Atilium* vocat, ut etiam Klockius ad marginem Livii observavit.

Barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti] *Ut cum omnibus* Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Deinde *prolixa erat* Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Port. et Hearnii Oxon. C. Male. Supra II. 23. 'Ad hoc, promissa barba et capilli efferaverant speciem oris:' ita Rhenanus, pro *prolixa barba,* emendavit, et plures atque integriores codd. præferunt, quamvis alterum magis placeat Klockio. Sed vide quæ ibi notavi, et mox dicentur. VI. 16. 'Satis constat, magnam partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promisisse.' XXVII. 34. 'Sed erat veste obsoleta capilloque et barba promissa.' XXVIII. 35. 'Præterquam quod suapte natura multa majestas inerat, adornabat promissa cæsaries habitusque corporis.' XXXVIII. 17. 'Procera corpora, promissæ et rutilatæ comæ, vasta scuta, prælongi gladii.' XLIV. 19. 'Sordidati barba et capillo promisso, cum ramis olem ingressi curiam procubuerunt.' Ovidius Trist. l. IV. el. 2. vs. 33. 'Perfidus hic nostros in-

Digitized by Google

clusit fraude locorum, Squalida promissis qui tegit ora comis:' ubi vide Nic. Heinsium. Albinov. ad Liviam vs. 85. 'Vidimus, adtonitum fraterna morte, Neronem Squalida promissa flere per ora coma.' Klockius supra loc. laud. ut 'prolixus' eo sensu veteribus in usu fuisse probaret, laudavit tria exempla, primum ex Terent. Heaut. II. 3. 49. secundum ex Virgil. Ecl. VIII. 33. tertium ex Nepot. Datam. c. 3. Verum apud Terent. nuper Bentlei. *Capillus sparsus, promissus* legendum esse docuit. Apud Virgil. *promissaque barba* in optimis membranis exstare, Nic. Heinsius ad Ovidii locum laudatum auctor est. Apud Nepot. vero in V. C. *barbaque erat promissa* se invenisse, testatur Gifan. in Indic. Lucret. in voc. 'Prolixus,' idque a libris et censoribus adprobatum inlustrat ad eum locum Gebhardus. Is etiam, qui Nepot. Oxonii a. 1697. edidit, ita in Ms. legi auctor est. Neque aliter exhibet editio Trajectina 1542. Vide etiam quæ nuper van Staveren ad d. l. Nepot. notavit. De verbo 'promittere' hoc sensu vide etiam Nic. Heinsium ad Silii III. 534. Deinde *promulcenti* Gaertn. Eadem varietate *Promulcetque comas*, pro *Permulcetque com.* in codd. Ovidii inveniri, viri docti observarunt ad Metam. II. 733. Val. Max. III. 2. ex. 7. 'Barbam suam permulcenti Gallo scipionem vehementi ictu capiti inflixit.' Plutarchus id exprimit in Camill. p. 140. *προσαγαγὼν τὴν χεῖρα πρῴως ἥψατο τοῦ γενείου, καὶ κατῆγε τὴν ὑπήνην βαθεῖαν οὖσαν.* Vide etiam Zonar. Annal. VII. 23. Mox *cepione*, pro *scipione*, est in Lov. 4.

§ 10 *Post principum cædem nulli deinde mortalium parci*] *Prius principium cædem* Hav. *principium* etiam Voss. 1. a m. pr. Lov. 2. et Lov. 5. a m. pr. Sed vide ad II. 27. § 12. Præterea *nulli deinde mortalium parti* Harl. 2. et Hav. Paullo post *inici ignes*, pro *injici ignes*, Flor. Leid. 2. Harl. 2. Lov. 5. et fragm. Hav. Vide ad II. 10. § 9. *exausti inici ignes* Lov. 2. *exhaustis inciti ignes* Lov. 3. *exhaustis initii ignes* Leid. 1. et Lov. 3. *exhaustis incignes* Harl. 1.

CAP. XLII. § 1 *Seu non omnibus delendi Urbem libido erat*] Huic sententiæ nihil deest. Sed quia Ms. codex habet *delendæ*, plane credo scriptum a Livio fuisse *delendæ urbis libido erat*. Nam hujusmodi constructio gerundii in *di* doctis non est ignota. *Rhen.* Legendum *delendæ urbis*, ut habent Pall. duo optimi codd. *Gebh.* Supervacuum τὸ *omnibus*. Neque enim opus erat omnibus eam voluntatem esse: fieri poterat permultis conjicientibus ignem et vastantibus: denique paucæ manus ad hoc sufficiebant. Rhenanus, quia in Borbet. *delendæ*, suspicatur *delendæ urbis* legendum. Voss. 1. *deindeu rbem*, et in margine *delende*. Sed ipsum, quod Rhenanus suspicatur, in Vossiano altero est, et binis Pall. melioribus. Sic quoque tamen adjumento est opus. Scribe *seu non omnis delendæ urbis libido erat*. Seu temere factum, ut non utique totam Urbem subversam vellent. Sic VI. 2. 'Quod prope omnem deletam a Gallis Romanam juventutem crederent.' VII. 35. 'Cum eo hoste res est, qui hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiam usus non sit.' *J. F. Gron. Delendi urbem* servant ex meis Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Leid. 2. Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. C. qui, quam lectionem reliqui codd. habuerint, non memoravit. *Delendæ urbem*, Flor. Leid. 1. et fragm. Hav. *delendæ urbis*, ut Rhenanus voluit, et tres codd. apud Gronovium exhibent, etiam meorum Lov. 2. 3. et Harl. 1. *delendæ urbis* autem dictum est, ut *ad delendam urbem* hoc lib. c. 21. 'Tuo ductu, inquit, Pythice Apollo, tuoque numine instinctus pergo ad delendam urbem Veios.' 'Ad diruendam ur-

Digitized by Google

bem' 1. 29. ' Legiones deinde ductæ ad diruendam urbem.' Ejusdem generis est ' divendenda præda,' quemadmodum Gronov. legendum censuit, I. 53. ' Ubi quum divendenda præda quadringenta talenta argenti aurique refecisset:' ubi plura dicta sunt. Vide etiam Cortium ad Sall. Jug. c. 22. § 5. Deinde *omnis delendæ urbis*, ut Gronovius ex conjectura emendavit, apud me firmat Harl. 1. si ejus excerptis fidem habere possum. Ita *omnis urbis* erit totius, universæ urbis. Hoc sensu vox ' omnis' apud Livium non semel obcurrit. Supra II. 33. ' Eodem anno Agrippa Menenius moritur, vir omni vita pariter Patribus ac plebi carus:' ubi plura habet Jac. Gronov. III. 15. ' Solliciti reliquum noctis incertique, qui homines, quantus numerus hostium esset, in stationibus disponendis ad opportuna omnis urbis loca egere:' ubi iterum J. F. Gronovius hujus loci emendationem proposuit. IV. 10. ' Quinque consulatus eodem tenore gesti, vitaque omnis consulariter acta, verendum pene ipsum magis, quam honorem, faciebant.' Cic. de Senect. c. 18. ' In omni oratione mementote, eam me laudare senectutem, quæ fundamentis adolescentiæ constituta sit.' Sallust. in Jug. c. 13. ' Fama tanti facinoris per omnem Africam brevi divulgatur.' Et paullo post eodem cap. ' Omni Numidiæ imperare parat:' ubi vide Cortium. Vide etiam Ciofan. ad Nason. Met. IV. 661. Ea lectio si placet, censendi sunt librarii plerique *omnibus*, pro *omnis*, eodem errore scripsisse, quo dederunt *penatibus*, pro *penatis*; *ordinibus*, pro *ordinis*; *hostibus*, pro *hostis*; et similia plura ejusdem generis, de quibus vide ad XXII. 8. § 7. Doujatius, retenta lectione, *non omnibus delendæ urbis libido erat*, sensum ejus constitui posse putat, vel omnium Gallorum quasi consensu tacito, vel principum decreto, factum esse, ut non tota urbs, licet capta, incenderetur. Ad lib. autem III. c. 15. § 8. scribere sustinuit, Gronovium locum hunc a se restitutum ' jactasse:' quum tamen in verbis Gronovianis, neque hoc loco, neque ad III. 15. ullum jactantiæ vestigium adpareat. Unde non sine ratione similem exprobrationem ægre tulit Jac. Gronov. in Respons. ad Cavillat. Fabretti p. 10. et postumam patris famam a falsa Thrasonici vitii objectione vindicavit. Ceterum patet, Doujatium hæc verba ita accepisse, quasi Livius scripsisset ' omnibus non delendæ urbis libido erat.' Verum, præterquam quod verba, si hic sensus eorum esset, in alium ordinem digerenda fuissent, ' libido est non delendæ urbis,' vel ' non delendi urbem' non notat, libido est servandæ urbis, vel servandi urbem. Non enim, quicumque non delet, ideo servat. Contra probandum non est consilium Clerici, qui Gronovii conjecturam, *omnis delendæ urbis*, nullius adhuc codicis auctoritate firmatam, in contextum recepit. Certe *non omnibus* commode accipi potest pro ' nullis.' Sæpius similis locutio *οὐ πᾶς non omnis* pro *οὐδεὶς nullus* apud scriptores sacros Novi Fœderis obcurrit. Ita in Euang. Lucæ c. I. comm. 18. Ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα in Euang. Matth. c. XXIV. comm. 22. Εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ et alibi. Quas similesque locutiones Vorstius ad locutiones exemplo Hebræorum formatas retulit. Vide ejus libr. de Hebraism. N. Test. c. XXV. p. 102. quomodo tamen optimos linguæ Græcæ auctores interdum locutos esse, nuper docuit Christ. Sigism. Georgius in Vindic. N. Test. ab Hebr. III. 4. § 12. Quin et idem genus loquendi Latinis in usu fuit. Ita Rutil. Itin. I. 393. ' Cetera mendacis deliramenta catastæ Nec pueros omnes credere posse reor:' ubi recte Burmann. *Nec omnes pueros*

Digitized by Google

exponit, 'nullos pueros:' quem etiam vide ibid. ad vs. 446. His argumentis vulgatum *non omnibus* defendi posset, ideoque invitis libris in contextu Clerico mutandum non fuerat. Placet tamen Gronovianum *non omnis delendæ urbis*. Verum, licet jam unius codicis testimonio stabilitum, nondum in contextum recipere ausus fui.

Compelli ad deditionem caritate ædium suarum] Vetus lectio *caritate sedum suarum*. Rhen. Vet. lib. *sedum*, quo pacto veteres locutos esse docet Priscianus lib. VII. p. 771. 'Frequentius,' inquit, 'in Es terminata absque I inveniuntur, ut Vatum, pro Vatium. Virgilius in Æneid. IV. 464. 'Multaque præterea vatum prædicta priorum.' Cicero pro Sextio c. 20. 'Vestrarum sedum templorumque causa.'' Est autem locus pro Sextio mendosissimus. Nam vulgo legitur: 'Te, patria, obtestor, et vos penates patriique Dii, me vestrarum sedium temporumque causa,' &c. cum et *testor*, et *sedum*, et *templorum* legendum sit. *Sigon.* Editores variarunt. Rhenani lectionem receperunt Vascos. et Curio. Quos secuti priorem *ædium* revocarunt. Hinc postea Sigonio occasio data est denuo *sedum* vindicandi; cui tamen nemo dicto audiens fuit. Posteriores enim editores *ædium* servarunt, usque ad Gruterum, qui *sedium* substituit. Ceterum, Rhenani et Sigonii codd. Oxonienses suos consentire, Hearne testatur. In nullo tamen meorum, nisi in Flor. a m. pr. eam lectionem invenio. Nam *ædium*, ut fuerat ante Rhenanum, exhibent Harl. 2. Port. et Hav. *sedium*, ut Gruterus edidit, Flor. a m. sec. sed tamen antiqua, Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 1. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. quod verum puto. 'Sedes' interdum non tantum in genere patriam, locum, in quo moramur, verum etiam ædes, domicilium, ædificium, in quo habitamus, notat. Justin. II. 11. 'Statim regis prætorium petunt, aut cum illo, aut si ipsi obpressi essent, in ipsius potissimum sede morituri.' Liv. cap. præc. 'Ab eo initium cædis ortum, ceteros in sedibus suis trucidatos.' Et eo sensu templa vocantur 'sedes Deorum.' Supra I. 55. 'Non motam Termini sedem, &c. firma stabiliaque cuncta portendere:' ubi quædam dicta sunt. Hoc lib. c. 39. 'Si arx Capitoliumque sedes Deorum superfuerit.' c. 50. 'Quod Jupiter optimus maximus suam sedem atque arcem populi Romani in re trepida tutatus esset.' XXXVIII. 43. 'Simulacra Deum, Deos immo ipsos, convulsos ex sedibus suis, ablatos esse.' Solent autem voces 'ædes' et 'sedes' passim in Mss. commutari. Illis, quæ notavi ad I. 55. § 4. et ad IV. 20. § 11. adde Burmann. ad Nason. Fastor. VI. 258. Si quis tamen *sedum*, quod Rhenano et Sigonio placuit, præferendum putet, per me licebit. Ita enim et *mensum*, pro *mensium*, in optimo codice invenit Gronov. ad Livii XXIX. 3. § 5. Paullo ante *ostentare*, pro *ostentari*, male est in Harl. 2.

§ 2 *Id pignus ad flectendos hostium animos haberent*] *Ad flectendum hostium animos* Port. Vide ad XL. 49. § 1. In eodem cod. τὸ *cum* margini adscriptum erat eo loco *ad cum flectendum*. Nescio, quid eo addito librarius indicaverit, nisi forte legi voluerit *ad conflectendum*. Sed consipirant reliqui recte in vulgatum. *Haberent* deficit in Leid. 2. In verbis præcedd. male etiam idem Port. *concremare tecta* præfert. Mox *perinde ac*, pro *per. atque*, Gaertn. Perperam. Vide ad X. 37. § 17. Τῷ is omisso, *perinde atque capta urbe* habent vetustiores typis descripti. Id postea ab Aldo additum superest in omnibus manu exaratis.

§ 3 *Vagosque per vias omnes cursus*] *Per omnes vias* Voss. 2. Harl. 2. Port.

Digitized by Google

et Hav. Deinde *concursus* Hav. *cursusque* Harl. 2. et Port.

Quum alia atque alia parte nova aliqua clades oriretur] Tò *aliqua* non adparet in Leid. 2. et Gaertn. quorum posterior etiam inverso ordine *clades nova* præfert. Infra hoc cap. 'Nec ullum erat tempus, quod a novæ semper cladis alicujus spectaculo cessaret.' Lov. 1. inepte præfert *quum alia atque alia aliqua parum parte nova clades oriretur.* Deinde *oreretur* Flor. Voss. 1. et Leid. 1. Vide ad XXIII. 16. § 7.

Non mentibus solum concipere] Utcumque hic consentiant quum scripta, tum typis excusa volumina, nisi nihil video, legendum est *non mentibus solum concidere*, id est concidebant, *sed ne auribus.* Sic in fine decimi libri tertiæ decadis Asdrubal (immo Hannibal) loquitur c. 44. 'Illo enim,' inquit, 'vulnere concidimus.' *Rhen.* Tacitus postea dixit Annal. III. 46. 'Neque oculis neque auribus satis competebant.' Ceterum apud Livium reponit *consipere* hic, pro *concipere*, J. Lipsius Elector. I. 7. nec hic tantum, sed etiam apud Agellium, an Aulum Gellium VII. 3. 'Vereri se ostendit, ne Patres, gaudio atque lætitia rerum gestarum prospere de statu mentis suæ deturbati, non satis consiperent, neque ad recte intelligendum consulendumque essent idonei:' ubi male hactenus æque, *non satis conciperent*, lectum fuit. Nos etiam in Novantiquis Epist. 61. idem verbum restituimus Fulgentio Mythologiarum scriptori, et, ubi legebatur in Præfat. lib. I. non longe a fine 'Rugaque crispato multiplici supercilio, rancidum se quiddam consopire promittebat,' reponendum videri ex membranis monuimus *rancidum se quiddam consipere promittebat.* Modius. Alii *concidere.* Lipsius legit Elect. I. 7. *consipere*, quo verbo Cato apud Gellium VII. 3. utitur. Sed τὸ *concidere* nec inprobum verbum. Seneca Controv. II. 7. 'Subito furore collapsam patri mentem.' Ceterum Cicero id exprimit ad Quint. Fratrem II. 3. 'Ut neque mente, neque lingua, neque ore consisteret.' *Klock.* Frustra J. Lipsius hic reponit *consipere* contra omnes codd. Mss. et impressos. Pejus Rhenanus *concidere.* Gebh. Si placet Rhenani conjectura, 'concidere mentibus' dictum erit, ut 'concidere animis' apud Auctor. Bell. Gallic. VIII. 19. 'Hostes concidunt animis, atque itineribus diversis fugam quærunt.' Vide ad I. 11. § 3. 'Concidere' autem et 'concipere' eadem ratione in Mss. commutare potuerunt librarii, qua 'præcipere' et 'præcidere.' Vide ad II. 10. § 4. Neque obstare debet, quod τῷ *concidere* alia forma subjiciatur *constare poterant*, pro *constare posse.* Sæpe enim orationem infinitam sequi solet verbum finitum. Vide Dukerum ad II. 23. § 11. Adde quæ notantur hoc lib. ad c. 47. § 5. Præfero tamen Lipsianum *consipere*, quod aliquoties Senecæ restituit magnus Gronovius. Vide quæ notavit ad de Ira III. 13. de Constant. Sapient. c. 16. et Natur. Quæst. VI. 29. quo ultimo loco eodem, atque hic, errore unus et alter codex *concipere*, pro *consipere*, exhibent. Et ita 'non solum consipere' erit, non solum non consipere; quomodo 'non modo,' pro non modo non, præsertim sequentibus vocibus 'ne quidem,' vel 'sed ne quidem,' quæ hic etiam subjunguntur, sæpe poni solet. Vide ad XXV. 26. § 11. Ceterum in eodem erroris luto hærentes scripti omnes præferunt *concipere*, quod pro *consipere* scribi potuit, partim quia altero illo notius verbum librariis erat, partim etiam quia verba præiens minus distincte pronunciabat. Vide ad III. 23. § 3.

Ne auribus quidem atque oculis satis constare] Ita 'mente constare' Cic. Tuscul. IV. 17. 'Nec porro malum,

Digitized by Google

quo aut obpressus jaceas, aut, ne obprimare, mente vix constes.' Eodem sensu 'consistere' inlustrat Burmann. ad Quinctil. Declam. CCCXLIX. Aliter 'mens constat,' vel 'consistit' VIII. 19. 'Vitruvio nec, ut vallo se teneret adversus validiorem hostem, sana constare mens; nec, ut longius a castris dimicaret, animus subpetere:' ubi vide: et Burmann. ad Ovidii Art. Am. I. 120.

§ 4 *Quocumque clamor, sonitus hostium, mulierum puerorumque ploratus, sonitus flammæ*] Vox prior *sonitus* redundat: neque enim proprie *sonitus hostium* dicitur, sed *flammæ*. Recte autem habebitur res, si sua cuique reddantur: *clamor hostium, ploratus mulierum, sonitus flammæ*. Quod etiam veteres comprobant libri. *Sigon.* Vocem *sonitus*, quam delendam monuit Sigonius, et, ut videtur, non male, servant tamen Flor. Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. a m. pr. Lov. 2. 3. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Eam transponens *quocumque clamor hostium, sonitus mulierum, puerorumque ploratus* præfert Lov. 4. Contra omittunt eamdem Leid. 2. Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Hearne, qui tamen emendationem Sigonii in variis lectionibus memorat, non addidit quæ scriptura fuerit codicum Oxoniensium. Præterea *mulierumque puerorumque plor.* Harl. 2. *mulierumque ac puerorum plor.* Port. *mulierum atque puerorum plor.* Hav. Meliores stant pro recepta lectione.

Fragor ruentium tectorum avertisset] Malim *advertisset:* ut I. 12. 'Adverteratque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri.' *J. F. Gron. Advertisset*, ut Gronovius volebat, inveni in Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. quod mihi quoque præstare videtur. Vide quæ notantur ad Livii loc. laud. I. 12. § 10. *Avertissent* habet Lov. 3. a m. pr. Utrumque ferri potest. Vide ad XXXVII. 29. § 6. Quum itaque reliqui numerum singularem servent, uni pluralem substituenti credere iniquum foret. Miror ingenium Doujatii, qui, quum ex eo vulgatæ scripturæ patrocinium quæsisset, quoniam, quod ad unam partem advertit, ab alia avertit; secundam hanc rationem subdit: 'quidni et ab his horrore aversi Romani?' Sane eo sensu *avertisset* hic capi non posse, eum docere potuisset τὸ *quocumque*. Tantum abest, ut ab his horrore aversi fuerint Romani, ut mox animos oraque et oculos flexisse dicantur ad illa loca, unde clamor hostium, mulierum puerorumque ploratus, sonitus flammæ et fragor ruentium tectorum ad aures acciderant. Si *avertisset*, quod in optimis ac certissimis scriptis superest, servari debet, id capiendum erit a conspectu aliarum rerum avertere ad se. Eo sensu ferri potest. Vide ad VI. 23. § 8. Mox *paventes sed ad omnia*, addito τῷ *sed*, Hav. Deinde *oraque oculos*, pro *oraque et oculos*, Voss. 2. *animos atque oculos* Lov. 2.

Velut ad spectaculum a fortuna positi] *Velut positi a fortuna ad spect.* Lov. 3. et Voss. 2. *ab fortuna* est in Port. et Hav. Mox *præterquam id corporum* Flor.

§ 5 *Tanto ante alios miserandi magis, qui umquam obsessi sunt, quod interclusi a patria*] Non scio, quomodo hoc dicat: nam idem quam plurimis accidit, ut ab hostibus in arcem compulsi omnia sua in hostium potestate esse, et tecta urbis incendi viderent. *Duk. Miserandi magis, quam qui umquam* Port. et Hav. *miserandi magis, quod qui umq.* Harl. 2. *qui numq.* Lov. 3. Voss. 2. et Leid. 2. quomodo etiam vir doctus in margine ed. Curionis scribendum conjicit. Sed male. Romani 'magis miserandi erant ante alios, qui umquam obsessi sunt,' non 'qui numquam obsessi sunt.' Indicat, obsidionem Romanorum, quam aliorum, miseratione digniorem esse, quod, licet obsessi, tamen a patria

Digitized by Google

interclusi essent, quum alii in patria obsideantur. Præterea *obsedissent* Klockian. Pari fere errore ac *reliquerat* datum est, pro *reliqua erat*. Vide ad Liv. XXIII. 29. § 16. Tum *qui interclusi* Lov. 4. 5. Harl. 2. et Hav. Vulgatum, pro quo stant uno ore optimi codd. unice verum est. Mox *hostium porte*, pro *host. potestate*, Lov. 5.

§ 6 *Nox diem tam fœde actum excedit*] *Die tam fœdè actum* Flor. Lov. 1. et Leid. nterque: *diem fœde aptum* fragm. Hav. 'Aptus' et 'actus' sæpe culpa scribarum inter se commutantur. Vide ad XL. 13. § 6.

Lux deinde noctem inquietam insecuta est] Puto legendum, *nec lux deinde noctem*. T. Faber. Andreas *inquietem*. Quod facile probarem, si ejusdem sensus aliquid adjunxisset *τῷ lux*, nec proxime dixisset 'nec tranquillior nox.' Cur idem in tam vicino bis diceret? Forte *Lux deinde noct. inquieta ins. est*. J. F. Gron. Faber *nec lux deinde* scribendum conjiciens, etiam hic ex præcedenti 'tranquillior' intelligi volebat; quasi foret, 'Nec tranquillior nox diem tam fœde actum excepit, nec lux deinde' (tranquillior) 'noctem inquietam insecuta est.' Id tamen durius videtur. Quare, si quid mutandum, præfero, quod Gronovio in mentem venit, *inquieta insecuta est*. Quæ ejus conjectura licet nullius codicis auctoritate aperte probetur, clam tamen ei favent Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. qui præferunt *inquietam secuta est*. Pro ultima enim litera *τοῦ inquietam* re scribendum *in*, idque inde disjunctum præponi debet voci sequenti. Certe *insecuta est* servandum; alibi autem sæpe 'sequi' et 'insequi' in libris scriptis confunduntur. Vide ad IV. 30. § 12.

Nec ullum erat tempus, quod a novæ semper cladis alicujus spectaculo] Debet esse *nec ullum erat tempus*. Rhen. Casaub. ad Strab. lib. I. p. 65. disputans de apud Græcos non ubique esse *semper*, sed etiam eamdem omnium rationem denotare, etiam hunc Livii locum in eam sententiam laudat, ut in quo ita accipiatur *semper*. Eodem pertinent quæ Donatus adnotat ad hoc Terent. in Adelph. III. 1. 6. 'Numquam unum intermittit diem, quin semper veniat.' *Duk.* Caussam adnotationis Rhenani nullam video. Quemadmodum enim esse debere monet, præferunt omnes, quas vidi, Rhenano antiquiores edd. Neque inde in diversa discedunt codd. nisi quod una voce auctiores Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *nec ullum erat tempus inquietum* præferant. Deinde *quod novæ* Flor. *quod ad novæ semper cl. alic. spect.* fragm. Hav. Tum *cessarent* Hav. Secundi codicis librarius dare voluisse videtur *ab novæ*; ultimi *quo cessarent*. Reliquis tamen scriptis pro vulgato stantibus, nihil muto.

§ 7 *Etsi omnia flammis ac ruinis æquata vidissent*] Lego *videbant*: quod, spero, probabis. *T. Faber*. Certe Fabri conjecturam probat Doujatius. Ego tamen vulgatum præferendum puto. Τὸ *etsi* enim, licet plerumque indicativum adsciscat, interdum tamen etiam subjunctivum admittit. Supra III. 68. 'Sed me vera pro gratis loqui, etsi meum ingenium non moneret, necessitas cogit.' V. 36. 'Datur responsum, etsi novum nomen audiant Romanorum, tamen credere viros fortes esse.' Cic. ad Famil. VI. 4. 'Nunc tantum videmur intelligere non diuturnum bellum: etsi id ipsum nonnullis videatur secus.' Cæsar Bell. Gall. VI. 40. 'Quoniam tam propinqua sint castra, etsi pars aliqua circumventa ceciderit, at reliquos servari posse confidunt.' Plura exempla vide apud Gerard. Joh. Vossium Gramm. VII. 67. Neque etiam plusquamperfectum pro inperfecto positum Fabro justa caussa esse potest, cur locum hunc erroris suspec-

Digitized by Google

tum habeat. Ea enim tempora permutare, Livio et aliis optimis scriptoribus non insolens est. Vide J. F. Gronov. ad Livii XXXIV. 11. § 2. Ceterum *omnia* deficit in ed. Parm. Tum *flammis et ruinis* legunt Harl. 2. Port. et Hav. Paullo ante *Nihil tum*, pro *Nihil tamen*, Lov. 4. Vide ad XXII. 17. § 5. *Nihil tamen tã tot onerati* Lov. 2. Sed vocula *tot* deest in Harl. 2. *flexere* etiam, pro *flexerunt*, obfert Gaertn. *fluxerunt* Lov. 5. a m. pr. sollemni scribarum lapsu. Vide Burmann. ad Quinctil. Instit. Orat. I. 8. p. 96.

Quem tenebant collem, libertati relictum, virtute defenderent] *Quod tenebant* Hav. Præterea *libertate relictum* Lov. 3. Tum *virtute* deficit in Voss. 2. Deinde *defenderant* exhibet Gaertn.

§ 8 *Et jam, &c. abalienaverant ab sensu*] *Etiam* una voce habent Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et fragm. Hav. de quo errore vide ad XXXIX. 10. § 6. Pro eo *et* exhibent Hav. et Lov. 2. errore inde orto, quod *etiam* breviter hoc modo ēt scriberetur, et suprascriptam virgulam addere librarii omiserint. Vide ad XXII. 47. § 9. Deinde *abalien. assensu* fragm. Hav. *abalien. a sensu* Gaertn. Paullo post alio ordine *arma ferrumque tantum* Harl. 2. et Port. *armaque ferrumque tantum* insuper Hav.

CAP. XLIII. § 1 *Inter incendia ac ruinas captæ Urbis*] *Incendia atque ruinas* Harl. 2. *incendia et ruinas* Gaertn. a m. pr. Tum vox *hostes* exsulat ab Harl. 2. Paullo ante *in tectis*, pro *in tecta*, Lov. 2. Hinc *nec quicquam*, pro *nequidquam*, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Vide mox. *Nec quicquam alibi bello gesto*, insuper inserta voce *alibi*, Lov. 3.

Nec quidquam tot cladibus territos] Verumne est, 'non quidquam,' id est, nihil, 'tot cladibus territos' fuisse Romanos, quos ipse Livius cap. præc. 'ad omnia paventes' descripserat, et, quum alia atque alia parte nova aliqua clades oriretur, 'mentibus consipere non potuisse' dixerat? Hæc sibi contraria sunt, quæ tamen non Livio, sed librariis ejusque editoribus, vitio verto. Scilicet ita primus edidit Frobenius 1531. et servant tantum unus et alter meorum codicum. Antea typis descripti exhibuerunt *nequidquam tot clad. terr.* Et ita præferunt etiam Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Voss. 1. Leid. ambo, Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Galli quædam incendia ostentarant 'terroris caussa,' si compelli ad deditionem caritate sedium suarum obsessi possent. Territi etiam erant Romani ruina patriæ, sed *nequidquam;* neque fructum, quem proposuerant, Galli ex terrore hostium perceperunt: non enim obsessi flexuri erant animum ad deditionem, ni vis adhiberetur. Et hinc modo dixerat 'in tecta Urbis nequidquam bello gesto.' Galli itaque frustra in tecta Urbis bellum gesserant, et frustra Romanos tot cladibus terruerant. *Nequidquam* enim hic est 'frustra.' Vide Cortium ad Sall. Cat. c. 20. § 1. ubi monet, etiam unum suorum codicum *nec quicquam* a m. prima præferre, quomodo et plures meorum in verbis præcedd. legunt. Eadem vocabula etiam alibi confunduntur. Vide ad IX. 18. § 5.

Inpetum facere in arcem statuunt] *Inpetum facere arcem*, omissa præpositione, Leid. 1. *inpetum faceres arcem* Harl. 1. *inpetum in arcem facere* Lov. 5. Paullo ante *nisi vis*, pro *ni vis*, Lov. 4. et Hav. sæpius obvio in libris scriptis errore. Vide ad XXIII. 1. § 8.

§ 2 *Multitudo omnis in foro instruitur*] *In foro instruit* Hav. neglecta nota, qua ultimæ literæ *ur* indicari solent. Vide ad X. 10. § 1. *in foro instituitur* Leid. 2. et Lov. 1. Ita codd. variare vidimus ad IV. 4. § 4. Adde quæ notantur ad VIII. 38. § 8. Mox *et testudine facta*, pro *ac testudi-*

Digitized by Google

ne facta, Lov. 2. Sed *nil temere* Hav. *Ad omnes aditus stationibusque firmatis*] Debet esse *ad omnes ad. stationibus firm.* Rhen. Ita præferunt etiam omnes edd. præter Ascensianam 1510. in qua sola *stationibusque* inveni. *Stationibus firmatis* est etiam in omnibus scriptis, nisi quod *firmati* sit in Flor.

Qua signa ferri videbant, ea robore virorum obposito] *Quo* et *eo* Harl. 2. et Port. *eo* etiam Lov. 4. et Hav. sed *quo* et *eo* mox sequuntur. *Qua* ergo et *ea*, quemadmodum 'qua' et 'eadem' IV. 39. 'Nec perrumpere eadem, qua transierant, posse.' Alibi hæ particulæ sæpe commutantur. Vide ad X. 14. § 4. Tum vox *virorum* deficit in Harl. 2. Lov. 5. Port. et Hav. Denique *apposito* Voss. 1. Lov. 1. et Leid. 2. obvia varietate. Vide ad Livii II. 61. § 4.

Quo successerit magis in arduum] *Quo quom successerit* Gaertn. Sed vox *quom* perperam ex præcedenti *quo* repetita est. Pro eo *quo cum successerit* dederunt Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *successerint* quædam ex principibus edd. Præcessit *hostem*, quo hoc verbum referendum. Interdum quidem ei conlective sumto verbum plurale additur, ut videbimus ad XXI. 41. § 15. Hic tamen recte deinde Aldus reposuit *successerit*. Id enim superest in omnibus scriptis, uno excepto Flor. qui similiter *successerint* obfert.

§ 3 *Qui prope sua sponte in hostem inferebat*] *Quippe sua sponte* fragm. Hav. Sed olim continua serie et per compendium scriptum fuerat *qui ppe;* ex quo deinde, omissa compendii nota, factum est *quippe*. Paullo ante *resistere*, pro *restitere*, Leid. 2. Harl. 2. Port. et Hav. Tum *superiori*, pro *superiore*, Lov. 4.

Inpetu facto strage ac ruina fudere Gallos] Veniebat in mentem *strage, ut ruina*, id est, strage, quæ ruinæ instar erat. Supra IV. 33. 'Ruinæ similem stragem eques, quacumque pervaserat, dedit.' Sed nihil muto invitis libris. *Duk. Impetus facto* Harl. 1. Sed litera finalis *s* priori voci adhæsit ob similitudinem primæ literæ vocis seq. Vide ad IV. 33. § 10. *In host. inf. impetum, facta strage ac ruina* fragm. Hav. Deinde *inpetu, facta strage ac ruina* Lov. 2. *inpetu facto ac ruina*, omissa media voce, Lov. 1. et Leid. 2. Denique *fugere Gallos* Hav. De quo errore scribarum vide ad XXXVIII. 17. § 6. Mox verbis seqq. *tentarent* Lov. 2. An voluit *tentarint?* Insuper *tale genus pugnæ* alio ordine Voss. 1. et Leid. 2.

§ 4 *Omissa itaque spe per vim atque arma subeundi*] *Amissa itaque spe* Harl. 2. Port. Lov. 4. Gaertn. et Hav. Sæpissime hæc verba in Mss. vetustis commutantur. Vide ad II. 48. § 6. Eadem autem multis etiam locis adeo parum significatione differre, ut, quid præferendum sit, nescias, observat Burmann. ad Phædr. Fab. I. 13. 10. Hic tamen *Omissa* præfero. Non modo enim pro hac scriptura stant præstantissimi codd. verum etiam Galli a Romanis repulsi videntur sponte dimisisse spem expugnandi Capitolii per vim atque arma. Et ita 'omittere spem' recte præferunt viri docti apud Curtium III. 2. 'Omissa omni alia spe, statuit ipse decernere:' quod et ipsum mallem ibid. IV. 1. 'Territi tamen spem obtinendi Ægypti non omiserunt:' ita ibi plures exhibent codd. vulgo editur *amiserunt*. Et sic recte legitur apud Justin. XX. 3. 'Paucitatem suam circumspicientes, omissa spe victoriæ, in destinatam mortem conspirant.' Contra 'amissa fugæ spe' præstat apud Plinium Hist. Nat. VIII. 7. 'Pompeiani' elephanti, 'amissa fugæ spe, misericordiam vulgi inenarrabili habitu quærentes supplicavere.' Insuper *Omissa utique spe* Lov. 5. Vide ad VII. 28. § 3. Ceterum *spe per-*

Digitized by Google

inde atque arma obeundi Gaertn. ex *peruï*, id est *per vim*, exigua tantum aberratione fit *periñ*, id est *perinde*, ob similitudinem literarum *ui* et *in*. Vide ad IX. 1. § 8.

Quod in Urbe fuerat, frumentum incendiis Urbis absumserant] Videtur Livio satis fuisse *incendiis absumserant*. J. F. Gron. *Urbis*, quod expungebat Gronovius, in uno apud me deerat Leid. 2. Reliqui constanter tuentur. Neque aliam caussam, ob quam displicere potuerit, video, quam quod mox præcesserit. At ita erat c. 41. 'Nec tam impetu aut vi capiebant Urbem, sine ira, sine ardore animorum ingressi postero die Urbem:' ubi quidem voci *Urbem* posteriori loco controversia similiter mota est: sed vide quæ ibi dicta sunt. Præterea *incendia urbis absumserant* Gaertn. Sed ita superius distinctio mutanda foret hoc modo: *obsidionem parant, cujus ad id tempus inmemores: et quod in Urbe fuerat frumentum, incendia, &c.* Sed præfero vulgatum, reliquorum omnium codicum fide stabilitum. Tum *assumserant* Leid. 1. Lov. 3. 5. Harl. 2. et Hav. *adsumserant* Flor. Vide ad IX. 17. § 17. Paullo ante etiam *ad id tpris*, id est *temporis*, Gaertn. Ita I. 50. 'Monitus a proximis, ut purgaret se, quod id temporis venisset.' XXV. 23. 'Ubi id temporis visum, quo de die epulatis jam vini satias principumque somni esset.' Similiter 'id cognominis' VII. 26. 'Id enim illi deinde cognominis fuit:' ubi vide plura. Quum tamen alii codd. vulgatum tueantur, id etiam loco non movendum censeo.

Et ex agris per ipsos dies raptum omne Veios erat] Plenius foret *per eos ipsos dies*. An tamen interdum ita dixere *ipse*, pro 'is ipse?' Cicero ad Att. X. 14. 'Nos autem ad hæc, et ipsum certo fore, et, quæ jam fiant, non esse leviora:' nimirum ut restituerentur damnati, de quo præcesserat. XII. 14. 'Nam, pro malis, recte habebat, quamquam ipsum doleo.' Livius XXXIII. 16. 'Eo neque cuncti convenere Acarnanum populi, nec ipsis, qui convenerant, idem placuit.' Curtius V. 3. de Sysigambi pro Madathe deprecante: 'Ita deprecata est, ut ipsum excusaret, quod deprecaretur.' Florus IV. 10. 'Quum fidem ipso fecisset.' An potius hæc omnia corrupta? *J. F. Gron.* Id verum est, alibi non raro pronomen *id* ante τὸ *ipsum* culpa librariorum omissum esse. Ita nonnulli codd. exhibent I. 5. 'Et expositos jussu regis infantes sciebat, et tempus, quo ipse eos sustulisset, ad ipsum congruere:' et II. 42. 'Filius ejus, duumvir ad ipsum creatus, dedicavit:' ubi tamen rectius *ad id ipsum* legi in vulgatis edd. aliisque codd. monui. VI. 27. 'Tribunos plebis fama ea ipsa irritaverat magis:' ubi plures codd. *fama ipsa*. XXIII. 18. 'Cohortes duæ ad ipsum instructæ intus:' ita præferunt edd. recentiores; aliæ cum libris scriptis *ad id ipsum*. XXVIII. 8. 'Sic ipsis diebus Machanidam e manibus suis elapsum:' ita et hic præferunt novissimæ edd. pro quo Gronov. ex Mss. restituit *eis ipsis diebus*. Similiter in Epit. lib. XLIX. unus tantum codex obfert, 'Quum ab urbe Romana, quo illum Demetrius Syriæ rex ob ipsum mendacium miserat, clam profugisset:' quum vulgo edatur *ob hoc ipsum mendacium*. Omnibus tamen illis locis, quæ laudarunt partim J. F. Gronovius hoc loco, partim Jac. Gronovius ad Livii XXI. 55. § 11. controversiam non moverim, præsertim ubi vulgata lectio librorum scriptorum patrocinio defenditur. Hinc etiam nihil mutandum puto XLIV. 1. 'Et primus eorum congressus ex dignitate ipsorum ac nominis Romani:' ubi Sigonius conjicit *ex dignitate eorum ipsorum*. Sane, quum *ipsum* pro 'me ipsum,' ac 'se ipsum' sæpius ponatur, ut vidimus in Præfat. § 3. nullam video caussam, cur non eodem modo

Digitized by Google

ipsum pro 'eum ipsum,' vel 'id ipsum' dicere liceat. 'Ο πάνυ Gronovius tamen aperte id damnavit in prima ed. notarum in addendis pag. 745. Sed, quæ ibi scripserat, recte in curis secundis expunxit, substitutis illis quæ hic conspiciuntur. Præterea *raptum omen Veios erat*, literis transpositis, Hav. *raptum esse Veios erat* fragm. Hav. *raptum Veios erat*, voce una omissa, Gaertn. *raptum omne Veios ierat* Lov. 2. Vide ad XXXIX. 21. § 6.

§ 5 *Igitur exercitu diviso*] *g*, id est *ergo*, pro *igitur*, Lov. 2. Vide ad XXI. 40. § 6. Tum *exercitu dimisso* Leid. 2. invitis aliis omnibus. Ita alibi peccare librarii soliti sunt. Vide ad XXVIII. 2. § 16. et ad XXXVII. 45. § 19.

Partim obsideri arcem] *Partem* Port. a m. pr. Si quid mutandum, mallem *partim obsidere*; et ita *partim* hic et verbis præcedentibus accipiam more antiquo pro *partem*, de quo vide ad XXVI. 46. § 8. et ita tum *partem*, quod habet Port. a m. pr. natum esse poterit ex glossa. *Placuit partim* (nempe exercitus) *prædari, partim obsidere*. Invitis tamen codd. nihil muto. Mox verba *ut obs. frum. pop. agr. præberent* perperam desiderantur in Voss. 2. et Lov. 3. *præbent*, pro *præberent*, habet Harl. 1. Sed scriptum fuerat *præb'ent*. Additam autem notam neglegens librarius omisit. Vide ad XL. 14. § 2. *Hĕrent* est in Lov. 4. *populationes* in edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 6 *Proficiscentes Gallos ab urbe*] *Proficiscentes autem Gallos* Voss. 2. et Lov. 3. Mox voces *ipsa Ard., ubi Cam. exs., duxit: qui mæst. ibi fort.* desunt in Hav. neglegentia scribæ, cujus caussa fuit τοῦ *fortuna* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11. *Camillus erat*, pro *C. exsulabat*, est in Lov. 2.

§ 7 *Qui mœstior ibi fortuna publica, quam sua, quum Diis hominibusque*] *Qui mœstior in fortuna* Gaertn. qui etiam male τὸ *quum* omittit; quemadmodum etiam voculam *que* Lov. 4.

Diis hominibusque accusandis senesceret] 'Senescere' recte Gronov. ad Livii XXIX. 33. § 9. exponit, se cum tædio et senio sustentare. XXXV. 34. 'Ne insontem indemnatum consenescere in exsilio sinerent.' Livium vero imitatus creditur Florus I. 22. 'Sed hic' (nempe Camillus) 'melior in capta urbe consenuit.' Nisi quod erret, Camillum, qui Ardeæ exsulavit, in capta urbe, scilicet Veiis, consenuisse dicens, quem lapsum ibidem notarunt viri docti, et significationem τοῦ 'consenescere' inlustrarunt. Plaut. in Sticho I. 3. 63. 'Præ mœrore adeo mlser atque ægritudine Consenui.' In Trucul. I. 1. 65. ex emendatione Acidalii: 'Quem senium ac odiosum sibi esse memorabat mala Babyloniensem militem, is nunc dicitur Venturus peregre.' II. 3. 12. 'Male quod mulier facere incepit, nisi id efficere perpetrat, Id illi morbo, id illi senio est, ea illi miseræ miseria est.' Vide Nonium Marc. in voc. 'Senium.'

Mirandoque ubi illi viri essent] Transpositis vocibus *ubi viri illi essent* Leid. 1. et Hav. Sed τὸ *illi* deest in priscis edd. quod primus addidit Aldus, et omnes codd. etiam agnoscunt.

§ 8 *Repente audit Gallorum exercitum adventare, atque de eo pavidos*] *Repente audivit* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *Gall. adventaretque de eo pavidos* perperam Leid. 1. *Gall. ex. adventare, atque adeo pavidos* Gaertn. a m. pr. *adventare, deque eo pavidos* Lov. 2. *adventare et de eo pavidos* Lov. 4. *adventare, de eo pavidos* Lov. 5.

Quum se in mediam concionem intulisset] *In med. conc. contulisse* Port. Harl. 2. Lov. 4. 5. et Hav. Male. Supra III. 5. 'Dum se temere magis, quam caute, in mediam dimicationem infert:' ubi alia exempla vide.

Abstinere suetus ante talibus conciliis] *Abstinere his suetus* Lov. 3. a m. pr.

Digitized by Google

abstinere is suetus a m. sec. quod etiam inveni in Voss. 2. ut forte librarii illi dare voluerint *abstinere assuetus*, quod Hearnio in Oxoniensi B. obvium fuit, mihique in margine Lov. 2. qui in contextu, ut et Lov. 4. 5. et Port. male præferunt *abstinere veritus*. Sed *abstinere uetus*, omissa prima litera posterioris vocis, est in Leid. 1. *abstinere non solitus* in Harl. 2. Præterea *antea talibus conciliis* Leid. 2. *a talibus conciliis* Port. *ab talibus conciliis* Harl. 2. et Hav. *a talibus consiliis* Lov. 5. Non est necesse. Sæpissime enim τῷ *abstinere* casum sextum, omissa præpositione, Livius addere solet. Supra II. 54. 'Suadent, monentque, honoribus et administratione reipublicæ abstineant:' c. 56. 'Quum Volero nihil, præterquam de lege, loqueretur, insectatione abstinens consulum.' III. 10. 'Inter cetera monitum, ut seditionibus abstineretur.' VII. 8. 'Castrorum obpugnatione abstinuere.' XXI. 5. 'Hannibal prœlio abstinuit.' XXXVIII. 32. 'Una denunciatione, ut bello abstinerent, finem imposuit.' XL. 7. 'Jocosa dicta in adversarios, ita ut ne ipsis quidem ducibus abstineretur, jactabantur.' XLII. 29. 'Prusias Bithyniæ rex statuerat abstinere armis.' Et ita etiam sæpe Livius id verbum construere solitus est, licet insuper addiderit casum quartum. I. 1. 'Duobus, Æneæ Antenoreque, omne jus belli Achivos abstinuisse.' VIII. 2. 'Ne Campani quidem his se armis abstinuere.' c. 19. 'Denunciatumque Samnitibus, ut eorum populorum finibus vim abstinerent.' c. 24. 'Quamquam Romano bello fortuna eum abstinuit.' Denique *talibus consiliis* Gaertn. Lov. 2. Hav. et antiquiores typis excusi: pro quo Aldus *conciliis* substituit, consentientibus reliquis scriptis. Et recte. Indicatur enim conventus, sive concio Ardeatium, quæ non *consilium*, sed *concilium*, vocari debet. Vide ad XLIV. 2. § 5.

CAP. XLIV. § 1 *Novi etiam cives mei, quando et vestrum beneficium ita tulit*] *Novi et cives mei* Voss. 2. et Lov. 5. qui error ex compendio scribendi promanavit. Vide ad XXII. 47. § 9. Deinde *et benef. nostrum* Port. et Hav. infinitis locis obvio errore. Vide ad XXXIV. 2. § 2. *et benef. vestrum* Harl. 2. *et vestrum benefactum* edd. Rom. 1472. et Parm. Mox *hec egit mea*, pro *hoc egit mea*, Lov. 5. et fragm. Hav. *fortuna hoc ego id mea* Klockian.

Oblitum me huc processisse] *Huc proficisci* Lov. 2. 4. ac fragm. Hav. et ita Hearne in Oxoniensi L. 2. invenit. Vocula *me* deficit in Lov. 5.

Sed res ac periculum commune cogit, quod quisque possit] *Res atque per.* Hav. Tum *egit* Lov. 4. sed, utraque quasi lectione servata, *coëgit* Gaertn. Denique *quod quisque potest* Port. *quod quisquam potest* Harl. 2. Alibi etiam *quisque* et *quisquam* in libris scriptis commutari solent. Vide hoc lib. c. 29. § 6. In verbis seqq. *remedium conferre*, pro *in medium conf.*, obgerit male Lov. 4.

§ 2 *Et quando ego vobis pro tantis vestris in me meritis gratiam referam*] *Et quoniam* Harl. 2. Quomodo interdum in libris scriptis peccatur. Vide ad XXIX. 1. § 8. Si quid mutandum, mallem *Ecquando ego vobis... grat. ref.* Nam *ecquando* atque *et quando* passim miscentur. Vide ad III. 67. § 10. Similiter etiam *ecquis* atque *et quis*. Vide hoc lib. ad c. 36. § 5. Invitis tamen libris receptam lectionem hoc loco mutare non sustineo. Vide Gifanii Conlectanea in Lucretium voce 'Et quantis.' Pronomen *vobis* deest in Lov. 5. Mox *etsi nunc cessavero*, pro *si nunc cess.*, Voss. 2. et Lov. 3.

Si in bello non fuerit] *Non ferit*, omissa litera, Leid. 1. et Port. Pro quo, quod aperte vitiosum erat, scribæ codd. Lov. 4. 5. Harl. 2. et Hav.

Digitized by Google

dederunt *foret.*

§ 3 *Vobis autem, Ardeates, fortuna oblata est*] *Votis, Ard., forta oblata est* perperam est in Voss. 2. *Votis* etiam in Lov. 3.

Pro tantis pristinis populi Romani beneficiis] *Pro tantis prolatinis pop. Rom. benef.* Flor. a m. pr. et Leid. 1. *pro tantis prolatis populo Romano benef.* Lov. 2. *pro tantis prolutis pop. Rom. benef.* Voss. 2. Lov. 3. 4. fragm. Hav. Hearnii Oxoniensis N. in margine, et Neapol. Latinii. Hinc ipse Latinius conjecit, integram vocem, sive *pristinis*, sive *prolatis*, delendam esse; quæ etiam deest in Harl. 1. Contra utramque hoc modo exhibet Gaertn. *pro tantis prist. prolatis pop. Rom. benef.* Verum hujus codicis librario familiare fuit, sive variam lectionem, oræ exemplaris sui adscriptam, sive glossam marginalem simul cum genuina lectione junctam exhibere. Mihi vulgatum non displicet. Quænam autem pristina beneficia populi Romani in Ardeates intelligantur, colligi potest ex IV. 9. 10. et 11. Mox *quánti*, pro *quanta*, Lov. 3.

Nec enim exprobranda apud memores sunt] Terent. in Andr. I. 1. 16. 'nam istæc commemoratio Quasi exprobratio est inmemoris beneficî.' Cic. de Amic. c. 20. 'Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium, quæ meminisse debet is, in quem conlata sunt, non commemorare, qui contulit.' Seneca de Benef. II. 10. 'Lacerat animum et premit frequens meritorum commemoratio.' Ceterum *exprobrando apud memores sunt* est in Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. sed *exprobrande* habet Flor. Insuper *etiam*, pro *enim*, legit Lov. 4. Vide ad XXXVI. 41. § 3. Τὸ *enim* deficit in edd. Rom. 1472. et Parm.

Huic urbi decus ingens belli ex hoste communi pariendi] *Huc urbi* Leid. 1. Præterea *decus ingens bello ex hoste com. par.* Voss. 2.

§ 4 *Quæ effuso agmine adventat, gens est*] *Qui effuso agm. adv.* constanter Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxoniensis C. et Dominici Macri codex apud Latinium. Quorum omnium in τὸ *qui* consensus efficit, ut suspicer, Livium scripsisse *Qui effuso agmine adventant, gens est.*

Eo in certamen omne plus terroris, quam virium, ferunt] Τὸ *in* omittitur in Hav. Deinde *certamen ĕĕ*, id est *esse*, Lov. 4. et Gaertn. Denique *plus terr., quam vir., fuerunt* fragm. Hav. Contrario errore hoc ipso cap. § 2. quidam codd. præferebant *ferit*, pro *fuerit*, omissa litera *u*, quam hic interserit codex laud. *Ferunt*, pro *fuerunt*, perperam in codd. multis manu exaratis et typis excusis exstare, vidimus ad III. 24. § 10. Similiter errarunt operæ typographorum in nonnullis edd. VI. 40. § 12. scribæ in codd. VII. 1. § 8. IX. 14. § 7. et alibi.

§ 5 *Ex arce Capitolioque quod his exigua resistitur manu*] Legendum *ex arce Capitolioque his ex. res. m.* Rhen. *Quod* a Rhenano expunctum in nullo meorum scripto superest. Forte *φ*, sive *quod*, pro q_3, sive *que*, tamquam varia lectio olim ad marginem adscriptum exstitit: nam voces hæ commutari solent. Vide ad II. 41. § 8. quam utramque postea alius scriba simul in contextum recepit. Eamdem voculam jam olim Aldus ex contextu Liviano expunxit. Mox tamen inter errata iterum recipiendam monuit. Insuper *restituitur* Lov. 1. Paullo ante *clades. Romanâ patentem*, pro *clades Romana: patentem*, perperam præfert Leid. 1. *clades. Romă patentem* Harl. 1.

Vagique per agros palantur] *Vagi agros pplántur*, id est *populantur*, Hav. a m. pr. in quo a m. sec. interpolatur *polàntur*. Aliis etiam locis *palari* et *populari* a scribis in codd. vetustis permiscentur. Exemplum habuimus hoc lib. c. 13. § 12. Vulgatum genninum est. Supra IV. 46. 'Palati alii

Digitized by Google

per agros passim multis itineribus Romam contenderunt.' XXII. 52. 'Alii agmine, alii palati passim per agros Canusium perfugissent.' XLIV. 44. 'Magnam eos cædem prædamque, palatis passim per agros Romanis, facturos.' In verbis præcedd. *abscendunt*, pro *abscedunt*, præfert Lov. 3. Vide ad v. 4. § 10.

Cibo vinoque raptim hausto repleti] *Cibo vino raptim hausto* Leid. 2. Supra II. 26. 'Fessi, tum itinere, tum populatione nocturna, magna pars in villis repleti cibo vinoque, vix fugæ quod satis esset virium habuere.' VIII. 16. 'Perpulit imperatorem, ut vino epulisque sopitos hostes adgrederetur.'

§ 6 *Ubi nox adpetit*] *Ubi vox adpetit* Hav. qui error in libris scriptis frequens obcurrit. Vide quæ olim notavi ad Silii Ital. VIII. 210. et Burmann. ad Nason. Epist. Heroid. III. 116. Adde ad VII. 28. § 7. et ad IX. 24. § 8. De verbo 'adpetere' vide ad X. 20. § 9. *Et ubi nox adpetit*, addita prima voce, edd. Rom. 1472. et Parm.

Prope rivos aquarum] *ppr rivos*, id est *propter rivos*, Gaertn. quod verum, vulgatumque ex ejus glossa natum esse videtur. Epit. Liv. lib. XLIX. 'Lusitanos propter sese castra habentes cæsos fatetur:' ad quem locum alia exempla hujus erroris librariorum videri possunt: ibidem etiam hoc sensu τὸ *propter* Livio frequens esse docui. Quo minus tamen eam lectionem in contextum recipere audeam, illud obstat, quod reliqui codd. omnes vulgatum constanter tueantur.

Sine munimento, sine stationibus ac custodiis, passim ferarum ritu sternuntur] *Sine monumento* Lov. 3. *sine monimento* fragm. Hav. Vide ad l. IV. c. 10. § 6. Tum *sine statione ac custodiis* Gaertn. Sed non una 'statione,' verum pluribus 'stationibus' Urbs vel castra firmanda erant, variis locis dispositis. Supra III. 5. 'Vigiliæ in urbe, stationes ante portas, præsidiaque in muris disposita.' Infra IX. 29. 'Securior ab Samnitibus agere, stationibus modo obpositis, ne qua vis in castra fieret.' c. 24. 'Fore, ut minus intentæ in custodiam urbis diurnæ stationes ac nocturnæ vigiliæ essent.' XXV. 38. 'Exploratum habeo, non vigiliarum ordinem, non stationes justas esse.' Codicis tamen Gaertn. lectionem videtur probare locus l. XXV. c. 39. 'Quum statio nulla pro portis, neque in vallo custodiæ essent.' Ibi tamen potest intelligi unam stationem pro qualibet porta, adeoque plures in castris fuisse. *Sine custodiis*, mediis duabus vocibus neglectis, pleræque edd. vett. usque ad Mediol. 1505. et Aldum. Neque aliter Leid. 2. et Lov. 1. quorum librariis duas voces ejusdem fere significationis jungi forte displicuit. Certe quod de C. Fabio Dorsone dixit Livius c. 46. 'Per medias hostium stationes egressus,' id Florus exprimit I. 13. § 16. 'per medias hostium custodias Fabium pontificem ab arce demisit.' Nihilominus utramque vocem junxit Livius XXI. 14. 'Nudatam stationibus custodiisque solitis hostium esse urbem.' Cæsar Bell. Civil. I. 59. 'Longiore circuitu custodias stationesque equitum vitabant.' Deinde *ferarum ritu feruntur* Lov. 5. Harl. 2. et Port. *ferarum ritus sternuntur*, prima litera *rvû sternuntur* perperam repetita in fine vocis præced. fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *ferarum ritis terruntur* Leid. 1. a m. pr. *ferarum ritu sterruntur* a m. sec. *ferarum ritu terrentur* Lov. 4.

Ab secundis rebus magis etiam solito incauti] *A secundis rebus* Gaertn. *magis quam etiam solito incauti* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 7 *In animo est tueri mœnia vestra, nec pati hæc omnia Galliam fieri*] *In animo est ueri mœnia* Harl. 1. Sed ul-

Digitized by Google

tima litera *rei est* intercepit primam vocis proxime seq. Vide ad II. 44. § 6. et infra hoc §. in fine. *In animo est velim ingenia* Lov. 4. *velim*, pro *tueri*, est etiam in contextu Lov. 2. *in animo est vel tueri mœnia* Harl. 2. et Port. Tum *mœnia nostra* Port. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Deinde *hic omnia Galliam fieri* Gaertn. *hæc omnia Gallorum fieri* fragm. Hav. a m. pr. Vox autem *fieri* deficit in Leid. 2.

Nisi victos somno veluti pecudes trucidandos tradidero] *Unctos somno* Harl. 1. Ex cujus lectionis vestigiis colligo, librarium scribere voluisse *vinctos somno*. Et ita præfert Flor. cum excusis Rom. a. 1472. ac Parm. quorum auctoritate id recepi. 'Victus somno' recte dici, non ignoro. Plerumque tamen 'victus' innuit, somno antea obnisum tandem ei cedere coactum fuisse. Vide Broekhus. ad Tibull. I. 2. 2. Id autem de incautis Gallis dici nequit. Non displicet igitur *vinctos somno*, quod tum melius convenire, quum de somno jam ingravescente et membra adligante agitur, docuit Burmann. ad Nason. Metam. XI. 238. ubi etiam Nic. Heins. locutionem 'vinctus somno' multis erudite inlustrat. Adde Gifan. Conject. in Lucret. voc. 'Victus et Vinctus somno,' qui tamen 'vinctus somno' suaviorem et in tenellis somnum; 'victus' altiorem et graviorem, ex lassitudine puta aut alia qua molestia, sonare existimat. Infra IX. 30. 'In plaustra somno vinctos conjiciunt:' quomodo et ibi legendum Sigonius docuit, et plures codd. confirmant. Vide quæ eo loco notantur. Lucret. IV. 1021. 'Somno devincti credunt extollere vestem.' Arnobius contra Gent. l. v. p. 155. 'Credimusne vinctos somno atque altissimi soporis oblivione demersos vinciendi copiam sui animalibus præbuisse terrenis?' Præterea *veluti pecudes* demum exhibet Heinsii Elzeviriana ed. invitis omnibus, non modo excusis prioribus, sed etiam scriptis codd. Quare pristinam lectionem revocavi, quam etiam Hearne recepit. Similiter eadem ed. errabat, recentioribusque errandi caussa erat hoc lib. c. 41. § 9. et VI. 1. § 2. Eumdem errorem etiam Clericus committebat VIII. 25. § 6. Eodem modo *sicuti*, pro *sicut*, Elzev. dedit mox cap. seq. § 2. Præterea paullo ante *sequamini* est in Lov. 2. ac 5. In verbis seqq. *rerum earum* pro *rer. mearum*, Flor. Sed ultima litera vocis *rerum* primam vocis seq. intercepit. Vide modo ad hunc ipsum §.

CAP. XLV. § 1 *Persuasum erat, tantum bello virum neminem usquam ea tempestate esse*] *Persuaderat* Hav. *persuaserat* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Voss. 1. a m. pr. sæpius in scriptis obvio errore. Vide ad XXIII. 29. § 16. Præterea *tanto bello virum* Harl. 2. Port. et Haverk. Vide ad verba seqq. Tandem *usq; esse* Lov. 5. Vide ad IX. 26. § 8.

Primæ noctis silentio] Melior jucundiorque compositio est in vetusto volumine *primæ silentio noctis*. Rhen. Lectio, quæ vulgo exstat, in meorum solis Flor. et Lov. 1. obvia fuit. *Primo noctis silentio* præferunt Hearnii Oxon. L. 1. et C. Rhenani codici diserte consentiunt Voss. 1. Leid. 2. et Klockian. Eumdem ordinem vocabulorum observant reliqui omnes, qui tamen in voce *primæ* mendosi sunt. Nam *prima silentio noctis* est in Leid. 1. *primo silentio noctis* in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. utroque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quæ scriptura eam Rhenani non parum firmat, si cogitemus, passim ita librarios errare solitos fuisse, ut crederent adjectiva cum voce proxime vel præcedenti, vel sequenti genere numero et casu convenire debere, quæ ad remotiora erant referenda. Hinc factum est, ut in verbis proximis dederint nonnulli *tanto bello virum*, pro *tantum bello*

Digitized by Google

virum. Similiter *tantis intentis*, pro *tantum int.* cap. seq. § 1. *colloquia transacta*, pro *colloquio trans.* cap. 48. § 8. *bellis malis*, pro *belli malis*, c. 49. § 3. *antiqui belli*, pro *antiquum belli*, c. 51. § 10. *illa sacra*, pro *illi sacra*, c. 52. § 6. *urbem tam brevem*, pro *urb. tam brevi*, c. 53. § 9. Plura exempla vide ad IV. 44. § 5. et ad c. 47. § 3. etiam ad VI. 3. § 8. Non dubitavi itaque, ordinem verborum a Rhenano indicatum, meorumque codd. fide stabilitum, in contextum recipere, secutus Vascosani exemplum, quem posteriorum nullus audire dignatus est.

Ad portas Camillo præsto fuere] Ita præferunt Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. 1. et priscæ edd. Aldus deinde vulgavit *cum Camillo præsto fuere:* quod inveni etiam in Lov. 3. 4. 5. Voss. 2. Leid. 1. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Eamdem lectionem sibi quoque in Oxoniensibus suis obviam fuisse auctor est Hearne. Idem tamen Aldus in erratis τὸ *cum* delendum esse auctor fuit, in quo dicto ei audientes fuerunt proximi editores Colonienses et Cervicornus. Eos deinde secuti Parisini 1529. iterum *cum Camillo* receperunt, quod postea servarunt omnes usque ad Jac. Gronovium, qui a. 1678. præpositionem *cum* expunxit. Et recte. Nam ita Cicero, Terentius, Plautus, aliique locuti sunt. Etiam Valer. Max. III. 3. ext. 1. 'Vetusto Macedoniæ more regi Alexandro nobilissimi pueri præsto erant sacrificanti.' Curtius VI. 7. 'Venienti in regiam præsto est.' VIII. 13. 'Porus alterum ex his facturum sese respondit, ut intranti regnum suum præsto esset, sed armatus.' 'Præsto esse cum aliquo,' sed alio sensu, obcurrit apud Justin. I. 6. 'Jubet omnes præsto cum securibus esse.'

§ 2 *Haud procul Urbe, sicuti prædictum erat*] *Haud procul ab Urbe* fragm. Hav. Sed alii omnes præpositionem ignorant, quæ etiam necessaria non est. Liv. XXIV. 28. 'Quum alii alio tenderent, nec procul seditione res esset:' ubi plura vide. Deinde *sicut*, non *sicuti*, omnes scripti atque edd. usque ad Heinsii Elzevirianam, quæ prima *sicuti* dedit, quod recentiores retinuerunt, nisi quod Hearne, eumque secuti Londinenses nuperi recte *sicut* revocarunt. Pari modo ex eadem Elzev. ed. *veluti*, pro *velut*, non semel profluxit. Vide ad cap. præc. § 7. etiam *uti*, pro *ut*. Vide hoc lib. ad c. 53. § 7. Insuper *prædæ inde erat*, pro *prædictum erat*, Port. *prædictum fuerat* antiquiores excusi, pro quo *erat* Aldus subposuit, adstipulantibus omnibus scriptis.

Castra Gallorum intuta neglectaque ab omni parte nacti, cum ingenti clamore invadunt] Pall. tres *ab omni parte nacti cl. inv.*, expulsis duabus vocibus *cum ingenti*. Gebh. Gebhardo obsecutus est J. F. Gronovius, qui voces *cum ingenti* delevit: quomodo etiam Mss. præferre testatur ad II. 56. § 4. Eæ etiam non visuntur in Voss. utroque, Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Hearne etiam ex Oxon. unum N. memorat, qui servat *clamore invadere;* ut 'clamore provolare,' secundum Gronovium VII. 7. 'Consulto prius dictatore, equites permissu deinde ejus, relictis equis, clamore provolant ante signa:' ubi tamen ob codicum auctoritatem malo *clamore ingenti*. Ita 'clamore procurrere' in Msto est XXII. 47. 'Clamore procursum ab auxiliis:' ubi nunc editur *Clamore sublato*. Similiter 'silentio audire' III. 72. 'Consules quum Scaptium, non silentio modo, sed cum adsensu etiam, audiri animadvertissent:' 'adsensu excipere' VIII. 6. 'Adsensu populi excepta vox consulis tantum ardoris animis fecit.' Vulgatum tamen non ideo rejicitur, quasi ipsa locutio Livio indigna, aut alibi ab eo non usur-

Digitized by Google

pata esset: nam ipse ita fere loquitur XXIV. 31. 'Hæc quum recitata essent, cum tanto clamore ad arma discursum est:' ubi vulgo τὸ *cum* omissum erat. Plura eo loco notantur. Alterum igitur eam ob causam recipitur, quoniam, id verius esse, plerorumque codicum consensus ostendit: *cum ingenti clamore* enim ex meis servant tantum Flor. Leid. 2. Lov. 1. et Harl. 1. Præterea *intuta nec lectaque* Leid. 1. Vide ad II. 11. § 4. *neglictique* Gaertn.

§ 3 *Nusquam prælium, omnibus locis cædes est: nuda corpora et soluta somno trucidantur*] Pariter II. 53. 'Intra vallum deinde cædes magis, quam prælium esse.' XXV. 14. 'Cædes inde, non jam pugna erat, omnibus intra vallum permixtis.' XXVIII. 16. 'Inde non jam pugna, sed trucidatio velut pecorum fieri.' Ceterum *cædis est* præfert Port. quod sibi apud Justin. XII. 1. § 9. et sæpius supra obvium fuisse in Mss. Bongars. monuit. Et ita in optimo cod. Livii erat III. 22. § 9. Vide etiam ad IV. 28. § 7. Respicienda sunt quæ notantur ad IV. 25. § 3. Præterea *nulla corpora* Flor. errore librarii. 'Nudus' enim hic est 'inermis.' Supra I. 27. 'Circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadant.' III. 19. 'Arma vobis ademit, nudosque servis vestris et exsulibus objecit.' XXVIII. 3. 'Dextras nudas ostentantes, ut gladios abjecisse adparet.' XXXVI. 5. 'Ne se nudos atque inermes Romano bello objiceret:' et alibi. 'Corpora soluta somno,' ut apud Ovid. Fastor. II. 333. 'Utque videt somno comites vinoque solutos; Spem capit in dominis esse soporis idem.' Similiter 'solutus mero,' 'lætitia.' Vide Erhard. ad Petron. Satyr. c. 79. et Burm. ad Ovid. locum laud. Ovid. Metam. XI. 648. 'rursus molli languore solutus Deposuitque caput, stratoque recondidit alto:' ubi *solutum caput*, quod ex duobus veteribus probat Nic. Heinsius, inlustrari posset hoc Livii *soluta somno corpora*: illo Petron. c. 91. 'Convertit. ille solutum gaudio vultum:' atque illo Claudiani in Consul. Olyb. et Prob. vs. 248. 'Nunc pateras libare Deis, nunc solvere multo Nectare corda libet.' Præterea *trucidant* habet Hav. Sed hic error in scriptis frequens est. Vide ad X. 10. § 1. et hoc ipso § in fin.

Extremos tamen pavor cubilibus suis excitos, quæ aut unde vis esset, ignaros] *Tum* vel *tũ*, pro *tamen*, Lov. 3. 4. Gaertn. et Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. Tum *cubilibus suis exactosque aut tantum vis esset* Voss. 2. et Lov. 3. *e cubilibus suis excitosque aut unde vis esset* Neapol. Latinii. Hinc ipse Latinius scribendum conjicit *extremos tamen pavor e cub. suis excit, hosque aut unde vis esset.* In quibus verbis errorem ab operis typographicis commissum puto, et Latinium dedisse, aut, ut sensus constet, dare debuisse *hos quæ aut unde vis esset.* His tamen inmorari necesse non est, quum lectio vulgata genium stili Liviani, ejusque consuetudinem continuandæ orationis recte referat. 'Excitos cubilibus,' ut 'excire sedibus;' de quo vide ad V. 8. § 7. 'excitus somno;' de quo vide ad VII. 36. § 2. quo loco laudavi exempla quædam, quæ etiam recte 'ex somno excire' dici posse docent, ut et quæ notantur ad Præfat. § 11. Hic tamen præpositionem non esse a manu Liviana, evincunt omnes codd. mei eam ignorantes; nisi quod unus Flor. *pavore cubilibus excitos* obferat; unde verisimile fit, ejus quoque librarium *pavor e cubilibus excitos* dare voluisse. Præterea male etiam *et ea unde vis esset* Lov. 2. 4. et 5. *quæ aut unde viis esset* fragm. Hav. *qui aut unde vis esset* Gaertn. *quo aut unde vis esset* antiquiores, quas vidi, edd. pro quo Mediolan. 1495. vulgarunt *quæ aut unde vis esset.* Et ita reliqui scripti.

Digitized by Google

Ignaros in fugam, et quosdam in hostem ipsum inprovidos tulit] *Ignaros in fuga quosdam, et quosdam in hostem* Port. *ignaros in fugam quosdam, et quosdam in hostem* Harl. 2. et Gaertn. Verum supplementum id necesse non esse, et ab ingenio librarii, non a manu Livii, profectum esse, probant, quæ Gronovius plura notavit ad III. 37. § 8. Præterea *in hostes inprovidos tulit* Leid. 2. dissentientibus aliis omnibus, qui recte vulgatum servant. Vide hoc lib. c. 50. § 2. *improvisa* edd. Rom. 1472. Parm. Mediolan. 1480. 1495. et quædam aliæ edd. *improviso* Tarvis. utraque, Veneta 1495. et aliæ. Sed recte *improvidos* dedit Mediol. 1505. ut omnes habent scripti. Infra XXI. 55. 'Simul latebras eorum inprovida præterlata acies est.' II. 50. 'Quum inprovidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent.' XXII. 19. 'Ut inprovidos incautosque universo simul effuso terrore obprimeret.' XXVI. 39. 'Velis tum forte, inprovidus futuri certaminis, Romanus veniebat:' et alibi.

In palatos facta circumveniuntur] *In palantes facta* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et quædam ex edd. antiquioribus: *in palantes* etiam Hearnii Oxon. C. sed insuper proxima voce *facta* omissa. Verum recte Aldus *in palatos facta* reposuit, quod servant reliqui mei. Vide ad I. 11. § 1. Præterea *circumveniunt* Hav. eodem errore, qui paullo ante hoc ipso § notatus est.

§ 4 *Similis in agro Veienti Tuscorum facta strages est*] *Acuscorum facta strages est* Harl. 1. *Etruscorum facta strages est* Lov. 2. Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad II. 47. § 6. Τὸ *est* omittit Hearne, et in variis lectionibus nihil aliud notavit, quam Sigonium edidisse *facta strages est*. Verum omnes, quas vidi, edd. omnesque libri scripti præter unum Lov. 5. constanter illud *est* agnoscunt.

Oppressæ ab hoste inusitato inauditoque] *Obsessæ* Lov. 4. quomodo alibi etiam variant librarii. Vide ad Epit. Liv. lib. LVII. *ab inusitato hoste* Lov. 4. *ab hoste invisitato* Flor. Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. et Klockian. quam lectionem etiam in contextum recepi. Et ita primo ad marginem Livii sui scribendum conjecit Jac. Perizonius; postea vero addidit, attamen sæpe *inusitato* præcessisse. Vide hoc lib. ad c. 35. § 4. Deinde *audito*, omisso etiam τῷ *que*, Leid. 1. et Harl. 1. *inaudito* Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. *et inaudito* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav.

Adeo nihil miserti sunt] *Miseriti sunt* Leid. 1. Klockian. et Voss. 1. in quo tamen expungendi signum literæ antepenultimæ τοῦ *miseriti* adjectum est. Verba sunt Servii ad Virg. Æneid. I. 597. 'Et miseror et misereor unum significant; sed miseror accusativum regit, ut hoc loco. Item 'Nec miseratus amantem est.' Misereor genitivum. Unde est, 'Miserere animi non digna ferentis:' et facit participium miseritus.' Eo autem participio *miseritus* utitur Terent. in Heaut. III. 1. 54. 'Sic me Di amabunt, ut me tuarum miseritum est, Menedeme, fortunarum:' apud quem aliis etiam locis obcurrit. Plaut. in Trinumm. II. 4. 29. 'Nam nunc eum vidi miserum, et me ejus miseritum est.' Sallust. in Cat. c. 33. 'Sæpe majores vestrum miseriti plebis Romanæ decretis suis inopiæ opitulati sunt:' ubi vide Cortium. Immo ipse etiam Livius XXVII. 33. 'Deos immortales, miseritos nominis Romani, pepercisse innoxiis exercitibus:' ad quem locum videndus est J. F. Gronovius, qui alia ex Livio exempla laudavit; quorum ut et optimorum codicum fide hic etiam *miseriti* in contextum recepi. Mox sequens *ut* deest in Leid. 1. quod excidisse censendum est ob similitudinem

Digitized by Google

literarum finalium in voce proxime præcedenti *sunt*. Ejusdem erroris alia exempla vide ad XXXVII. 24. § 13. Insuper *cursiones*, pro *incursiones*, Flor.

Plenique prædæ Veios etiam, &c. in animo habuerint] *Plerique per devios etiam* fragm. Hav. a m. pr. *plerique prædæ vias etiam* Lov. 5. *vias* quoque Lov. 4. Tum *in animo habuerunt* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 5 *Congregatos agmine, prædam præ se agentes*] *Congregato agmine* Neapol. Latinii. Et ita a m. sec. ex meis præferunt Flor. et fragm. Hav. lectione, quæ prius exstiterat, penitus erasa. De caussa erroris vide ad VI. 3. § 10. *Congrassatos* perperam Lov. 2. in contextu, altera lectione in marginem conjecta.

§ 6 *Inde primum miseratio sui, deinde indignitas, atque ex ea ira animos cepit*] *Miratio sui* Leid. 1. et Lov. 2. ac 5. a m. pr. Pari errore 'mirabilis' et 'miserabilis' passim in Mss. confunduntur. Ita apud Lucan. IV. 769. unus codd. Hamburgensium ab Heinsio excussus, qui servatur in bibliotheca ecclesiæ primariæ, præfert, *Ut vero in pedites fatum mirabile belli Incubuit:* ubi recte editur *fatum miserabile*. Alia exempla vide apud Pierium ad Maron. Æneid. XII. 252. Nic. Heins. ad Nason. Metam. IX. 394. Burmann. ad Metam. IV. 271. Torren. ad Valer. Max. I. 8. ext. 3. III. 2. ext. 5. IV. 7. ext. 4. et Oudendorp. ad Lucan. IX. 832. *Mutatio sui* Lov. 4. Tum *demum indignitas* Leid. 2. et Lov. 1. aliis etiam locis in Mss. obvio errore. Vide ad XL. 22. § 1. Denique *ex eo ira animos cepit* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. Harl. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *ex ira animos cepit* Port. Sed *ea* intercidit ob similitudinem præcedentis *ex*.

Etruscis etiam, a quibus bellum Gallicum in se avertissent, ludibrio esse clades suas] Legendum *Etruscisne etiam, a quibus bell. Gall. in se avert.* Rhen. *Etruscis etiam*, ut ante Rhenanum edebatur, servant Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. Harl. 2. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. et C. Neque aliter est in Flor. a m. pr. in quo litera finalis vocis *Etruscis* a m. sec. expuncta est. *Etruscis et* Lov. 5. ubi insuper *et* atque *etiam* confunduntur, de quo vide ad XXII. 47. § 9. *Clusinis etiam* Lov. 2. quod ab interprete est. Verum *Etruscis etiam* præferunt Leid. 1. et Harl. 1. *Etruscisne* Port. Deinde *ab quibus* Hav. Tandem *ludibrio esset* Harl. 1. Leid. 2. et Gaertn.

§ 7 *Compressique a Ceditio centurione*] Vet. lib. *ab Q. Cædicio*. Sigon. *Compressique a Sedicio centurione* Lov. 2. *compressique a Sedicicio centurione* Flor. pro quo *a Sedicio a centurione* m. antiqua factum est. *Compressi a Q. Sedicio centurione* Leid. 2. *compressi a Q. Ceditio centurione* Klockian. et Lov. 1. *compressique Cæditio centurione* Harl. 1. et Leid. 1. *compressique ab Q. Cædicio centurione* Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. *compressique a Q. Cædicio centurione* Voss. 1. Lov. 4. Harl. 2. et Gaertn. *compressique a Quincio Cedicio centurione* Lov. 5. Vulgatum vero superest tantum in Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *Cædicio*, non *Ceditio*, scribendum esse, jam Sigonius monuit ad II. 52. § 6. et hoc lib. c. 32. § 6. Utrum vero Cædicius centurio fuerit ille M. Cædicius de plebe, qui, teste Liv. c. 32. tribunis nunciavit, se noctis silentio vocem humana clariorem audisse, quæ magistratibus dici juberet, Gallos adventare, ut Doujatius opinatur, admodum anceps existimo. Certe si plurimis scriptis, qui ei prænomen *Quinti* tribuunt, credendum est, ab eo diversus fuisse censeri debet. Mox *ipsimet sibi præfecerant*, pro *sibimet ipsi præf.* Hav. Tum *in nocte*, pro *in noctem*, Lov. 4.

§ 8 *Tantum par Camillo defuit auctor*] *Tantumper Camillo* Flor. a m. pr.

Digitized by Google

pro quo deinde emendatum est *Tantisper Camillum*. Mox *eodemque eventu*, omissa media voce *fortunæ*, Leid. 2. et Lov. 1.

Ad aliam manum Tuscorum ad Salinas profecti] *Romanas Salinas* vocat VII. 19. *Sigon.* Fuerunt ad Ostiam. Liv. I. 33. 'In ora Tiberis Ostia urbs condita, salinæ circa factæ.' Has olim Veientes exercuerunt: quibus victis a Romulo, inter leges pacis convenit, ut Veientes a salinis abstinerent. Dion. Hal. lib. II. pag. 118. *Τῶν ἀλῶν ἀποστῆναι τῶν παρὰ ταῖς ἐμβολαῖς τοῦ ποταμοῦ.* Plutarch. in Romul. p. 33. *Τῶν παρὰ τὸν ποταμὸν ἑκατόντες ἁλοπηγίων.* Easdem simul cum agris et urbibus a Romulo ereptis tempore Anci Marcii vindicare Veientes conati sunt, sed magno prœlio *περὶ ταῖς ἁλαῖς, circa Salinas*, victi sunt; ex quo tempore omnia sine controversia Ancus retinuit. Vide Dion. Halic. lib. III. p. 181. Hinc Salinas instauravit, quas propterea ab eo factas esse scripsit Liv. loco laud. Eas autem videtur redemtoribus exercendas locasse, unde 'salinarum vectigal instituisse' dicitur apud Aurelium Vict. in Vir. Inlustr. c. 5. Vectigal igitur instituit, quod redemtores salinarum solverent, non populus, qui salariam annonam emeret. Primum enim Livium censorem, inde 'Salinatorem' dictum, Romanis vectigal salis imposuisse, recte contendit Burm. de Vectig. Pop. Rom. c. 6. p. 90. Regibus deinde ejectis, quum redemtores annonam salis magno pretio venderent, senatus, ut plebem sibi devinciret, salinas exercendas mandaverunt operis publicis, et constituerunt institores, qui salubriore pretio plebi divenderent, ut docuit J. F. Gronov. ad Liv. II. 9. § 6. Ceterum *manum Etruscorum* Lov. 2. Vide paullo ante hoc cap. § 4. Tum *ad Sabinas profecti* perperam præferunt Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2.

Nocte insequenti ex improviso majorem eadem edidere] *Noctem insequentem* Flor. Voss. uterque, Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. uterque, Port. a m. pr. Gaertn. et fragm. Hav. *noctem in sequentem* ed. Ald. quæ tamen in erratis *nocte insequenti* probat. Ceterum lectio *noctem insequentem*, licet tot codicum testimonio firmata, erantis tamen librarii culpa nata videtur. Primum voci *nocte* adhæsit litera *m* ex syllaba initiali vocis seq. Vide ad III. 48. § 5. Quum autem jam *noctem* invaluisset, sequebatur etiam, ut *insequentem*, pro *insequenti*, dari deberet. 'Noctem insequentem' notaret totam illam noctem cædi edendæ impensam esse. Accusativus enim in his locutionibus temporis continuationem notat. Vide ad XXXV. 40. § 8. et ad XXXVI. 36. § 4. *Nocte insequente* est in Lov. 2. Vide ad VI. 21. § 1. Præterea *edideret* Leid. 1. *ediderat* fragm. Hav. *ediderunt* Voss. 2. Lov. 3. et priscæ edd. pro quo Aldus vulgavit *edidere*.

Duplicique victoria ovantes Veios redeunt] Ita recte Aldus emendavit. Priores præferunt *publicaque victoria*, quæ lectio etiam superest in Voss. utroque, Leid. 2. Lov. quinque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *publicataque victoria* habet Harl. 2. *publicique victoria* Leid. 1. Verum utramque lectionem jungens librarius Harl. 1. dedit *dpubliciaque victoria*. Præterea *redierunt* Lov. 3. et Voss. 2. quorum scribis displicuisse puto *edidere* et *redeunt*. Ita tamen habuimus III. 46. 'Domum se recepit, collegisque in castris scribit:' ad quem locum plura exempla vide.

CAP. XLVI. § 1 *Plerumque obsidio segnis et utrimque silentium esse*] *Obsidio plerumque segnis* Voss. 2. *signis* Leid. 1. et Hav. Deinde *utrumque silentium* Leid. 1. et Lov. 3. errore librarii. Facile autem has voces confundi in scriptis, observat Burmann. ad Nason. Epist. Heroid. IV. 106. Alia vide ad XXI. 45. § 1.

Digitized by Google

Ad id tantum intentis Gallis, ne quis hostium evadere inter stationes posset] *Ad id tñ intentis Gallis* Hav. Sæpe *tñ*, id est *tamen*, et *tñ*, id est *tantum*, a librariis commutantur. Vide ad III. 46. § 1. *Ad id tantis intentis Gallis* Leid. 2. Vide ad cap. præc. § 1. *ad id tantum Gallis intentis* edd. vetustæ. Primus deinde Aldus *intentis Gallis* dedit, et ita scripti omnes. Tum *inter stationes evadere* transpositis dictionibus Lov. 1. Leid. 2. et Voss. 1. *evadere inter stationes suas*, addita ultima voce, Hav. Sæpe librarii pro lubitu hanc vocem modo addere, modo omittere soliti fuerunt. Vide ad II. 55. § 5. III. 8. § 8. c. 10. § 1. et Corte ad Plinii Ep. IV. 22. § 1. Quum itaque exulet hoc loco a reliquis omnibus scriptis, eam etiam non a Livio, sed librarii manu adjectam existimo. *Invadere inter stationes* Lov. 5. Deinde *possit* Leid. 2. et Lov. 5. a m. pr.

Quum repente juvenis Romanus admiratione in se cives hostesque convertit] *Tum repente* Leid. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa fin. Præterea *administrationi*, id est *administratione*, Hav. aberrante librarii manu.

§ 2 *Sacrificium erat statum in Quirinali colle genti Fabiæ*] *Sacrif. erat statutum* præferunt Flor. a m. sec. Voss. 1. a m. sec. Voss. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Similiter etiam Pier. Valerian. se in cod. Parrhasiano reperisse testatur ad Virgil. Æn. VII. 612. Neque aliter præferunt principes excusi, pro quo Mediolanenses 1495. reposuerunt *Sacrificium erat statum:* quod etiam receperunt Veneti 1498. Mediolanenses 1506. Ascensius 1513. et deinceps omnes recentiores: quas consolere Pighius neglexit, quum ad Valer. Max. 1. 1. ex. 11. Livio restituendum moneret: nam ita jam diu ante eum natum editum fuit. Et recte. Stant enim pro hac lectione codd. reliqui, nisi quod pejus adhuc *Sacrificium erat institutum* præferat Leid. 2. Ita XXIII. 35. 'Campanis omnibus statum sacrificium ad Hamas:' ubi plura vide. Insuper monet Valerianus loco laudato, vulgata Livii exemplaria præferre *gentis Fabiæ* genitivo casu; sed pro eo ex eodem cod. Parrhasiano legendum esse *genti Fabiæ*. Nescio, quæ vulgata Livii exemplaria vocet. Certe lectionem, quam memorat, in nullo libro, nec scripto, nec edito, obviam habui. *Fabiæ genti* præferunt vetustiores, quibus usus sum, typis descripti, pro quo Aldus *genti Fabiæ* reposuit. Et id superest in omnibus calamo exaratis, nisi quod mendose Hav. præferat *in Quirali colligenti Fabiæ*. Valer. Max. quidem servat lectionem Valeriano memoratam I. 1. ext. 11. 'Ne statum Fabiæ gentis sacrificium interrumperetur.' Et ita fere Livius c. 52. 'Sollemne Fabiæ gentis in colle Quirinali obiit.' Verum hic *genti Fabiæ* præferendum est ob codicum consensum. Vide ad XXXVII. 23. § 4.

Ad id faciendum C. Fabius, dorsum Gabino ritu cinctus, sacra manibus gerens] Borbetomagense volumen habet *ad id faciendum C. Fabius Dorsuo gabo cinctus, sacra manibus gerens.* Diu me tersit hic locus, quem interpolatum videbam in vulgatis edd. quonam pacto germanæ lectioni restitueretur. Lego *C. Fabius Dorsuo, Gabino cinctu, sacra manibus gerens, cum de Capitolio descendisset.* Porro *cinctus* substantive pro vestitu usurpatur, describuntque 'Gabinum cinctum' esse togam, sic in tergum rejectam, ut una ejus lacinia revocata hominem cingat. Livius noster VIII. 9. 'Ipse cinctus,' inquit, 'cinctu Gabino armatus in equum insiluit.' Jam vides, quid illis imposuerit, qui ante me castigaverunt Livium. M. Fabii Dorsuonis fit mentio VII. 28. his verbis: 'Hos consules secuti sunt M. Fabius Dorsuo, Ser. Sulpicius Camerinus.' *Rhen. Dorso*, ut 'Mento,' ut 'Labeo,' scri-

Digitized by Google

bendum ex veteribus libris et Valerio Maximo I. 1. ex. 11. et Velleio libro primo c. 14. qui inquit, 'Fabio Dorsone consule Pæstum colonia deducta.' Præterea libri quidam scripti habent *Gabinorum ritu cinctus*. Quam lectionem habet etiam Valerius Maximus I. 1. ex. 11. 'C. Fabius Dorso,' inquit, 'Gabino ritu cinctus, manibus humerisque sacra gerens:' et Livius X. 7. 'Incinctum Gabino cultu super telum stantem.' Ego tamen nihil mutandum censeo. Nam idem Livius VIII. 9. de Decio ait, 'Ipse incinctus cinctu Gabino.' Et Virgilius Æneid. VII. 612. 'Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino Insignis.' Et Festus, 'Procincta classis dicebatur, cum exercitus cinctus erat Gabino cinctu.' *Sigon. Et ad id faciendum*, addita prima vocula, Leid. 2. Deinde *M. Fabius dorso Gabino cinctus* Lov. 2. *L. Fabius dorso Gabino cinctus* Lov. 4. *Cornelius Fabius ritu Gabini cinctus* Gaertn. *C. Fabius ritu Gabino cinctus* Harl. 2. et Port. *C. Sabinus dorso Gabino cinctus* Leid. 2. *C. Fabius dorsum Gabino cinctus* fragm. Hav. et Neapol. Latinii. *C. Fabius Dorsuo Gabo cinctus* Flor. *C. Fabios Dorsuo Gabino cinctus* Leid. 1. *C. Fabius Dorsuo Gabino cinctus* Harl. 1. *C. Fabius Dorso ritu Gabino cinctus* Hav. *C. Fabius dorso Gabino cinctus* Voss. ambo, Lov. 1. 3. 5. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. ac B. *C. Fabius Dorso Gabino ritu cinctus* ejusdem Hearnii codex C. *C. Fabius ritu Gabino cinctus* margo Lov. 5. Quomodo fere Lucanus locutus est I. 596. 'Turba minor sequitur, ritu succincta Gabino.' Quemadmodum autem partim Rhenanus, partim Sigonius legendum monuerunt, etiam ante utrumque ex cod. Parrhasiano scribendum esse deprehendit Pierius Valer. ad Virgil. loc. laud. Gentis Fabiæ cognomen *Dorso* esse, idque formari, ut 'Mento,' 'Pedo,' 'Gulo,' 'Fronto,' 'Capito,' adde etiam 'Naso,' quæ ejusdem generis cognomina sunt, monuit Pighius ad Valer. Max. loc. laud.: ubi etiam videnda quæ viri docti de cinctu Gabino ex Servio et Isidoro notarunt. Adde Ferrar. de Re Vestiar. I. 14. Turneb. ad VIII. 9. § 9. et Noris. in Cenotaph. Pis. Diss. III. c. 7. Ceterum hunc Fabium perperam *pontificem* sive *lepéa* vocari apud Florum I. 13. Dion. in Exc. Peiresc. p. 581. et apud Appian. in iisdem Exc. p. 557. et male etiam dici, non genti Fabiæ statum, sed publicum sacrum fecisse, ad d. loc. Flori observat Dukerus, ut et 'Kæsonis' prænomen ei tribui apud Dion. idque, utpote in gente Fabia usitatum, Valesium probasse.

Nihil ad vocem cujusquam terroremve motus] *Terroremque* Leid. 2. et Lov. 1. quomodo sæpe variant codd. Vide ad XXIV. 10. § 1.

§ 3 *Eadem revertens similiter constanti vultu graduque, satis sperans*] *Eodem revertens* Lov. 4. 5. a m. pr. Harl. 2. Gaertn. et Hav. Male. *Eadem* est per eamdem viam, nempe per medias hostium stationes, per quas egressus erat. Vide ad IV. 33. § 11. Deinde *constanti vultu statuque* Leid. 2. et Lov. 1. *constanti vultu statuque graduque* Voss. 1. Verum 'constans status' non convenit. Denique *stans sperans* Leid. 2. 'Satis sperare,' ut 'satis credere,' 'satis constare.' Vide ad XXI. 8. § 3. Paullo ante *ibi omnibus*, pro *ibique omn.* Lov. 2.

Ne mortis quidem metu prohibitus deseruisset] *Prohibitis* Voss. 2. Tum *deruisset* Harl. 1. Mox *redit*, pro *rediit*, fragm. Hav. Vide ad XXXVI. 35. § 2.

Cujus haud quaquam negligens est] Vet. lib. *est gens*. Sigon. Ita constanter Scholion Sigonii in omnibus ejus edd. concipitur, ex quo nihil aliud colligi posse videtur, quam vocem *gens* in prioribus edd. omissam, et auctoritate vet. lib. in fine addendam esse. Quomodo etiam Hearne acce-

Digitized by Google

pit, in variis lectionibus notans, aliquot omittere vocem *gens*. Interim nullam vidi ed. in qua τὸ *gens* deficit. Credo igitur Sigonium Scholio præscribere voluisse *negligens gens est*; ita enim præferunt Sigonio antiquiores excusi, idemque ordo verborum est in Flor. Voss. 1. Leid. utroque, Lov. 1. et Gaertn. pro quo transpositis dictionibus ex vet. lib. reponebat *negligens est gens*; credo, ut ita aliquo modo evitaret ingratum sonum ex repetitione ejusdem syllabæ *negligens gens*: quamvis ne sic quidem cacophonia satis evitetur, aut ubique ab ea diligenter Livius abstinuerit. Certe habemus III. 34. 'Ire et legere leges propositas jussere.' VII. 31. 'Data mandata aut preces Campanorum Samnitibus exponerent.' IX. 9. 'Interea dedite, inquit, profanos nos, quos salva religione potestis.' Tale est illud Phædri Fabul. I. 14. 17. 'Hoc pertinere vere ad illos dixerim.' Ac Justini XXXIV. 1. 'Legatis occulta mandata data sunt.' Quare forsitan etiam ordo verborum, qui ante Sigonium receptus erat, revocandus est. Præterea *aut quamquam* Leid. 1. *haud quamquam* Lov. 3. 4. 5. et Hav. Sæpius *qua* et *quam*, *quaquam* et *quamquam* in Mss. culpa scribarum commutantur. Vide ad VII. 26. § 8. Insuper *neglegens* Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad II. 11. § 4. et c. 48. § 7. Paullo ante *audaciæ* deficiebat in Lov. 5.

§ 4 *Non animi tantum in dies, sed etiam vires, crescebant*] *Non animi tui in dies* Hav. Sed per compendium scriptum fuerat *tm̃*, id est *tantum*. Id vero facile neglegentia librariorum in *tui* corrumpi potuit. Deinde *sed etiam in res cresc.* Gaertn. Error ortus est ex similitudine literarum *in* et *ui*. Vide ad III. 49. § 6.

Qui aut prælio adverso, aut clade captæ urbis palati fuerant] Repone *qui a prælio adv., aut clade captæ urbis*. J. F. Gron. Vulgatum Doujatius præfert, et *prælio adverso* exponit 'per adversum prælium.' Prius *aut* omittit Lov. 2. Sed conjecturam Gronovii firmant Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. 5. Harl. ambo, Gaertn. Port. et fragm. Hav. quorum fide ita etiam edidi. *A prælio* autem est 'post prælium.' Vide ad XXIII. 6. § 1. Deinde *fugati fuerant* quædam ex vetustis edd. Pro quo Aldus, ed. Rom. 1472. ac Parm. secutus, *palati* reposuit, probantibus eam lectionem omnibus scriptis. Denique Jac. Perizonius in margine Livii scribendum conjecit *quo*, pro *qui*, idque exponit, 'in agros.' Sed vulgatum, pro quo omnes stant scripti, optime servari potest.

Sed etiam ex Latio voluntariis confluentibus] Vox *voluntariis* deest in Voss. 2. Sed eam hoc modo, *confl. volunt.* transponit Harl. 2.

§ 5 *Sed corpori valido caput deerat*] *Valitudo* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Harl. 1. et Klockian. *valitudinario* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. a m. pr. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. Paullo ante *eripique jam ex hostium manibus* Gaertn. inserto τῷ *jam*. Verum illud modo præcessit 'Maturum jam videbatur.'

§ 6 *Magna pars militum erat, qui ductu auspicioque ejus res prospere gesserant*] Vox *magna* deest in Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. sed *maxima pars* est in Lov. 2. Deinde *pars militum erat, quæ, &c. gesserat* Port. reliquis omnibus invitis: nisi quod Harl. 2. pejus præferat *qui gesserat*. Tum *ductu et auspicio* Hav. Hinc *propere gesserant* Flor. Paullo ante *admonebat*, pro *admonebat*, Hav. passim obvio errore. Vide ad IX. 38. § 12. *amonebat* Lov. 2. Vide ad III. 4. § 1.

Cæditius negare, se commissurum] Deest particula *et*, quam addere debes: *et Cæditius negare, se comm.* Rhen. Video, inquit Cædicius, finis mei adest imperii. Atqui ego haud committam, ut mihi aut Deorum aut hominum quisquam imperium finiat

Digitized by Google

potius, quam ipse memor ordinis mei deposcam imperatorem. *Glar.* *Τὸ et*, a Rhenano additum, apud me tantum superest in Flor. Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Contra illud nesciunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. ambo, Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav.

Cur sibi aut Deorum aut hominum quisquam imperium finiret] *Cursibus*, pro *cur sibi*, Voss. 1. Lov. 1. Harl. 1. et Leid. 2. *casibus* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Sed utramque illam lectionem jungens *cursibus ac casibus* præfert Gaertn. Tum *aut D. hominumve* editi ante Aldum, qui reposuit *aut D. aut hominum*. Et ita omnes scripti. Deinde *quicquam imp. fin.* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *prius quam imp. fin.* pro varia lectione in margine adscriptum præfert Voss. 1. *finire* est in Flor.

Quam ipse memor ordinis sui posceret imperatorem] De quo proprie ordine loquatur, considerandum. *Glar.* 'Ordo' hic pro statu, conditione, dignitate ponitur. Memor erat 'ordinis sui,' id est, se tantum centurionem esse, ideoque universo exercitui præesse non posse: postulaturum igitur imperatorem. Liv. XLII. 33. 'Id modo deprecari, ne inferiores iis ordines, quam quos, quum militassent, habuissent, adtribuerentur.' Mox eodem cap. 'Prohiberent consulem, quem cuique ordinem adsignari e republica esset, eum adsignare.' c. 34. 'Ordinem, quo me dignum judicent tribuni militum, ipsorum est potestatis.' Cic. in Verr. II. 6. 'Si cuiquam generi hominum, sive Siculorum, sive nostrorum civium; si cuiquam ordini, sive aratorum, sive pecuariorum, sive mercatorum probatus sit.' Curtius VI. 11. 'Erat inter duces manu strenuus Belon quidam, ab humili ordine ad eum gradum, in quo tunc erat, provectus.'

§ 7 *Ab Ardea Camillum adsciri*] *Camillum citari* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *antea consultos senatu* Hav. Sed prima litera vocis *senatu* perperam in fine vocis præced. repetita est. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *Ante*, pro *antea*, etiam edd. vett. Aldo priores, invitis scriptis.

Discriminaque rerum prope perditis rebus servabant] *Observabant* Hav. quod ex glossa interpretis natum puto. 'Servare' enim hic ponitur pro observare, quo sensu 'servare diem' dixit I. 50. 'Ipse Tarquinius diem quidem servavit; sed paullo ante, quam sol occideret, venit:' quod 'observare diem' postea eodem cap. dixit: 'Neque magis observaturos diem concilii, quam ipse, qui indixerit, observet.' Virgil. *Æn.* II. 426. 'justissimus unus Qui fuit in Teucris, et servantissimus æqui.'

§ 8 *Pontius Cominius, inpiger juvenis*] *Cominus* vet. lib. et Front. III. 18. ex. 1. quod probo. Plutarchus de Fortuna Romanorum pag. 324. Γάϊον Πόντιον vocat. *Sigon.* Sigonius videtur putasse, 'C. Pontium Cominum' dictum, et 'Cominus' cognomen fuisse. Sed hoc fortassis nusquam alibi legitur. Libri Frontini variant; ubi Oudendorp. videri potest. Nec tamen intelligo, quomodo nomina *Pontius Cominius* uni homini conveniant. Nam utrumque nomen gentis esse, constat e Valer. Max. aliisque. 'Pontius Aquila' Suet. in Cæs. c. 77. et Pollio ad Cic. Ep. x. 33. 'Postumus Cominius' Liv. II. 18. et 33. et sæpe in inscriptionibus. *Duk.* *Pontius Cominius* Port. Verum cum Sigonii vet. lib. facientes Lov. 2. et Gaertn. *Pontius Cominus* præferunt. Neque multum abeunt codd. qui *Pontius Quominus* legunt; quæ scriptura mihi obvia fuit in Voss. utroque, Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. Harl. 1. et fragm. Hav. *potius cŏminus* habet ed. Parmensis. Sed *Pontius Cominus* reliquæ principes usque ad Frobenium, qui 1531. *Pontius Cominius* substituit: quomodo apud Frontin. restituendum esse,

Digitized by Google

docuerunt ex Mss. Tennulius, Ondendorp. autem ex Plutarch. in Camill. p. 141. et ex Diod. Sicul. l. XIV. p. 455. Apud Gellium etiam XVII. 2. in omnibus, quas vidi, edd. est, 'Cominius, qua ascenderat,' vel 'escenderat,' 'descendit.' Neque tamen lectionis varietatem ex Mss. prolatam video. T. Pontium centurionem immensarum virium memorat Cic. de Senect. c. 10. 'Nec vos quidem T. Pontii centurionis vires habetis: num idcirco est ille præstantior?' Ad quem locum Aldus Manutius conjicit, eumdem fuisse huic 'Pontio Cominio.' Verum id mihi anceps videtur. Alter enim apud Cic. 'T. Pontius,' alter apud Plutarch. loco, quem Sigon. laudavit, Γάϊος Πόντιος vocatur. Ille apud Cic. 'centurio' dicitur, hic apud Liv. 'inpiger juvenis,' et quidem a Cædicio centurione missus, ideoque verisimiliter dignitate atque ordine inferior. Inprimis illius 'vires' memorat Cic. at hunc viribus præstitisse, neque Livius, neque Diodor. Sicul. neque Plutarch. neque ulli alii retulerunt. Paullo ante *custodiam*, pro *custodias*, Lov. 2. et Harl. 2. Ita mox *præruptum eoque neglectum hostium custodiæ saxum*. Sed reliqui omnes *custodias* servant. *Tὸ erat* etiam exsulat ab solis Leid. 2. et Lov. 1. Mox *incumbans*, pro *incubans*, Lov. 3.

§ 9 *Qua proximum fuit a ripa, per præruptum, eoque neglectum hostium custodiæ, saxum*] Perperam divisis vocibus *qua prox. futuri pap prær.* præfert Leid. 1. *ab ripa* habent Port. a m. pr. et Hav. qui etiam legit *eo quod* sollemni errore. Vide ad II. 41. § 8. Tum *neclectum* Flor. et Leid. 1. Vide ad l. II. c. 48. § 7. Denique *hostiæ custiæ* Flor. *hostium custodia* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et editi usque ad Aldum, qui *custodiæ* emendavit. Et ita alii libri scripti etiam servant.

Ad magistratus ductus, mandata exercitus edit] Primam vocem omisit scriba Leid. 1. Deinde *mandata ex. rupit edita* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *mandata ex. edita* Leid. 1. *mandata ex. sed ita* Harl. 1. Prima litera *τῶν sed ita* adhæsit ex ultima præcedentis *exercitus*. Vide ad XXXVII. 29. § 8. earum autem ultima ex litera initiali sequentis *Accepto*. Vide ad XL. 7. § 8.

§ 10 *Acopto inde senatus decreto, ut et, comitiis curiatis revocatus de exsilio*] Nota curiatis comitiis latam esse legem de reditu ac restitutione Camilli. l. v. c. 52. 'Comitia curiata, quæ rem militarem continent.' Nempe, quia populus bellum jubebat, senatus auctor erat. In VI. 21. p. 178. 'omnes tribus' bellum jussisse dicit: at IV. 30. p. 128. 'omnes centuriæ' bellum 'jussere.' Sic et XLII. 30. pag. 820. *H. Vales. Accepto inde ut est comitiis curiatis revocatus* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Accepto inde sono ut ex comitiis curiatis revocatus* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *Acceptos de comitiis curiatis revocatus* Leid. 1. et Harl. 1. in quorum posteriore pro varia lectione inter versus adscriptum est *comitiis centuriatis*. *Accepitque ab comitiis curiatis ut revocatus* Harl. 2. et Port. neque dissentiunt Gaertn. et Hav. nisi quod habeant *a comitiis*. *Accepitque a comitiis curiaciis ut* Lov. 2. *Accepitque a comitiis curiaticis ut* Lov. 4. et 5. a m. sec. in quo a m. pr. erat *Accepitque*. *Accepto inde so et comitiis curiatis* Flor. cum lacuna *Accepto iſ... ut et comitiis curiatis revocatus* Klockian. Puto olim per epitomen pro *senatus decreto*, scriptum fuisse *S. De.* vel *Se. De.* id autem quum non intelligerent librarii, inde natas esse lectiones, quæ in Flor. Voss. 2. Lov. 3. fragm. Hav. Leid. 1. et Harl. 1. visuntur, ejectis vel mutatis voculis *inde* atque *ut et:* in aliis fere codd. *τὰ S. De.* vel *Se. De.* omissa, et ex reliquis vocibus quævis lectionum monstra, nullum commodum sensum redentia, profluxisse. Vulgatum itaque verum est, quod in omnibus superfuit

Digitized by Google

editis. Ceterum quis sensus sit eorum, quæ Valesius ad hunc locum notavit, non plane adsequor. Per nebulam tamen videre videor, eum non intellexisse, quid sit, quod 'comitia curiata rem militarem continere' dicantur. Immo quum inde id exponat, quod, quando populus bellum comitiis centuriatis aut tributis juberet, senatus tamen ejus rei auctores esse deberent, verisimile est, ipsum per 'comitia curiata' intellexisse, quæ a senatu in curia habebantur: quo nihil pejus potest. Tironibus notum est, ideo 'comitia curiata rem militarem continere,' quia his comitiis de imperio militari magistratuum lex ferri solebat. Liv. IX. 38. 'Ei legem curiatam de imperio ferenti triste omen diem diffidit, quod Faucia curia fuit principium.' Magistratibus autem, 'si legem curiatam non habent, adtingere rem militarem non licet,' ut inquit Cic. Orat. Agrar. II. 12.

Jussu populi Camillus dictator extemplo diceretur] *Jussu populi Romani* vetustæ edd. At vocem *Romani*, quam nullus codd. agnoscit, optime Aldus expunxit. Sponte enim patet, non alium, quam populum Romanum, intelligi posse. Præterea *extemplo dict. dic.* Hav. sed solus.

Militesque haberent imperatorem, quem vellent] De Camillo intelligendum, quem volebant milites, non alium. *Glar.* Doujatius, hanc interpretationem Glareano sublegens, sed addens, non intelligendum esse, quemcumque ipsi eligere vellent, quia Camillus 'dictator creatus erat comitiis habitis,' non adtendit ad verba finalia hujus capitis 'lex curiata lata est, dictatorque absens dictus,' quæ ostendunt, id demum factum esse, postquam nuncius, Romam missus, Veios reversus esset. Neque in præcedentibus etiam dicitur, Camillum jam dictatorem creatum fuisse, sed tantum nuncium senatus decretum ea de re accepisse. Immo an fuit Camillus 'creatus comitiis?' In præcedentibus Livius narravit, senatus decretum factum esse, 'ut jussu populi Camillus dictator diceretur,' non, ut a populo diceretur. Interdum vero populum designasse eos, qui et dictator et magister equitum dicerentur, constat ex Livio XXVII. 5. 'Decrevit senatus, consul populum rogaret, quem dictatorem dici placeret: eumque, quem populus jussisset, diceret dictatorem.' Et postea: 'Tribuni plebis rogarunt, plebesque scivit, ut Q. Fulvius dictator diceretur.' Et iterum: 'Veniret, diceretque, quem populus jussisset, dictatorem. Ita a Claudio consule Q. Fulvius dictator dictus, et ex eodem plebiscito et ab Q. Fulvio dictatore P. Licinius Crassus pontifex maximus magister equitum dictus.' Certe 'numquam ante eam diem' dictatorem a populo creatum esse, ne hoc quidem Camilli exemplum excipiens, testatur Livius XXII. 8. Comitia igitur curiata habita fuisse intelligo, non ut iis Camillus dictator diceretur, sed ut ab exilio revocaretur.

Eadem digressus nuncius Veios contendit] Eamdem sententiam, de eodem loquens, expressit his verbis Quadrigarius, ut est apud Gellium XVII. 2. 'Cominius,' inquit, 'qua ascenderat, descendit, atque verba Gallis dedit;' id est, latuit Gallos. Itaque *degressus*, non *digressus*, legendum. Quam vocem sæpe depravatam apud Livium, sæpe ostendam. Est autem 'degredi,' descendere. Item legendum paulo post c. 52. *degressus ex arce.* Sigon. Omnes nostri, scripti et editi, in vulgatum consentiunt. Verius tamen esse videtur, ut cum Sigonio legamus *degressus.* Diod. Sic. lib. XIV. p. 455. id exprimit καταβὰς, ὑπερ ἀνέβη. Hearnius, qui *degressus* etiam edidit, et emendationis Sigonii meminit, attamen de lectione codicum Oxoniensium nihil adjecit. Plura dicta sunt ad IV. 17. § 11. Præ-

Digitized by Google

terea *concedit* Lov. 1. Vide ad VIII. 3. § 1.

§ 11 *Quam comperit legem latam*] *Quam compererit*, vel *comperit* Harl. 2. et Hav. Eadem ratione confunduntur 'superant' et 'superant,' id est 'supererant.' Vide ad I. 25. § 11. 'prope' et 'prope,' sive 'propere,' XXXIX. 31. § 4. Pro *compererit* autem literis transpositis *comperiret* dedit librarius Gaertn. Paullo ante *liberet*, pro *libet*, est in Lov. 2. quasi scriptum fuisset *lib'et*.

Quod nec injussu populi mutari finibus posset] Quid sit 'mutari finibus' docet Gronov. Obs. III. 1. Vellem, etiam explicuisset sensum hujus periodi, quem plane non adsequor. *Duk. Non injussu populi* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *nec jussu populi* Hav. Sed primæ literæ *in* absorptæ sunt a sequentibus *iu*. Locutionem 'mutari sedibus' inlustrat Gronov. Observ. III. 1. Vide etiam Nic. Heinsium et Burmann. ad Nason. ex Ponto Epist. IV. 14. 7. Mox verba *nec, nisi dictator dictus, ausp. in ex. habere* desunt in Leid. 2. *haberet*, pro *habere*, exhibet Lov. 2.

Lex curiata lecta est, dictatorque absens dictus] Debet esse *lex curiata lata est*. Rhen. *Lex curiata lata est* quidam male mutarunt in *lecta est*. Glar. Aldus esse videtur, qui mutavit. Nam in ejus tantum ed. ut et proxima Coloniensi 1525. ita editum invenio. At sine dubio in Aldina ita datum est errore operarum: in τῷ *lecta* enim commodus sensus non est. Deinde *lex curacia* Lov. 2. *lex curiatia* Lov. 4. *lex curiaria* Lov. 5. Hinc *dictatoreque absens dictus* Harl. 1. *dictatorēque absens dictus* Hav. Sed vox *absens* exsulat a Voss. 2. *absens est dictus*, addita media voce, legit Lov. 4.

CAP. XLVII. § 1 *Arx Romæ Capitoliumque in ingenti periculo fuit*] Præpositionem ignorant Voss. et bini meliores Pall. Cornelius Nepos Datame c. 5. 'Eum magno fore periculo, si quid illo imperante in Ægypto adversi accidisset.' Qui sic compluries, ut primus observavit Schoppius in Verisimilibus IV. 14. Adde quæ ad II. 22. notavimus. *J. F. Gron.* Præpositionem *in* ex meis omittunt Voss. 2. Lov. 3. et Hav. quorum hic etiam, transpositis dictionibus, habet *fuit ingenti periculo*. Eamdem etiam deesse in duobus Pall. Gebhardus notavit ad V. 34. § 8. Et ita Cic. loquitur ad Att. VI. 1. 'Equidem sum magna animi perturbatione:' ubi etiam olim edebatur *in magna animi perturbatione*. Ita 'quo statu res sunt:' de quo vide ad III. 68. § 3. Verum quum videam, præpositionem tantum negligi in tribus minoris auctoritatis codd. et, quos Gronov. binos meliores Pall. vocat, (Gebhardus tantum simpliciter duos Pall. dixerit,) omnino mihi persuasum est, τὸ *in* a manu Livii esse. Verisimilius enim videtur, eam vocem a paucis librariis omissam, quam a multis, et inter eos etiam optimorum codicum scribis, adjectam esse; præsertim quum in paucis illis facile intercipi potuerit a prima syllaba vocis seq. *ingenti*: quemadmodum etiam factum fuisse vidimus II. 22. § 6. VIII. 30. § 8. Id etiam alibi sæpe accidisse, videbimus ad VIII. 33. § 6. Non minus autem 'esse in ingenti,' 'in magno periculo,' 'honore,' 'gaudio,' quam 'esse ingenti periculo,' optimis scriptoribus in usu fuisse, vidimus ad II. 22. § 6. Præterea *arx Romæ Capitolium* per adpositionem, omissa conjunctione *que*, Lov. 2. *arx* pars erat Capitolini montis, unde 'arcem Capitolii' sæpe memorat Tac. ut Hist. l. III. c. 69. 71. et alibi. Sæpissime vero 'arx et Capitolium' distincte memorantur. Exempla sunt apud Livium I. 33. II. 7. hoc lib. c. 51. VI. 20. VIII. 33. et sæpissime. Quin et per particulam *aut* distinguuntur 'arx aut Capitolium' VI. 20. 'Ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret:'

Digitized by Google

et *arx* sive ἡ ἄκρα dicitur τῷ Καπιτωλίῳ προσεχὴς esse apud Dionys. Halic. Antiq. l. x. p. 640. Hinc vulgatum præferendum puto. Ceterum *Dum hæc ad Veios agebantur* præferunt edd. principes; pro quo recte Aldus substituit *Dum hæc Veiis*. Quæ enim cap. præc. narrata sunt, non tam ad Veios, quam Veiis acta fuerunt. Et ita habent omnes scripti.

§ 2 *Namque Galli, seu vestigio notato humano, qua nuncius a Veiis pervenerat*] Rem hoc modo hisque verbis narrat Diodorus lib. XIV. pag. 455. Κελτούς τις Πόντιος ὑπέσχετο παραβαλβόντων τοὺς ἐν τῷ Καπετωλίῳ· ὁρμήσας οὖν μόνος, καὶ διανηξάμενος νυκτὸς τὸν ποταμὸν ἔλαθε προσελθών τινα πέτραν τοῦ Καπετωλίου δύσβατον· καὶ ταύτῃ μόγις ἑαυτὸν ἑλκύσας ἐβήλωσε τοῖς ἐν τῷ Καπετωλίῳ περὶ τῶν συνηθροισμένων εἰς Βοιοὺς, καὶ διότι καιρὸν τηρήσαντες ἐπιθήσονται τοῖς Κελτοῖς· οὗτος μὲν οὖν καταβὰς ὕστερ ἀνέβη, καὶ διακολυμβήσας τὸν Τίβεριν· εἰς Βοιοὺς ἀνέστρεψεν. Οἱ δὲ Κελτοὶ καταυήσαντες τὰ τοῦ προσφάτως ἀναβεβηκότος, συνετάξαντο κατὰ τῆς αὐτῆς πέτρας ἀναβῆναι νυκτός. *Gebh. Nam Galli* Port. et Hav. Alibi *nam* et *namque* confundi solent. Vide ad VII. 28. § 7. et mox hoc cap. § 4. Præterea *ab Veiis* iidem codd. Port. et Hav.

Animadverso ad Carmentis saxum adscensu æquo] Id est, quod Carmentali portæ imminet ut Plutarchus in Camillo p. 141. ait, et Dionysius libro decimo pag. 640. ubi de Capitolio ab App. Herdonio capto tradit. *Sigon.* Fanum vel aram Carmentis aut Carmentæ, matris Euandri, fuisse sub Capitolio, vel in imo Tarpeii montis, tradunt antiqui. Dionysius lib. I. p. 25. Καὶ βωμοὺς ἐθεασάμην ἱδρυμένους, Καρμέντῃ μὲν ὑπὸ τῷ καλουμένῳ Καπιτωλίῳ περὶ ταῖς Καρμεντίσι πύλαις. Solinus cap. 1. 'Pars infima Capitolini montis habitaculum Carmentis fuit, ubi Carmentis nunc fanum est.' Sed 'saxum Carmentis' haud facile reperias. Turbant aliquid Mss. Voss. alter *saxos n ascensu*. Chiflet. *saxos ascensu*. Lege *saxorum*, vel *saxi*; hoc est ipsius montis, *Animadverso ad Carmentis* (puta, aram, vel fanum) *saxi adscensu æquo*. J. F. Gron. In relatione hujus Gallorum incepti, quo fatale illud imperium pene confectum fuit, omnia sine dolis et hactenus aperte, nisi quod Galli nocte usi dicuntur, gesta fuisse Livius tradit. Idem facit in Camillo Plutarchus. Idem, quod scio, sequuntur alii historici. Quid igitur est, quod Cicero pro Cæcina cap. 30. Gallos circa cuniculum aggressos refert? 'Ut si Galli a majoribus nostris postularent, ut eo restituerentur, unde dejecti essent; non, opinor, eos in cuniculum, qua aggressi erant, sed in Capitolium, restitui oporteret.' Procul dubio illic aberravit scribentis adtentio, quum Cicero scripserit 'in colliculum.' Et palam est, quod intelligatur. *Jac. Gron.* Non video, quomodo adscensus, qualem mox describit Livius, 'æquus' dici possit: nam, quemadmodum hujusmodi loca ubique 'iniqua' dicuntur, quod non necesse est multis ostendi, ita et adscensus eorum potius 'iniquus,' quam 'æquus' est. Livius XXVII. 16. 'Quum hostis nequidquam subire iniquo adscensu conatus esset.' Et de iisdem 'arduum' et 'asperum' dici invenias. Si hic recte legitur *æquo*, non possum hoc aliter accipere, quam Gallos vidisse quidem difficilem fore adscensum, sed tamen sperasse, se aliquam illius rationem inventuros esse. Sed forte legendum *adscensu aliquo*. Duk. Libri editi nihil mutant, nisi quod in sola Mediolan. 1505. quam suas lectiones sibi subreptas præferre Parrhasius questus est, invenerim *animadverso ad Carmentis ascensu æquo*, omissa voce *saxum*. Ad quam respexisse puto Ascensium, in margine edit. 1513. aliarumque notantem, 'alii, *saxum* non habentes,

Digitized by Google

intelligunt 'ædem.'' Ita legendum censerem, si codicum fide lectionem hanc niti constaret. Nunc vero, quum eam in nullis libris invenerim, id foret Alexandri gladio nodum Gordium secare. *Ad Carmentis saxos ñ ascensu æquo* Voss. 1. ut Gronov. monuit, verum librarius τῷ ñ notas subjungendo, id delendum esse, indicare voluit, ut legatur *ad Carmentis saxos ascensu æquo*, quemadmodum servant Leid. 1. et Lov. 1. *ad Carmentis saxo ascensu æquo* Harl. 1. Et ita erat in Flor. a m. pr. pro quo ex interpolatione deinde *saxu* factum est. *Ad Carmentis saxu ascensu æquo* Leid. 2. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hearnii Oxon. C. *animadverso acarmentis saxum ascensu æquo* Klockian. Ex quo adparet, admodum verisimiliter sive potius εὐστόχως magnum Gronovium conjecisse *animadverso ad Carmentis saxorum ascensu æquo*. Scriptum fuerat *saxorũ*; unde, coalescentibus duabus posterioribus literis, factum est *saxom*, quemadmodum pro *t're ruere*, id est *terræ ruere*, datum est in quibusdam Mss. *tremere* IV. 21. § 5. Neque etiam displicet *animadverso ad Carmentis saxo adscensu æquo*, ut præferunt Flor. a m. pr. et Harl. 1. quomodo ex ingenio emendabat quoque Jac. Gronovius in notis Mss. quas discipuli ex ore Livium in scholis domesticis exponentis exceperunt; ubi *saxum æquo adscensu* interpretatur saxum, in quo esset æquus adscensus. Eodem modo Ovidio dicitur 'lato venabula ferro' Epist. Her. IV. 83. Vide Burm. ad Nason. Metam. II. 107. Dicere etiam Livius potuisset *saxo adscensus æqui*, quemadmodum 'acutæ cuspidis hastam' Ovid. Ep. Her. III. 119. Vide Burm. ad Nason. Metam. III. 53. et quæ notantur ad III. 36. § 2. Omnino alterutrius Gronovii lectio vera est: ita tamen, ut remaneat difficultas, quam notavit Dukerus, cui tollendæ nihil opis est in codd. scriptis vel editis; omnes enim vulgatum servant, nisi quod *abscensu æquo* legat fragm. Hav. *assensu æquo* Lov. 4. et Hav. Ceterum 'Carmentis saxum' jactant quidem Just. Rycquius de Capitol. c. 2. et Marlian. Topogr. Urb. Rom. II. 5. verum nullo veterum scriptorum testimonio probant. Contra fanum memoriæ Carmentæ a Romanis exstructum prior eorum profert ex P. Viet. et Sex. Rufo Region. VIII. Verum in illo, qui hoc loco mutilus est, nulla ejus mentio obcurrit: hic vero 'Templum Carmentale alias Carmentæ' recenset. Fani Carmentis meminit etiam Gellius Noct. Att. XVIII. 7. 'Ei Domitio Favorinus noster quum forte apud fanum Carmentis obviam venisset.' Insuper si cum Jac. Gronov. *colliculum*, pro *cuniculum*, scribendum sit; scire velim, quid statuendum sit de altero loco Ciceronis, quem ad priorem Hottom. laudavit ex Orat. Philipp. III. 8. 'Adesse in Capitolio jussit: quod in templum ipse nescio qua per Gallorum cuniculum adscendit.'

Inermem, qui tentaret viam, præmisisent] *Tentarent* Harl. 2. Port. et Hav. Quod si placet, *qui* accipiendum pro 'ut.' Vide ad I. 43. § 9. Integriores tamen codd. vulgatum servant, nisi quod *qui temptaretur iam* sit in Flor. Deinde *promisissent* idem Flor. a m. pr. Hav. et fragm. Hav. Sed passim præpositiones *præ*, *per*, et *pro*, tum simplices, tum cum aliis vocibus compositæ, commutari solent. Vide ad Liv. IX. 10. § 7.

Tradentes inde arma, ubi quid iniqui esset, alterni innixi] *Tradentes in arma* Voss. 2. et Lov. 3. Passim *in* et *iñ*, sive *inde*, confundi, videbimus ad X. 20. § 6. Deinde *ubi quid iniquid esset* Leid. 1. *ubi quid hii qui essent* fragm. Hav. *ubi quid hi qui essent* Lov. 4. *hi qui*, pro *iniqui*, etiam Lov. 5. a m. pr. Postea *alterum intuxi* Voss. 2. τὸ *innixi* deficit in Gaertn.

Sublevantesque in vicem et trahentes

Digitized by Google

alii alios, prout postularet locus] *Sublevantes in vicem* Harl. 2. Tum *tradentes alii alios* Flor. Deinde *prout expostularet locus* Gaertn. Sed simplex 'postulare' in hac re passim usitatum est. Infra XXXIV. 6. 'Frumentum et cetera, quæ belli usus postulabant.' XLI. 20. 'Rhodiis, ut nihil unum insigne, ita omnis generis, ut quæ usus eorum postulaverunt, dona dedit.' Ovidius ex Pont. Ep. II. 9. 55. 'Utque tibi est animus, quum res ita postulat, arma Sumere, et hostili tinguere cæde manum:' ubi Leid. cod. simili variatione *quum res expostulat* præfert. Plin. XXVIII. 4. 'Abstinere cibo omni aut potu, alias vino tantum aut carne, alias balineis, quum quid eorum postulet valetudo, in præsentissimis remediis habetur.' Quinctil. Instit. Orat. X. 1. 'Vox et actio decora, commoda, ut quisque locus postulabit.'

§ 3 *Ut non custodes solum fallerent*] Παρεβραθυμηκότας τῆς φυλακῆς, teste Diodoro, d. l. *Gebh.*

Ne canes quidem, sollicitum animal ad nocturnos strepitus, excitarent] *Nec canes quidem* Lov. 3. 4. Harl. 2. et Hav. Vide ad I. 10. § 3. Deinde *scitarent* Leid. 1. *sciscitarent* Lov. 5. et fragm. Hav. Puto, librarios dare voluisse *suscitarent*. Verum *excitarent* genuinum puto. Supra I. 51. 'Turnum ex somno excitatum circumsistunt custodes.' Infra VII. 36. 'Offenso scuto præbuit sonitum: quo excitatus vigil quum proximum movisset.' IX. 37. 'Curati cibo corpora quieti dant, et quarta fere vigilia, sine tumultu excitati, arma capiunt.' XXX. 6. 'Relucentem flammam primo vigiles Karthaginiensium, deinde excitati alii nocturno tumultu quum conspexissent.' XXXI. 24. 'Idem ibi somnus, eademque negligentia erat. Excitati nuncio trepido et prætor Atheniensium et Dioxippus.' Florus I. 13. 'Manlius nocte subeuntes, clangore anseris excitatus, a summa rupe dejecit:' ubi vide Duker. Ovidius Amor. Eleg. I. 6. 65. 'Jamque pruinosos molitur Lucifer axes, Inque suum miseros excitat ales opus.' Ceterum ad historiam Gallorum in Capitolium adscendentium oculos intendisse videtur Ovid. Metam. II. 598. 'nec voce silentia rumpunt Sollicitive canes, canibusve sagacior anser.'

§ 4 *Quibus sacris Junoni in summa inopia cibi tamen abstinebatur*] *Sacris Junonis* non modo omnes ante Ascensium edd. verum etiam codd. quotquot usus sum; ex Hearnii autem Oxon. eamdem scripturam retinent L. 1. 2. B. et N. *Quibus*, id est anseribus, *sacris Junonis*, ut χῆνες ἱεροὶ τῆς Ἥρας Diod. Sicul. lib. XIV. p. 455. Ovid. Ep. Heroid. X. 10. 'Isse sacros Martis sub inga panda boves:' ita tantum non omnes codd. Mss. quos Heinsius consuluit, uno excepto, in quo a m. pr. erat *Marti*, quomodo ipse Heinsius malebat. An ergo et hic omnes libri manu exarati et typis inpressi antiquiores mendosi esse existimandi sunt, ac probandum est, quod Ascensius et post eum reliqui ediderunt? Deinde τὸ *cibi* deest in Hav. Ita simpliciter *inopia* est XXIII. 19. 'Obsidio tamen continuata oppidanos præsidiumque ad ultimum inopiæ adduxerat:' et mox eodem cap. 'Postremo ad id ventum inopiæ est, ut lora detractasque scutis pelles, ubi fervida mollissent aqua, mandere conarentur.' Reliqui tamen codd. vocem *cibi* servant. Et sane ut hic inopia cibi, ita 'inopia frumenti' est II. 51. 'Inopia frumenti quamvis in præcipitia, dum celeriora essent, agebat consilia;' 'inopia frugum' IV. 52. 'Pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, excepit.' Præterea *tum abstinebant* Lov. 4. *tamen abstinebant* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Utramque lectionem

Digitized by Google

jungens *abstinebant* præfert Gaertn.

Clangore eorum alarumque crepitu excitus M. Manlius] Male Pal. 2. *alarumque strepitu*. Ceterum 'clangor' est quarumvis avium vox, ut notavi Crepund. III. 23. emendans Ovidium Met. l. XII. v. 528. 'ingenti circum clangore sonantem Aspexit.' Claudianus, 'avium clangore repertus.' Diodorus lib. XIV. p. 455. Χῆνες δ' ἱεροὶ τῆς Ἥρας τρεφόμενοι, καὶ θεωρήσαντες ἀναβαίνοντας κραυγὴν ἐτόλουν. *Gebh.* Aurel. Vict. in Vir. Inlust. c. 24. 'Quadam nocte, clangore anseris excitus, Gallos adscendentes dejecit.' Florus I. 13. 'Manlius nocte subeuntes, clangore anseris excitatus, a summa rupe dejecit.' Colum. VIII. 13. Anser 'clangore prodit insidiantem, sicut etiam memoria tradit in obsidione Capitolii.' Proprie tamen aquilarum sonum 'clangorem' dici innuit auctor Eleg. de Philomela vs. 27. 'Dum clangunt aquilæ, vultur pulpare probatur: Et crocitat corvus, graculus at frignlat.' Supra I. 34. 'Aquila suspensis demissa leniter alis pileum aufert, superque carpentum cum magno clangore volitans rursus capiti apte reponit.' Sueton. in Domitiano c. 6. 'Statuam ejus Romæ insignis aquila circumplexa pennis clangores lætissimos edidit.' Hinc constat, quam vere Barthius ad Stat. Theb. XII. 518. scripserit, vocem 'clangor' prope sigillatim gruum clamorem denotare. De gruibus interdum usurpari, non diffiteor. Vide Nic. Heins. ad Claud. Bell. Gildon. vs. 473. At, grues proprie 'gruere,' anseres 'gratitare,' innuit laudatus elegiæ de Philomela auctor vs. 19. 'Cacabat hinc perdix, hinc gratitat inprobus anser, Et castus turtur atque columba gemunt.' et vs. 23. 'Grus gruit, inque glomis cycni prope flumina drensant, Accipiter pitat, milvus hiansque lipit.' Melius videtur, ut cum Gebhardo dicamus, 'clangorem' quarumvis avium, certe quæ reliquis magis sonoræ sunt, adeoque etiam gruum, vocem indicare. 'Stridorem' anseribus tribuit Petron. Satyr. cap. 136. 'Tres anseres sacri forti ac veluti rabioso stridore circumsistunt trepidantem.' Deinde *alarumque strepitu*, quod Gebhardus in uno Pal. 2. invenit, apud me pariter in Lov. 5. et Gaertn. superest. Sed 'nocturnos strepitus' modo memoravit. Passim hæ voces commutari solent. Vide ad XXXVIII. 17. § 4. Insuper *excitatus* Voss. 1. Leid. 2. et Hearnii Oxon. N. Non probo. 'Excitare' enim paullo ante præcessit. 'Excitus' autem hoc sensu commode dici, videbimus ad VII. 36. § 2. Et has quoque voces 'excitus' et 'excitatus' a librariis confusas fuisse, docebunt, quæ notabuntur, ad XXVIII. 24. § 4. Denique *Malius* Harl. 2. *Mallius* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *Manilius* Lov. 4. et Hav. Vide ad Liv. XXXIV. 53. § 2. et hoc cap. § 7. Paullo ante *Nam*, pro *Namque*, Lov. 5. Vide hoc cap. § 2. Mox in verbis seqq. τὸ *qui* deerat in Lov. 1. ut verba hæc *triennio ante consul fuerat* quasi per parenthesin dicta sint. Vide hoc lib. ad c. 32. § 8. Sed unum testem non audiendum censeo. *Consul fuit*, pro *consul fuerat*, præfert Leid. 2.

Armis adreptis, simul ad arma ceteros ciens] *Abreptis* Leid. 1. sollemni scribarum errore. Vide ad II. 33. § 7. *Armis acceptis* Gaertn. Et hæc etiam lectionis varietas nonnumquam in Mss. obvia est. Vide viros doctos ad Valer. Max. III. 3. ex. 1. et Burmann. ad Quinctil. Instit. Orat. I. 3. ut et Duker. ad Liv. III. 70. § 10. Adde quæ notantur ad l. VI. c. 8. § 6. c. 16. § 2. et alibi. Multo tamen frequentius ita ab iis peccatum est in verbis simplicibus 'capere' et 'rapere.' Vide ad VI. 23. § 5. *Ereptis* Lov. 3. Tum *simul*, quod in omnibus codd. perstat, omittitur in vetustioribus excusis. Recte primus repo-

Digitized by Google

suit Aldus. Deinde, in alium ordinem vocibus digestis, *eicus ad arma ceteros* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Umbone ictum deturbat] Atqui et manum ejus amputasse narrat Diodorus lib. XIV. p. 456. *Μάρκος δέ τις*, inquiens, *Μάλλιος ἔνδοξος ἀνὴρ, ἐκβοήσας ἐπὶ τὸν τύραννον, τῷ μὲν ξίφει τὴν χεῖρα τοῦ προσαναβαίνοντος ἀπέκοψε, τῷ δὲ θυρεῷ παράξας εἰς τὸ στῆθος ἀπεκύλισεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς πέτρας. Gebh.* Ex uno hoc duos efficit Plutarch. et alteri manum præcisam, alterum umbone proturbatum refert in Camillo pag. 142. *Πάντων δὲ πρῶτος Μάλλιος· ἀναστήσας δυοῖν ὁμοῦ τῶν πολεμίων, τοῦ μὲν ἐφθασε διηρμένου κοπίδα τῷ ξίφει τὴν δεξιὰν ἀποκόψας, τὸν δὲ θυρεῷ παράξας εἰς τὸ πρόσωπον ὄπισθεν κατὰ τῆς πέτρας.*

§ 5 *Cujus casus prolapsi quum primos sterneret*] Vet. lib. *cum proximos stern.* Sigon. *Cui casus prolapsi* Harl. 1. *Cujus cali prolapsi* Lov. 4. *Cujus casu prolapsi* Harl. 2. et Hav. *Cujus casti prolapsi* Port. a m. pr. *Cujus casus plaxi* fragm. Hav. *Cujus casus prolapsos cum proximos sterneretur* Flor. a m. sec. *primos*, quod Sigonio displicuit, in nullo neque meorum, neque Hearnii Oxoniensium codd. superest, immo in nnica tantum inveni ed. Basil. 1555. Ceteroquin 'primus' et 'proximus' in Mss. frequenter miscentur. Vide ad I. 35. § 2. ad IX. 5. § 1. c. 15. § 11. c. 39. § 8. XXVIII. 35. § 3. XXIX. 14. § 9. XXXV. 11. § 9. c. 22. § 3. Jac. Gronov. ad II. 33. § 7. et Cortium ad Sall. Jug. c. 19. § 2. Sed *proximos* servant omnes reliqui, nisi quod *ceteros* sit in Lov. 2.

Armisque omissis saxa, quibus adhærebant, manibus amplexos trucidat] *Armis omissis* Harl. 2. et Lov. 4. Tum *adhæserant* Lov. 2. *inhærebant* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Cicero de Nat. Deor. II. 39. 'Quot genera, quamque disparia partim submersarum, partim fluitantium et innantium belluarum, partim ad saxa nativis testis inhærentium.' Alterum, tamen, pro quo stant reliqui, et inter eos integerrimi codd. præfero. Cic. Acad. Quæst. IV. 8. 'Ad quamcumque sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam, tamquam ad saxum, adhærescunt.' Orat. pro Sextio c. 8. 'Ne Scyllæo illo æris alieni in freto ad columnam adhæresceret, in tribunatus portum perfugeret.' Denique *trucidant*, præter unum Lov. 2. uno ore omnes, quos adhibui, codd. ut et ed. Parm. in quo sensum non video, nisi forte hunc: quemadmodum unius prolapsi casus proximos straverit, ita proximos prostratos casu suo trucidasse alios. Sed sequor dictum Lov. et reliquos editos, *trucidat* præferentes; idque refero ad Manlium. Nam alterum illud mox sequetur his verbis: 'ruina tota prolapsa acies in præceps deferri.'

Jamque et alii congregati telis missilibusque saxis proturbare hostes] Et hunc locum corrumpit Pal. 2. *jamque alii cong. telis missilibus saxisque perturbant hostes.* Non putat dictum bene 'saxum missile.' Nam 'missile' est *βέλος*, quodcumque quod mitti potest. Apollonius I. 994. *τοὶ δὲ καὶ αὐτοὶ Πέτρας ἀμφιβρύγας ἀφράζοντες ἔβαλλον.* Florus III. 8. 'Primo impetu ingenti lapidum saxorumque nimbo classem operuerunt.' Euripides Bacchis vs. 1094. *Πρῶτον μὲν αὐτοῦ χερμάδας πραταβόλους Ἕρμαιον, ἀντίπυργον ἐκβῆσαι πέτραν.* Andreas edidit: *jamque et aliis conglobatis telis missilibusque saxis perturbare hostes.* Infra XXIII. 19. 'Nuda corpora ad missilium telorum ictus præbentes.' XXVII. 18. 'Ipsi contra saxa, quæ locus strata passim, omnia ferme missilia, præbet, ingerere.' *Gebh.* Quam ex ed. Andreana lectionem notavit Gebhardus, etiam servant omnes typis excusi, quos vidi, usque ad Aldum, qui ei subposuit,

Digitized by Google

quod nunc recte editur. *Jamque et aliis congrati* Leid. 1. *jamque et alii cognati* fragm. Hav. *jamque et aliis congregati* Harl. 1. *jamque alii congregati* Harl. 2. Port. et Hav. *conglobare* alibi sæpe Livius usus est. Vide hoc lib. ad c. 41. § 6. Nullis tamen scriptis eam lectionem agnoscentibus, *congregati* germanum esse puto, et alterum ex glossa natum. Præterea *telis missilibusque et saxis* unus Lov. 4. Sed reliqui omnes *telis missilibusque saxis*. Et recte: 'Lapides missiles' inter tela Romanorum memorantur. I. 43. 'Quinta classis aucta, centuriæ triginta factæ: fundas lapidesque missiles hi secum gerebant.' XXVII. 15. 'Naves tormentis et saxis, omnique missilium telorum genere instruit.' Præsertim saxa a Romanis aliisque congerebantur in loca ardua, ut in subeuntes dejicerent, iisque se defenderent. Infra IX. 24. 'Per ardua ac prope invia in arcem ducit; pluribus quam pro numero virorum missilibus telis eo conlatis. Adhæc saxa erant, et temere jacentis, (ut fit in aspretis) et de industria etiam, quo locus tutior esset, ab oppidanis congesta.' XXXVIII. 19. 'Minima adparatus missilium telorum cura fuit, quod saxa adfatim præbituram asperitatem ipsam locorum credebant.' XLIV. 35. 'Romani ab ea multitudine, quæ disposita in turribus stabat, omni genere missilium telorum ac saxis maxime vulnerabantur.' Tacit. Histor. III. 27. 'Densa testudine succedunt. Romanus utrimque artes: pondera saxorum Vitelliani provolvunt.' Deinde *perturbare hostes* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. sollemni aberratione. Vide quæ notavi ad Silii Ital. IX. 447. et Rhenan. ad Tacit. Ann. XI. 8. Adde Torren. ad Val. Max. I. 8. ext. 8. 'Proturbare' est propellere, dejicere, sive, quod mox præcessit, deturbare. Eodem tamen sensu etiam 'perturbare' poni, Vorstius Gifanii auctoritate evincere conatur ad Justin. III. 4. § 12. Verum loca, quæ laudarunt, meudæ suspecta sunt. Certe apud Cæsar. Bell. Gall. VII. 81. *deturbare*, non *perturbare*, editur: apud Valer. Max. *proturbatus*, pro *perturbatus*, viri docti ex Mss. vindicarunt: apud Justin. quidem editi non nulli habent *perturbatus*, sed scripti *proturbatus* servant. Unus denique locus ex auct. ad Herenn. IV. 8. emendatione indigere videtur, in quo legendum puto, *præcipitem proturbetis ex ea civitate*. Ingenue tamen fateor, *perturbetis* etiam legi in cod. Ms. quem servat bibliotheca Trajectina.

Ruinaque tota prolapsa acies in præceps deferri] Et hic etiam simili aberratione *perlapsa acies* in Gaertn. Vide ad IX. 10. § 7. 'Prolabi' est cadere in terram. Supra hoc lib. c. 21. 'Convertentem se inter hanc venerationem traditur memoriæ prolapsum cecidisse.' XXVII. 32. 'Ibi equus pilo trajectus quum prolapsum per caput regem effudisset.' Deinde *defertur* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. C. et margo codicis N. Nisi tot, et inter eos primæ notæ, codd. suaderent, vulgatæ lectioni, cui ferme levioris tantum fidei Mss. adhærent, controversiam non moverem; nunc tamen a scriptis non recedendam puto, quamvis etiam alia forma præcesserit 'proturbare.' Sæpe enim in simili orationis forma verbo infinito subjicitur finitum. Supra II. 23. 'In eos multitudo versa, ostentare vincula sua. Hæc se meritos dicere. Postulare minaciter, ut senatum vocarent, curiamque ipsi circumsistunt:' ubi Sigonius *circumsistere* malebat. Sed vide quæ Dukerus ad eum locum notavit: c. 44. 'Præceptis Appii moniti Patres et universi comiter ac benigne tribunos adpellare: et consulares partim gra-

Digitized by Google

tia, partim auctoritate obtinuerunt:' ubi tamen *adpellare* contracte pro *adpellavere* capi potest. III. 8. 'Inde paullatim defuncta morbis corpora salubriora esse incipere; versisque animis jam ad publicam curam P. Valerius Publicola consules creat.' IX. 40. 'Jam strage hominum armorumque insignium campi repleri, ac primo pavidos Samnites sua castra accepere.' Contra verbo finito subjungitur etiam infinitum. Supra cap. præc. 'Locus ipse admonebat Camilli, et magna pars militum erat, qui ductu auspicioque ejus res prospere gesserant: et Cædicius negare, se commissurum,' &c. II. 55. 'Quo ferocius clamitabat, eo infestius circumfundere et spoliare lictor.' VIII. 28. 'Perlicere adolescentem sermone incesto est conatus: dein minis territare, atque admonere fortunæ: postremo nudari jubet.' Si quis tamen vulgatum pertinaciter defendendum existimet, non adversabor; præsertim quum ita etiam in Flor. esse, nunc tandem videam.

§ 6 *Sedato deinde tumultu*] *Sedatoque deinde* priscæ edd. Primus Aldus expunxit *τὸ que;* cum quo etiam stant codd. scripti. *Sedato inde tumultu* Gaertn. Vide ad XXXVII. 24. § 10. Paullo post, pro *turbatis mētibus*, sive *mentibus*, Leid. 1. et Harl. 1. præferunt *turbatis metibus*, Hav. *turbatis mœ̃bus*, id est *mœnibus*.

§ 7 *Vocatis classico ad concilium militibus ad tribunos*] *Revocatis* Leid. 2. Deinde *consulum* Lov. 2. *ad consilium* Leid. 1. Lov. 1. 4. Port. et ed. Parm. Male: *concilium* enim hoc loco notat 'conventum,' 'concionem.' Vide Gronov. ad Livii XLIV. 2. § 5. At concio omnino 'consilium' dici nequit, immo 'concio' et 'consilium' distinguuntur IX. 15. 'Dimissa concione consilium habitum.' Insuper *ab tribunis* Harl. 2. Gaertn. Port. et Hav. quod ferri potest. Nam ita sæpe consul aliive magistratus non modo dicuntur 'vocare senatum,' 'consilium,' vel 'in senatum,' 'in consilium,' verum etiam 'classico vocare ad concilium,' 'ad concionem.' Infra VII. 36. 'Ubi ad prætorium ventum est, consul classico ad concionem convocat.' VIII. 32. 'Haud multo post dictator advenit, classicoque extemplo ad concionem advocavit.' Non quasi revera ipsi ad concionem conveniendi signum classico dederint, sed id fieri jusserint per eos, qui huic rei præpositi erant. Liv. VIII. 7. 'Quod ubi audivit consul, extemplo, filium aversatus, concionem classico advocari jussit.' Optimi tamen codd. stant pro recepta lectione, quam etiam veriorem arbitror. Neque displicere debet 'vocatis ad concilium' 'ad tribunos.' Similiter enim VIII. 7. 'Cum ovante gaudio turma in castra, atque inde ad prætorium ad patrem tendit.'

Quum et recte et perperam facto pretium deberetur] *Recte et ꝑperam*, sive *properam*, Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *facto pretō* codex posterior. Mox *Malius* Harl. 2. *Mallius* Lov. 3. Gaertn. et Voss. 2. Vide paullo ante hoc cap. § 4.

Non ab tribunis solum militum, sed consensu etiam militari] *Non a tribunis solum* Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. uterque, Gaertn. et editi ante Aldum. *Ne a tribunis solum* Hav. Deinde *sed etiam consensu* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 8 *Cui universi selibras farris et quartarios vini ad ædes ejus, &c. contulerunt*] Repudianda est antiqua quorundam librorum lectio, qui habent *sex libras farris, sex quart. vini.* Etenim Plutarchus in Camillo p. 143. ita vertit: *Ξέστου μὲν ἡμίλιτρον, οἴνου δὲ κοτύλης Ἑλληνικῆς τέταρτον.* Eodem modo VII. 37. 'Libras farris, sextarios vini contulerunt.' *Sigon.* Omnes hic codd. alii magis, alii minus, mendosi sunt. *Selibras fari sed quart. vini* Leid. 1. *sex liberas farris et quart.*

Digitized by Google

vini Leid. 2. *sex libras farris et quart. vini* Voss. ambo, Lov. 1. 3. Gaertn. Klockian. et Hearnii Oxon. B. C. et L. 1. *sex libras farris set quart. vini* Harl. 1. *sex libras farris sex quart. vini* Lov. 5. *sex libras farris sex quart. vini* Lov. 2. 4. Port. Harl. 2. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et N. Adparet plerosque librarios genus loquendi non intellexisse, et indefinitum, ut putabant, iis displicuisse, quum tamen definite indicet Livius quemque unam selibram farris et unum quartarium vini contulisse. Vide ad XV. 15. § 6. *Selibras* autem, non *sex libras*, legendum esse, evincit etiam locus VI. 17. 'Selibriane farris gratiam servatori patriæ relatam?' ubi ita etiam optimi præferunt codd. In reliquis similiter, ut hoc loco, erratur. Præterea *cum universi*, pro *cui universi*, Lov. 5.

Inopia fecerat eam argumentum ingens caritatis] *Inopiam fecerat eam* Flor. Tum *arg. ingens pietatis* se in margine Oxon. N. invenisse, Hearne monnit. Livius VII. 40. 'Omnes caritate cives, præcipue milites, et ante alios suum exercitum complexus.'

Se victu suo defraudans] Est *victu suo fraudans*. Rhen. *Metu suo* Lov. 5. a m. pr. et Gaertn. Præterea *fraudans*, ut Rhenanus in cod. suo reperit, et ex mente ejus Frobenius 1535. edidit, superest etiam in omnibus meis. Supra II. 10. 'In magna inopia pro domesticis copiis unusquisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit:' ubi plura vide.

Ad honorem unius viri conferret] Τὸ *viri* deest in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *conferrent* Hav. *deferret* Voss. 1. a m. pr. pro quo recte inter versus emendatur altera manu *conferret*. Ita mox verbis præcedentibus: 'Cui universi selibras farris et quartarios vini ad ædes ejus, quæ in arce erant, contulerunt.' II. 10. loco modo laudato: 'Unusquisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit.' VII. 37. 'Libras farris sextarios vini contulerunt.' Usurpatur etiam idem verbum de pecuniis quæ contribuuntur. Supra hoc lib. c. 20. 'Auctor erat stipendii ex ea pecunia militi numerandi, ut eo minus tributi plebes conferret:' ubi vide.

§ 9 *Tum vigiles ejus loci, quos fefellerat adscendens hostis*] Mendosa dictio est *quos*. Scribe *qua fef. asc. hostis*, ut referatur ad præcedentes duos genitivos *ejus loci*. Rhen. *Vigiles illius loci* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *vigiles hujus loci* Gaertn. Tum *quos fefellerat ascendens hostis*, ut ante Rhenanum legebatur, in uno inveni Hav. pejus adhuc *quem fef. asc. hostis* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *quem fefellerant ascendentes hostes* Lov. 4. *quos fefellerant ascendentes hostes* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. et C. Etiam *qua fefellerant ascendentes hostes* Voss. 2. Lov. 3. 5. et fragm. Hav. Sed *fefellerat adscendens hostis* verum est. Vide hoc lib. ad c. 50. § 2. Insuper *quā*, id est *quam*, *fefellerat* Harl. 1. manifesta librarii aberratione, pro quo datum est *quem fefellerat* in codd. memoratis; et hinc iterum factum fuit *quos fefellerat*, ut vulgo ante Rhenanum exstitit. Sed recte Rhenanus *qua fefellerat*, ut servant Flor. Leid. 1. et Lov. 2. *Qua*, est qua parte. Vide ad X. 14. § 4. Id autem recte convenit, licet præcesserit *ejus loci*. Liv. VII. 33. 'Illa omnia, qua nunc erectæ micant hastæ, patefacta strage vasta cernetis.' XXV. 21. 'Qua fugam inclinaturam credebat, omnia itinera insidere jubet.' XXXIII. 29. 'Evastatis prius agris, qua ab Elatia duo diversa agmina iere.' XLII. 1. 'Singula jumenta per oppida, iter qua faciendum erat, imperabant.' XLV. 9. 'Omnia qua Persarum prope inmenso spatio imperium fuerat, suæ ditionis fecit.' Cic. pro Leg. Manil. c. 9. 'Medeam prædicant in fuga fratris sui membra in iis locis, qua se parens persequere-

Digitized by Google

tur, dissipavisse.' Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 38. § 6. ad Cat. c. 57. § 3. De verbo autem 'fallere' absolute sine casu posito videbimus ad XLI. 2. § 2. Mox *citati* exsulat ab Hav.

P. Sulpicius tribunus militum pronunciasset] *Q. Sulpicius*, ut ante dixi. *Sigon. P. Sulpicius* servant Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. C. et N. Sed vide ad c. 36. § 12. Præterea *pronunciaret* Lov. 2. 4. Harl. 1. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. *pronunciet* Leid. 1.

§ 10 *In unum vigilem conjicientium culpam*] *In unum vigiliæ* Harl. 2. Tum *comicientium* Lov. 3. *concientium* Flor. Leid. 1. et Harl. uterque. *conicientium* Leid. 2. Gaertn. Lov. 1. 2. 5. et fragm. Hav. Vide ad II. 10. § 9. Mox *ab ceteris abstinuit* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav.

Rerum haud dubium ejus noxæ, &c. de saxo dejecit] *Rerum haud dubium* Leid. 1. quomodo librarii etiam alibi peccare soliti fuere. Vide ad II. 64. § 6. IV. 42. § 6. VI. 24. § 7. IX. 8. § 3. Adde Burm. ad Suet. Tib. c. 30. et Cortium ad Plinii Epist. III. 9. § 4. Non dissimili errore *rerum* pro *reorum* alibi datum est in Mss. Vide ad VI. 16. § 8. Deinde *se saxo dejecit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *de saxo projecit* Voss. 2. a m. pr. Lov. 4. Port. et Hav. Male. Infra VI. 20. 'Damnatam tribuni de saxo Tarpeio dejecerunt.' VII. 10. 'Me ex ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia dejecit.' Auctor Epit. Liv. lib. LIX. 'Q. Metellum censorem, a quo in senatu legendo præteritus erat, de saxo dejici jussit:' ubi alia exempla ex eodem scriptore vide. 'Dejicere de saxo' autem dictum eadem forma, qua 'devolare de tribunali,' et similia plura. Livium enim solitum fuisse, verbo cum præpositione composito eum ipsam præpositionem in regimine addere, vidimus ad Præfat. § 11.

§ 11 *Inde intentiores utrimque custodiæ esse*] *Unde int.* Port. *Unde intensiores* Hav. *Inde* et *unde* sæpe a scribis confunduntur. Vide ad XXXIX. 33. § 5. *Interiores* autem, pro quo stant omnes reliqui Mss. (nisi quod *interiores* sit in Lov. 1.) omnesque impressi, Livius potius adhibere solet, quam alterum illud *intensiores*. 'Intentiores custodiæ,' ut 'intentior custodia,' sed alio sensu, XXXIX. 19. 'Magistratibus Ardeatium prædicendum, ut in intentiore eum custodia adservarent.' Deinde *int. utrisque custodiæ esse* Voss. 2. et Lov. 3. *int. utrinsque custodiæ esse* Gaertn. *int. utrique custodia esse* Leid. 1. ubi ultima litera *vox custodiæ* intercepta est a prima seq. vocis *esse*: nam *int. utrique custodiæ esse* Lov. 5. Harl. 1. et fragm. Hav. quod eo sensu admitti posset, si *utrique* accipiatur casu tertio numero singulari, et intelligatur *utrique* nempe Gallis et Romanis. Adparet autem cuique, *utrique* et *utrique*, sive *utrimque*, facillime in Mss. confundi posse. Vide ad VI. 31. § 8. Neque existimandum est, si recipiamus *utrique*, non recte subjungi 'apud Gallos, apud Romanos.' Livium enim in eadem periodo, et orationem tanto magis variasse, subinde regimen mutasse, videbimus ad XXXVIII. 39. § 10. Reliqui tamen, et inter eos optimus Flor. *utrimque* tuentur.

Quia vulgatum erat inter Veios Romanque nuncios commeare] *Quia solitum erat* Voss. 2. et Lov. 3. *quia erat vulgatum* Lov. 4. Deinde *inter Veios et Romam* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *inde Veios Romamque nuncios commeare* Lov. 2.

Et apud Romanos ob nocturni periculi memoriam] Codex Vormaciensis habet *ab nocturni periculi memoriam*. Lego *memoria*. Sicque dictum erit *ab nocturni periculi memoria*, ut 'ab re male gesta,' et 'ab rebus secundis,' et, quod hic mox sequitur, 'ab in-

Digitized by Google

cendiis torrido.' De quo loquendi modo supra admonuimus. *Rhen.* Vet. lib. *nocturni periculi memoria.* Sigon. Lectionem, quæ ante Rhenanum exstitit, se in Oxon. B. N. et C. invenisse, Hearne monuit. *Ob nocturni periculi memoria* habent Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *nocturni periculi memoria*, omissa præpositione, Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. fragm. Hav. et Oxon. L. 2. apud Hearnium. *Nocturni ppl'i memoria*, id est *populi*, Hav. ubi librarius compendia *picli* et *ppl'i* perperam confudit. *Ab nocturni periculi memoriam* Flor. Verum *ab nocturni periculi memoria*, quemadmodum Rhenanus recte, partim ex Mss. partim ex conjectura, emendavit, exhibent Leid. 1. Lov. 2. Harl. 1. Klockian. et Hearnii Oxon. L. 1. quod Gronovius in contextum recepit. Ejus autem lectionis illud, quod vulgo in primis edd. circumferebatur, glossema esse existimari debet. Vide Rhenanum ad IV. 31. § 9. et quæ notantur ad XXIV. 30. § 1. et ad XXVI. 1. § 3.

CAP. XLVIII. §1 *Ante omnia obsidionis bellique mala*] *Antea* male Leid. 1. *ante obsid-belliquo omnia mala* Leid. 2. et Lov. 1. *ante omnia obsidionisque mala* Lov. 4.

Fames utrimque exercitum urgebat] Præfero, quod est in duobus scriptis Hearnii, *utrumque*. Si enim *utrimque* scripsisset Livius, crederem etiam dicturum fuisse *exercitus* numero plurali. *Duk. Utrumque exercitum* Lov. 2. Hearnii Oxon. C. et Neapol. Latinii. Verum reliqui scripti mei ut et omnes typis exarati in receptum *utrimque* conspirant. Alibi 'utrimque' et 'utrumque' confunduntur in scriptis. Vide ad XXI. 45. § 1. Deinde *oriebat* Harl. 1. *urguebat* Leid. 1. et Lov. 3. de qua scribendi ratione vide quæ olim notavi ad Silii Ital. VI. 265. quibus adde Cortium ad Sall. Jug. c. 24. § 3. et quos ibi laudavit.

§ 2 *Galloe pestilentia etiam, quum loco jacente inter tumulos castra habentes, tum ab incendiis torrido*] *Pestilentiæ etiam* Hav. Sed in fine vocis *pestilentiæ* adhæsit prima litera sequentis *etiam*. Vide ad XL. 7. § 8. Hinc *tum lecto, &c. tum ab incendiis* Lov. 4. *tum loco, &c. tum ab incendiis* Voss. 1. Lov. 2. 5. a m. pr. Hav. et excusi veteres. *Cum loco, &c. cum ab incendiis* Port. Vide ad VI. 23. § 3. Deinde *jacentes inter tumultos* Lov. 5. a m. pr. Vide ad VII. 34. § 9. *jacentes inter tumulos* Lov. 2. 4. 5. a m. sec. Harl. 1. *jacentes ter tumulos* Leid. 1. Ceterum per *tumulos* intelligi posse sepulchra mortuorum, tam Romanorum a Gallis interemtorum, quam ipsorum Gallorum, pestilentia absumtorum, nisi insepulta jacuisse cadavera Livius innueret, Doujatius existimat. Verum potius intelligo ipsos colles, in quibus Roma urbs sita erat. In ipsa enim Urbe castra posuerunt. Et Servius, 'tumulus' collem et sepulchrum significare, docet ad Virg. Æneid. III. 22. Mox *torrides et vaporis plenos* Lov. 4.

§ 3 *Quorum intolerantissima gens est, humorique ac frigori adsueta, tum æstu et angore vexati vulgatis velut in pecora morbis morerentur*] Vet. lib. *humori ac frigori assueta.* Vet. item lib. *cum æstu et algore vexata velut in pecua morbis moreretur.* Hæc enim omnia referuntur ad vocem illam *gens*. Alii libri *languore*, non *algore*, habent. Sigon. *Tum æstu et languore vexati, vulg. velut in pecua morbis* restitui, fidejubentibus tribus Pall. Nam vetus editio *angore*. Sigoniana *algore*, quod miror. Neque enim convenit narrationi. Etiam erat in iisdem tribus *pecua*, non *pecora*, quod tamen mansit in excusis: et XXXV. 21. iterum usurpat *pecua* Livius. *Grut.* Primum Sigonius *humori*, pro *humorique*, quod edebatur, et Mss. alii servant: perinde ut c. 49. 'Sed Diique et homines;' ingerit 'sed Dii et homines,' quasi operæ pretium sit. Deinde, *cum æstu et algore vexata, &c. more-*

Digitized by Google

retur, pro eo quod erat *tum æstu et angore vexati, &c. morerentur.* Addit, alios *languore*, non *algore*, habere. Hinc, admissis quibusdam, aliis repudiatis, finxere vulgatum. Et *vexata* quidem omnes apud me olim editi ante Curionem: omnes tamen, ut et Mss. *morerentur:* quatuor quoque membranacei ignorant τὸ *est.* Sic enim referunt *intol. gens, humorique et frigori assueta cum æstu et angore.* Hinc nobis spes evadendi ex tam molesta longaque periodo, quæ et adscivit aliena, et sequentem capite mulctavit. Finire possumus superiorem orationem, et ponere τελείαν στιγμὴν post τὸ *adsueta.* Et dixerit hactenus, accidisse, ut utrumque exercitum fames, Gallos etiam pestilentia urgeret, castra habentes loco cum inter tumulos jacente, tum pleno vaporis et incendiis torrido, sed et cinerem, non modo pulverem, simul ventus incubuisset, erigente et ferente; quæ omnia nulli minus ferenda, quam Gallis, et humori et frigori adsuetis. *Quum,* pergit, *æstu et angore vexati, vulg. velut in pecua morbis, morerentur, jam pigr. sing. sepel. prom. acerv. cum hom. urebant.* Quid autem commernit, cur mutaretur τὸ *angore?* Suetonius Tib. c. 49. 'Cn. Lentulum augurem metu et angore ad fastidium vitæ ab eo actum.' Noster III. 6. 'Ea colluvio mistorum omnis generis animantium et odore insolito urbanos, et agrestem confertum in areta tecta æstu ac vigiliis angebat, ministeriaque invicem et contagio ipsa vulgabat morbos.' Volebam aliquando: *motum esset. Quorum int. gens. humori ac frigori assueta, quum æstu, et angore vexati vulg. velut in pecua morbis, morerentur: jam pigritia:* Ut Statius Theb. VII. 605. 'subeunt Tegeæa juventus Auxilio tardi.' Quod si quis malit, sequatur. *J. F. Gron. Quorum intoleratissima* Voss. 2. et Lov. 3. Sed scriptum fuerat *intolerātissima.* Errore deinde librarii nota suprascripta omissa est. Vide ad IX. 18. § 1. Ex eodem fonte ortum est, quod in Mss. modo *cunctatius* ac *moderātius,* modo *cunctantius* ac *moderantius* scribatur; de quo vide Burm. ad Suet. Cæs. c. 19. Hinc τὸ *est* tantum in Flor. Harl. 2. Port. et Hav. inveni. Reliqui omnes, ut et quinque Oxonienses Hearnii, id verbum abjiciunt. Deinde, τῷ *que* deficiente, *humori ac frigori* Sigonii vet. lib. consentientes præferunt Lov. 3. Voss. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. C. *iemi ac frigori* Lov. 2. Reliquorum itaque et inter illos optimorum auctoritas copulam servandam docet, sive accipere malis pro *quorum intolerantissima, adsuetaque humori ac frigori,* sive pro *quorum intolerantissima, adsueta humorique ac frigori,* de quo videbimus ad X. 30. § 2. *Umerique ac frigori* Leid. 1. qui error ex omissa a principio vocis adspiratione natus est. *Umorique ac frigori* Flor. *hiemique ac frigori* Hearnii Oxon. B. quæ lectio ex glossa profluxisse videtur. *Virorumque ac frigori* insigni scribarum aberratione ejusdem Oxon. L. 2. *vivorique ac frigori* Lov. 4. et 5. a m. pr. Postea *quum æstu et algore* Lov. 5. a m. sec. Harl. 2. Hav. et apud Hearnium Oxon. L. 1. quorum librarii duobus his diversis incommodis Gallos vexatos credidere, eaque hic jungenda esse, quemadmodum alibi sæpe junguntur. Apud Horat. in Art. Poëtic. vs. 413. 'Multa tulit fecitque puer: sudavit, et alsit.' Plinius XIV. 2. 'Siccitate magis quam imbre, æstu quam algore vexantur.' Verum non adverterunt ad præcedentia, quibus describuntur tamquam humori ac frigori adsueti, ideoque æstus intolerantissimi. Servandum itaque *quum æstu et angore,* quod etiam in ceteris meis atque Hearnii Oxoniensibus superest, nisi quod perperam *æstu et languore* sit in Lov. 3. *gestu et angore* in Lov. 5. a m. pr. Et

Digitized by Google

quidem 'æstus' referri debet ad solem, qui incommodus magis est in convallibus ac loco, qui tumulis cinctus erat; 'angor' autem ad vaporem ac cinerem vento motum, cujus utriusque intolerantissimi erant Galli humori ac frigori adsueti. Insuper, *gens, &c. vexati, &c. morerentur* Livio non indignam locutionem esse, ultro confiteor. *Gens vexati*, ut 'pars effusi;' de quo vide ad XXVII. 1. § 12. 'duo millia relicti;' de quo vide ad XXXVII. 39. § 12. *Gens morerentur*, ut 'gens Julia nuncupant,' de quo vide ad I. 3. § 2. An tamen hoc loco Livius ita loqui voluerit, dubito. Certe *vexata moreretur* Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Voss. 1. a m. sec. *vexata moriretur* Lov. 3. *vexata morerentur* Voss. 1. a m. pr. Hearnii Oxon. C. et editi, quos vidi, ante Frobenian. 1535. *vexato moreretur* in Oxon. N. *vexati moreretur* B. *vexati morerentur* in L. 1. et 2. se invenisse, Hearne monuit. Ultimum etiam est in Flor. Si quis nihilominus *vexati morerentur*, (quod editio modo memorata Frobenii recepit,) trium ultimo loco memoratorum codicum fide recipiendum existimet, non multum adversabor. Ego tamen plerorumque codicum auctoritatem sequor. Denique *vulgatis velut in peccora morbis* Lov. 5. *vulgatis velut in pecore morbis* Harl. 2. *vulgatis velut impetu morbis* Leid. 2. et Lov. 4. *vulgatis velut ipetu a morbis* Lov. 1. Reliqui omnes mei et Hearnii codd. exhibent *vulgatis velut in pecua morbis*, nisi quod unus Lov. 3. *veluti in pecua* præferat. Antiquiores editi modo *veluti in pecora*, modo *veluti in pecua*, modo *velut in pecora* præferunt usque ad Sigonium, qui *velut in pecua* reposuit. Et tamen proximi editores ei dicto audientes esse recusarunt usque ad Gruter. qui similiter recepit, et post eum recentiores omnes. Recte. Nam, a 'pecu' formatum *pecua* Livio non insolitum esse, docet locus a Grutero productus, cui adde alium ex XXVI. 34. 'Pecua captiva, præter equos, restituenda censuerunt dominis.' Eadem voce et alios usos esse, patet ex G. J. Vossio Gramm. IV. 7.

Pigritia singulos sepeliendi, promiscue acervatos] *Τὸ sepeliendi* culpa scribæ omittitur in Leid. 2. Deinde *promisce* Flor. et Leid. 1. Vide ad III. 47. § 7.

Bustorumque inde Gallicorum nomine insignem locum fecere] Leid. 1. præfert *bistorum inde Galli quorum*, perperam una voce in duas divisa, et litera *c* in *qu* mutata; de quo vide ad IX. 2. § 15. Hinc, quod forte sensum idoneum non redderet, una litera mutata, factum *bustorumque inde Galli suorum*, quod habent Harl. 2. Port. a m. pr. Hav. et Lov. 2. 4. ac 5. a m. sec. in quo a m. pr. pro *suorum* scriptum fuerat *eorum*. Sed pro eo *bustorumque inde Gallicorum suorum* habet Gaertn. Deinde *fecerant* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 5. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *fecerunt* Harl. 2. Lov. 2. 4. Port. et Hav. Ceterum originem nominis *bustorum Gallicorum* paullo aliter tradit Varro de Ling. Lat. IV. p. 37. 'Locus ad busta Gallica, quod, Roma recuperata, Gallorum ossa, qui possederunt Urbem, ibi coacervata ac consita.' Eorum etiam meminit Livius XXII. 14. 'Illo ipso die media in Urbe, qua nunc busta Gallica sunt, et postero die citra Gabios cecidit Gallorum legiones.'

§ 4 *Cum Romanis factæ, et conloquia permissu*] *Factæ, inde colloquia* fragm. Hav.

Quum idemtidem Galli famem objicerent] *Quum intenti Galli* Gaertn. Male. *Idemtidem*, quod in ceteris constanter superest, Livius frequenter adhibuit pro 'subinde,' 'sæpe.' Ita IV. 20. 'Magistratuum libri, quos linteos in æde repositos Monetæ Macer Licinius citat idemtidem aucto-

Digitized by Google

res.' l. v. c. 25. 'Camillus idemtidem omnibus locis concionabatur:' et sæpissime alibi. Deinde *obicerent* Flor. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et fragm. Hav. Vide ad II. 10. § 9.

Eaque necessitate ad deditionem vocarent] *Eademque necessitate* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. obvia passim in Mss. diversitate scripturæ. Vide ad X. 10. § 6. Tum *ad dedicationem* Port. Ita etiam supra in Mss. peccabatur hoc lib. c. 32. § 3. VIII. 12. § 6. et alibi. Denique *vocare* Flor.

Dicitur avertendæ ejus opinionis causa multis locis panis de Capitolio jactatus esse] Id autem in quiete monuit Jupiter; inde 'Pistor' dictus. Lactant. Div. Instit. l. I. c. 20. 'Eodem tempore Jovi quoque Pistori ara posita est, quod eos in quiete monuisset, ut ex omni frumento, quod haberent, panem facerent, et in hostium castra jactarent; eoque facto soluta est obsidio, desperantibus Gallis, inopia subigi posse Romanos.' *Klock. Dicitur quod avertendæ, &c. panis, &c. jactus est* Lov. 1. Leid. 2. et Voss. 1. a m. sec. qui a *m.* pr. habet *ēt*, id est *esse*. Verum hanc stribliginem non ipsius Livii, sed librariorum ejus esse, quilibet videt: *jactus* etiam est in multis edd. vett. *jactus* autem pro *jactatus*, vide ad X. 37. § 10. *Dicitur, &c. panes, &c. jactatos esse* Harl. 1. et Port. a m. pr. Vide ad I. 31. § 8. Aliis tamen codd. dissentientibus, solis his obediendum non est. Sed τὸ *esse* deficit in Lov. 2. 4. 5. Deinde *advertendæ ejus opinionis caussa* fragm. Hav. Vide ad VI. 23. § 8. *avertendæ opinionis caussa*, una voce omissa, Leid. 2. *avertendæ ejus oppi caussa* fragm. Hav. *avertendæ ejus obsidionis caussa* Hearnii Oxon. L. 1. Ceterum eamdem historiam etiam narrari ab Ovidio Fast. VI. 350. et Floro I. 13. observat Doujatius.

§ 5 *Dum dictator delectum per se Ardeæ habet*] *Dum haberet* Leid. 2. Harl. 2. et Lov. 1. Vide ad I. 40. § 7. Tum *dilectum* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Magistrum equitum L. Valerium a Veiis abducere exercitum jubet] *Magistrum eq; i. Valerium* Leid. 1. *magistrum eque. i. Valerium* Harl. 1. *magistrum eque L. Valerium* Flor. Vox *equitum* deficit in Lov. 5. a m. pr. prænomen Valerii in Lov. 2. Tum *ab eis* Leid. 1. *u* mutato in *b*. Vide ad IV. 31. § 9. *ab Vejis*, vel *Veis*, Voss. ambo, Leid. 2. Port. Lov. quinque, Hav. et fragm. Hav. Denique *ducere exercitum* Lov. 1. Voss. 1. Leid. 2. et Gaertn. Si quid mutandum, legerem *a Vejis adducere exercitum*, nempe Ardeam, ubi Camillus degebat: quæ lectio superest in Lov. 2. Ita 'advocare ab armis' Rhenanus restituit III. 16. § 6.

§ 6 *Interim Capitolinus exercitus, stationibus vigiliisque fessus*] Τὸ *Interim* deficit in Harl. 1. Tum *stat. vigiliis fessus*, sine copula *que*, Leid. 2. Lov. 5. et Harl. 1. Atque ita se in Rott. Helm. et Voss. 1. invenisse, monuit Gronov. ad IV. 3. § 12.

Superatis tamen humanis omnibus malis] *Super tamen humanis* Klockian. *superatis tū humanis* Lov. 2. Vide ad XXII. 17. § 5. *superatis tantum humanis* Voss. 2. An voluit librarius? *superatis tantum non humanis omnibus malis*. De quo vide ad IV. 2. § 12. Potius tamen est, ut existimem, ob similitudinem notarum *tm* et *tñ* voces *tantum* et *tamen* in Mss. commutatas esse. Vide ad l. III. c. 46. § 1. Præterea *omnibus humanis malis* Lov. 2. 4. et Gaertn. *omnibus humanis operibus malis* Hearnii Oxon. C. Mox *famā*, pro *famem*, Leid. 2. Tum *ultra*, pro *unam*, Lov. 2. et 4. Deinde *vinciri*, pro *vinci*, Harl. 1.

Equod auxilium ab dictatore adpareret] *Et quod aux.* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 3. 5. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. alibi sæpius obvio errore. Vide ad V. 36. § 5. *si quod aux.*

Digitized by Google

Lov. 4. Harl. 1. Port. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. et primæ edd. Aldina antiquiores: quod ex alterius lectionis expositione margini adscripta in contextum videtur receptum. Utraque lectione juncta *et si quod aur.* Lov. 2. Supra I. 9. 'A plerisque regitantibus dimissi, ecquod feminis quoque asylum aperuisset.' Infra XXV. 11. 'Suas' naves, 'quæ sinu exigue intus inclusæ essent, quum claustra portus hostis haberet, ecquem ad modum inde in apertum mare evasurus:' ita Gronov. emendandum censet, pro *et quemadmodum*, ut præferunt optimi Mss. Tum e *dictatore* Lov. 1. Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. et editi, quos vidi, usque ad Aldum, qui consentientibus reliquis scriptis *ab dictatore* substituit. Primis duabus vocibus erasis, *aur. ab dictatore apparare* præfert Flor. a m. sec. Paulo ante *prospectant*, pro *prospectans*. Klockian. quod quidem recte referri potest ad præcedens *exercitus*: sæpius enim Livium eam vocem collectivorum more cum verbo plurali construxisse, dictum est ad III. 28. § 2. hic tamen vulgatum præferendum puto, partim quod reliqui codd. id firmant, partim quod mox etiam sequatur *jussit*, non *jusserunt*.

§ 7 *Spe quoque jam, non solum cibo, deficiente*] Vocula *non* exulat a Lov. 3. Tum *deficienti* habet Lov. 2. Vide ad VI. 14. § 13. Reliquorum tamen in vulgatum consensus efficit, ne quid mutandum censeam.

Et quum stationibus procederent] Mendosus locus est. Emenda, *et cum stationes proced.* Rhen. Vet. lib. aliquot *et cum in stationes procederent*. Sigon. *Et quum stationes procederent* egregie Rhenanus ex Borbet. cum esset in editis *stationibus*. Profert Sigonius ex aliquot vett. libris *et cum in stationes procederent*. Quod probare cavebimus. Nam 'stationes procedere' dicuntur, quæ usque et usque continuantur; hic quidem ab iisdem, propter paucitatem propugnantium. Auctores illius scripturæ non meminerant, ut 'procedere' dicatur eleganter continuari, addi, connumerari, computari. Columella VIII. 7. 'Si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot jam farturæ processerint.' Sic in militaribus, 'æra' vel 'stipendia procedere.' Hoc ipso lib. c. 7. 'Placere autem omnibus hia voluntariam extra ordinem professis militiam æra procedere:' id est, hanc extraordinariam operam valere ad implenda justa stipendia, quæ junieres ex instituto debebant, perinde ac si delectu conscripti æstiva integra in castris egissent: continuari cum aliis, quæ fecissent, aut facturi essent, stipendiis ad contrahendum tempus emeriti. Lib. XXV. c. 5. 'Qui minores septem et decem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si septem et decem annorum aut majores milites facti essent.' XXVII. 11. 'Ne præterita stipendia procederent iis, qui equo publico meruerant, sed dena stipendia equis privatis facerent.' Ne continuarentur illis, neque computarentur, quæ jam fecissent, stipendia ad numerum complendum, sed tamquam tirones de integro inciperent merere. Frontinus Strateg. IV. 1. 'A Patribus deinde obtinuit, ne iis præterita æra procederent:' hoc est, ut in annis militiæ æstimandis nihil eis prodessent præteritæ expeditiones: sed præstare omnes cogerentur, tamquam ex hoc tempore primum auspicati militiam, tantoque serius vacationem haberent. Non enim finirentur stipendia, eorumque tempus finitum esset, ut interpretantur: hoc enim præmium foret, non pœna. Sic et 'stipendium' unius 'anni non procedere' dicitur, quo quis censetur non militasse. Valerius Maximus II. 7. 'Legioni enim neque stipendium anni procedere, neque æra dari voluit.' Hinc ad alia

Digitized by Google

quoque adhibetur non minus eleganter. Cato de Re Rustica c. 148. 'Quot dies per dominum mora fuerit, quo minus degustet, totidem dies emptori procedent:' id est, ei computabantur et utiles erunt, ne citius incipiat debere. P. Scipio apud Gellium v. 19. 'Filium adoptivum procedere, quam si ex se natum habeat:' sic enim libri veteres, non *prodesse*, ut nunc editur. Hoc est, æque duci et computari in utilitatem patris adoptivi ad præmia patrum promerenda. Apud eundem xv. 8. Favorinus: 'Is nunc flos cœnæ habetur inter istos, quibus sumtus et fastidium pro facetiis procedit.' Varro de Re Rust. II. 2. 'Ut agni chordi duo pro una ove annumerentur, et si cui vetustate dentes absunt, item binæ pro singulis ut procedant:' ubi offendit Victorius, qui 'procedere' pro numerari positum censet, quia greges ovium magni non bene numerari possunt, si eodem loco maneant: ideo solere pastores claudere gregem, et, dum emittunt, numerare, aliter enim fore, ut rursus confunderentur. Lepidum commentum. Immo *procedant* est 'valeant,' 'computentur,' 'ducantur,' 'augeant numerum.' *J. F. Gron. Et cum stat. procederent*, ut ante Rhenanum legebatur, servant Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 3. 4. 5. Harl. uterque, Gaertn. Port. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. *et cum a stat. procederent* ejusdem Hearn. Oxon. N. *et cum istationes procederent* Hav. quod pro i *stationes*, sive *in stationes*, positum videtur. *Et cum stationes procederent* Flor. Voss. 1. a m. pr. (nam *stationibus* inter versus a m. sec. emendatur) Klockian. et Hearnii Oxon. L. 1. et 2. Verbum 'procedere' eo sensu 'quo 'æra,' 'stipendia' dicuntur 'procedere,' erudite inlustravit Gronovius. Vide etiam quæ Heinsius ac Burmann. notarunt ad Ovid. Epist. Heroid. IX. 109. ut et Brisson. de Verbor. quæ ad jus pertinent, Significat. in voce 'Procedere.' An tamen ea huc pertineant, admodum dubito. Si, ut mihi etiam videtur, lectio, quam restituit Rhenanus, servanda est, 'procedere' alio sensu caperem: 'arma prope obruebant infirmum corpus, cum stationes procederent;' ubi *stationes* sunt milites stationarii, sive quorum vices erant, ut stationem agerent. Hæ 'stationes procedebant,' quum milites in stationem sive in locum adsignatum procederent. Et quidem, si cohortes aut manipuli instructi ac sub signis eo abirent, dicerentur 'procedere,' quo sensu consules primo honoris initi die dicuntur 'procedere,' de quo vide quæ notavi ad Silii VI. 444. Certe 'procedere' de militibus ex castris in aciem prodeuntibus obcurrit III. 62. 'Postero die, simul instrui Romanam aciem Sabini videre, et ipsi jam pridem avidi certaminis procedunt:' etiam apud Silium Ital. VII. 525. 'Quem postquam rapidum vidit procedere castris Hinc Libys, hinc Fabius.' 'In aciem procedere' dixit Liv. IV. 32. 'Quum Etrusci pleni animorum ab pristini diei meliore occasione, quam pugna, in aciem processissent:' 'in medium campi procedere' ibid. c. 18. 'Utrimque acies inter bina castra in medium campi procedunt:' ubi 'acies' dicuntur 'procedere,' ut hoc loco 'stationes:' 'ad conloquium procedere' VII. 40. 'Corvus, omnes caritate cives, præcipue milites, et ante alios suum exercitum complexus, ad conloquium processit.' Vide ad I. 23. § 6. Aliam plane lectionem profert Lov. 2. *et quum in stationibus prociderent* exhibens; quem non audiendum censeo. Composita verbi 'cedere' et 'cadere' inter se commutari, videbimus ad IX. 24. § 10.

Redimi se, quacumque pactione posset, jussit] Repone *possent*. Rhen. Vetus scriptura defendi potest nota in ta-

Digitized by Google

libus ellipsi. Cap. præc. ‘Reliquum noctis, quantum in turbatis mentibus poterat, &c. quieti datum est.’ Ejusdem generis sunt Terentiana illa ‘quantum potest,’ et ‘si quid potest.’ *Duk.* *Redemissæ* Leid. 1. eodem fere errore, quo *is se* in *isset* abiisse infra monuit Jac. Gron. ad Liv. l. XXVII. c. 27. § 11. Tum *quacumque ratione* Hearnii Oxon. N. Deinde *possent*, quod Rhenanus maluit, habent Flor. Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 5. Neapol. Latinii, et edd. principes. Et ita videtur intelligendum *quacumque pactione*: *possent*, nempe magistratus redimere. Quo minus enim intelligam *quacumque pactione possent*, nempe redimi, illud obstat, quod ita etiam subintelligi deberet τὸ ‘exercitus,’ de quo non tantum in præcedentibus, sed etiam in sequentibus, numero singulari locutus est: *posset* autem, quod apud Aldum primum invenio, apud me superest in Lov. 3. et Gaertn. *posse* præferunt Leid. 1. Lov. 2. Harl. 1. et fragm. Hav. Sed tota illa vox omittitur in Harl. 2. Port. Hav. et Lov. 4.

Se adduci posse, ut obsidionem relinquant] Obsessum Capitolium fuit menses sex. Varro de Vita Pop. Rom. lib. II. apud Non. Marcell. in ‘Genitivus pro ablativo:’ ‘Ut noster exercitus ita sit fugatus, ut Galli Romæ et Capitolii sint potiti, neque inde ante menses sex cesserint.’ *Klock.* Ita et Orosius calamitatem Romanorum hoc tempore cum illa, qua a Gothis suo tempore adfecti sunt, comparans II. 19. ‘Revera pares sunt et conferuntur inter se hæ duæ captivitates, illa sex mensibus desæviens, et tribus diebus ista transcurrens.’ Sed septem menses numerat Polyb. II. 22. Οὐ μόνον ἐνίκησαν μαχόμενοι Ῥωμαίους· ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν μάχην ἐξ ἐφόδου κατέσχον αὐτὴν τὴν Ῥώμην. Γενόμενοι δὲ καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἁπάντων ἐγκρατεῖς, καὶ τῆς πόλεως αὐτῆς μῆνας ἑπτὰ κυριεύσαντες, τέλος, &c. εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανῆλθον. Etiam Plutarch. in Camill. p. 144. Οὕτως μὲν ἡ Ῥώμη παραλόγως ἥλω, καὶ παραλογώτερον ἐσώθη, μῆνας ἑπτὰ τοὺς πάντας ὑπὸ τοῖς βαρβάροις γενομένη. Παρελθόντες γὰρ εἰς αὐτὴν ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον τῶν Κουιντιλλίων εἰδῶν, περὶ τὰς Φεβρουαρίας εἰδοῦς ἐξέπεσον. Ceterum *se obduci posse* Leid. 2. *se abduci posse* Voss. uterque, Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad XXVII. 29. § 1. *Adduci* hic est ‘permoveri.’ Cic. ad Famil. II. 10. ‘Non enim possum adduci, ut abs te postea, quam ædilis es factus, nullas putem datas.’ v. 5. ‘Ego quæ tua caussa antea feci, voluntate sum adductus, posteaque constantia.’ Val. Max. II. 9. ex. 6. ‘Neque tristi judiciorum exitu compelli, neque honorum magnitudine adduci potuit, quo se blandiorem in administratione reipublicæ gereret.’ Curtius X. 2. ‘Non hercule potest fieri, ut adducar, querendi simul omnibus hanc caussam esse.’ Sueton. Tib. c. 21. ‘Adduci tamen nequeo, quin existimem, circumspectissimum et prudentissimum principem, in tanto præsertim negotio, nihil temere fecisse.’

§ 8 *Tum senatus habitus, tribunisque militum negotium datum*] *Cum senatus* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Hinc *datum negotium* edd. primæ. Aldus ordinem primus mutavit: eique adsentiuntur Mss.

Inter P. Sulpicium tribunum militum et Brennum] Legendum *inter Q. Sulp.* ut dixi. *Sigon.* Hic iterum omnes codd. tum mei, tum Hearnii Oxonienses, *P. Sulpicium* servant. Vide ad c. 36. § 12. *Tribunum mihi*, pro *tr. militum*, habet Leid. 1. Tum *Brennium* Leid. 2. *Brenium* Harl. 2. Similiter peccarunt codd. cap. 38. § 3. Mox *colloquia transacta res* Leid. 1. et

Digitized by Google

fragm. Hav. a m. pr. Vide hoc lib. ad c. 45. § 1. *Colloquiis transacta res* Lov. 2.

Mille pondo auri pretium, &c.] Eamdem pecuniæ summam memorant etiam Valer. Max. v. 6. ex. 8. Plutarch. in Camillo p. 143. et Zonar. Ann. VII. 23. Nisi in numero differret, huc etiam referendum putarem locum Varron. ex l. I. de Vit. Pop. Rom. apud Non. Marc. voc. 'Torquem:' 'Auri pondo duo millia acceperint ex ædibus sacris, matronarum ornamentis, a quibus postea id aurum et torques aureæ multæ relatæ Romam atque consecratæ.' Sane non videtur pertinere ad factum matronarum, quæ post captam urbem Veios, quum aurum, unde Apollini votum solveretur, deesset, ornamenta sua contulerunt, ut Livius refert c. 25. quo locum refert Coler. ad Val. Max. loc. laud.

§ 9 *Adjecta indignitas est. Pondera ab Gallis adlata iniqua*] *Abjecta indignitas est* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad III. 37. § 4. *adjecta dignitas est* Port. Tum *a Gallis* Leid. 2. Gaertn. et Lov. 1. ac 3. *Gallis*, omissa præpositione, Lov. 4. Hinc *ablata iniqua* Flor. Leid. 1. Lov. 5. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad III. 42. § 6. *ablata iniqua* Hearnii Oxoniensis C. *abrepta iniqua* Lov. 4. *allata in qua* Vass. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Additus ab insolente Gallo ponderi gladius] *Additur* Harl. 2. Port. et Hav. *aditus* Lov. 3. Vide ad IV. 57. § 11. Tota vox aberat a Lov. 4. Deinde *insolente Gallo*, omissa præpositione, quædam ex priscis edd. Sed eam primus adjecit Ascensius a. 1513. et servant, quos vidi, codd. omnes. Verum *ab insolenti Gallo* præferunt Harl. 2. Port. et Hav. invitis optimis. Vide ad VI. 14. § 3. Denique *ponderi* non adparet in Leid. 2. Verum similiter Florus I. 13. 'Quum, ad iniqua pondera addito adhuc gladio, superbe væ victis increparent:' etiam Plut. in Camill. p. 143. Ὁ δὲ Βρέννος εἶον ἐφυβρίζων καὶ καταγελῶν, ἀπολυσάμενος τὴν μάχαιραν ἅμα καὶ τὸν ζωστῆρα, προσέθηκε τοῖς σταθμοῖς.

Intoleranda Romanis vox, Væ victis esse] Festus hunc locum sic expressit: 'Væ victis in proverbium venisse existimatur, cum Roma capta Senonibus Gallis aurum ex conventione et pacto pensum, ut recederent, quod, de iniquis ponderibus uno ex tribunis querente, Brennus dux Gallorum ad pondera adjecit gladium, et dixit, Væ victis: quem postea Furius Camillus quum insidiis circumventum concideret, et quereretur contra fœdus fieri, eadem voce remunerasse dicitur.' *Sigon.* Vinetus et Salmasius ad Flor. I. 13. hæc verba laudantes omiserunt *esse*, fortassis quod id ab alio inculcatum, non a Livio profectum putabant. Plautus quoque, Varro, et Festus, quorum loca dudum indicavit Erasmus in proverbio 'Quid nisi victis dolor?' dicunt *væ victis* sine verbo substantivo. Potest quidem suppleri *est*, vel *erit*, ut docet Sanctius Min. IV. 5. sed non magis necesse est vel hic, vel alibi usquam huic formulæ verbum addi, quam quum dicunt 'væ tibi,' 'væ vobis.' Similis est sermo ἐλλειπτικὸς minantis in Livio IV. 49. 'Malum quidem militibus meis.' *Duk.* Plutarch. in Camillo p. 143. Πυνθανομένου δὲ τοῦ Σουλπικίου τί τοῦτο; Τί γὰρ ἄλλο (εἶπεν) ἢ τοῖς νενικημένοις ὀδύνη; καὶ τοῦτο μὲν οὖν ἤδη παροιμιώδης λόγος γέγονε. Illud autem proverbium Erasmus in Adag. Tit. 'Vincere et vinci' ex Plutarchi loco concipit *Quid nisi victis dolor*, quum potius ex Livio, Festo, ac Floro concipi deberet *Væ victis*, ut ex Casaub. ad Polyb. I. 6. observat Duker. ad Flori I. 13. § 17. Ceterum, pro Sulpicio, quem iniqua pondera questum Plutarch. dicit, Festus Ap. Claudium

Digitized by Google

nominat, cujus locus ex schedis Farnes. ita integrius editur: 'Cum, Roma capta a Senonibus Gallis, aurum ex conventione et pacto adpenderetur, ut recederent, quod iniquis ponderibus exigi a barbaris querente Ap. Claudio, Brennus rex Gallorum ad pondera adjecit gladium,' &c. Eorum tamen, qui Sulpicium, hoc anno tribunum militum, memorant, sententiam veriorem esse ad d. loc. censet Ant. Augustin.

CAP. XLIX. § 1 *Sed Diique et homines prohibuere*] Veteres plerique libri, *Sed Dii et homines*. Sigon. V. C. habet *Sed Dii quoque et homines*, &c. ut legi possit, *Sed Dii quique et homines*. Ursinus. *Sed Diique et homines* Pall. triga et vetus ed. Andreae. Campanus vero *Sed Dii quoque et homines*. Quod cum perænque in suo invenisset F. Ursinus, vel a Sigonio percepisset, conjectat legendum *Sed Dii quique et homines*. Valde coacte. *Gebh. Sed Dii et homines*, ut in suis Sigonius invenit, est in Voss. 2. et Lov. 3. *Sed Dii quoque et homines*, ut vet. cod. Ursini habebat, præferunt etiam Hav. et Latinii Neapol. ex cujus vestigiis is etiam *Sed Dii quique et homines* legendum conjicit. Sed potius *Dii quoque*, pro *Diique*, eodem errore datum puto, quo *hodie quoque*, pro *hodieque*, hoc lib. c. 27. § 1. ubi plura vide. *Sed Diique hominesque* fragm. Hav. Adparet, nasutis librariis displicuisse compositionem *Diique et homines*, pro *et Dii et homines*, existimantes non recte, sequente *et* hoc sensu, præmitti τὸ *que*, quod tamen Livio frequentissimum est. Supra I. 43. 'Tela in hostem hastaque et gladius.' II. 59. 'Eo pavore signaque et ordines turbavit.' III. 42. 'Invidiæque plena castra erant, et Romam ferri protinus Siccium placebat.' IV. 6. 'Quinctiorum, Cincinnatique et Capitolini, sententiæ abhorrebant a cæde.' c. 53. 'Quum ad omnem mentionem tribuni favor circumstantis populi plaususque et adsensu cum vocibus militum certaret.' v. 51. 'Quum, victoribus Gallis, capta tota Urbe, Capitolium tamen atque arcem Diique et homines Romani tenuerint, habitaverint.' X. 20. 'Perusinorumque et Clusinorum ensa amplius tria millia:' ubi plura vide. Præterea prima vox *Sed* deerat in Lov. 2. Verum illa intercepta esse censenda est partim a literis ultimis præcedentis, partim ab initiali seq. vocis. Vide ad XXXIX. 6. § 2. Deinde *prohibere* ex duobus Pall. emendat Gebhardus ad I. 12. § 1. Et ita præferunt Lov. 2. et 3. Sæpe quidem librarios orationes infinitas in finitas mutare solitos fuisse, dictum est ad I. 50. § 5. hic tamen vulgatum non videtur loco movendum esse, quod omnes scripti mei uno ore servandum clamant. Mox male *Romanos* omittitur in Port.

Nam forte quadam, priusquam infanda merces perficeretur] *Sorte quadam* Flor. Voss. 2. Lov. 3. 4. et Harl. 2. Male. Passim ita librarios lapsos esse, vidimus ad I. 9. § 15. Præterea *nefanda merces* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Sed in alteram lectionem conspirant reliqui codd. Deinde *proficeretur* Harl. 1. Male. Vide ad XXXVII. 6. § 7. *perficerentur* nonnullis ex vetustioribus excusis.

Per altercationem nondum omni auro adpenso] *Per altricationem* Gaerta. Vide ad IV. 6. § 1. Tum vox *omni* deficit in eodem Gaerta. et in Lov. 5. a m. sec. *omnia auro appenso* Leid. 1. Sed in fine vocis *omnia* male repetitur litera initialis vocis seq. Vide ad XL. 7. § 8. *Omnia appenso* Harl. 1. Mox *auferendo aurum de medio*, pro *auferrique aur. de med.*, Gaerta. Reliqui omnes vulgatam lectionem defendunt, niai quod vocula connectens *que* desit in Lov. 5.

§ 2 *Quum illi renitentes pactos dicerent esse*] *Quum illi retinentes*, transpositis literis, Lov. 1. Voss. 1. Leid. 1.

Digitized by Google

et Harl. 1. Et hinc postea nata est lectio, quam in cod. suo invenit Klockius, *Quum illi retineri pacto dicerent sese.* Similiter *pacto*, pro *pactos*, etiam Lov. 3. Curtius VI. 3. 'Ego vero, milites, ad penates meos, ad parentem sororesque, et ceteros cives, vel renitentibus vobis erumperem:' ubi tamen Modius *retinentibus* malebat, quod etiam plures præferunt scripti. Apul. Met. l. III. p. 43. ed. Pric. 'Statimque lictores duo de jussu magistratuum inmissa manu trahere me sane non renitentem occipiunt:' ubi vide Pricæum. Ibid. p. 49. 'Luctantem me, ac diu renitentem præcedens facinus instaurare nova ostensione, lictores jussu magistratuum quam instantissime compellunt:' et p. 50. 'Injecta manu me renitentem, lacrimisque rursum promicantibus crebro singultientem clementi violentia secum adtraxit:' qui alibi etiam hoc verbo usus est sæpius.

Ab inferioris juris magistratu facta esset] *Ab infer. gradus mag.* Lov. 4. Harl. 2. et Port. Sed *gradus* ex interpretatione vocis *juris* natum videtur. Hinc junctim *ab inf. juris gradus mag.* habet Gaertn. Vide ad IV. 55. § 5. adde mox ad § seq. Corruptissime *ab inferioribus gradus magistratus facta esset* præfert Hav. *inferioribus*, pro *inferioris*, eodem errore, quo *hostibus*, pro *hostis; ordinibus*, pro *ordinis*, et similia alia passim obcurrunt. Vide ad XXII. 8. § 7. In voce autem *magistratus* ultima litera nata est ex similitudine primæ vocis seq. Vide ad IV. 33. § 10. Mox *denunciat Gallis*, pro *denunciatque Gal.* Port.

§ 3 *Suos in acervum conjicere sarcinas et arma aptare*] *Ef suos*, priori voce a m. antiqua addita, Flor. Tum *et aptare arma* fragm. Hav. *et arma patre* Harl. 1. Sed voluit librarius *parare: nam et arma parare ac aptare* habet Gaertn. Vide modo ad § præced. De locutione 'arma aptare' vide ad IX. 31. § 9.

Ferroque, non auro, recuperare patriam jubet] Modius ad Justini I. 10. § 1. 'reciperare patriam' (in novissima Justini ed. male *reciperari patriam* errore operarum editur) ex membranis legendum monuit. De verbo 'reciperare' vide ad VII. 18. § 1. Hic tamen et scripti et editi, quos consului, constanter vulgatum servant; neque ullam lectionis varietatem ex suis codd. Hearne notavit.

Fana Deum, et conjuges, et liberos, et solum patriæ deforme belli malis] *Fana Deorum* Port. et Hav. Tum *ac liberos* Gaertn. *liberos*, conjunctione omissa, Hav. Mox *bellis malis* Voss. 1. inter versus, Leid. ambo, Lov. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide hoc lib. ad c. 45. § 1. *belli malum* Gaertn.

§ 4 *Instruit deinde aciem, ut loci natura patiebatur, in semirutæ solo urbis*] *Instituit deinde aciem* Lov. 4. Vide ad IV. 4. § 4. *Instruit deinde acies* Hav. Tum *ut loci naturam pat.* Leid. 1. Denique *semiruptæ solo urbis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. et Hav. Vide ad X. 4. § 7.

Quæ arte belli secunda suis eligi præpararive poterant] *Quæ in arte belli* fragm. Hav. a m. pr. *arte bellis* Leid. 1. ultima litera *τοῦ bellis* male repetita ex prima vocis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Hinc *secunda sive legi* Lov. 2. *secunda suis legi* Lov. 1. Tum *eligi, sperari, præpararive* Gaertn. Sed media vox est a mala manu. *elegi præpararive* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr.

§ 5 *Iraque magis, quam consilio, in Romanos incurrunt*] *Itaque magis* Hav. Vide ad XXIV. 16. § 1. *ira magis*, sine conjunctione, Leid. 2. et edd. vetustæ. Primus deinde Aldus *τὸ que* addidit, quod etiam servant reliqui scripti. Præterea præpositio *in* deficit in Lov. 5. Paullo ante *reno-*

Digitized by Google

vare trepidi, pro *nova re trep.*, Flor.

Jam verterat fortuna] *Jam venerat fortuna* Leid. 2. solito librariorum errore, qui et alibi *vertere* passivo sensu mutarunt in *venire*. Vide ad IV. 6. § 1. et ad IX. 17. § 6. Mox *humanaque concilia*, pro *hum. consilia*, Gaertn. Male. Vide Gronov. ad Liv. XLIV. 2. § 5.

Haud majore momento fusi Galli sunt, quam ad Alliam vicerant] *Fusi sunt Galli* Gaertn. et edd. vetustæ usque ad Aldum, qui primus edidit, ut nunc vulgo exstat, consentientibus aliis codd. Tum *ad Aliam* Voss. ambo, Lov. quinque, et multi ex vetustioribus excusis. Vide ad Epit. hujus libri. Quatuor autem voces, *quam ad Alliam vicerant*, desunt in contextu Port. ejusdem tamen margini postea a m. altera adscriptæ fuerunt.

§ 6 *Justiore altero deinde prælio ad octavum lapidem Gabina via, &c. vincuntur*] *Justiorē alter deinde prælio* Leid. 1. aberrante librario. *Just. alio deinde prælio* Lov. 4. Vide ad Epit. Liv. lib. L. et ita erat in Flor. a m. sec. in quo *Justiore alieno deinde prælio* a m. pr. scriptum fuerat. *Tò prælio* deest in Leid. 2. ut ex præcedenti repetatur *concursu*. Sed omnes alii vocem illam uno consensu retinent. Deinde *Gabinia via* fragm. Hav. invitis reliquis, qui receptam lectionem servant, nisi quod *Gavina via* sit in Flor. et Leid. 1. commutatis literis *b* et *v*, quod frequens est in Mss. Vide ad V. 24. § 5. Ceterum, viam *Gabinam*, non *Gabiniam*, dictam esse, vidimus ad II. 11. § 7. Mox *quo sese ex fuga*, pro *quo se ex fuga*, Gaertn. Deinde vero *Istic cædes*, pro *Ibi cædes*, Harl. 1. *Ista cædes* Lov. 2. *Ita cædes* Lov. 4. et 5.

§ 7 *Triumphans in Urbem redit*] Prima vox deest in Leid. 2. Tum *in Urbem rediit* Lov. 2. et Hav. Alibi sæpe ita variasse librarios, videbimus ad XXXVI. 35. § 2. Supra IV. 10. 'Consul triumphans in Urbem redit, Clœlio duce Volscorum ante currum ducto.' c. 20. 'Dictator senatusconsulto jussuque populi triumphans in Urbem rediit.' Et alibi sæpe.

Interque jocos militares, quos inconditos jaciunt] *Interque locos militares* Flor. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXXVI. 14. § 4. De jocis militum triumphantium vide ad III. 29. § 5. Deinde *faciunt* Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. Harl. uterque, Port. et Hav. Non raro hæc verba in Mss. commutantur. Vide ad XLI. 4. § 2. Supra hoc lib. c. 15. 'Quisnam is esset, qui per ambages de lacu Albano jaceret.' Sueton. in Ner. c. 37. 'Multasque nec dubias significationes sæpe jecit, ne reliquis quidem se parsurum senatoribus.' 'Jactare' dixit IV. 53. 'Quum ex senatusconsulto Urbem ovans introiret, alternis inconditi versus militari licentia jactati.' XXVIII. 9. 'Notatum, eo die plura carmina militaribus jocis in C. Claudium, quam in consulem suum, jactata.' Sueton. in Cæs. c. 51. 'Ne provincialibus quidem matrimonia abstinuisse, vel hoc disticho adparet, jactato æque a militibus per Gallicum triumphum.'

Romulus ac parens patriæ] *Ac pater patriæ* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. 4. 5. *ac pr̃ patriæ* Klockian. Vide ad VII. 5. § 7. Nescio, quid voluerit librarius Leid. 1. qui dedit *Romulus acparesunt patriæ*.

Haud vanis laudibus adpellatur] *Haud navis laudibus* Lov. 5. transpositis perperam literis. Librarios autem sæpe 'navus' et 'vanus' confudisse, dictum est ad Silii Ital. I. 549. *appellantur* Gaertn. *appellabatur* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. ambo, Port. fragm. Hav. a m. sec. Hearnii Oxon. B. et vetustæ edd. usque ad Basil. 1539. in qua *appellatur* primum inveni: quod in solis mihi obviam fuit Lov. 4. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Librariis displicuisse

Digitized by Google

videtur temporum mutatio *redit* et *adpellabatur*. Sed vide Corte ad Sall. Jug. c. 61. § 3.

§ 8 *Quum prohibuit migrari Veios, et tribunis rem intentius agentibus*] *Quum prohibuit migrare* Leid. 2. *tum prohibuit migrari* Voss. 2. et Lov. 3. *Tum* et *quum*, sive *cum*, sæpissime confundi solent. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. Præterea *tribunis remittentius agentibus* Leid. 1. *tribunis rem intentius gerentibus* Flor. quod Salvinius adjecta nota sibi non displicere indicavit. Sed caussam vulgati rejiciendi, pro quo stant omnes reliqui codd. non video. Infra XL. 44. 'Consul priusquam ullam rem publicam ageret.' Et ita sæpe. Passim hæc verba a librariis confunduntur. Vide ad XXII. 28. § 1. Paullo ante *interim*, pro *iterum*, Lov. 1. Vide ad X. 18. § 1.

§ 9 *Senatu obsecrante, ne rempublicam in incerto relinqueret statu*] *Senatū obsecrante* Leid. 1. *senatus obsecrante* Port. *senatus obsecravit* Lov. 2. 4. 5. et Hearnii Oxon. C. Deinde *ut resp. in incerto relinqueret statu* Port. *ne resp. in incerto relinqueretur statu* Harl. 2. Olim per notas scriptum fuerat *R. P.* id vero utrum *respublica*, an *rempublicam*, reddendum foret, librarius ignoravit: quomodo eos etiam aliis locis errasse videbimus ad X. 37. § 15. Quum autem male prius elegissent, proclive etiam fuit *relinqueret* mutare in *relinqueretur*, quum ceteroquin et alibi ita peccare soliti sint. Vide ad XXXIX. 22. § 8. *Ne respu. incerto relinqueretur statu* Hav. ubi præpositio *in* intercepta est a prima syllaba vocis seq. Vide hoc lib. c. 28. § 5. *senatus obsecravit tenere post, ne incerto relinqueret statu* Lov. 5. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 2. *teneret post, ne incerto relinqueret statu* Lov. 5. a m. sec. *teneret post, ne relinqueret in incerto statu* Lov. 2. *temere post ne in certo relinqueret caū*, id est *casu*, Lov. 4. a m. pr. *in incerto* a m. sec. *ne rem post in incerto relinqueret statu* Leid. 1.

CAP. L. § 1 *Ut erat diligentissimus religionum cultor*] *Cultor relig.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *religionis cultor* Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad c. 55. § 1.

Retulit, et senatusconsultum facit] Vet. lib. *retulit. Senatusconsultum fit.* Sigon. Pall. duo hic monstra lectionum fovent; quibus ne exterream lectorum animos, missa facio. At Pal. 2. *retulit. Senatusconsultum fit.* Campan. edidit *et senatusconsultum fecit.* Gebh. *Et senatusconsultum facit* plures et meliores. Sigonius *Senatusconsultum fit.* Sed consul quoque aut dictator senatusconsultum facit, quum dat operam, efficitque ut fiat. Cic. ad Attic. IX. 15. 'Primas ejus actiones horreo: volet enim senatusconsultum facere, volet augurum decretum.' *J. F. Gron. Et Sunc facit* Flor. et Klockian. *et G. nicus facitque* Lov. 3. *ex senatuscon. fit* Hav. *ex senatusconsulto facit* Lov. 5. Harl. 2. Gaertn. et Port. *et senatusconsultum fecit* fragm. Hav. *et senatusconsulto facit* Lov. 4. *et senatusconsulto*, omissa voce *facit*, Lov. 2. Sed puto recte Gronovium adversus Sigonium vulgatam lectionem defendisse. Eam enim reliqui, et inter eos omnes melioris notæ codd. probant. Supra IV. 11. 'Fabius et Æbutius consules, ut delerent prorsus ex animis hominum infamiam judicii, senatusconsultum fecerunt.'

§ 2 *Fana omnia, quod ea hostes possedissent*] *Quæ fana omnia* Voss. 2. Tum *quod eo hostes* Port. et Hav. *quod ea hostes possedisset* Flor. sed a manu recenti addito factum est *possedissent. Quod ea hostis possedisset* Lov. 1. Voss. 1. Leid. uterque, omnesque excusi usque ad Aldum. II. 62. 'Ibi, quia hostis mœnibus se tenebat, vastati agri sunt.' III. 3. 'Hostem in agro non invenit:' ubi unus cod. *hostes*. c. 28. 'Ultro ex

Digitized by Google

stationibus ac vigiliis territant hostem:' et hic duo *hostes*. c. 39. 'Minucius, contra Sabinos profectus, non invenit hostem.' c. 70. 'Priusquam hostis turbatos ordines reficeret, terga impugnare hostium satius visum est.' IV. 18. 'Dictateri ac Romanis, quod detrectasset pugnam hostis, animi accessere.' V. 45. 'Extremos tamen pavor cubilibus suis excitos in fugam, et quosdam in hostem ipsum, improvidos tulit.' c. 47. 'Tum vigiles ejus loci, qua fefellerat ascendens hostis, citati.' VI. 24. 'Optimum visum est, pedestri pugna invadere hostem.' c. 31. 'Romano contra etiam in hostico morandi causa erat, ut hostem ad certamen eliceret.' VII. 24. 'Inferenda sunt signa, et vadendum in hostem.' VIII. 37. 'Castra in hostico incuriose ita posita, tamquam procul abesset hostis.' XXVII. 25. 'Haud dubia spe, si duobus exercitibus consularibus junctis commisisset sese hostis, debellari posse.' XXVIII. 16. 'Quum hostis nequidquam subire iniquo adscensu conatus esset, haud difficulter sese tutati sunt.' Quibus at et aliis locis pariter variant scripti. Vide ad VI. 22. § 2.

Restituerentur, expiarenturque] Andreas, *restaurarentur, terminarenturque, expiarenturque*. Omnes alii ante Gruterum, *restituerentur, terminarentur, expiarenturque*. Consultone is omiserit, an sit operarum error, haud scio: in binis certe, quas habeo, deest; atque inde in tot aliis, quæ ex istis propagatæ. Injuria profecto. Conceptis enim verbis finiebantur templa non modo augurii aut auspicii causa, ut loquitur Varro in sexto p. 66. sed etiam quæ perpetua constituebantur ædificabanturque religionis causa. Lib. I. c. 10. Romulus: 'Templumque iis regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico.' Hinc et 'fines templares' apud Agrimensores antiquos. Notus lapis Claudii: AVCTIS. POPVLI. ROMANI. FINIBVS. POMOERIVM. AMPLIAVIT. TERMINAVITQVE. *J. F. Gron. Restituerentur, terminarenturque*, ultima voce *expiarenturque* omissa, Leid. 1. Sed eam intercepit similitudo proximæ vocis *expiatioque*. *Restituerentur, terminarenturque, expiarenturque* Harl. 1. *restituerentur, immutarenturque expiarentur* Lov. 5. *restituerentur, immutarenturque ac expiarentur* Lov. 4. et Harl. 2. *restituerentur, initiarenturque ac expiarentur* Port. *restituerentur, terminarenturque ac expiarentur* Hav. *restituerentur, terminarentur, expiarentur* sine copula Gaertn. Et autem vel addi, vel, ut Livius sæpius fecit, omitti potest. Sed, quum plerique codd. in illa servanda consentiant, etiam non expungendum censeo. Ceterum τὸ *terminarentur*, a Gruteto ejectum, sed recte a Gronovio restitutum, non tantum defenditur unanimi consensu codd. scriptorum ac priorum edd. sed etiam auctoritate Plutarchi in Camill. p. 145. Οἱ δὲ τοὺς ἱεροὺς τόπους ἀναλαβεῖν καὶ ὁρίσαι ταχθέντες ὑπὸ τοῦ Καμίλλου, συγκεχυμένων πάντων, &c.

Expiatioque eorum in libris per duumviros quæreretur] *Expiatio eorum* Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Tum *exquireretur* Leid. 2.

§ 3 *Cum Cæretibus publice hospitium fieret*] Gellius XVI. 13. Cæretibus hoc tempore civitatem datam sine suffragio ait, ob conservatorum sacrorum meritum. *Sigon. Tum Cæretibus* edd. vett. pro quo Aldus deinde *Cum Cæretibus* substituit: et ita præferunt etiam codd. omnes. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Deinde *publicum hospitium fieret* Hearnii Oxon. N. Male: *publice* enim hic est publica auctoritate, nomine reipublicæ. Vide ad IV. 13. § 8. Supra I. 45. 'Quum consensum Deosque consociatos laudaret mire Servius inter proceres Latinorum, cum quibus publice privatimque hospitia amicitiasque de industria junxerat.' Exempla civitatum, quæ publice hospitia jungunt, servant tabulæ, quas edi-

Digitized by Google

dit Tomasin. de Tesser. Hospital. c. 2. Ceterum inverso ordine vocabulorum *hospitium publice fieret* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quorum auctoritatem secutus sum.

Quod sacra populi Romani ac sacerdotes recepissent] Vox *Romani* deest in Port. Desunt etiam tres sequentes voces in contextu, sed m. sec. margini adscriptæ sunt.

Beneficioque ejus populi non intermissus honos Deum inmortalium esset] Etiam hic tres priores voces *beneficioque ejus populi* deesse in Port. Deinde *honor Deum inmort.* Lov. 2. 4. 5. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Vide mox ad § 7.

§ 4 *Ludi Capitolini fierent, quod Jupiter optimus maximus suam sedem atque arcem pòpuli Romani, &c. tutatus esset*] *Ludi Cap. ut fierent* Harl. 2. Port. et Hav. Sed recte τὸ *ut* ignorant meliores. Quod nunc sero adderetur, quum omissum sit § 2. et 3. Id et alibi in proponendis senatusconsultis omitti solet. Supra v. 21. 'Senatusconsulta fiunt, neque tribuni legem eo anno ferrent, neque consules ab Urbe exercitum educerent:' quamvis tamen sæpius addi non negem. Vide quæ ad eum locum notata sunt. Deinde *quod Jupiter maximam suam sedem* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Error ex eo natus videtur, quod per compendium scriptum fuerit *Jup. opt. max.* quemadmodum in Leid. 1. et aliis adhuc superest. *Quod diu Jup. opt. max.* Lov. 2. 4. Præterea *suam ædem atque arcem pop. Rom.* Hearnii Oxon. L. 1. Male. Passim enim templa Deorum vocari solent 'eorum ædes.' Vide hoc lib. ad cap. 42. § 1. *Suam arcem atque sedem pop. Rom.* Lov. 4. Tum *populo Romano* Lov. 3. Voss. 2. et Gaertn. quasi id referendum foret ad verbum proximum *tutatus esset;* vel *arcem populo Romano* dictum esset, ut 'auxilium populo Romano,' 'munimentum libertati,' et similia plura, de quibus vide ad III. 46. § 2. Verum utro modo capiatur, etiam *sibi* pro *suam* dictum oportuisset. Quare, quum omnes codd. *suam* servent, hic etiam *populi Romani* præstare arbitror, quod etiam reliquorum Mss. consensu defenditur. Error ex compendio scribendi *po. Ro.* ortus est. Vide ad XXXIX. 47. § 11.

Collegiumque ad eam rem M. Furius dictator constitueret ex iis, qui in Capitolio atque arce habitarent] Romæ collegia quædam erant; in his 'Mercurialium' et 'Capitolinorum,' ut ex Epistolis ad Q. Fratrem II. 5. cognoscimus. Sed quinam erant illi 'Capitolini?' id enim e libris erutum Ciceronis epistolas legentibus prælucebit. Etsi enim nostra non magnopere refert hos intelligere; tamen, quia eum scriptorem merito docti et studiosi pervolutant, in quo si quid minus intelligunt, offenduntur, excutiendum mihi esse credidi. Erant igitur 'Capitolini' collegium hominum Capitolium et arcem incolentium, ludosque Capitolinos celebrantium. Sed quia in hoc scribendi genere non oratorum artificiosa fide, sed auctorum literis omnia probantur; quod a nobis positum est, ex eorum velut tabulario et instrumento depromendum est. Livius igitur ita esse ut retulimus, hoc loco planum facit. *Turneb.* Advers. v. 28. *Colloquium*, pro *collegium*, Lov. 4. Tum vox *rem* omittitur in Leid. 1. Hinc *constituerat* præferunt Harl. 2. et Gaertn. Deinde *ex hiis* Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. *ex his* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 4. Gaertn. Port. et Hav. Tandem *habitaret* Port. Huc pertinet locus Festi, jam etiam a Doujatio laudatus, in 'Sardi venales:' 'Sardi venales alius alio nequior: ex hoc natum proverbium videtur, quod ludis Capitolinis, qui fiunt a vicinis prætextatis, auctio Veientium fieri solet, in qua novissimus quisque deterrimus producitur

Digitized by Google

a præcone senex cum toga prætexta bullaque aurea, quo cultu reges soliti esse Etruscorum, qui Sardi adpellantur, quia Etrusca gens orta est Sardibus ex Lydia:' quo loco J. Scaliger legendum censuit *fiunt a vicanis prætextatis*, et per vicanos intelligit vici magistros. Verum Compitalitii ludi a magistris vicorum editi fuerunt, non autem Capitolini, quorum editioni præerat collegium, constitutum ex iis, qui in Capitolio atque arce habitabant, ut Livius hoc loco refert; sive magister ejus collegii, ut colligendum videtur ex Asconio Pediano ad Cic. Orat. in Pison. c. 4. 'Solebant autem magistri collegiorum ludos facere, sicut magistri vicorum faciebant compitalitios prætextati, qui ludi, sublatis collegiis, discussi sunt.'

§ 5 *Quæ nuncia cladis ante bellum Gallicum audita neglectaque esset, mentio inlata*] *Ante bellum Gall. cum audita* Lov. 5. Port. et Hav. Sed vox *cum* ex ultimis literis vocis præced. perperam repetitis nata esse censeri debet. Vide ad IX. 17. § 9. Eadem lectio superest etiam in Lov. 4. nisi quod ibi alio ordine *Gallicum bellum* legatur. Tum *neclectaque esset* Flor. et Harl. 1. Vide ad II. 11. § 4. Deinde *et mentio illata* idem Harl. 1. Verum hic etiam τὸ *et* profluxit ex repetitione ultimarum literarum vocis proximæ. Vide ad XXXIX. 18. § 8. *mentio illius* præfert Voss. 1.

Jussumque et templum in Nova via Allocutio fieri] Antiqua lectio *jussumque templum in Novaia locutio fieri*. Lego *jussumque templum in Nova via Locutio fieri*. Rhen. *Ajo Locutio*, ut ante dixi. *Sigon.* Pall. duo *visumque templum in Nova via Allocutio fieri*. Sed rectius habet hic vulgata lectio a doctis emendata. Marcus Varro Divinarum lib. incerto apud Gell. XVI. 17. 'Ajus Deus appellatus, araque ei statuta est, quæ est infima Nova via, quod in eo loco divinitus vox edita erat.' Pal. 2. et Campani ed. Deam pro Deo nobis substituunt: *Jussumque et templum Allocutiæ in Nova via fieri*. Misere vero Andreas *templum in Nova via locatione fieri*. Quid aliter poterat in spissis barbariei tenebris? *Gebh. Visumque templum* Voss. 2. errore etiam alibi in scriptis obvio. Vide ad IX. 24. § 4. *jussumque et templum* Leid. 1. Lov. 2. 4. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Verum illud *et* partim ex ultima litera vocis præced. partim ex prima seq. natum est. Ita Victorius Var. Lect. VI. 7. quum apud Varr. de Ling. Lat. l. VI. p. 63. ederetur 'Elicii Jovis visa ara in Aventino ab Eliciendo,' legendum censebat *Elicii Jovis ara:* ut tres priores literæ τοῦ *visa* ex vocis præced. fine, ultima ex sequentis initio male a librariis repetitæ fuerint. Vide hujus erroris exempla ad VII. 7. § 4. et IX. 6. § 9. Contra voces partim a præcedenti partim a sequenti vocabulo scribarum culpa intercipi, videbimus ad XXXIX. 6. § 2. Præterea *templum in loco jam novo fieri* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *templum in nova jam locatio fieri* Klockian. a m. pr. pro quo *templum in novo jam loco fieri* a m. sec. emendatur. *Templum in novo loco fieri* Lov. 4. 5. Harl. 2. et Port. *templum innovat in Locutio fieri* Leid. 1. et Harl. 1. *templum in Nova Alocutio fieri* Flor. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. Eorum codd. prior *templum innovari Locutio fieri* præfert a m. sec. posterior *templum in Nova via Alocutio fieri* itidem a m. sec. *templum in Nova via Allocutio*, vel *Allocucio fieri* Voss. 2. Lov. 2. 3. et Gaertn. *templum Allocuciæ in Nova via fieri* Hav. Sed recte Sigonius emendavit *templum in Nova via Ajo Locutio fieri*. Vide quæ notavit ad Epit. hujus libri.

§ 6 *Aurum, quod Gallis ereptum erat*] *Quod a Gallis acceptum erat* Hav. *quod a Gallis ereptum erat* Harl. 2. et Port. Male. Optimi enim et reliqui omnes

Digitized by Google

codd. stant pro vulgato. Cic. de Offic. I. 14. 'Eripiunt aliis, quod aliis largiantur.' Curtius III. 10. 'Irent, et inbellibus feminis aurum viri eriperent:' et ita passim. *Quod Gallis erat ereptum* Lov. 4.

Ex aliis templis inter trepidationem in Jovis sellam collatum] Repone *cellam*: ut VI. 4. 'In Jovis cella constat ante pedes Junonis positas fuisse.' *Sigon. In trepid.* priscæ edd. ultima syllaba *voῦ inter* absorpta a prima vocis seq. Recte itaque Ascensius *inter trepidationem* a. 1513. edidit, quomodo etiam præferunt omnes codd. Post eas voces additur verbum *erat* in Lov. 2. Præterea *in Jovis cellam* non modo servant omnes manu exarati, sed et typis descripti; ut nesciam, in qua demum ed. *sellam* Sigonius invenerit. 'Cella Jovis' memoratur etiam III. 19. 'Quum hostes in arce, in Capitolio essent, exsulum et servorum dux, profanatis omnibus, in cella Jovis optimi maximi habitaret.' VI. 29. 'Signum Prænestæ devectum Jovis Imperatoris in Capitolium tulit. Dedicatum est inter cellam Jovis ac Minervæ.' VII. 38. 'Legatos gratulatum Romam misere cum coronæ aureæ dono, quæ in Capitolio in Jovis cella ponerentur.' X. 23. 'Ex eo, quod in publicum redactum est, ænea in Capitolio limina, et trium mensarum argentea vasa in cella Jovis posuerunt.' XLIV. 14. 'Petentibusque iis, ut id donum in cella Jovis optimi maximi ponere liceret, permissum.' Sueton. in Aug. c. 30. 'Ceteras' ædes sacras 'opulentissimis donis adornavit; ut qui in cellam Capitolini Jovis sedecim millia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingenties sestertium una donatione contulerit.' 'Cella Apollinis Palatina' memoratur Plinio Hist. Natur. lib. XXXVII. c. 1. 'Cæsar dictator sex dactyliothecas in æde Veneris Genetricis dedicavit; Marcellus, Octavia genitus, in Palatina Apollinis cella unum.' Tales tres cellæ in Capitolino templo memorantur; una Jovis, altera Junonis, tertia Minervæ. Vide Just. Rycquium de Capit. c. 13. In uno ergo templo plures Deos coli, sed quamlibet templi cellam uni tantum Deo dicari potuisse, juris fuit pontificii. Livius XXVII. 25. 'Quum ædem Honori et Virtuti vovisset, dedicatio ejus a pontificibus impediebatur; quod negabant, unam cellam amplius quam uni Deo rite dedicari.' Tandem *velatum* Lov. 5. a m. pr. *relatum* a m. sec. Sed *referri* mox sequitur: et *conlatum* hic optime convenit; indicat enim aurum, ex variis templis depromtum, simul in unam Jovis cellam latum fuisse.

Quum, in quæ referri oporteret, confusa memoria esset, sacrum omne judicatum] *Quum inique referri oporteret* Harl. 2. et Gaertn. Contrario errore *in que*, pro *iniqua*, scribebatur in codd. hoc lib. c. 48. § 9. *hi qui*, pro *iniqui*, c. 47. § 2. *in quæ deferri oporteret* Lov. 4. solito errore. Vide ad XXI. 6. § 5. *In quæ referri oportet* Flor. et Lov. 8. Vide ad XL. 14. § 2. Deinde *confusa esset memoria* alio ordine Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Tandem *sacrum esse judicatum* Lov. 2. et Gaertn. Sed ēē, seu *esse*, et ōē, seu *omne*, ob ductuum similitudinem facile commutari potuerunt, atque alibi non raro commutata sunt.

Et sub Jovis sella poni jussum] Vir doctus in margine ed. Curionis scribendum conjicit *sub Jovis cella*. Et ita etiam hunc locum adducens eum laudavit Just. Rycquius de Capit. c. 21. Deinde Clericus quoque non modo eamdem conjecturam suo nomine proposuit, sed etiam in contextum Livii recepit. Miror tamen eum addere, *sub Jovis cella* scribendum esse, non *sella*, ut erat in edd. Gronovianis in 8. et in 12. annorum 1678. et 1679. quasi vero sola illa ita præferrent, quum tamen nullam viderim ed., (quinquaginta fere mihi sub oculis

Digitized by Google

sunt) quæ aliter exhibeant: nisi forte dicendum sit, Clericum ideo tantum duarum illarum mentionem fecisse, quod in recensendo Livio non aliarum rationem habuerit. Ceterum libri scripti, quibus utor, variant. *Sub cella Jovis* est in Leid. 2. Voss. 1. Lov. 1. 4. Harl. 1. et Gaertn. *sub sella Jovis* in Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 5. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Si cum viris doctis priorem scripturam *sub cella Jovis* amplectimur, statuendum erit, pecuniam hanc positam fuisse in favissis sive thesauris, quæ erant quasi cisternæ subterraneæ sub area Capitolina, adeoque sub cella sive æde Jovis. Earum meminit Gell. Noct. Att. II. 10. 'Varro rescripsit, in memoria sibi esse, quod Q. Catulus curator restituendi Capitolii dixisset, Voluisse se aream Capitolinam deprimere, &c. sed facere id non quisse, quoniam favissæ impedissent. Id esse cellas quasdam et cisternas, quæ in area sub terra essent, ubi reponi solerent signa vetera, quæ ex eo templo collapsa essent, et alia quædam religiosa e donis consecratis:' et Festus voc. 'Favissæ.' 'Sunt autem, qui putant, favissas esse in Capitolio cellis cisternisque similes, ubi reponi erant solita ea, quæ in templo vetustate erant facta inutilia.' Et huc forte referendus est locus Livii VII. 15. 'Auri quoque ex Gallicis spoliis satis magnum pondus saxo quadrato septum in Capitolio sacravit.' Forte, inquam, existimandum, sacratum a Sulpicio pondus illud auri fuisse in favissis Capitolinis. Certe prætor Achæorum a Messeniis captus 'in thesaurum publicum sub terra saxo quadrato septum' demissus esse dicitur XXXIX. 50. Favissas autem esse, quos Græco nomine *thesauros* etiam vocarunt, Q. Valerius Soranus testatur apud Gell. loc. laud. Non possum autem non, quin occasione locorum Gellii et Festi lucem accendere tentem uni vel alteri lapidi, edito a Fabretto in Inscript. Prior exstat p. 280.

SIGNA. TRANSLATA. EX
ABDITIS. LOCIS. AD
CELERITATEM
THERMARVM. SEVERIANARVM
..AVDENTIVS. AEMILIANVS. V. C. CONS
CAP. CONSTITVIT. DEDICARIQVE
PRAECEPIT
CVRANTE. T. ANNONIO. CHRYSANTIO
V. P.

Alter exstat p. 334.

TRANSLATA. EX. OBSCV
RO. LOCO. CVRANTE
IVNIO. GALLIENO. V. C. PP
POTIF. DEI. SOLIS. INVICTI
CVR. T. L. L.

Ipse Fabrettus fateri cogitur, se nescire, quid sibi velit hæc clausula prioris lapidis, SIGNA. TRANSLATA. EX ABDITIS. LOCIS. et, ut crucem curiosis figeret, aliam et similem, cujus æque ignorationem profitetur, exposuit. Verum, si quid in tantis tenebris adlucere possit, forte per 'abdita loca,' et 'obscurum locum,' unde *translata*, vel *signa translata* dicuntur, intelligendæ sunt favissæ templorum, 'ubi,' teste Gellio, 'reponi solebant signa vetera, quæ ex templis conlapsa essent, et alia quædam religiosa e donis consecratis.' Certe ex intimo templi sacrario Hadrianus Imperator Pompeii statuas eruisse narratur apud Appian. Alex. Bell. Civ. lib. II. p. 481. Χρόνῳ δὲ τὸν τάφον τόνδε ἐπικρυφθέντα ὅλον ὑπὸ ψάμμου, καὶ εἰκόνας ὅσας ὑπὸ χαλκοῦ τῷ Πομπηΐῳ περὶ τὸ Κάσσιον ὕστερον οἱ προσήκοντες ἀνέθηκαν, λελαθημένα πάντα καὶ ἐς τὸ ὕδωτον τοῦ ἱεροῦ κατενεχθέντα, ἐζήτησε καὶ εὗρεν ἐν' ἐμοῦ Ῥωμαίων βασιλεὺς Ἁδριανὸς ἐπιδημῶν, καὶ τὸν τάφον ἀνεκάτηρε γνώριμον αὖθις εἶναι, καὶ τὰς εἰκόνας αὖ τοῦ Πομπηΐου διαθέσατο. Verum, ut ad Livium revertar, potius genuina videtur altera lectio *sub cella Jovis*, tum quod integriores eam servent codd. tum etiam quia Plinius auctor est, aurum hoc in solio Jovis reconditum

Digitized by Google

fuisse, Hist. Nat. XXXIII. 1. 'Nec ignoro, duo millia pondo auri perisse Pompeii tertio consulatu e Capitolini Jovis solio, a Camillo ibi condita, et ideo a plerisque existimari, duo millia pondo conlata. Sed, quod accessit, Gallorum præda fuit, detractum ab his in parte captæ Urbis delubris.' Effigies autem Jovis Capitolini non erat stans, sed sedens sella sive eburnea, sive aurea. Vide Just. Rycquium de Capitol. c. 19. Sub illa itaque Jovis Capitolini sella aurum hoc positum est, quemadmodum libri Sibyllini sub basi Apollinis Palatini apud Sueton. in Aug. c. 31. 'Solos retinuit Sibyllinos; hos quoque delectu habito: condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi:' ad quem locum Torrent. ex Dion. Cass. lib. XLIV. p. 243. docuit, Cæsari dictatori decretos a senatu honores, literis aureis in columnas argenteas inscriptos ὑπὸ τοὺς πόδας τοῦ Διὸς τοῦ Καπετωλίνου conlocatos fuisse.

§ 7 *Jam ante in eo religio civitatis adparuerat*] *Jam aut*, id est *autem*, Lov. 2. Vide ad XXVII. 35. § 7. Tum *in eo collegio civitatis* Hav. *in eo religio civitas app.* Leid. 2.

Quod quum in publico deesset aurum] In V. C. scriptum est, *quod cum inde publ. dees. aurum.* Ut videatur fortasse legendum, *quod cum de publico deesset aurum.* Ursinus. Ms. Ursini *cum inde publico:* unde legit *cum de publico.* Ego vero *cum indu publico*, vel *endo publico.* Klock. Pall. tres *aurum deesset.* Ceterum neque in editis, neque in calamo pictis reperi lectionem Fulvianam *quod cum inde publico deesset aurum:* unde facit *quod cum de publico deesset aurum.* Lectio vulgata recto stat talo, firmata quoque omnibus libris. Historiam vero sic narrat Diodorus XIV. 117. p. 456. Λέγουσι δέ τινες καὶ διότι τὸν χρυσοῦν κόσμον αἱ γυναῖκες εἰς τὴν κοινὴν σωτηρίαν εἰσενέγκασαι, ταύτης ἔτυχον παρὰ τοῦ δήμου τιμῆς, ὃς τ' ἐξουσίαν ἔχειν ἐφ' ἁρμάτων ὀχεῖσθαι κατὰ τὴν πόλιν. Quam historiam confundit Diodorus cum illa, quæ recitatur Livio superius c. 25. Et ignoscendum Græco scriptori, in Romanis non nihil hallucinanti. *Gebh.* Latinius apud Hearnium legit *de publico.* Nihil mutandum est. Infra XXVI. 35. 'Nec pecuniæ quidquam in publico esset.' Eadem ellipsi dicitur, qua 'redigere in publicum' IV. 10. *Duk. Quod in publico* Hav. omissa voce *quum*, quæ intercepta est a præcedenti *quod.* Deinde *aurum deesset* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Reliqui per omnia vulgatum tuentur. Quemadmodum Ursin. in V. C. invenit, atque inde Livium emendandum conjecit, similiter etiam Latinius in Neapol. se invenisse, atque emendandum credidisse testatur. Miror vero, viros doctos, qui codd. manu exaratos versare consueverunt, non vidisse, illud *inde publico* ex errore scribarum natum esse pro *in publico*, pro quo datum erat *iñ publico.* Sæpe enim ita peccatur in Mss. ut in et iñ, sive *inde*, inter se commutentur. Vide ad X. 20. § 6. At quis ferre potest Klockium, *indu publico*, vel *endo publico* legentem? quasi Livius Ennii aut Pacuvii, vel antiquiore tempore vixisset.

Ex quo summa pactæ mercedis Gallis confieret] In edd. Jac. Gronovii annorum 1678. et 1679. operarum errore editum est *eo quo*, quod Amstelæd. nupera fideliter servavit. Deinde *peractæ mercedis* Hearnii Oxon. L. 1. Librarius scriptum esse crediderat *pactæ.* Pari modo *pagebant*, seu *peragebant*, et *pangebant*, seu *pāgebant*, commutantur VII. 2. § 7. Similia alia vide ad XXV. 7. § 4. Voces autem sex priores deficiunt in Gaertn. Denique *conferretur* Lov. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. quod ex interpretis glossemate natum esse censeo. Pro eo

Digitized by Google

corruptius *cum ferretur* scriptum exstat in Voss. 1. a m. pr. De quo errore vide ad IV. 24. § 7. Quum autem illud *cum* sensus respueret, ei a m. sec. addita sunt stigmata, quibus aliquid delendum librarii indicare solent. Et ita *Gallis ferretur* præfert etiam Leid. 2. *conficeretur* Lov. 4. *conficeret* Lov. 3. a m. pr. *fieret* Lov. 1. Vulgata lectio elegans ac proba est. Infra XXXVIII. 14. 'Quinque et viginti talenta se confecturum, prope ut diffidens pollicebatur:' ubi pari glossemate scripti et editi antiquiores præferunt *se collecturum*. Vide quæ ibi notantur. Mox *conlatum* non adparet in Lov. 2. De verbo 'conferre' in hac re proprio vide ad V. 25. § 8.

Honosque additus, ut earum, sicut virorum, post mortem sollemnis laudatio esset] *Honorque additus* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Port. fragm. Hav. et Hav. Ita variant codd. etiam hoc cap. § 3. *Honosque additur* Flor. Deinde *sollemnis* deest in Harl. 2. et contextu Port. in cujus margine tamen exstat a m. sec. Sed dictionibus transpositis *laudatio solemnis* habet Lov. 4. Hinc *laudatio fieret* Hearnii Oxon. C. Voces autem *ut sacro auro abst. Matr. grat. actæ hon. add.* perperam omittuntur in edd. principibus, quas omnes servant codd. Recte itaque additæ sunt ab Aldo. Erroris caussa fuerat *τοῦ ut* iteratio. Vide ad IX. 11. § 11. Ceterum Livio, a quo paullo ante hoc § Diod. Sic. dissentire Gebhardus docuerat, contra consentit Plut. in Vit. Camilli p. 133. Καὶ ταύτας μὲν ἡ σύγκλητος ἀποδιδοῦσα τιμὴν πρέπουσαν ἐψηφίσατο, μετὰ θάνατον, ὥσπερ ἐπὶ τοῖς ἀνδράσι, καὶ ταῖς γυναιξὶ λέγεσθαι τὸν ἔπαινον· οὐ γὰρ ἦν εἰθισμένον πρότερον ἐγκωμιάζεσθαι γυναῖκα δημοσίᾳ τελευτήσασαν.

§ 8 *Iis peractis, quæ ad Deos pertinebant*] Prima vox omittitur in Harl. 2. Alii omnes, præter solum Harl. 1. vulgatum servantem, habent *Hiis*, vel *His*. Tum *pertinerent* Hav.

Tum demum agitantibus tribunis plebem assiduis concionibus] *Dum demum* Leid. 2. qui error et alibi in Mss. obcurrit. Vide ad XL. 42. § 7. Tum *agit. tribunis plebis* Voss. 2. et Hav. *agit. tribunis p.* ambigue est in Port. *agit. tribunis ad plebem* Flor. Mox in verbis seqq. *relictis guris*, pro *rel. ruinis*, Lov. 3.

Adscendit, atque ita verba fecit] *Escendit* Harl. 1. Vide ad II. 28. § 6. *Camillus adscendit* Lov. 1. 2. *adscendit Camillus, atque* Leid. 2. Τὸ *Camillus* etiam adscriptum erat margini Voss. 1. Præterea *verba facit* Hav. et Lov. 2.

CAP. LI. § 1 *Contentiones cum tribunis plebis, ut nec tristissimi*] *Conciones cum trib. pl.* Flor. *conciones cum trib. militum* Leid. 2. et Lov. 1. *conciones* et *contentiones* alibi etiam confunduntur a librariis. Vide ad IV. 6. § 4. Præterea vox *cum* abest a Voss. 2. et Lov. 3. Ac sequentes per compendium *tr. pl.* scribuntur, ut eas reddendas esse librarii existimaverint *contentiones tribunorum plebis:* at reliquorum nihil mutantium consensus potior est. Abest etiam *τὸ ut* a Leid. 1. et Harl. 1. Mox *quod Ardeæ*, pro *quoad Ard.* Lov. 2. Vide ad § 2. *quo Ardeæ vixi* Lov. 5. *quoad Ardeæ jussi* Lov. 3.

Et ob eadem hæc, non, nisi me senatusconsulto populique jussu revocaretis, rediturus umquam fuerim] Argumenti vis insipida est. Non enim id agit, ut ostendat voluntatem sibi fuisse, non, nisi senatusconsulto populique jussu revocaretur, redeundi; quum stulta hæc voluntatis professio esset, ac alio modo redire non posset. Deinde si hæc ei voluntas fuit, cur deinde negat voluntatem suam mutatam, quum utique redierit senatusconsulto revocatus? quæ mutata esse non potuit, si fecit, quod volebat. Itaque exosculor indicium Perizonii mei, existimantis Livium scripsisse *et ob ea-*

Digitized by Google

dem hæc, non si me senatusconsulto, &c. sic nervosa est oratio, docetque, nullo modo Camillum ab exsilio redire voluisse ob odium contentionum, etiamsi senatusconsulto revocaretur. Hunc in modum rursus a Livio vim argumentandi video proferri VII. 10. 'Injussu tuo, imperator, extra ordinem numquam pugnaverim, non, si certam victoriam videam.' XXXVIII. 57. 'Quum illa, muliebriter indignabunda nihil de communi filia secum consultatum, adjecisset, non, si Ti. Graccho daret, expertem consilii debuisse matrem esse.' *Jac. Gron. Et ob eadem et hæc* Klockian. Reliqui vulgatum servant, nisi quod *et ab eadem hæc* sit in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Recte autem Jac. Gronovius Perizonii conjecturam *non, si me senatusconsulto* probavit. Sed miror, eum nihil neque de suis neque de parentis vel codd. vel vetustis edd. addidisse, aut, quid iis invenerit, retulisse. Mihi illud *non nisi me* demum obvium fuit in Froben. ed. 1531. qua priores omnes, quas vidi, recte habent *non si me*. Neque aliter legunt ex scriptis meis Lov. 2. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. in margine. Quos omnes, aut certe plerosque, inter levioris fidei Mss. refero; verum eodem etiam ducit depravata reliquorum, etiam optimorum, codicum lectio. Nam *non si mille* SICS, id est, *senatusconsultis*, habet Flor. *non simile senatusconsulto populique jussu* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *non simile sic populique jussu* Leid. 1. *non sim ille sic populique jussu* Harl. 1. *non similes cum populi jussu* Klockian. *non sine me senatusconsulti populique jussu* Lov. 4. In quorum omnium nullo vel minima vestigia primæ syllabæ vocis *nisi* adparent; sed corrupte eorum librarii *si mille, simile*, vel *sim ille*, pro *si me*, dederunt. Illud autem *sic*, quod in duobus exstat, ut et ultima litera τοῦ *similes* et proxima vox *cum* nata sunt ex compendio *Se. C.* vel *S. Con*, quo vox *senatusconsulto* scribi solebat, et in quo sæpissime scribæ lapsi sunt. Vide de eo ad XXII. 10. § 1. Quin et, omisso τῷ *consulto, senatus populique jussu* præferunt Voss. 2. et fragm. Hav. *senatusconsulti populique jussu* Gaertn. In uno Lov. 3. omissa vocula *non*, inveni *nisi me senatus populique jussu*. In contextum itaque id, quod Perizon. conjecit, audacter recepi. *Si* in hac locutione est 'etsi.' De eo vide Cortium ad Sall. Jug. c. 85. § 48. Ita Liv. VII. 32. 'Non, si mihi novum hoc Corvi cognomen Diis auctoribus homines dediatis, Publicolarum vetustum familiæ nostræ cognomen memoria excessit.' Terent. in Eunuch. I. 1. 4. 'Exclusit: revocat: redeam? non, si me obseceret.' Ovid. Epist. Her. VII. 174. 'Nec te, si cupies ipse, manere sinam.' Præterea *revocaveritis* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *revocatis* Harl. 1. Insuper *redditurus* Leid. 2. et Lov. 3. ac 5. errore scribæ. Vide ad VIII. 1. § 3. Denique *numquam* Lov. 3. ut ita adderet negationem quam antea omiserat.

§ 2 *Nec nunc me, ut redirem, mea voluntas mutata, sed vestra fortuna, perpulit*] *Nec nunc mea, ut red. vel.* Port. a m. sec. Tum *voluntas muta* Harl. 1. Vide ad IX. 23. § 1. *Voluntas mutati* Lov. 3. Deinde *pertulit* Harl. 1. Vide ad III. 30. § 4.

Quippe, ut in sua sede maneret patria, id agebatur, non ut ego utique in patria essem] *Sua in sede* Lov. 5. Port. et Hav. Vide ad II. 19. § 8. Sed eorum auctoritas non satis gravis, reliquis omnibus dissentientibus, qui vulgatum ordinem verborum tuentur. Unus Harl. 2. sine præpositione habet *ut sua sede maneret*. Deinde *non utique ut ego* Voss. 1. et Leid. 2. *non ego utique in patria*, τῷ *ut* omisso, Lov. 1.

Quiescerem ac tacerem libenter, nisi

Digitized by Google

hæc quoque pro patria dimicatio esset] *Et tacerem* Harl. 2. Lov. 5. Port. Hav. et edd. vett. pro quo Parm. et Aldus *ac* substituerunt, et proximi servarunt. Basileens. deinde 1554. et mox Paris. iterum *et* dederunt. Id autem recentiores retinuerunt exceptis Jac. Gronovio et J. Clerico, qui iterum *ac* vulgarunt. Atque ita plerique et optimi codd. Tum *nisi hoc quoque pro patria dimicatio esset* fragm. Hav. a m. pr. *nisi hic quoque* Gaertn. *nisi hæc prope pro patria* Kloc. kian. Sed alibi etiam hæc vocabula commutantur. Vide ad XXXVIII. 17. § 6.

Cui decesse, quoad vita suppetat, aliis turpe, Camillo etiam nefas est] *Cui deest* Gaertn. *cui dimicatiõ decesse* Lov. 1. qui videtur dare voluisse *cui dimicationi decesse*. Sed *dimicationi* ex glossatoris interpretatione additum videtur. Tum *quod vita suppetat* Gaertn. Vide ad VI. 38. § 13. et modo hoc cap. § præc. *Quoad mea suppetat* Leid. 2. Sed illud *mea* olim in margine adscriptum fuerat, ut glossator ineptus indicaret intelligendum esse *vita mea*, quum Livius in genere dixerit *quoad vita suppetat*, nempe cuique civi. Ineptior deinde alius, credens τὸ *mea* variam lectionem esse, eam vocem, altera ejecta, in contextum recepit. Præterea *Camillo et nefas est* Port. Vide ad Livii XXII. 47. § 9.

§ 3 *Quid enim repetiimus? quid obsessam ex hostium manibus eripuimus*] *Repetimus* Flor. Leid. uterque, Lov. 1. 3. 5. Harl. uterque, Gaertn. Port. a m. pr. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. N. et C. et edd. vett. Sed ita mox simul dandum erat *eripimus*; quo modo etiam præferunt Lov. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. a m. pr. Hav. et excusi vetusti. Aldus deinde edidit *quid enim repetimus? quid, &c. eripuimus*, ut in multis meorum codd. superest. Verum Froben. demum 1531. substituit *repetiimus* et *eripuimus*, ut habent Voss. ambo, si excerptis fidere possim, ac Lov. 2. et 4. Et id verum est; jam enim patria repetita, et ex hostium manibus erepta erat: *repetimus* itaque datum est in optimis eodem errore, quo *subit*, pro *subiit*, et similia alia; de quibus vide ad XXXVI. 20. § 2. Adde quæ notantur ad XL. 58. § 8. *Repetivimus* et *ripuimus* habet Port. a m. sec.

Si recuperatam ipsi deserimus] *Reciperatam* Flor. quod verum esse videtur. Vide ad VII. 18. § 1. *Recuperatam ibi deserimus* Lov. 5. *ipsi recuperatam deserimus* Leid. 2. et Lov. 1. *deseruimus* Gaertn.

Quum, victoribus Gallis, capta tota Urbe, Capitolium tamen atque arcem Diique et homines Romani tenuerint, habitaverint] Prima vocula male deest in Hav. τὸ *capta* in contextu fragm. Hav. quasi cohærere deberent 'Gallis tota urbe victoribus,' et Livius vellet, Gallos victores per totam Urbem vagatos fuisse. Sed recte vox *capta* eadem manu ad marginem adjecta est. Indicat enim Livius, quum Galli victores essent, nihilominus Deos et homines Capitolium tenuisse, licet tota Urbs reliqua capta esset. Hinc patet etiam, male *Capitolium tñ*, id est *tantum*, esse in Gaertn. Voces *tamen* et *tantum* ob similitudinem compendii, *tñ* et *tñ*, quo scribi solent, sæpe confunduntur in Mss. Vide ad III. 46. § 1. *Capitolium tum* Lov. 4. Vide ad XXII. 17. § 5. Deinde *Dii et homines* Lov. 1. 4. Voss. 1. et Leid. 2. Male. Vide ad X. 30. § 2. Insuper vox *Romani* deficit in Leid. 2. quomodo erat hoc lib. c. 49. 'Diique et homines prohibuere, redemtos vivere Romanos.' Hic tamen cum reliquis codd. servandum *homines Romani: homines* ut obponantur *Diis: Romani* ut obponantur *Gallis*. Hinc *retinuerint* fragm. Hav. a m. sec. quod ex glossa ortum puto. 'Tenere' enim hic est retinere, obtinere, incolume

Digitized by Google

modo et *jam* simul constat. Liv. XXXVIII. 17. ' T. Manlius, M. Valerius, quantum Gallicam rabiem vinceret Romana virtus, docuerunt. Jam M. Manlius agmine scandentes in Capitolium detrusit.' Silius Ital. XIV. 23. ' Multa solo virtus: jam reddere fœnus aratris, Jam montes umbrare olea, dare nomina Baccho.' Vide etiam Duker. loco laud. et quos ibi laudavit. *Jam* autem et *nam* sæpe in Mss. confundi solent. Vide quæ notavi ad Silii IX. 242. Præterea *Jam primum omnium* Harl. 2. Port. et Hav. Sed vox *omnium* deest in Voss. 2. et Lov. 3. Male. Livius I. 1. ' Jam primum omnium satis constat, Troja capta, in ceteros sævitum esse Trojanos.' VI. 11. ' Primum omnium ex Patribus popularis factus.' XXIV. 10. ' Decretumque omnium primum, ut consules sortirentur, compararentve inter se.' XXXI. 5. ' Omnium primum eam rem Idibus Martiis P. Sulpicius consul retulit.' XXXII. 28. ' Omnium primum de provinciis consulum prætorumque actum.' XXXV. 26. ' Tum omnium primum agmen constituit.' XXXVII. 36. ' Omnium primum filium ei sine pretio redditurum regem dixit.' XLI. 24. ' Primum omnium, tamquam non hic nobiscum fuisset, omnia scit et nunciat, quæ occulte facta sunt.' XLII. 1. ' Quum omnium primum de provinciis exercitibusque ad senatum retulisset.' c. 66. ' Primum omnium fuerat, ut non tereret tempus.' XLIV. 18. ' Jam omnium primum a senatu petit, ut legatos in Macedoniam mitterent.' c. 38. ' Jam omnium primum, quantum numero nos præstent, neminem vestrum ignorasse certum habeo.' XLV. 12. ' Omnium primum id legere jubet.' c. 18. ' Omnium primum liberos esse placebat Macedonas atque Illyrios.' Vide etiam ad Epitom. Liv. lib. XLVIII. Deinde *veniens bellum* Leid. 1. Olim corrupte scribebatur *Vehiens*, quæ orthographia passim in membranis Livii exstat. Vide ad II. 43. § 5. c. 46. § 4. et alibi. Id autem parva mutatione facile in *veniens* abire potuit, et sæpe etiam abiit. Vide ad IV. 52. § 7.

Per quot annos quanto labore gestum] *Per tot annos, tanto labore gestum* Lov. 2. et Hearnii Oxon. N. Alibi ita libri scripti variant. Vide ad XXIV. 35. § 4. Nihil muto. Ceteri enim codd. stant pro vulgato. Et id etiam per admirationem prolatum melius convenit. Cic. Tuscul. I. 36. ' Propagatione vitæ quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates!'

Aqua ex lacu Albano emissa est] *Missa est* Hav. Male. Vide hoc lib. cap. 15. § 4. *est emissa* Gaertn. Paullo ante *ceperit finem*, pro *cepit fin.* Lov. 4. Vide ad XL. 14. § 10.

§ 7 *Quid hac tandem Urbis nostræ clades nova? num ante exorta est*] *Urbis vestræ clades* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. Vide hoc cap. § 3. Et ita his hoc ipso § variant codd. Tum *cladis* habet Klockian. Vide ad XXI. 57. § 14. Vox etiam *nova* aberat a fragm. Hav. a m. pr. Deinde *non ante exorta est* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Et ita in fine periodi signum interrogandi abjiciendum erit. Sed vulgatum servari magis convenit. Interrogatio enim acrius instat, et magis convincit. Sæpe has voces commutari, vidimus ad II. 40. § 7. Adde quæ notantur ad III. 38. § 12. mox cap. seq. § 6. XXXVI. 3. § 10. et Var. Lect. Curtianas IV. 6. § 28. *Merito exorta est*, pro *num ante ex.* Lov. 2.

Spreta vox cœlo emissa de adventu Gallorum] Malim *cœlo missa:* vel quia proxime præcessit alterum. Et sic malunt passim veteres. Lib. I. c. 20. ' Prodigia fulminibus aliove quo visa missa.' VII. 26. ' Ut augurium cœlo missum lætus accepit tribunus.' XXVI. 19. ' Imperia consiliaque velut sorte oraculi missa.' XXXIV. 50. ' Ut eas voces, velut oraculo missas, in pecto-

Digitized by Google

ra animosque demitterent.' Idem vitium apud Senecam ad Polybium cap. 33. 'Aliud habebunt hoc dicente pondus verba velut ab oraculo missa:' sic enim Mss. omnes Grutero teste: at vulgati, *emissa:* ad Marciam cap. 13. 'Et implevit oculos et aliquot voces flebiles misit:' de Ira II. 11. 'Si missa esset vox publici adfectus.' Horat. in Art. Poëtic. vs. 390. 'nescit vox missa reverti.' Nec oblitus sum infra quoque legi cap. 55. 'Rem dubiam decrevit opportune vox emissa.' *J. F. Gron. De cœlo emissa* Harl. 2. Port. et Hav. Justin. v. 4. 'Hunc, quasi de cœlo missum, et ut ipsam Victoriam, contuentur.' Sed meliores præpositionem, quæ mox sequitur, respuunt. Tibull. Eleg. I. 3. 90. 'Et videar cœlo missas adesse tibi.' Præterea *emissa* omnes, quos consului, codd. constanter retinent. Supra I. 54. 'Seu ira, seu odio, seu superbia insita ingenio, nullam eum vocem emisisse.' cap. 58. 'Sex. Tarquinius sum; ferrum in manu est: moriere, si emiseris vocem.' Quinctil. Instit. v. 8. 'Si quæ sint voces per vinum, somnum, dementiam emissæ.' Ovid. Met. XV. 657. 'Et placido tales emittere pectore voces.' Simplex 'mittere' adhibet Livius I. 31. 'Seu voce cœlesti ex Albano monte missa, (nam id quoque traditur,) seu aruspicum monitu.' III. 50. 'Quærentibus, quid rei esset, flens diu vocem non misit:' ubi vide quæ notantur. Cæsar Bell. Civil. I. 2. 'Hæc Scipionis oratio ex ipsius ore Pompeii mitti videbatur.' Justin. XLII. 4. 'Multis diebus non adloqui quemquam, non cibum sumere, non vocem mittere, ita ut etiam mutus factus videretur.' Curtius IV. 6. 'Num genu posuit? num supplicem vocem misit?' Rutil. Itin. I. 31. 'Ipsi quin etiam fontes si mittere vocem, Ipsaque si possent arbuta nostra loqui.' Valer. Max. I. 8. ex. 5. 'Cui rei pro argumento miraculum adjicitur, ingens repente vox e proxima silva Arsia, quæ ore Silvani in hunc pene modum missa traditur:' ubi vide Torren. et, quem ibid. laudat, Duker. ad Flor. IV. 10. § 7. qui utrumque recte dici monuerunt. Si tamen codd. Mss. accederet auctoritas, *missa* cum Gronovio præferrem. Præterea *septa*, pro *sprta*, est in Lov. 5. a m. pr.

Gentium jus ab legatis nostris violatum, quam a nobis] *A legatis nostris* Gaertn. Lov. 3. et editi ante Aldum, qui primus *ab legatis*. Tum *ab legatis nostris* Harl. 2. et Hav. Mox etiam *a vobis* Lov. 2. Harl. 2. et Hav. *ab vobis* Port. Vide supra h. §. Deinde *quod a nobis* Gaertn. et Lov. 4. quomodo et alibi in Mss. variari solet. Exempla vide ad IV. 46. § 8. cap. 57. § 6. VI. 6. § 15. et alibi. Hinc etiam commutantur 'quam quod' et 'quamquam.' Vide ad IX. 36. § 6.

Quum vindicari deberet, eadem negligentia Deorum prætermissum] *Quum vindicari depereat* Leid. 1. *quum vindicati viderent* Lov. 3. Tò *quum* deficit in Lov. 2. Tum *eadem neglegentia Deorum* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad § 4. *Eadem negligentia qua Deorum* Harl. 2. Port. et Gaertn. *deberet, eorum prætermissum* Lov. 5. a m. pr.

§ 8 *Captique ac redemti tantum pœnarum Diis hominibusque dedimus*] *Tantum de panarum* Hav. *tantum panarum his hominibusque* Leid. 1. et Lov. 2. a m. pr. *tantum panarum hiis hominibusque* Lov. 5. a m. pr. *tantum panarum Dis hominibusque* Flor. Vide ad V. 14. § 4. Ceterum ita ad h. l. Doujatius: 'Quando,' &c. [Vid. Delph. Not.] Sed *redemti* servant omnes scripti et excusi, quod propterea non temere mutandum est. *Redemti* sc. armis, vel *redemti* sc. ab exitio probari nequeunt. Id enim inter pœnas, quas Romani Diis hominibusque dederunt, vix numerari potest. Simplicissimum est, ut dicamus, Camillum respicere ad pactum de redemtione atque discessu Gallorum initum.

Digitized by Google

Quamvis enim Liv. dixerit c. 49. 'Diique et homines prohibuere, redemtos vivere Romanos;' Camillus tamen augens, potius quam minuens, pœnas, quas ob neglectam religionem Romani dederunt, eodem jure eos *redemtos* dicere potuit, quo id exprobrat Pontius Samnitium imperator IX. 11. 'Auro civitatem a Gallis redemistis: inter accipiendum aurum cæsi sunt:' et Samnites in concilio principum Etruriæ X. 16. 'Habere adcolas Gallos, inter ferrum et arma natos, feroces quum suopte ingenio, tum adversus populum Romanum, quem captum a se auroque redemtum haud vana jactantes memorent.' Immo etiam M. Junius civis Romanus XXII. 59. 'Majores quoque acceperamus se a Gallis auro redemisse:' et L. Valetius tribunus plebis XXXIV. 5. 'Jam Urbe capta a Gallis, aurum, quo redemta Urbs est, nempe matronæ consensu omnium in publicum contulerunt.' Et sane, quamvis Camillus patriam ac cives ex manu Gallorum armis eripuerit, id tamen factum demum, postquam jam aurum, aut certe ejus pars Gallis pernumerata erat, quam demum victores Romani receperunt. Infra VI. 14. 'Indignum facinus videri, quum conferendum ad redimendam civitatem a Gallis aurum fuerit, idem aurum ex hostibus captum in paucorum prædam cessisse.'

Adversæ deinde res admonuerunt religionum] *Adversa deinde res adm.* Leid. 1. et Harl. 1. Præterea *admonuerunt religionem* Flor. a m. sec. Lov. 1. Leid. 2. et Port. a m. sec. Male. Vide ad II. 36. § 6.

§ 9 *Confugimus in Capitolium ad Deos, ad sedem Jovis optimi maximi*] *In Capit. ad Deos, in sedem Jovis* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *Jovis optimi mag* Leid. 1. Sed Hearne in Oxon. C. *Jovis optimi maximi: magna sacra* se invenisse testatur. In verbis autem seqq. *in ruinam rerum nostrarum* Oxon. C. et N. præferre, idem auctor est: quomodo mihi quoque obvium fuit in Lov. 5.

Alia terræ celavimus] Malim *terra*, quod et est in margine Vossiani. *J. F. Gron. Terra celavimus* usitatius dici, verum est. Quum tamen omnes, quos adhibui, codd. vulgatum tueantur, (nisi quod *certe* sit in Lov. 4.) neque aliam lectionem viri docti ex Mss. notarint, nescio an satis idonea sit unius Voss. auctoritas mutandæ receptæ lectioni. Neque tamen 'celare terræ' Patavinitati cuidam tribuo, ut faciendum conjicit Doujatius. Nam simili modo 'condere terræ' dixit Lucan. I. 606. 'Aruns dispersos fulminis ignes Conligit, et terræ mœsto cum murmure condit:' ubi quidem Corte *terra* edi jussit, sed incertum quorum codicum fide. Certe ultra viginti Mss. ab Heinsio excussorum excerpta, quorum mihi copiam Burmann. fecit, possideo; at ex nullo eorum aliqua lectionis varietas memoratur: nihil etiam ex suis profert Oudendorp. Et sic 'recondere terræ'. Florus I. 13. 'Quidquid religiosissimi in templis erat, partim in doliis defossa terræ recondunt, partim posita plaustris secum auferunt:' ita optimos codices præferre, viri docti ad eum locum monuerunt. Et ita 'terræ procumbere,' 'jacere,' 'deponere,' 'sternere,' ac similia recte dici, Nic. Heins. et Burmann. multis docuerunt ad Nason. Amor. El. III. 2. 25. Ceterum Doujatius ex Terentio proferens *Si hoc celetur patri*, male fidem habuit Calepino suo, qui similiter legit in voce 'Celare.' Locus exstat in Terentii Phorm. v. 4. 6. Verum ibi vox *patri* non habetur. Nescio unde factum sit, ut et Nic. Heinsius pariter locum Terentii laudarit ad Ovid. Fast. IV. 149. ubi ejus errorem jam Burmannus castigavit.

Alia avecta in finitimas urbes amovimus ab hostium oculis] Sex priora vocabula culpa librariorum deficiunt in Leid. 1. et Harl. 1. *alia advecta* habent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. Haf. et Hearnii Oxon.

Digitized by Google

C. cujus cod. B. præfert *evecta*. Sed *avecta* nempe ex templis, ex urbe Roma, quod eodem modo dictum est quo 'avolare Romam.' Vide ad Liv. I. 57. § 8. Alibi autem 'avehere' et 'advehere' a scribis commutari, videbimus ad IX. 4. § 1. Tum *in finitimas terras* Lov. 2. Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. et Port. quæ vox hic ex præcedenti versu perperam est repetita. Deinde *amnovimus* Port. *admovimus* Gaertn. et Hav. Sæpius ita peccatur in membranis antiquis. Vide ad XL. 55. § 5.

Deorum cultum, deserti ab Diis hominibusque, tamen non intermisimus] Transpositis vocabulis *Deorum cultum ab host. oculis deserti ab Diis*, præfert Port. a m. pr. *deserti a Diis* habent Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. et Gaertn. Deinde *tum non intermisimus* idem Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. Sed pro *tum* datum est *cum* in Leid. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. At vox *tamen* deficit in Lov. 4.

§ 10 *Reddidere igitur patriam, et victoriam, et antiquum belli decus*] *Redire igitur* scribæ deerratione Leid. 1. et Lov. 5. a m. pr. Sed vox *Reddidere* deerat in Lov. 4. relicta lacuna. Tum *victoriam antiquum belli decus*, sine copula intermedia, Hav. quasi ea per epexegesin dicerentur. *Victoriam et antiqui belli decus* Harl. 2. et Port. Vide ad c. 45. § 1.

Fœdus ac fidem fefellerunt, verterunt terrorem fugamque et cædem] *Fœdus atque fidem* Hav. *fœdus ac federa* Harl. 2. et Port. Tum *fefellissent* Leid. 2. Hinc *fugamque et cetera* Gaertn. Tandem voces *fefel. vert. terr. fug. et cæd.* deerant in Voss. 2. et Lov. 3. quemadmodum etiam paullo ante vox *cæci* in Lov. 5. a m. pr.

CAP. LII. § 1 *Hæc culti neglectique numinis tanta monimenta*] 'Monimenſum' a 'monendo' proprie hic quadrat: quamquam quibusdam *momenta* etiam non displicet. Sed non mutaverim. *Glar.* Jac. Perizonius etiam in margine Livii rogat, an non *momenta?* Ita olim Voss. 1. a m. pr. exhibuit, sed omnes scripti et ipse ille, quem memoravi, a m. sec. *monimenta* præferunt, nisi quod alia orthographia *monumenta* sit in Leid. ambobus, Lov. 3. 4. 5. Port. Hav. et fragm. Hav. *munimenta* autem in Flor. Vide ad IV. 10. § 6. Omnes etiam excusi, quos vidi, partim *monimenta*, partim *monumenta*, nullus *momenta* habet; et quidem *monumenta* verius esse videtur. Sæpe autem librarios voces *monumenta* et *momenta* commutasse, docent exempla I. 47. § 6. III. 13. § 5. IV. 7. § 10. c. 12. § 9. V. 30. § 2. et alibi sæpe. Vide etiam viros doctos ad Valer. Max. II. 6. ex. 7.

Ecquid sentitis, Quirites] *En quid* Harl. 2. et Lov. 5. a m. sec. *et quid* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 3. Gaertn. Port. a m. pr. Hav. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *hæc quid* Leid. 1. *nec quid* Flor. *hæc quidem* Lov. 4. et 5. a m. pr. Sed *ecquid* rectum est; quod sæpe cum *et quid* ab indoctis librariis commutari, vidimus hoc lib. ad c. 36. § 5. *ecquid* autem hic ponitur pro mera interrogatione. *Ecquid sentitis* est, 'an sentitis?' Vide ad XXVII. 10. § 2. Tum *sentiis* Flor. *sentiretis* Leid. 1. et Harl. 1. qui iidem codd. etiam non agnoscunt vocem *Quirites*. Sed eam exclusam puto similitudine vocis seq. Supra III. 11. 'Ecquid sentitis jam, vos, Quirites, Kæsonem simul civem et legem habere non posse?'

Vixdum ex naufragiis prioris culpæ cladisque emergentes] *E naufragiis* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Idem quoque voluisse videtur Harl. 1. librarius, qui tamen per errorem dedit *vixdum me naufragiis*, ultima litera vocis *vixdum* male repetita in initio sequentis. Vide ad XXXVII. 29. § 8. *E naufragii prioris culpa* Lov. 2. 4. 5. *culpa*, pro *culpæ*, etiam Leid. 1.

Digitized by Google

§ 2 *Urbem auspicato inauguratoque conditam habemus*] *Inauspicato* Leid. 2. Lov. 1. 4. et Hav. Quomodo librarii, sermonis Latini inperiti, dedisse videntur, ut conveniret sequenti *inauguratoque*, nisi potius syllaba *in* duplicata esse censeri debeat ex præcedentis vocis litera finali; quemadmodum eam ob caussam *religionum inmemor*, pro *rel. memor*, est in cod. hoc cap. § 10. *invisum*, pro *visum*, hoc lib. c. 28. § 5. et *inultus est cædem*, pro *ultus est cæd.* III. 5. § 11. Vide quoque quæ notabo ad XXXVII. 11. § 4. Livius XXVIII. 28. 'Ne istuc Jupiter optimus maximus sirit, Urbem, auspicato Diis auctoribus in æternum conditam, fragili huic et mortali corpori æqualem esse.'

Nullus locus in ea non religionum Deorumque est plenus] *Nullus in ea*, omissa voce *locus*, Voss. 2. et Port. *nullus locus in re* Gaertn. Deinde *Deorum non religionumque est plenus* Lov. 1. *non Deorum, non religionum est plenus* Leid. 2. Vide ad XL. 15. § 5. *non religione Deorumque est plenus* Harl. 2. qui dare voluisse videtur *non religione Deorum est plenus*. Nisi potius id eodem modo dictum sit, quo 'plenum vulnerum ac pavore' hoc lib. c. 11. § 14. Quum tamen reliqui in vulgatam lectionem consentiant, eam etiam servandam arbitror. Petron. in Satyr. c. 17. 'Utique nostra regio tam præsentibus plena est numinibus, ut facilius possis Deum, quam hominem invenire.'

Sacrificiis sollemnibus non dies magis stati, quam loca sunt] Vox *stati* deficit in Lov. 2. 4. et 5. a m. pr. *non dies magis statuti* Lov. 1. et 5. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. in margine. Sæpius ita variant codd. scripti. Vide ad XXIII. 35. § 3. *non dies magis instituti* Harl. 2. Port. et Hav. *non dies magis prostatuti* Leid. 2. *non dies magis instituta est* Gaertn. Sed, duabus vocibus coalescentibus atque una tantum litera expuncta, *non dies magistati* præfert Harl. 1. *non dies magistrati* Flor. *non dies magestati* Leid. 1. *non dies majestati* fragm. Hav. a m. pr. Verum omnium pessime *non dies est magistratibus majestati* habent Voss. 2. et Lov. 3. quæ lectio inficeta inde videtur profluxisse, quod pro *magistrati*, ut quidam codd. habent, alii *magistratibus*, alii *majestati* emendaverint, et utramque hanc lectionem simul exprimendam judicaverint librarii. Vulgatum probum est, quod habet fragm. Hav. a m. sec. et, nisi fallor, Voss. 1. Præterea *quam loca sint* Hav. 'Loca stata' vel 'statuta sacrificiis' memorat Cic. de Arusp. Resp. c. 15. 'Multi sunt etiam in hoc ordine, qui sacrificia gentilicia ille ipso in sacello, statuto loco, anniversarii factitarint.'

§ 3 *Hos omnes Deos, publicos privatosque*] *Hos Deos*, media voce omissa, Leid. 2. *Nos omnes Deos* Hav. Similitudo literarum majuscularum *H* et *N* erroris caussa fuit. Vide ad XXXII. 20. § 7.

Quam par vestrum factum est, quod in obsidione nuper] Scribe *vestro*. Lib. XXVIII. c. 42. 'Quam compar consilium tuum parentis tui consilio sit, reputa.' Aut, *Quam par vestrum factum isti, quod.* J. F. Gron. Codd. neque scripti neque editi favent. Quamvis itaque Doujatius Gronovii conjecturam probet, vide num vulgatum defendi possit, si pronominis ellipsin statuamus, de qua plura dicenda erunt ad XXIII. 15. § 4. Verum si nihilominus propter sermonis ambiguum locus non sanus esse videbitur, puto minori licentia refingi posse *Quam par vestrum factum ei est:* ut *ei* exciderit ob primam literam *roῦ est*, quæ vox unica illa litera ℓ scribi solet. Ceterum *Modo par vestrum factum est* præferunt Lov. 5. Harl. 2. et Port. *Quam par vestrum est*, voce integra omissa, Voss. 2. Deinde *quod in obsidione et nuper* Harl. 2. Port. Hav. et Lov. 4.

Digitized by Google

In egregio adolescente C. Fabio, non minore hostium admiratione, quam vestra, conspectum est] *Adulescente* Flor. Vide ad VI. 34. § 11. Præterea prænomen Fabii deest in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deest etiam in impressis usque ad Aldum, qui addidit. Et ita habent reliqui codd. nisi quod *adolescente cum Fabio* habeat Leid. 1. *adolescente L. Fabio* Lov. 4. *adolescente Cornelio Fabio* Voss. 2. Lov. 3. 5. et Gaertn. a m. pr. Sæpe indocti librarii *Cornelius*, pro prænomine *Caius*, dederunt. Vide ad III. 68. § 8. ad VI. 2. § 6. et VIII. 17. § 5. Tum *quam nostra* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Port. Verum potius se excludens Camillus dicit *vestra*, utpote qui, eo tempore Ardeæ degens, Fabii factum cum admiratione conspicere non potuit. Denique *conspectui est* Gaertn.

Inter Gallica tela degressus ex arce] *Digressus* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et vetustiores impressi; pro quo Sigonius *digressus* legendum esse monuit hoc lib. ad c. 46. § 10. sed in contextum recipere neglexit, quod demum Gronovius anno 1665. fecit. Vide superius notata ad IV. 17. § 11.

Sollemne gentis Fabiæ in colle Quirinali obiit] *In colle Quirinale obiit* Flor. *in colle Quirinali abiit* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 3. 4. 5. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. *in collem Quirinalem abiit* Harl. 2. Lov. 5. a m. sec. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Verum ita legendum foret, *ad sollemne gentis Fabiæ in collem Quirinalem abiit*: vel, ut est in Lov. 2. *sollemne gentis Fabiæ peracturus in collem Quirinalem abiit*. Sed genuinum est, quod vulgo editur, auctoritate Voss. 1. Leid. 1. et Harl. 1. firmatum. 'Obire sollemne' autem dictum est, ut 'obire bellum' IV. 7. 'Quia duo consules obire tot simul bella nequirent.' 'Obire munera militaria' XLIV. 4. 'Omnia militaria munera ipse inpigre obiret.' 'Obire rem privatam' Cic. pro Leg. Manil. c. 17. 'Ita clausa erant omnia maria, ut neque privatam rem transmarinam, neque publicam jam obire possemus:' 'obire sacra' de Legib. II. 8. 'Nec ulla vitiorum sacra sollemnia obeunto.'

§ 4 *An gentilicia sacra ne in bello quidem intermitti*] *Gentilicia sacra nos bello quidem* Leid. 1. et Harl. 1. *gentilicia sacra ne bello quidem* in duobus Pall. se inveniesse monuit Gebhard. hoc lib. ad c. 34. § 8. et ita ex meis præferunt Lov. 2. 3. Voss. 2. Harl. 2. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Port. a m. pr. qui ab altera manu interpolatum præfert *gentilia sacra ne bello quidem*. Et ita habent etiam Lov. 4. 5. Sed potius servandam præpositionem in puto, quod mox sequatur 'in pace.' *Gentilicia sacra*, ut 'gentilicia sacrificia' apud Cic. de Arusp. Resp. c. 15. 'Multi sunt etiam in hoc ordine, qui sacrificia gentilicia illo ipso in sacello, statuto loco, anniversarii facitarint:' ita olim illo loco edebatur, ubi nunc edd. Græviana ac Gronoviana præferunt *sacrificia gentilia*: qua tamen auctoritate non additur, ut forsitan erranti scribæ tribuendum sit. Præterea *internissa* Lov. 4. Mox in verbis proximis *publica et Romanos Deos*, media voce *sacra* neglecta, Flor. a m. sec. quasi eam Livius ex præcedenti repeti voluisset. Sed reliqui constanter tuentur. *Et eos Deos*, pro *et Romanos Deos*, Lov. 5. Tum τὸ *etiam* non adparet in Voss. 2. Leid. 1. Harl. 2. Port. Gaertn. fragm. Hav. et Lov. 2. 3. 4. 5.

Negligentiores publicarum religionum esse] *Negligentiores* Flor. et Leid. 1. Vide mox ad § 9. et ad l. II. c. 11. § 4. Tum *publicarum religioni* Leid. 1. et Harl. 1. Τὸ *esse*, quod sequitur proxime, non est in Harl. 2. et Port. Mox *privatos*, pro *privatus*, Harl. 1. *privatis* Lov. 5. a m. pr. Insuper *in sollemnibus*, pro *in sollemni*, Lov. 4.

Digitized by Google

§ 5 *Forsitan aliquis dicat*] *Dicat aliquis* Lov. 2. *aliquis dicit* Voss. 2. et Lov. 3. Sed recte reliqui vulgatum servant. Passim enim optimi scriptores *forsitan* construunt cum subjunctivo. Petron. in Satyr. c. 130. 'Forsitan animus antecesserit corporis moram:' ubi vide Burmann. et Nic. Heinsium ad Nason. Epist. Heroid. IV. 53. et ita *forsan* etiam III. 47. 'Quem decreto sermonem prætenderit, forsan aliquem verum auctores antiqui tradiderint:' ubi etiam male quidam codd. *tradiderunt*. Infra IX. 9. 'Ne illud quidem, quod quosdam forsitan moveat, refert:' et hic etiam unus et alter *movet*. XXXI. 31. 'Forsitan dicatis, bello Punico occupatis nobis,' &c.

Aut Veiis ea nos facturos, aut huc inde missuros sacerdotes nostros] Ego ejiciendum censeo τὸ *ea*, quia 'facere' pro sacrificare poni solet. *Klock.* 'Facere' pro sacrificare sæpius poni solet. Vide ad XXXVII. 3. § 5. Non tamen propterea locutio hæc ubique invitis scriptoribus obtrudenda, aut, qui 'sacra facere' dixit, peccasse in linguam Latinam censendus est. Nam ita Cic. loquitur Orat. pro Balbo c. 24. 'Sacra pro civibus civem facere voluerunt.' Liv. I. 7. 'Ibi tum sacrum Herculi, adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis, factum.' Et ita 'facere divinum' VIII. 10. 'Ni moritur, neque suum, neque publicum divinum pure faciet, qui sese devoverit:' 'facere piaculum' ibid. 'Telo hostem potiri fas non est; si potiatur, Marti suovetaurilibus piaculum fieri:' 'facere rem divinam' Plaut. in Curcul. IV. 4. 2. 'Postquam rem divinam feci, venit in mentem mihi.' Qui alibi etiam ita locutus est. Et quidem tanto minus nunc Klockio adsentiendum, quod omnes codd. τὸ *ea* servent, quamvis tamen quidam parum in ea voce erraverint. Nam *Veiis eas nos facturos* habet Voss. 2. *Ve se an nos facturos* Harl. 1. ubi ultima litera τοῦ *an* adhæsit ex principio vocis seq. reliquæ literæ manifesta vestigia vulgatæ scripturæ servant. Præterea *ea nos Veiis facturos* edd. Aldina priores. *Veiis ea facturos nos* Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *huc imissuros* Lov. 5. *huc immissuros* Harl. 2. *huc inmissuros* Port. Sed quisque videt, errorem a librariis commissum esse, quod scriptum fuerat *huc iñ missuros*. Plura hujus erroris exempla vide ad X. 20. § 6. Denique τὰ *sacerdotes nostros* deficiunt in Harl. 1.

§ 6 *Num alibi, quam in Capitolio*] *Non alibi, quam* Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad XXXVI. 3. § 10. Totus autem hic § 6. omittebatur in Harl. 1. sine dubio librarii culpa. Ceterum Donjatius, epulum Jovis exponens, triumvirorum ac septemvirorum epulonum mentionem faciendo non adtendisse videtur, eos huic tempori non convenire. Nam triumviri epulones primum facti memorantur XXXIII. 42. 'Romæ eo primum anno triumviri epulones facti C. Licinius Lucullus tribunus, qui legem de creandis his tulerat, P. Manlius et P. Porcius Læca: his triumviris, item ut pontificibus, lege datum togæ prætextæ habendæ jus.' Ante eos institutos, adeoque hoc tempore, id, quod postea ad triumvirorum ac septemvirorum epulonum munus pertinuit, a pontificibus peractum est, teste Cic. de Orat. I. II. c. 19. 'Pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tresviros epulones esse voluerunt, quum essent ipsi a Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti.' Paullo ante *generatius*, pro *generatim*, Lov. 2.

§ 7 *Quid de æternis Vestæ ignibus*] *Qui de æternis* Leid. 1. Sed ultimam literam τοῦ *Quid* intercepit prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9.

Quid de ancilibus vestris, Mars Gradive, tuque, Quirine pater] *Quid de*

Digitized by Google

anciplicibus vestris Leid. 1. *quid de anciplitibus vestris* Harl. 1. *quid de ancilibus nostris* Hearnii Oxon. L. 1. *quid de antistibus nostris* Lov. 4. *nostris* etiam Lov. 3. qui insuper *quod* legit, pro *quid*. Non sine caussa Dousatius quærit, cur ancilia ad Romulum sive Quirinum referantur, quorum usus a Numa? conjicit autem, forte causam esse, quia Romulus bellicosus et Marte genitus. Non habeo certiora, quæ in medium adferam: aliquid tamen conjecturis indulgebo. Memorabilis est hac in re locus Servii ad Virgil. Æn. VIII. 285. 'Duo sunt genera Saliorum, sicut in Saliaribus carminibus invenitur, Collini et Quirinales, a Numa instituti, ab Hostilio vero Pavorii et Pallorii instituti.' Quamvis autem nulli fuerint Salii Pavorii et Pallorii, sed unice eos Servius, vel is quem sequitur, hausisse videatur ex male intellectis Livii verbis, quæ exstant I. 27. ut ad eum locum dictum est; reperio tamen ibi memoratos 'salios Quirinales,' quorum alibi vix mentio obcurrit. Per eos intelligendos existimat Vales. ad Excerpta Peiresc. p. 569. salios Collinos sive Agonales, a Tullo Hostilio votos et constitutos, quos ita dictos censet, eo quod in colle Quirinali, qui et Agonalis dictus est, sacra habebant. Vide Fest. in voce 'Agonium,' et in voce 'Quirinalis collis.' Quid ergo si dicamus, aliam etiam obtinuisse olim opinionem apud Romanos, eos Quirinales dictos esse, quod Quirino sacri essent? quemadmodum Palatini, a Numa instituti, Marti, sive Marti et Herculi, ut aliis placet, sacri fuerunt. Et hanc conjecturam videtur firmare locus Statii Silv. v. 5. 128. 'Monstrabunt acies Mavors Actæaque virgo, Flectere Castor equos, humeris quatere arma Quirinus, Qui tibi tam tenero permisit plaudere collo Nubigenas clipeos, intactaque cædibus æra:' ubi indicat, Crispinum a Romulo Salium electum fuisse. Disputant viri docti, cur Romulus ibi sacerdotium saliare contulisse dicatur. Et suspicatur *à πάνυ* in Diatr. Stat. c. 50. elegantissime dici de Quirino, eum honores conferre patri suo sacratos. Sed quid si dicamus, proprie intelligi sacerdotium salii Quirinalis, ex quorumdam opinione Quirino sacratum? quum ex hoc loco pateat, ancilia non tantum Martis Gradivi, sed et Quirini fuisse. Locum Statii de Sallo Quirinali accipiendum esse, jam Gevartius docuit Lection. Papin. v. 5. probante etiam Barthio.

Hæc omnia in profano deseri placet sacra, æqualia Urbi, quædam etiam vetustiora] Pall. duo *æqua alia urbi, quædam vetustiora*. Gebh. *In prophano deserri* Hav. *in profano proferri* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde vox *sacra* deficit in Lov. 2. Tum *et æqua alia sacra* Lov. 4. *sacra æqua alia urbi* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 5. Harl. ambo, Gaertn. Port. et fragm. Hav. Quam lectionem, quamvis tot tibicinibus fultam, attamen commentum librariorum esse puto, qui ita dedisse videntur, quod mox sequatur 'quædam etiam vetustiora origine urbis.' Verum ipsos non intellexisse patet delicias Livianas et indolem stili ejus. Nam *sacra æqualia Urbi, quædam etiam vetustiora origine Urbis* eodem exemplo dictum est, quo 'virgis cædi, alii securi subjici' III. 37. § 8. ad quem locum erudite eam lectionem firmat Gronovius. Mox *et quædam vetustiora*, addita copulativa, Lov. 2.

§ 8 *Videte, quid inter nos ac majores intersit*] Scribe *Et videte, quid inter nos ac majores intersit*. Rhen. Vet. lib. *ac majores nostros intersit*. Sigon. *Et videte* non modo habent omnes codd. quos adhibui, sed et vett. edd. usque ad Aldum, qui primus τὸ *Et* omisit, et paucos habuit, qui præeuntem sequerentur. Præterea *æternos*, pro *inter nos*, pessime Hav.

Digitized by Google

Tum *et majores intersit* Leid. 2. Harl. 2. et editi ante Aldum, qui *ac majores* dedit. *Et majores nostros intersit* Hav. *ac majores nostros intersit* Port. quod Sigonius in contextum recepit, sed a recentioribus recte neglectum est. Τὸ *nostris* enim et a plurimis, et ab optimis codd. abest; et sine damno intelligi potest. Vide ad II. 55. § 5.

Illi sacra quædam in monte Albano Lavinoque nobis facienda tradiderunt] Antiqua lectio est *Lavinioque*. Rhen. Equidem ἐπὶ λόφῳ τινὶ Lavinium statuit Dionysius l. I. p. 45. Videtur tamen Livius scripsisse *in monte Albano Lavinique*. Voss. 1. Andreas, et priscæ edd. *Lavinoque*. J.F.Gron. *In monte Albano Lavinoque* præter Voss. 1. habent etiam Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Reliqui *Lavinioque*, quod cum Gronovio in *Laviniique* mutari necesse non est. Nam *in monte Albano Lavinioque* dixit, pro *in monte Albano et in Lavinio*. *In Lavinio* autem, ut 'in Alexandria' XLII. 26. 'Ex Asia, qui circa socios reges missi erant, legati redierunt, qui renunciarunt, Eumenem in ea, Antiochum in Syria, Ptolemæum in Alexandria sese convenisse:' ubi iterum Gronov. ex conjectura malebat *Ptolemæum Alexandriæ*. Sed vide quæ ibidem notabo. Et quidem *Lavinioque* sive *et in Lavinio*, pro *et Lavinii*, contrario exemplo dictum, atque apud Sall. obcurrit in Jug. c. 33. 'Producto Jugurtha verba fecit, Romæ Numidiæque facinora ejus memorat:' pro *Romæ et in Numidia*. Præterea *illa sacra quædam* Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad c. 45. § 1. *illis sacra quædam* Harl. 1. sequentis vocis litera initiali sibilante male repetita in fine vocis præced. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Tum *tradiderunt facienda* Harl. 2. Port. et Hav. Sacra, quæ Romani in monte Latino facienda a majoribus acceperunt, nota esse puto. Sacra autem Lavinii peragenda θεοῖς πατρῴοις, sive *Diis Penatibus*, (vide Macrob. Saturn. III. 4.) memorantur Dionys. Ant. Rom. II. p. 115. Τάτιος ἅμα Ῥωμύλῳ παραγενόμενος εἰς τὸ Λαβίνιον ἕνεκα θυσίας, ἣν ἔδει τοῖς πατρῴοις θεοῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως θῦσαι τοὺς βασιλεῖς. 'Sollemne sacrificium' vocat Livius I. 13. Tatius 'Lavinii, quum ad sollemne sacrificium eo venisset, concursu facto interficitur.' Vide etiam Plutarch. in Romul. p. 32. His penatibus imperatores in provinciam profecturi ante sacrificasse, docet Servius ad Virg. Æn. III. 12. Iisdem etiam ut et Vestæ consules, prætores, seu dictatores, quum adeunt magistratum, Lavinii rem divinam fecisse, auctor est Macrob. Saturn. III. 4. Vide Oudend. ad Obseq. de Prodig. c. 83.

An ex hostium urbibus Romam ad nos transferri sacra religiosum fuit] Sic scripti et editi. Sed hiat oratio. Scribo, *Quæ ex hostium urbibus Romam ad nos transf. sacra rel. fuit, hinc sine piac. hostium urbem Veios transf.?* J. F. Gron. Sed de sacris, quæ ex hostium urbibus Romam translata non erant, Camillus non recte potest dicere, *hinc*, id est ex urbe Roma, Veios ea transferemus, quum Romæ non essent. Mihi sensus videtur esse, an, quum religioni sibi duxerint majores sacra ex hostium urbibus Romam ad nos transferre, nos sacra nostra *hinc*, ab urbe Roma, sine piaculo in hostium urbem Veios transferemus? *Duk.* Omnes codd. scripti et excusi conspirant in vulgatam lectionem, quam etiam sine emendatione Gronovii ferre possum. Immo, si diligenter adtendimus, emendatio illa adversari videtur sententiæ Livii. Non enim dicit, sacra, quæ ex urbibus hostium Romam translata sunt, Veios sine piaculo transferri non posse; sed potius rogat, an, quum sacra omnia Romam transferre ausi non sint, et ideo pristino loco ubi olim peragi solebant, peragere instituerint, attamen credant, sua sacra sine piaculo ex urbe Roma alio

Digitized by Google

transferri posse? Non volebant secum Veios transferre illa sacra, quæ Romam transferri religiosum fuerat, verum sua sacra, quæ Romæ colebantur. Si quid mutandum, refingam, *An, si ex hostium urbibus, &c.* Doujatius *religiosum est*, exponit 'religioni conveniens est.' Ego plane contrario sensu accipio pro eo 'quod religio sive superstitio fieri prohibet.' Supra II. 5. 'Campi fructum quia religiosum erat consumere, dejectam cum stramento segetem magna vis hominum simul inmissa corbibus fudere in Tiberim:' ubi vide. VI. 27. 'Censores alii vitio creati non gesserunt magistratum: tertios creari religiosum fuit.' Eodem sensu 'religio est' et 'religioni est' usurpari solent. Vide ad V. 13. § 8. 'religionem facere' dixit IX. 26. 'Traditur inde dictu mirabile, et quod dimovendis statu suo sacris religionem facere posset.' Si vocem sensu Doujatii accipias, vix stare poterit ratiocinatio Camilli. Si enim sacra transferri olim religioni conveniens fuerat, cur id iterum fieri piaculo foret? Neque ratio differentiæ statui potest, quod sacra olim Romam translata fuerint, nunc Veios in urbem hostium transferrentur. Urbs enim Veii, si ipsi etiam Romani eo migrarent, jam non amplius erat urbs hostium, sed patria Romanorum eveniebat. Ceterum *ad nostras ferri* Leid. 1. Olim una serie scriptum fuerat *nostrasferri:* evanescente deinde virgula suprascripta, literæ male in suas voces divisæ sunt. *Ad nostra perferri* Flor. in quo deinde *per* erasum est. *Ad nos ferri* fragm. Hav. *ad vos transferri* Gaertn. Deinde *sacra* in Lov. 4. *religiosum fuit* in fragm. Hav. perperam deficiunt.

Hinc sine piaculo in hostium urbem Veios transferemus] *Sine periculo* Harl. 2. quomodo sæpe librariorum manus aberrasse, et, pro *piaculo*, *periculum*, notiorem vocem, nobis obtrusisse, monuit Burmann. ad Phædr. Fab. IV. 25. 34. Ita et peccatur hoc cap. § 13. Deinde *hostium urbem*, omissa præpositione, Lov. 5. Harl. 2. et Port. Tandem *transferimus* fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. et edd. principes. *Transferremus* Voss. uterque. *Transferemus* primum adparuit in Mediol. 1495. hinc in Veneta 1498. tum in Mogunt. omnibusque recentioribus.

§ 9 *Quoties sacra instaurentur*] *Instaurantur* Leid. 2. et Lov. 2. *restaurentur* Gaertn. Lov. 5. Port. et Hav. *restaurarentur* Harl. 2. quod nihili verbum esse, hodie inter omnes constat. Varias doctorum de eo opiniones conlegit Guntherus in Latinit. restituta. Mox *ex p'mo ritu*, id est *ex primo*, Lov. 5. Tum *neglegentia* Flor. et Leid. 1. Vide hoc cap. ad § 4.

Nisi instauratio sacrorum auspiciorumque renovatio] *Auspiciorumque revocatio* Lov. 5. cum Port. et Hav. Sæpissime hæc duo vocabula commutari solent in Mss. Vide ad III. 51. § 7. Vulgatum hic verum est. Supra hoc lib. c. 31. 'Consulibusque morbo inplicitis plancuit per interregnum renovari auspicia.' VI. 5. 'Ut renovarentur auspicia, res ad interregnum rediit.' Quod autem hic 'renovationem auspiciorum' vocat, supra 'repetere auspicia' dixit c. 17. 'Unam expiationem eorum esse, ut tribuni militum abdicarent se magistratu: auspicia de integro repeterentur, et interregnum iniretur.' Vide H. Valesium ad VIII. 30. § 2. Vocula *nisi* male neglecta est a librario Hav. sed ejus loco *ut* præfert Lov. 5. Paullo ante *Modo quæ res est* Lov. 4. male addita ultima voce.

Adfectæ Veienti bello reipublicæ remedio fuit] *Veiente bello* Harl. 2. et Port. Supra II. 48. 'A Veiente hoste clades accepta.' V. 5. 'Etruscum bellum pro Veiente concitatum.' Infra VI. 2. 'Partem unam in agro

Digitized by Google

Veiente Etruriæ obposuit.' Verum et alterum in usu fuit. Supra IV. 58. 'Tempus induciarum cum Veienti populo exierat:' ubi etiam quidam *Veiente:* hoc l. c. 16. 'Veienti quoque et Falisco et Capenati bello occupatos videbant Romanos.' VI. 14. 'Fundum in Veienti, caput patrimonii, subjecit præconi.' Quum itaque vulgatum tueantur quum plures, tum etiam meliores libri, illud mutandi caussa non est.

§ 10 *At etiam, tamquam veterum religionum memores*] *Atque etiam* edd. Rom. 1472. et Parm. *Ac etiam* Lov. 2. et Hav. Male. Vide ad X. 36. § 17. *At enim* Harl. 2. Verum sæpius has voces librarii confuderunt. Vide ad XXXVI. 41. § 3. Deinde *postquam* Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. 2. Hav. Port. a m. pr. et Voss. 1. pro varia lectione in margine. Idem etiam Aldus in contextum recepit. Mox tamen in erratis iterum prætulit *tamquam*. Tandem *imemores*, id est *immemores*, Port. et fragm. Hav. a m. sec. Sed prima syllaba nata est ex vocis præcedentis litera finali. Vide hoc cap. ad § 2.

Et peregrinos Deos transtulimus Romam] Prima vocula non adparet in Lov. 2. et Leid. 2. Sed vide ad II. 44. § 3. Potuit tamen hic excidisse ob similitudinem ultimarum literarum vocis præcedentis *memores*. Deinde *Romam transtulimus* idem Leid. 2. cum Lov. 2. Mox etiam *novos instituimus*, mutato ordine, idem Lov. 2.

Juno Regina transvecta a Veiis nuper] *Ab Veiis* Hav. *transvecta Veiis* Harleian. 2. et Portug. Sed præpositionem intercepit ultima proximæ vocis litera; quod alibi sæpe factum est. Vide ad II. 34. § 1. cap. 59. § 6. III. 44. § 8. VI. 38. § 1. et alibi. Eamdem ob caussam nonnumquam etiam præpositionem *e* excidisse, vidimus ad III. 61. § 8.

§ 11 *Aio Locutio templum propter cœlestem vocem*] Et hoc loco et paullo ante initium hujus orationis c. 50. § 5. quidam pro *Aio Locutio*, emendarunt *Allocutio:* quam syncopam ego neutiquam probo. Meminit hujus Dei Aul. Gell. XVI. 17. *Gebh. Locutio* Klockian. *Locutio* Flor. a m. pr. *locatum* a m. sec. *Locutio* etiam Voss. 1. a m. pr. Sed interpolatum a m. altera *Adlocutio*, ut etiam præferunt Leid. 2. et Lov. 1. *Allocutionis* Voss. 2. Lov. 3. et Harl. 1. *Allocutio* Leid. 1. Lov. 2. Harl. 2. et Gaertn. *Alocutio* fragm. Hav. *Allocutiæ* Lov. 4. Port. et Hav. *Allocutione* Lov. 5. a m. pr. ubi etiam manus altera *Allocutiæ* subposuit. Vide ad Epit. hujus lib. Mox *in Nova via* deest in Leid. 2. pro quo *et Nova via* præfert Hav. *in Novam viam* Flor.

Capitolinos ludos sollemnibus aliis addidimus] *Ludos Capitolinos* Lov. 4. Tum *addimus* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. solito errore scribarum. Vide ad II. 24. § 6. *addicimus* Hav.

§ 12 *Urbem Romanam relicturi fuimus*] *Relicturi sumus* antiquiores excusi. Primus deinde Aldus substituit *relicturi fuimus*. Et ita habent omnes scripti, præter unum Gaertn. qui et ipse *sumus* habet. Alibi interdum ita erratur. Vide mox ad verba seqq.

Si ab hostibus metu retenti sumus] *Sed ab hostibus* Gaertn. et fragm. Hav. Sed male; magna enim emphasis est in repetitione τοῦ *si*. Vide ad III. 17. § 3. Deinde *metu recenti* nullo sensu Lov. 3. et Voss. 2. Tandem *fuimus*, pro *sumus*, Leid. 2. Vide modo hoc §. ad verba præcc. Paullo ante *si voluntate*, omissa media negatione *non*, Gaertn. *si non voluntarie* edd. Rom. 1472. et Parm. Hac tamen voce alibi Livium usum non memini, qui passim pro ea dixit *voluntate*. Vide hoc lib. c. 17. § 9.

§ 13 *Quid tandem de sacerdotibus*] *Quidquid* Hav. eodem errore, quo

Digitized by Google

alibi *quamquam* datum est a librariis, pro *quam*. Vide ad VII. 5. § 1. *quæquæ*, pro *quæ*. Vide ad III. 47. § 2. Deinde *tantem* Flor. et Harl. 1. ex quo *tantum* factum est in Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. *tamen* in Lov. 4. 5. a m. pr. et Harl. 2. *tñ*, id est *tamen*, in Lov. 2. Gaertn. et Port. quæ vox sæpe cum *tm*, id est *tantum*, commutari solet. Vide ad III. 46. § 1. Paullo ante *De sacris loquimur et templis*, pro *et de templis*, Lov. 5. Sed vide ad VI. 28. § 6.

Quanta piacula committantur] Incorrupta lectio, *Nonne in mentem venit, quantum piaculi committatur?* Rhen. Lectio, quæ Rhenano displicuit, primum adparuit in ed. Ald. Omnes priores servant *quantum piaculi committatur*. Et ita fere codd. scripti, nisi quod *quantum piacula committatur* sit in Leid. 1. et *quantum periculi comitatur* in Hav. *comitatur* autem habet et Gaertn. 'Periculum' et 'piaculum' in Mss. commutari, vidimus hoc cap. § 8.

Vestalibus nempe una illa sedes est] *Vestabulis* literis transpositis Voss. 2. *Vesta busta* Leid. 1. *Vestalibus namque illa una* Gaertn. *illa una* etiam vett. quas habeo, edd. usque ad Aldum, qui transposuit vocabula, consentientibus reliquis Mss. *Una illa sedis est* Leid. 1. Ita etiam variatur IX. 23. § 1. Pari modo *ædis, cædis, cladis*, pro *ædes, cædes, clades*, et similia in Mss. Livii obvia sunt. Quorum pleraque tamen potius deerrantibus librariis, quam Livio, adscribenda esse puto. Vide ad IV. 25. § 3. *Una a sedes*, omisso verbo *est*, Lov. 5. a m. pr. sed insuper illud *a* manus altera induxit.

Ex qua eas nihil umquam, præterquam urbs capta, movit] Expunge pronomen *eas*, et scribe *ex qua nihil unq., præterquam urbs capta, movit*. Rhen. Pronomen *eas* aberat etiam a Flor. et ab excusis principibus, ac demum insertum est ab Aldo. Verum idem servant omnes reliqui codd. aut aliud vocabulum ejus loco. Et quidem *ex qua eas nihil umquam* præferunt Voss. 2. Lov. 3. 5. et Port. a m. sec. qui a m. pr. *ex qua fas umquam* habuerat, quemadmodum etiam superest in Harl. 2. et Lov. 1. ac 4. *ex qua fas nihil umquam* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. et Leid. 1. a m. sec. (in quo a m. pr. *ex qua eos nihil umquam* fuerat) *ex qua videlicet nihil umquam* Hav. *ex qua face; nihil umquam* Lov. 2. Constituat itaque lector, utrum optimum Flor. et cod. Rhenani sequi velit, quod malo, an receptam lectionem servare. Deinde *præterquam urbe capta* Hav. et Hearnii Oxon. N. *præterquam capta urbe* Leid. 2. et Lov. 1. *præterquam urb capta* Leid. 1. *præterquam urbis capita* Harl. 1. *præterquam urbis capta* Lov. 2. *priusquam urbs capta* Lov. 4. 5. Port. et Harl. 2. *præter urbs capta* Voss. 2. et Lov. 3. Quod non spernendum arbitrarer, si plures codd. consentirent. Eleganter enim *præter* pro 'præterquam' poni solet. Variis locis id in Mss. Livianis superest, ubi tamen in excusis aliter legitur. Supra IV. 59. 'Pronunciatum repente, ne quis, præter armatus, violaretur:' ubi nunc vulgatur *præter armatos*. VI. 13. 'Nulli rei, præter numero, freta:' ubi nunc circumfertur *præterquam numero*. c. 37. 'Præter patricius, nemo tribunus militum fuerit:' ubi etiam editur *præter patricios*. IX. 8. 'Nec quidquam ex ea, præterquam corpora nostra debentur Samnitibus:' ita nunc circumfertur. Sed *præter* est in Lov. 4. l. XXIII. c. 15. 'Ut qui a principio mitis omnibus Italicis, præter Romanis, videri vellet.' Etiam hic vulgatur *præter Romanos*. XXXVI. 4. 'De classe Karthaginiensibus remissum, præter si quid navium ex fœdere deberent:' ubi editur *præterquam si quid*. c. 17. 'Satis undique provisum atque præcautum est, ne quid adversus vos in pugna, præter

Digitized by Google

hostis, esset:' nunc excusum extat *præter hostes*. Ovid. Epist. Heroid. XVII. 162. 'Nil illi potui dicere, præter, Erit.' Calpurn. IV. 27. 'certe mea carmina nemo, Præter ab his scopulis ventosa remurmurat echo:' ubi vide Burmann. et quos ibi laudavit. Plinius Hist. Nat. XIV. 19. 'Prolibare Diis nefastum habetur vina, præter inputatæ vitis, fulmine tactæ:' ubi non opus est, ut cum Pintiano legamus *nefas habetur vino inputatæ vitis*. Nam sensus est, inlicitum esse Diis prolibare vinum collectum præterquam ex vite inputata, etiam ex vite fulmine tacta. Adde Cortium ad Sall. Cat. c. 36. § 2.

Flamini Diali noctem unam manere extra urbem nefas est] *Flamen diali* Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Deinde *ultra trinoctũ unam manere extra urbem* Leid. 1. ex cujus vestigiis forte legendum conjicio *ultra noctem unam manere*. Certe *ultra trinoctium unum* inde effici nequit. Nam ne postea quidem tempore Augusti ultra binoctium abesse licuit, nisi propter adversam valetudinem longius spatium pontifex maximus indulsisset. Tacit. Annal. III. 71. 'Recitavitque decretum pontificum: quotiens valetudo adversa flaminem Dialem incessisset, ut pontificis maximi arbitrio plusquam binoctium abesset, dum ne diebus publici sacrificii, neu sæpius quam bis eumdem in annum. Quæ principe Augusto constituta.' Quemadmodum vero ibi binoctii, hic autem unius tantum noctis mentio fiat, vide Pichen. ad eum locum.

§ 14 *Et Vestales tuæ te deserent, Vesta*] *Etiam Vestales deserent. Vesta et flamen* Gaertn. *et Vestales tuæ desererent Vesta* fragm. Hav. *desererent* etiam Leid. 1. et Harl. 1. Vide hoc lib. ad c. 30. § 6. Ita mox *contraheret*, pro *contrahet*, eodem errore habebimus. *Et Vestales tutos se adserent Vestæ* est in Flor. a m. sec. in quo pro *tutos se* aliud quid olim lectum est, quod amplius legi nequit.

In singulas noctes quantum sibi reique publicæ piaculi contrahet] Repone, *tantum sibi reique publicæ piaculi contrahet*. Rhen. *Singulas noctes* sine præpositione Harl. 2. at voce auctiores *non in singulas noctes* Leid. 2. et Lov. 1. *et in singulas noctes* Hav. *quantum* vero, a Rhenano in *tantum* mutatum, superesse video in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. utroque, Port. Gaertn. et fragm. Hav. ex editis vero primus id Aldus admisit. Priores enim habent *tantum*; et ita est in Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. et 2. Illud *quantum* factum videtur ex præcedenti § 13. 'quantum piaculi committatur.' Deinde *sibi R. p.* omisso *τῷ que*, Leid. 1. Tum *piaculum contrahet* vetustæ edd. usque ad Aldum, qui *piaculi* substituit; quod etiam præferunt omnes scripti. Denique *contraheret* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. et ed. Parm. Vide quæ mox ad verba proxime præcedentia notata sunt.

§ 15 *Aut cui negligentiæ damus*] *Cui neclegentiæ* Leid. 1. *cui neglegentiæ* Flor. Vide ad II. 11. § 4. *cui oblivioni autem, cui negligentiæ damus* Lov. 3. *aut* et *autem* sæpe in Mss. commutantur. Vide ad IV. 42. § 6. Paullo ante *omnia vero*, pro *omn. fere*, Lov. 2. Vide ad XXI. 2. § 4.

§ 16 *Comitia curiata, quæ rem militarem continent*] *Comitia decuriata* Lov. 2. et Hav. Deinde *rem militarem continet* Leid. 1. *rem militarem contine* Harl. 1.

Comitia centuriata, quibus consules tribunosque militares creatis] *XXVII. comitia* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *XXVIII. comitia* Klockian. Verum, unde hæ numerorum notæ in contextum inrepserint, comminisci nequeo. Tum *quibus consules L. tribuni militares creatis* Leid. 1. *tribunosque militum* Harl. 2. et Port. Tum *creetis* Lov. 2.

Digitized by Google

Ubi auspicato, nisi ubi adsolent, fieri possunt] *Nisi auspicato, nisi ubi* Harl. 2. Deinde *ubi fieri adsolent, possunt* idem Harl. 2. et præterea Port. atque Hav. *ubi fieri adsolent, fieri possunt* Lov. 4. et 5. Tum *fieri possent* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 17 *Veiosne hæc transferemus*] *Veios nec hæc transferemus* Leid. 1. *Veiosne hoc transferemus* Harl. 2. *Veiosne hæc transferremus* Voss. 1. *hinc*, pro *hæc*, a manu recenti inter versus adscriptum erat in Flor. Deinde *transferimus* est in Lov. 5. *transferemur* in Flor.

In desertam hanc ab aliis hominibusque urbem conveniet] Cæco apparet, legendum *ab Diis hominibusque*, ut habent omnes libri. *Gebh.* Lectio, quæ notis Gebhardi præscribitur, non alibi a me inventa est, quam in prioribus edd. Gruteri, qui ipse eam in posteriori emendavit. Ceterum *inde desertam* Leid. 1. Sed ultima syllaba τοῦ *inde* perperam repetita est ex prima vocis proximæ. Vel etiam *iñ* pro *in* scriptum esse librarius credidit. Solent autem sæpe hæ voces commutari. Vide ad x. 20. § 6. Tum *a Diis* Lov. 1. 5. Voss. ambo, Leid. 2. et Gaertn. *a Dis* Leid. 1. Vide hoc lib. c. 14. § 4. *ab Diis hominibus*, absque copŭla *que*, Harl. 2. Mox τὸ *urbem* non est in Hav. Denique *conveniret* Gaertn. Paullo ante *a comitiorum caussa*, pro *an comitiorum caussa*, Flor.

Cap. liii. § 1 *Sed res ipsa cogit vastatam incendiis relinquere urbem*] Libri omnes, scripti et cusi, *vastam incendiis:* quod rectius. *Gebh.* Quicquid scriptorum veterum est cum plerisque editis *vastam;* idque reposuimus. Ut et xxiii. 30. ‘ Itaque urbe a defensoribus vasta facile potiti sunt hostes.’ Ita antiquissimus codex a m. pr. et conjecerat Lipsius ex *vastata*, quod habent vulgares calamo exarati, habebantque editi ante Sigonium, ex improbo libro suo *vacua* cum præfatione reponentem. Sallust. in Jug. c. 48. ‘ Mons et ab natura et ab humano cultu vastus.’ Livius x. 12. ‘ Nec solum modo vastum hosti relictum.’ Curtius iv. 1. ‘ Per loca jam inania et ingenti solitudine vasta fugiebant.’ *J. F. Gron. Vastam* habent etiam omnes codd. mei, ut et Oxonienses, quibus Hearne usus est. *Vastatam* prima editionum exhibuit Aldina, et inde tantum non reliquæ recentiores usque ad Gronovium, qui recte veterem lectionem revocavit. Servius ad Virgil. Æneid. i. 52. ‘ Sane vasto pro desolato veteres ponebant, ponebant et pro magno.’ Supra iii. 7. ‘ Quid in vasto ac deserto agro inter tabem pecorum hominumque desides sine præda tempus tererent?’ iv. 39. ‘ In castra Romana penetrat. Ubi quum vasta desertaque omnia, atque eamdem, quam apud hostes, fœditatem invenisset.’ Sallust. in Fragm. Histor. apud Servium ad Virgil. Æneid. viii. 8. ‘ Quippe vasta Italia rapinis, fuga, cædibus.’ In Orat. M. Æmilii Lepidi idem Sallust. Histor. l. i. § 17. ‘ Nisi adprobàveritis omnes proscriptiones innoxiorum ob divitias, cruciatus virorum inlustrium, vastam urbem fuga et cædibus.’ ‘ Vastatus ’ et ‘ vastus ’ sæpe in Mss. commutari solent scribarum neglegentia. Vide quæ notantur ad xxiii. 30. § 7.

Et ad integra omnia Veios migrare] *Et integra omnia* sine præpositione Leid. 1. Harl. 2. et Port. a m. pr. Verum τὸ *ad* culpa librariorum omissum est. Vide ad iii. 6. § 7. Mox *plebem vexari*, pro *pl. vexare*, Lov. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. a m. sec. et fragm. Hav.

§ 2 *Ut ego non dicam*] *Ut ego ita dicam* Harl. 2. et Hav. lapsu scribarum. Τὸ *ego* deficit in Lov. 4. et 5. quemadmodum mox *vobis* in edd. Rom. 1472. ac Parm.

Hanc eamdem rem actam esse, ut Veios transmigraremus] *Hanc tandem*

Digitized by Google

rem quædam ex vetustioribus excusis usque ad Aldum, qui *hanc eamdem* reposuit, consentientibus omnibus scriptis, et edd. Rom. 1472. ac Parm. Alibi *eandem* et *tandem* librarii commutarunt. Vide ad VII. 35. § 12. Deinde *rem esse actam*, vocibus transpositis, Leid. 1. Tum vocula *ut* non adparet in Gaertn. quam alii omnes recte servant. In verbis præcedd. *tante incolumi*, pro *stante inc.*, habet Leid. 2. *incolume* Lov. 3.

§ 3 *Etiamsi tunc faciendum non fuerit, nunc utique faciendum putatis*] *Etiam sim* Lov. 3. et Voss. 2. Deinde *tunc faciundum* Leid. 1. Vide ad XXVI. 36. § 11. Tum *non utique faciendum putetis* Gaertn. *faciendum utique* Lov. 5. Paullo ante *in meam*, pro *inter meam*, Leid. 1. Scriptum invenisse videtur librarius *int' meam*, quod quum non intelligeret, pro eo dedit *in meam*. Eumdem errorem alibi sæpe librarii commiserunt. Vide ad XXXVIII. 57. § 6.

Nec id mirati sitis, priusquam, quale sit, audieritis] *Ne id mirati silis* Voss. 1. et Leid. 2. *nec id migrati sitis* Harl. 1. *nec id mirati scitis* Klockian. lapsu librariorum, qui alibi sæpe *sit* et *scit* commutare soliti fuerunt. Vide Barth. ad Stat. Theb. v. 456. et Nic. Heins. ad Nason. Ep. Heroid. XII. 87. *nec admirati sitis* Lov. 5. *nec id admirati sitis* Lov. 2. *nec id mirati sint* Flor. Deinde *audiveritis* edd. principes, pro quo primus Aldus substituit *audieritis*, quod servant omnes scripti.

Etiamsi tunc migrandum fuisset] *Tũ migrandum* Lov. quinque, Leid. 2. Port. Klockian. et Hav. *tum migrandum* Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Alibi sæpe ita variarunt scribæ librarii. Vide ad II. 12. § 15. et mox ad § seq. In verbis seqq. *ruinas has relinquendas*, alio ordine vocabulorum, Hav.

§ 4 *Quippe tum caussa nobis in urbem captam migrandi victoria esset*] Vox *Quippe* non adparet in Gaertn. Hinc *tunc* habent Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide modo ad § præc. Deinde *ea*, pro *caussa*, Gaertn. qui error partim ex non intellecto compendio scribendi, partim ex similitudine literarum *e* et *e* natus est. Vide ad XXXVIII. 58. § 11. Tum pronomen *nobis* omittitur in Lov. 5. Harl. 2. et Port. sed *vobis* pro eo præferunt Lov. 4. et Gaertn. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Hinc *in urbe captam* Hav. *in urbem temptam* Port. in contextu. Mox verbis proximis *gloriosa vobis ac posteris esset nostris* habent Hav. et Lov. 4. ac 5.

§ 5 *Hoc ad Alliam fuga, hoc capta urbs*] Omnia hæc verba desunt in Voss. 2. et Lov. 3. sed sola librarii culpa, cui repetitio pronominis *hoc* fraudi fuit. Vide ad IX. 11. § 11. Præterea *hoc ad aliam fugam* habet Leid. 1. *hec ad Aliam fuga* Lov. 5. a m. pr. in quo postea *hoc* repositum est. *hoc ad Aliam fuga* Flor. Voss. 1. et Hav. Sed *Allia* scribendum esse dicetur ad Epit. hujus lib. Deinde *hæc capta urbs* Lov. 4. 5. a m. pr. Harl. 2. Port. et Hav. In verbis præcedd. *viderimur*, pro *videbimur*, obfert Leid. 1. *videremur* Harl. 1. et Lov. 2. ac 4.

Hoc circumsessum Capitolium necessitatis imposuisse, ut desereremus penates nostros] Pronomen *hoc* exsulat a Lov. 5. Harl. 2. et Port. cujus loco *hæc* est in Lov. 4. Deinde *imposuit* legit Hearnii Oxoniensis L. 1. *imposuisset* Hav. *imposuisse videtur* Hearnii Oxoniensis N. *imposuisse videretur* Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Tum *ut deseremus* Lov. 3. Gaertn. et Hav. Sed scriptum fuisse videtur *deser'emus;* librarius autem non animadvertisse additam notam. Vide hoc lib. ad c. 30. § 6. *ut diesseremus* Leid. 1.

*Exsiliumque ac fugam nobis ex eo loco consciscerem*us] *Consciscerimus* Lov. 1. *consciseremus* Gaertn. *conscisseremus* Leid. 1. *constiteremus* Leid. 2. et

Digitized by Google

Hav. *consisteremus* Lov. 5. Pari fere errore *consisto* pro *conscisco*, in uno codice erat I. 32. § 12. 'Consciscere exsilium,' 'fugam,' ut apud Liv. X. 17. 'Cessere finibus, ac sibimet ipsi exsilium consciverc.' c. 34. 'Communi consilio aliquot circa urbes consciase fugam.' XXIV. 26. 'Heraclea erat filia Hieronis, uxor Zoippi, qui voluntarium consciverat exsilium.' XXIX. 36. 'Conscientia sibimet ipsi exsilium consciscentes:' et apud Tacit. Histor. III. 9. 'Aut retro actæ, deserta Italia, turpem fugam conscivissent.'

Evertere potuerunt Romam, quam Romani restituere non videbuntur potuisse] *Evertere potuerint Romam* Lov. 2. *evertere Romam potuerunt* Gaertn. Deinde *non videbantur restituere potuisse* Harl. 2. *non videbuntur restituere potuisse* Voss. 2. Lov. 5. Port. et Hav. *restituere videbuntur non potuisse* Leid. 2.

§ 6 *Quid restat, nisi ut jam novis copiis veniant*] Ita primum editum vidi in postrema Gruteri ed. sine dubio librariorum ac typographorum errore, quum in ea lectione commodus sensus non sit, licet similiter vulgari curarint omnes recentiores Livii editores. Vetustiores excusi non modo, verum etiam codd. scripti præferunt *Quid restat, nisi ut, si jam*, quod iterum restitui. Hearne etiam notavit, se ita invenisse in Oxoniensibus N. et C. ut et in ed. Sigonii, et in Perizonii edit. conciemam Livianarum; quasi non ita etiam haberent reliqui Mss. et editi omnes ante Gruterum, ejusque ἔκδοσιν postremam. Doujatius hic in vulgata lectione aliquid scabri latere deprehendit, sed ei rite medicinam facere nescivit. Ut enim, quod morabatur, tolleret, in sequentibus voce adjecta legebat *velint, vos sinatis*. Aliter loco adfecto medendum esse, agnovisset, si vel priscas edd. vel codd. scriptos, quorum primicerio professorum regiorum Lutetiæ copia esse poterat, consulere conlibuisset. Præterea *jam nobis copiis veniant* Leid. 1. sæpius obvio librariorum errore, qui passim literas *b* et *v* confundere consueverunt. Vide ad XXVIII. 41. § 10. *jam nobis cum copiis veniat* Lov. 2. et 4. Sed præpositio recte ex more Livii abesse potest. Vide I. 14. § 7.

Habitare in capta ab se, deserta a vobis, hac Urbe velint] *Capta a se* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. et Gaertn. Tum *deserta a nobis* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. Harl. 2. Port. et fragm. Hav. Denique τὸ *hac* exsulat a Voss. 2. Harl. 2. Port. et Lov. 4.

§ 7 *Quid? si non Galli hoc, sed veteres hostes vestri, Æqui Volscive, faciant*] *Quod si non Galli hoc* Harl. 1. Quæ lectio ferri posset. Alibi etiam hæc pronomina in Mss. commutantur. Vide ad XXXVIII. 10. § 1. Hic tamen vulgatum, pro quo reliqui stant scripti et omnes editi, deserendi nullam caussam video. De eleganti usu τοῦ *quid* in interrogationibus vide ad XXVIII. 41. § 12. *Quid si non Galli hæc* Lov. 4. Deinde *veteres hostes nostri* Lov. 5. Harl. 2. Port. Hav. et vett. edd. usque ad Aldum, qui *vestri* recepit. Et ita non modo plures, sed et meliores codd. scripti. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Denique *Æqui Volscique* edd. vett. Aldus demum *Volscive* edidit. Et ita omnes calamo descripti libri.

Uti commigrent Romam] *Ut commigrent* omnes scripti mei. *Ut*, non *uti*, habent etiam omnes editi usque ad Dan. Heinsium, qui alterum apud Elzevirios substituit, quemadmodum etiam alibi *veluti* τῷ *velut*, et *sicuti* τῷ *sicut* subponere solitus est. Vide hoc lib. ad c. 45. § 2. Præterea *migrent* edidit Campanus, teste Gebhardo ad Livii I. 34. § 7. unde ipse ille *amigrent* scribendum conjicit. Sed vide quæ ad eum locum notantur. *Commigrent Roma* legit Lov. 4.

An malitis hanc solitudinem vestram, quam urbem hostium esse] Quidam pro *an* legunt *non*. Sed ego haud satis

Digitized by Google

intelligo, quid sibi per *solitudinem* velit: et, quæ sequuntur, non admodum clara sunt. Utitur libro sequenti rursus hac voce de Volscis loquens c. 12. ‘ Quæ nunc, vix seminario exiguo militum relicto, servitia Romana ab solitudine vindicant.’ *Glar.* Sensus, quam se percipere non posse Glareanus ex his verbis fatetur, hic est: Si Æqui Volscique Romam commigrent a vobis relictam, nonne malitis Romæ solitudinem hanc vestram esse, quam urbem hostium Veios? *Solitudinem* autem iccirco ait, quia vastatam a Gallis Romam plebs deserere cupiebat, et Veios transmigrare. Hoc autem vult is: Nonne relictis tum Veiis ad Romam occupandam recurretis? [‘ Docere Glareanum nititur, sed is æque intelligit, ac antea; hoc est, dicit se non intelligere, et vix credit, Sigonium, quid diceret, intellexisse.’] *Sigon.* Veteres edd. *an malitis.* Sententiam ait esse hujus loci Sigonius talem: Si Æqui Volscique Romam commigrent a vobis relictam, nonne malitis Romæ solitudinem, quam urbem hostium Veios. Errat. Potius hæc est mens: Præferre debetis desolatam urbem, quam permittere, ut illa ab Æquis Volscisque occupetur. Pal. 2. *Non equidem malitis, hanc solitudinem vestram, quam urbem esse hostium?* Sed τὸ *equidem* a sequenti periodo huc irrepsit. *Gebh.* Glareanus fatetur, se non intelligere, quid Livius sibi per *solitudinem* velit, nec, quæ sequuntur admodum clara esse. Sigonius hunc esse sensum ait: Nonne malitis Romæ solitudinem hanc vestram esse, quam urbem hostium Veios? Cui merito respondet Glareanus, æque nunc sibi lucere, atque antea, et vix credere, ipsum Sigonium quid diceret intellexisse. Mss. Andreas, Ven. Tarv. Mog. Asc. Savet. *an malitis.* Et sic legendum ratio evincit. Duo proponit pariter absurda et detestanda: ideo subjicitur, ‘ non equidem video, quid magis nefas sit.’ Ergo et nefas est illud, quod non intellexerunt, ‘ malle hanc solitudinem, quam urbem hostium esse:’ nec potest ferri *non malitis*, a Sigonio probatum. Neutrum enim debere illos malle vult Camillus. Si, inquit, posteaquam vos ruderibus his et parietinis decesseritis, Veiosque migraveritis, tum non quidem Galli, sed alii Italiæ populi, imprimis Æqui et Volsci, perpetui hostes, solum derelictum condendæ urbis causa occupent, quid estis facturi? Utrum patiemini illos habitare, et inde adsciscere nomen Romanorum, cum vos Veientes dicemini; an placebit potius, locum hunc, ubi nunc est Roma, desertum vacare, et manere vastitatem et solitudinem vestræ ditionis, quam frequentari ab hostibus, illorumque urbem et habitationem reddi? Quorum utrumque cum sit abominandum, colligit inde, debere illos consilium de migrando Veios abjicere, et urbem incensam ac vastatam reædificare. *J. F. Gron. Non malitis*, pro quo recte Gronovius *an malitis* restituendum docuit, primum obcurrit apud Aldum, et inde, una excepta Saveteriana, in omnibus recentioribus. Eidem corruptæ lectioni favent etiam plerique codd. Certe *non malitis* est in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. ac C. et Voss. 1. a m. interpolatrice, quum antea *hanc malitis hanc solitudinem* scriptum fuisset. *Non equidem malitis* in Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Verum *equidem* ex sequenti periodo huc inrepsisse, recte Gebhardus monuit. Interim tamen, quod ita quidam codd. exhibeant, caussa exstitit, ut tota hæc periodus omitteretur in Leid. 2. Vera itaque scriptura in solis apud me superest Harl. 1. et Flor. a m. sec. in quo *ammalitis* erat a m. pr. Ceterum expositionem Gronovianam inlustravit ac firmavit Jac. Perizon. ad marginem Livii adscripto loco Plu-

Digitized by Google

tarchi ex Camill. p. 145. *Ὄνειδος αὐτοῖς ἐσόμενον, ἅντε ὑπ' ἄλλων οἰκουμένην ὁρῶσιν ἐπηλύδων καὶ ξένων, ἅντ' ἔρημον οὖσαν καὶ μηλόβοτον.* Insuper *hanc solitudinem nostram* est in Lov. 4. *hanc solicitudinem vestram* in Flor. solito scribarum errore. Vide ad VIII. 13. § 15. *Hanc solitudinem vestam, quam urbem hostium esse* in Leid. 1. quæ scriptura suspicionem injecit, forte legendum esse *solitudinem vastam*. Ita Cic. in Somn. Scipion. c. 6. 'Vides habitari in terra raris et angustis in locis, et in ipsis quidem maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interjectas.' Curtius VII. 5. 'Ut vasta solitudo et sterilis humus, excussis etiam radicibus, linqueretur.' X. 5. 'Velut in vasta solitudine omnia tristi silentio muta torpebant.' Plinius Hist. Nat. VI. 12. 'Asiæ quoque magna portio, adposita septemtrioni, injuria sideris rigentis vastas solitudines habet:' et c. 17. 'Ideo juxta vastæ solitudines ferarumque multitudo, haud dissimilem hominum inmanitatem obsidens.' Alibi autem *vestra* et *vasta* inter se in membranis antiquis commutari solent. Vide Burmann. ad Nason. Amor. El. I. 1. vs. 40. Si quis tamen vulgatum præferat, ut ita Livium *solitudinem vestram* et *urbem hostium* obponat, non multum adversabor.

Hæc scelera, quia piget reædificare, hæc dedecora pati parati estis] Antiqua exemplaria habent *quid piget ædificare*. Rhen. *Reædificare* demum dedit Aldus, quod a Rhenano mutatum reduxit J. F. Gronovius, et postea servarunt recentiores. Nescio an bene. Non enim superest, nisi in levioris auctoritatis codd. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Reliqui omnes præferunt *piget ædificare*, excepto uno Leid. 1. in quo est *piget te ædificare*. Hinc Rhenani lectionem revocandam censui, et quidem tanto magis, quia τὸ 'reædificare' non hujus ævi esse videtur. Certe hoc Livii exemplum, quo illi, qui Fabri Thesaurum auxerunt, id optimo ævo vindicare conati sunt, æque incertum est, atque alterum Ciceronis ex ad Attic. Ep. VI. 1. recte ab ipsis rejectum. Ceterum *Hæc scilicet, quia piget reædificare, hæc dedecora pati parati estis* Lov. 5. a m. sec. et pro varia lectione in margine Portug. adscriptum fuit. Sed, vulgatum præferendum esse, non dubito.

§ 8 *Quam casa illa conditoris est nostri*] *Causa illa* Port. a m. pr. *crisa illa* Gaertn. De casa Romuli, religiose a Romanis conservata, et, ne tempore periret atque intercideret, subinde refecta, vide Rycquium de Capitol. c. 44. Tum illud *est* non exstat in Lov. 5. Harl. 2. et Port. Deinde *conditoris vestri* idem Port. *vestri est conditoris* Lov. 4. Sed causam non video, cur Camillus sese exclusum vellet. Paullo ante *factum fieri*, pro *tectum fieri*, habet Leid. 2.

Non in casis, ritu pastorum agrestiumque, habitare est satius inter sacra penatesque vestros] *Nonne in casis* Hav. sed ex interpretatione: *non* enim, ut sæpe, hic est pro 'nonne.' Supra IV. 4. 'Hoc ipsum, ne connubium Patribus cum plebe esset, non decemviri tulerunt paucis his annis?' ubi vide. Deinde *ritu pastorum agrestium*, omissa particula *que*, Lov. 2. Hinc *est satris* Harl. 1. qui *satis* dare voluisse videtur; quemadmodum peccatur XXXVII. 4. § 8. *Est sanctius* Lov. 4. 5. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. Sed nihil mutandum. Supra III. 70. 'Terga inpugnare hostium satius visum est.' v. 20. 'Satius igitur esse, reconciliari eo dono plebis animos.' XXVI. 29. 'Obrui Ætnæ ignibus, aut mergi freto, satius illi insulæ esse, quam velut dedi noxæ inimico.' XXXVII. 4. 'Acilio, quia id exspectari sciebat, satius visum est, inopinatam adgredi rem.' Tum *et inter sacra*, priori voce addita, Lov. 4. 5.

Digitized by Google

Harl. 2. Port. et Hav. *cum sacris inter sacra* Lov. 2. Insuper *penatesque nostros* Lov. 3. Voss. uterque, et Leid. uterque. Quam varietatem jam aliquoties hoc cap. habuimus, et mox etiam habebimus § seq. Vide ad XXXIV. 2. § 2. *penates vestros* sine copula exhibet Hav. quasi per adpositionem diceretur *sacra penates vestros*. Sed vulgatum, quod tuentur omnes alii codd. mutandi non satis justam caussam video. Virgil. Æneid. II. 717. 'Tu, genitor, cape sacra manu patriosque penates.' Mox verbis seqq. *exolatum*, pro *exulatum*, Leid. 1. et Flor. a m. pr.

§ 9 *Majores nostri, convenæ pastoresque, quum in his locis nihil*] *Majores vestri convenæ* Hav. et fragm. Hav. *Majores nostri convenere* Lov. 4. et Gaertn. *Majores vestri convenere pastores* Lov. 2. Deinde *quum his locis* sine præpositione in Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. et Port. Verum ea vel ab vocis præcedentis litera ultima intercepta esse potest. Vide ad X. 13. § 3. vel in aliis codd. ex eadem nata esse potest. Vide ad XXXVII. 11. § 4. Utraque enim lectio ferri potest. Præterea *nihil* deerat in fragm. Hav. a m. pr. Mox etiam *essent*, pro *esset*, habet Gaertn.

Novam urbem tam brevi ædificaverunt] Tò *novam* deficit in Harl. 1. vocula *tam* in Leid. 2. et fragm. Hav. Tum *novam urbem tam brevē*, id est *brevem*, dedit scriba Leid. 1. de quo errore vide hoc lib. ad c. 45. § 1. Deinde *ædificarunt* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 5. Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quorum auctoritatem secutus id in contextum recepi. Alibi enim sæpe potius Livius contractionibus his usus est. Vide ad XXI. 44. § 7.

Capitolio arce incolumi, stantibus templis Deorum, ædificare incensam piget] Antiqua exemplaria habent *ædificare incensa piget*. Rhen. *Capitolio, arce stantibus templis Deorum* Hav. *Capitolio arceque incolumi, stantibus templis Deorum* Lov. 4. Deinde *ædificare incensa piget*, ut Rhenanus in suo invenit, exhibent omnes mei, quod similiter admisi; ut Camillus, qui Capitolium et arcem incolumem, stantia Deorum templa agnoscebat, non totam 'urbem incensam,' sed 'incensæ urbis,' partes ejus, quæ incendio deletæ erant, ædificandas dicat. Et ita majorem adhuc exprobrabit dissimilitudinem inter hujus temporis Romanos et majores eorum, qui novam urbem a fundamentis excitarunt, quum illos patriam, ne totam quidem in cineres redactam, instaurare pigeat.

Quod singuli facturi fuimus, &c. hoc in publico incendio universi recusamus facere] *Quod in singuli facturi* Leid. 1. unde conjici posset, librarium scribere voluisse *in singulis*, scilicet *incendiis*, quemadmodum præfert Lov. 2. ut *singula incendia* obponantur *publico incendio*. Et ita ultima litera *roῦ singulis* intercepta erit a prima vocis seq. ob similitudinem ductuum, ut sæpe factum est. Vide ad IV. 33. § 11. Præfero tamen vulgatum *singuli*, quibus obponuntur *universi*. Deinde *facturi sumus* Lov. 1. 5. Harl. 2. et Port. Mox *hæc in publico* Lov. 4. et 5. a m. pr. Tum *facere recusamus*, alio verborum ordine, idem Port.

CAP. LIV. § 1 *Si fraude, si casu Veiis incendium ortum sit*] *Si casu, si fraude* Lov. 5. Hav. Harl. 2. et Port. Tum *incendium sit ortum* Hav.

Ventoque (ut fieri potest) diffusa flamma magnam partem urbis absumat] *Si vento* Harl. 2. Port. et fragm. Hav. a m. sec. copulativa *que* deficit etiam in Lov. 5. Deinde *et fieri potest* Gaertn. quod eodem modo dictum esse potest, quo Gronov. ex Mss. restituit XXVII. 1. 'Præda (et aliquantum ejus fuit) militi concessa:' ubi plura exempla vide. Quum tamen alii omnes codd. vulgatum tueantur, unius illius librarium lapsum

Digitized by Google

esse, potius credo. Solent autem sæpius τὰ *ut* atque *et* in Mss. commutari. Vide ad Livii XXI. 28. § 8. Tum *diffusa flamma et magnam partem* Gaertn. Denique *magnam partem urbis adsumat* Leid. 1. *magnam partem urbis assumat* Voss. 1. Lov. 1. 5. et fragm. Hav. Verum et ita frequenter scribæ peccarunt. Vide ad IX. 17. § 17.

Fidenas inde aut Gabios aliamve quam urbem] *Fidenas inde ac Gabios* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXI. 53. § 3. Deinde *aliam quam urbem* Gaertn. et ed. Parm. *aliamve quam urbem* Port. Vide hoc lib. ad c. 28. § 5. *aliamve aliquam urbem* Flor. a m. pr.

§ 2 *Nec hæc terra, quam matrem adpellamus; sed in superficie tignisque caritas nobis patriæ pendet*] *Nisi hæc terra* Lov. 4. et 5. a m. pr. *Adeo nihil tenet solum patriæ, nihil hæc tetra* a m. sec. eni lectioni sua inest elegantia; sed codicis auctoritas levior est, quam ut eam recipere ac probare audeam. *Adeone nihil tenet solum patriæ et hæc terra* Lov. 2. *non hæc terra* Port. *nonne hæc terra* Hav. Particulæ *nec* et *non* sæpe inter se confunduntur in Mss. Ita III. 22. § 7. et alibi. Hinc *quam Martem adpellamus*, transpositis perperam literis, Voss. 1. et Lov. 1. Præterea *tignisque caritas vobis patriæ pendet* Gaertn. Port. et Hav. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Similis varietas occurrit hoc cap. § 5. et § 7. *Et ignis et caritas nobis patriæ pendet* Lov. 2. Vox *tignis* in Flor. erasa erat a m. sec.

§ 3 *Et quidem, fatebor vobis*] Vet. lib. *Equidem fatebor vobis.* Sigon. *Et quidem*, ut ante Sigonium vulgo legebatur, servant Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 5. et Gaertn. *Etiam quidem* Lov. 3. et Voss. 2. quod ex *Et quidem* corruptum est, quia librarius *Eſ quidem* scriptum crediderat. Vide ad XXII. 47. § 9. Reliqui defendunt *Equidem;* quibuscum etiam Oxon. suos facere, Hearne testatur. Non raro librarii voces *et quidem* atque *equidem* commutarunt. Tale exemplum habuimus hoc lib. c. 33. § 4. alia etiam obcurrent VIII. 20. § 12. et XXXIV. 5. § 8. Similiter *et levat*, pro *ekevat*, erat in antiquis edd. IX. 37. § 6. et contra *efferitate* scribæ dederunt, pro *et feritate*, XXXVIII. 49. § 4. ubi plura vide. Τὸ *Equidem* tamen hic ferri potest, licet etiam, a proxima voce *fatebor* disjunctum, referatur ad remotius 'juvat,' vel 'obcurrebant.' Non enim perpetua est observatio veterum grammaticorum apud Servium ad Virg. Georg. I. 193. et alibi, existimantium *equidem* poni pro *ego quidem*, quum sæpissime etiam alii, quam primæ, personæ jungatur. Vide Gifanii Observ. in Ling. Lat. voce 'Equidem.' Certe erat hoc lib. c. 51. 'Equidem, si nobis cum urbe simul positæ traditæque per manus religiones nullæ essent, tamen tam evidens numen hac tempestate rebus adfuit Romanis:' ubi cohærent *Equidem adfuit:* quin et alibi 'ego equidem,' vel 'equidem ego' obcurrere apud optimos scriptores, observat Corte ad Sall. Cat. c. 51. § 15. ubi etiam *et quidem*, pro *equidem*, in nonnullis scriptis erat. Neque verius puto, quod aliis visum est, *equidem* poni pro 'et quidem,' vel 'atque idem;' similiter enim 'et equidem' vel 'equidem et' sibi obviam fuisse notavit idem Cortius ad Plin. Epist. II. 12. § 11. Et cur non dicimus, vocem compositam esse ex particula *e*, quæ hic intendit significationem τοῦ *quidem*, ac fortius adfirmat, quemadmodum in 'edurus,' 'egelidus,' et similibus? Illud tamen huic etymologiæ adversatur, quod τὸ *e* intensivum in aliis vocibus, ut 'egelidus,' 'edurus,' et similibus producatur, cum prima syllaba τοῦ *equidem* brevis sit. Vossius, secutus sententiam Prisciani, vocem simplicem esse existimat. Vide quæ notat Grammat. VI. 27. et in Etymol. Ling. Lat. voce 'Ego.' Præterea *fatemur vobis* habuit Voss. 2. a m. pr.

Digitized by Google

Etsi minus injuriæ vestræ, quam calamitatis meæ, meminisse juvat] Est in veteri exemplari *quam meæ calamitatis*. Rhen. Hæc sic pronunciantur, quasi duæ sint res diversorum generum, altera cujus juvet meminisse, altera cujus minus juvet. At revera non differunt, nisi quod priorem posterior necessario consecuta est: et utramque ex animo delere optimum civem Camillum voluisse putandum. Flagitat sensus, *etsi minus tam injuriæ vestræ, quam meæ*. Aut *etsi minus qua injuriæ vestræ, qua meæ calamitatis meminisse juvat*. J. F. Gron. Recepta scriptura ita exponi potest: etsi, quum exsilii mei mentionem apud vos facio, nolim hoc ita accipi, quasi ea re injuriam mihi factam vobis exprobrare velim: nam utique minus injuriæ vestræ, quam meæ calamitatis memini. Boni civis est ex animo delere memoriam injuriæ a civibus acceptæ; memoriam aliquam calamitatis, in quam ex injuria illa incidit, retinere, ac simul bonus civis esse potest. *Duk.* *Si minus injuriæ* Lov. 5. Gaertn. Port. et Hav. Dein *quam calamitatis meæ* alio ordine Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. uterque, Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Similiter etiam Aldus edidit, post quem iterum mutavit Rhenanus ex Ms. suo, cui adstipulantur ex nostris Flor. Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Qui ita dederunt, ferre non potuisse videntur minus gratum sonum *meæ meminisse*. Ceterum Doujatius vulgatam scripturam adversus Gronovium defendere conatur, sed nihil in medium adfert, quo eam tueatur, nisi quod Gronovius ipse tamquam argumentum, ob quod vitii suspecta foret, proposuisset. Docere debuisset, quemadmodum injuria Romanorum et calamitas Camilli tamquam duæ res diversorum generum considerari possint, quod prudenter vitavit. Sed vide Dukerum. Post hæc verba est in Lov. 4. *quippe sentiam tamen*, quæ reliqui omnes ignorant, neque etiam conveniunt.

Quum abessem, quotiescumque patriæ in mentem veniret, hæc omnia obcurrebant] *Quum absem* Harl. 1. neglecta duarum literarum repetitione. Deinde *in mentem patriæ veniret* Harl. 2. et Port. *patria in mentem venerat* Harl. 1. et typis excusi vetustiores. Aldus demum *veniret* reposuit; quod servant omnes aliæ membranæ. Deinde *hæc omnia concurrebant* fragm. Hav. a m. pr. Sed recte mutatum *obcurrebant*, nempe menti vel animo. Infra VI. 19. 'Quum præter vim et cædem nihil cuiquam obcurreret.' XXV. 24. 'Atheniensium classes demersæ et duo ingentes exercitus cum duobus clarissimis ducibus deleti obcurrebant.' XXXVI. 35. 'Sed pudor, si irrito incepto abscederet obsidione, obcurrebat.' Et ita sæpius quum Livius, tum alii, qui etiam 'menti,' 'animo obcurrere' dixerunt.

Colles, campique, et Tiberis, et adsueta oculis regio] *Colles Capitoliumque* Hav. invitis reliquis aliis. Tum voces *oculis regio* deerant in contextu Port. sed a m. altera margini adscriptæ sunt. *Adsueta oculis religio* habent Leid. 2. Lov. 1. et Hav. sæpius in scriptis obvio errore. Vide ad VII. 29. § 1. Adde Cortium ad Porcii Latron. declam. contra Sallust. c. 5. Deinde *regio, hoc cœlum*, omissa copulativa *et*, Lov. 5. Mox *natus et educatus*, pro *natus educatusque*, Voss. 2.

Quæ vos, Quirites, nunc moveant potius caritate sua, ut maneatis in sede vestra] *Quæ nos, Quirites, nunc movent* Gaertn. *quæ vos, Quirites, jure moveant* Port. et Hav. *moverant* est in Lov. 3. Deinde *ut maneatis in caritate vestra* Gaertn. Verum animo librarii ejus vox *caritate*, quum hoc scriberet, ex proximo adhuc obversabatur.

Quam postea, quum reliqueritis ea, macerent desiderio] *Quum reliqueritis eam* Flor. et Klockian. ut referatur

Digitized by Google

ad τὰ *sede vestra*. Utraque lectio commode ferri potest, et non malum sensum efficit. Si vulgatum præfers, litera ultima *τοῦ eam* adcrevit in Flor. ex vocis seq. initio; si contra, ab ea intercepta erit. Quin insuper litera *m* finalis a librariis passim vel additur, vel abjicitur. Deinde *macerant* Voss. 2. et Lov. 3. qui voluisse videntur *maceran̄t*, id est *macerarent*. Sed vulgatum genuinum est. 'Macerare' autem hic ad animum relatum notat angere, molestia ac dolore afficere. Ovidius Epist. Her. xx. 125. 'Maceror interdum, quod sim tibi caussa doloris.' Terent. in Andr. v. 3. 15. 'Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero? Cur meam senectam hujus sollicito amentia?' Eunuch. i. 2. 107. 'Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum.' Lucret. iii. 75. 'Macerat invidia, ante oculos illum esse potentem.' Eodem lib. vs. 839. 'Advenit id, quod eam de rebus sæpe futuris Macerat, inque metu male habet, curisque fatigat.' Id verbum a quodam per 'angere' in margine expositum fuerat; ea deinde caussa exstitit, ut expositio illa in contextum recepta; atque *angerent* et *macerent* datum sit in Hearnii Oxon. N. Ex *angerent* deinceps, quod etiam alii, rejecto tamen *τῷ macerent*, receperant, factum est *agerent* in Klockian. Voces 'agere' et 'ăgere,' sive 'angere,' frequenter in membranis confundi, videbimus ad xxix. 6. § 7. Ex eodem illo *angerent* factum est *augerent* in Voss. 1. a m. pr. ea lectionum varietate, de qua dixi ad iv. 51. § 6. Verum id a m. sec. mutatum est in *augeant*, quomodo etiam præferunt Lejd. 2. et Lov. 3. qui tres codd. etiam *desiderio* mutarunt in *desiderium*, id exigente ratione loquendi, quoniam *augeant* placuerat. Ita ex vitiosa scriptura vitiosior provenire solet. In Flor. a m. pr. legebatur *ageant*, inde postea factum est *angeant*, pro quo Salvin. conjicit legendum *angant*. Sed nihil muto.

§ 4 *Quo ex mediterraneis locis fruges devehantur*] *Devehebantur* Hav. *advehantur* Voss. 2. et Lov. 3. Sed recepta lectio, quam firmat reliquorum codicum auctoritas, genuina est. *Devehantur*, quia loca mediterranea altiora esse creduntur, quam mari vicina. Supra iv. 52. 'Maximos commeatus summo Etruriæ studio Tiberis devexit.' Curtius ix. 8. 'In fines Mallorum secundo amne devehitur.' Tacit. Annal. iii. 9. 'Ab Narnia Nare, ac mox Tiberi devectus auxit vulgi iras.' Paullo ante alio ordine *hunc urbi locum condendæ* Gaertn. *condendæ locum hunc urbi* vetustiores, quas vidi, edd. Primus Aldus vulgavit, ut nunc exstat. Et ita exhibent reliqui scripti. Præterea *saluberrimi colles*, pro *saluberrimos coll.* Lov. 2. et 3. quorum prior ultima hujus § verba, ut his conveniant, ita exhibet, *ad incrementum urbis natum, unicus locus*. Sed vulgatum verum est. Nam per adpositionem dicuntur *urbi condendæ locum, saluberrimos colles, &c.*

Nec expositum nimia propinquitate ad pericula] *Nec expositum nimis prop.* Harl. 2. Port. et Gaertn. quam lectionem ab interpolatoribus natam, neque instituto Camilli convenire, facile deprehendet, qui diligentius ad sensum adtendit. Fatendo enim 'non nimis expositum' esse, simul etiam agnovisset, aliquo tamen modo expositum esse, quæ locum relinquendi idonea caussa tribunis ac plebi videri potuisset. Tum *ad periculum classium* Lov. 2. et ed. Parm. Mox *Italia medium*, pro *Italiæ med.* Port.

§ 5 *Argumento est ipsa magnitudo tam novæ urbis*] Ita etiam hoc lib. c. 33. 'Mari supero inferoque, quibus Italia insulæ modo cingitur, quantum potuerint, nomina sunt argumento.' c. 44. 'Argumento sit clades Romana:' et xxxix. 51. 'Mores quidem populi Romani quantum mutaverint,

Digitized by Google

vel hic dies argumento erit.' Eodem modo Cic. pro. Sext. Roscio cap. 27. 'Qua in re prætereo illud, quod mihi maximo argumento ad hujus innocentiam poterat esse.' Orat. Philipp. II. 16. 'Magno argumento est, me in utroque fuisse moderatum:' et alibi. Similiter 'prædæ esse;' (vide ad III. 29. § 2.) 'documento esse;' (vide ad VII. 6. § 11.) 'monumento esse' IV. 16. et VIII. 11. 'religioni esse' V. 13. 'exemplo esse' IV. 57. 'præmio,' 'emolumento esse,' de quo dixi ad XXIV. 45. § 1. 'miraculo esse' habes XLII. 62. Et his similia multa apud Livium et alios passim obvia sunt. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 9. § 2. Hic tamen in vulgatam lectionem, quæ constanter in omnibus edd. superest, nullus meorum codicum consentit. Voces *unice locum. Argumento est ipsa magnitudo tam novæ urbis* deficiunt in Harl. 1. et Leid. 1. *Argumentatione est* habent Voss. 1. et Leid. 2. Similiter Lov. 1. nisi quod in ea verbum *est* deficiat: *argumentario est* Lov. 2. *q frumento est* Flor. Reliqui omnes uno ore exhibent *Argumentum est:* quod neque ipsum insuper habendum puto. Ita enim Livius etiam loquitur III. 55. 'Quod etsi non jure fiat, tamen argumentum esse, non haberi pro sacrosancto ædilem.' Alia plura eadem forma dicta vide ad XXIV. 8. § 20. Mox pronomen *ipsa* deficit in Lov. 2.

Trecentesimus sexagesimus quintus annus Urbis, Quirites, agitur] Ante hæc verba in contextu Voss. 2. et Lov. 3. est *inii quoto anno a Gallis Roma vastata sit:* in Leid. 1. et fragm. Hav. *uni quoto anno a Gallis Roma vastata sit.* In Gaertn. *quoto anno a Gallis Roma sit vastata.* In Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. *quoto anno a Gallis Roma vastata sit.* Sed recte Hearne monuit, additamentum istud e margine in contextum inrepsisse, ubi adpositum erat, ut annus urbis conditæ apertius indicaretur. Alia exempla, unde pateat, librarios lemmata olim margini adscripta in contextum recipere solitos fuisse, vide ad VII. 40. § 4. Præterea *tricentesimus sexagesimus quintus* Lov. 3. et Gaertn. *trecentensimus sexagensimus quintus,* sive lapsu librarii *sexagensibus,* Harl. 1. Eadem orthographia obcurrit in tabula ænea apud Gruter. in Inscript. p. CCIV. lin. 26. QVOD. IN. EO. AGRO NATVM. ERIT. FRVMENTI. PARTEM. VICENSVMAM. VINI. PARTEM. SEXTAM LANGENSES. IN. POPLICVM. GENVAM DARE. DEBENTO. IN. ANNOS. SINGOLOS. p. CCCIII. num. 2. ANNO. TRIGENSIMO. CONSECRATIONIS. SVAE. Obvia etiam interdum est in optimo cod. Flor. Vide ad III. 71. § 6. VII. 16. § 7. et alibi. Eadem forma 'formonsus,' 'thensaurus,' ac similia in scriptis obcurrunt, de quibus vide Pierium ad Maron. Ecl. II. 1. Vox autem *annus* deest in Gaertn. *annus vobis, Quirites, agitur* habet Hav. *annus urbis agitur, Quirites* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Inter tot veterrimos populos tam diu bella geritis] *Veteranos populos* ex Oxon. L. 1. profert Hearnius. Per epitomen scriptum fuisse videtur *veterrimos,* et ex eo non intellecto ab indocto librario *veteranos* factum esse.

Tot tam valida oppida] *Tot jam valida oppida* Port. sollemni scribarum peccato. Vide ad XXI. 11. § 12. *totam valida oppida* Harl. 1. *totam validam oppida* Flor. a m. pr. *tot valida oppida,* una voce omissa, Flor. a m. sec. Leid. 2. et Hearnii Oxon. B. *tam valida oppida,* omissa vocula *tot,* Lov. 1. Male. Amat enim Livius voces has *tot tam* jungere. Infra XXV. 24. Tot bella cum Karthaginiensibus tanto cum discrimine gesta, tot tam opulenti tyranni regesque.' cap. 37. 'Ad hæc tot tam necopinata primo omnium incerti stupentesque referunt pedem.' Ad quem utrumque locum videndus est J. F. Gronovius. Alibi addita copula *tot ac tam* dixit.

Digitized by Google

Infra VIII. 12. 'Anno insigni victoria de tot ac tam potentibus populis:' ubi vide. Mox *nĕ universa Etruria*, id est, *nunc universa*, Lov. 5. Sed passim *nĕ* et *nō* commutantur. Vide ad IX. 7. § 5.

Tantum terra marique pollens, atque inter duo maria latitudinem obtinens Italiæ] Prima vox deest in Leid. 2. quam alii omnes servant. Deinde *latitudinem continens Italiæ*. Lov. 5. *latitudinem obtinens Italia* Lov. 4. et fragm. Hav. Mox verbis seqq. *nobis par est*, pro *vobis par est*, Lov. 2. et Gaertn. Vide hoc cap. § 2. Ceterum, quum nulli fuerint Etrusci inter Apenninum Alpesque, quum a Senonibus obpugnaretur Clusium, Romaque caperetur, idque fateri videatur Livius hoc lib. c. 33. et c. 35. non recte Livium nunc tradere, Etruscos inter duo maria latitudinem obtinere Italiæ, docuit Cluver. Ital. Antiq. I. 22. p. 228.

§ 6 *Quod quum ita sit, quæ (malum) ratio est, expertis alia experiri*] Hic subesse ulcus, præter ipsum genus loquendi, ostendunt Mss. codd. Nam et Voss. et Helm. et Rott. *expertis latos alia experiri*. Margo autem Vossiani pro *latos* satis antiqua manu exhibet *lares*. Fortassis, *quæ, malum, ratio est, expertis lares alios experiri*. Tentare sedes alias, quam quas tam diu feliciter experti sumus. *Alios expertis*, ut Horatio Epist. II. 1. 240. 'aut alius Lysippo duceret æra.' Phædrus in Prol. l. III. vs. 41. 'Quod si accusator alius Sejano foret.' *J. F. Gron.* Idem Gronovius in priori ed. notarum ad Livii VII. 37. legendum existimabat *Quod quum ita sit, quæ, malum, ratio est, expertos, alia experiri*: eorumque verborum hunc sensum esse statuebat: quod quam verum sit expertos, nempe Romanos. Sed ea recte in ed. iterata induxit. *Expertis latos alia experiri* etiam superest in Klockian. Atque ita quidem scriptum esse in Voss. 1. docent me ejus excerpta, verum ita, ut simul τῷ *latos* adjectæ sint notæ, quæ vocem illam abundare, ac delendam esse indicant; lectionis vero ad marginem adscriptæ nulla fiat mentio. Ut forte, nisi mea me excerpta fallant, Gronovius non satis adtentus Vossianum pro alio codice, in cujus margine *lares* pro *latos* exhibebatur, memorarit. Recte vero *alia expertis* exponit. Ita enim et Cic. loquitur ad Famil. XI. 2. 'Nos ab initio spectasse otium, nec quidquam aliud libertate communi quæsisse, exitus declarat:' ubi videndus est Manut. Apuleius in Apolog. p. 317. ed. Elm. 'Quid igitur est? cuivis clare dilucet, aliam rem invidia nullam esse:' ad quem locum consulendus est Stewich. ut et Colvius ad Metam. l. III. p. 53. Etiam Munker. ad Lactant. Narrat. Fabul. XIV. 18. Vechner. in Hellenol. lib. I. part. II. c. 18. p. 181. Ex adscriptis autem exemplis patet τὸ *expertis* non dandi, sed auferendi casum esse. Doujatius tamen adfirmare sustinuit, *alius illi* phrasin Græcam esse, pro 'alius ab illo.' Verum Græci dicere solent ἄλλος ἐκείνου per ellipsin præpositionis ἀπό: quos imitati Latini dixerunt *alius illo* per ellipsin præpositionis *ab*. Vide præter Manut. loco laudato, clariss. Lamb. Bos de Ellips. Ling. Græcæ p. 300. ἄλλος ἐκείνῳ, vel *alius illi* apud Græcos ac Latinos nondum inveni. In his autem *expertis* accipiendum est passive, ut I. 34. 'Ut, per omnia expertus, postremo tutor etiam liberis regis testamento institueretur.' III. 2. 'Tutum receptum ad expertam clementiam fore.' c. 44. 'Desponderat filiam L. Icilio tribunicio, viro acri, et pro causa plebis experiæ virtutis.' XXXV. 45. 'Nihil enim æqui ab Romanis inpetrari posse, satis expertum esse:' ubi etiam quædam vide. Ex aliis, similiter loquentis, scriptoribus exempla, quæ in promtu sunt, non congero: quædam videantur apud Rit-

Digitized by Google

tershus. ad Gunter. Ligur. II. 74. et Voss. Gramm. v. 6. Alia etiam verba deponentia Livium passive usurpasse, videbimus XXIV. 8. § 14. Clericus supplet per vocem *hæc*, ut ita jungat, *quæ ratio est expertis* hæc, *experiri alia*. Ei favere videtur ordo verborum, qui est in fragm. Hav. *ratio est expertis experiri alia*. Ego tamen cum Gronovio malo *expertis alia experiri*. Præterea *quæ mala ratio est* perperam Lov. 2.

Ut virtus vestra transire alio possit, fortuna certe loci hujus transferri non possit] Vet. lib. *transferri hinc non possit*. Sigon. *Et virtus vestra transire alio possit* fragm. Hav. Eodem modo alibi librarios peccasse, dicemus ad XXI. 28. § 8. *ut virtus vestra transire alia possit* Leid. 1. *ut virtus transire alio possit*, una voce exsulante, Leid. 2. et Lov. 1. *ut virtus vestra alio transire possit* Gaertn. *ut virtus nostra alio transire possit* Lov. 2. *ut virtus vestra transire possit*, alia voce omissa, Klockian. Tum *hujus* deest in Lov. 2. cujus loco *illius* exhibet Lov. 4. Deinde *transferri hinc non possit*, ut in vet. lib. Sigonius invenit, etiam apud me est in Lov. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. et Hav. Id etiam codd. Oxonienses præferre, Hearnius auctor est. At optimi quique et alii omnes τὸ *hinc* non agnoscunt. Recte igitur Jac. Gronovius vocem illam, quam Sigonius ac recentiores receperunt, iterum expunxit. *Fortuna certe loci illius transferi non possit* habet Leid. 1. Similiter *fieri* et *ferri* commutantur II. 49. § 3. III. 14. § 6. IV. 2. § 1. c. 49. § 6. VI. 40. § 18. VII. 16. § 8. VIII. 2. § 6. c. 11. § 3. Vide etiam Hardnin. ad Plin. XXVIII. 2. *fortuna certe loci hujus transire non possunt* Klockian.

§ 7 *Ubi quondam capite humano invento responsum est*] *A capite humano invento responsum est* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 3. 5. et fragm. Hav. Sed præpositio ab indoctis librariis addita est. Ipse enim Livius I. 55. narravit, id cecinisse 'vates, quique in urbe erant, quosque ad eam rem consultandam ex Etruria acciverant.' A cujus narratione differt quidem Dionys. Halic. ita tamen, ut tradat, portentum illud interpretari non potuisse vates indigenas, sed id fecisse Etruscum, ad quem Tarquinius Superbus legatos miserat. Vide Antiq. l. IV. p. 257. et seqq. Non ergo ipsum caput id respondit.

Eo loco caput rerum summamque imperii fore] *Caput rerum, summa imp. fore* Hav. *caput rerum summaque imperii fore* fragm. Hav. et ed. Tarvisina utraque: ut librarii *summa imperii*, pro *summum imperium*, eadem ratione dictum esse credidisse videantur, qua 'ultima orientis,' 'finitima Umbriæ,' 'superiora Macedoniæ,' et similia, de quibus agam XXXVII. 58. § 8. Sed sequor reliquos codd. qui vulgatum tuentur. *Summam imperii* autem, ut 'summa belli gerendi,' 'summa rerum,' de quibus vide ad VIII. 26. § 6.

Hic quum augurato liberaretur Capitolium] Id est, partes ejus aliis Diis dicatæ exangurarentur. Vide Dukerum ad Flor. I. 7. § 8. *hinc* Lov. 3. ut referatur ad 'moveri,' quod sequitur. Sed receptum *hic* verius esse, et præcedentia et sequentia docent. Solent autem hæ voculæ commutari. Vide ad XXVI. 13. § 13. Tum *augũtq* Lov. 4. Deinde *libaretur* Lov. 2. et 5. ubi librarii additam notam *lib'aretur* omiserunt.

Juventus Terminusque maximo gaudio patrum nostrorum moveri se non passi] Unius tantum Termini meminit Livius I. 55. 'Quum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini fano non addixere. Idque omen auguriumque ita acceptum est, non motam Termini sedem, unumque eum Deorum non evocatum sacratis sibi finibus, firma stabiliaque cuncta portendere.' Etiam Ovidius

Digitized by Google

Fastor. II. 669. 'Terminus, ut memorant veteres, inventus in æde Restitit, et magno cum Jove templa tenet.' Similiter Lactantius Divin. Instit. I. 20. 'Quum Tarquinius Capitolium facere vellet, eoque in loco multorum Deorum sacella essent, consuluit eos per auguria, utrum Jovi cederent; cedentibus ceteris, solus Terminus mansit.' Neque aliter Servius ad Virgil. Æneid. IX. 448. 'Quum omnes Dii libenter inde migrassent, Terminus solus, hoc est, limitum Deus, abscedere noluit, sed illic remansit.' Unde igitur factum dicemus, ut Livius nunc Juventatis et Termini meminerit? *Juventas Terminusque, &c. moveri se non possit* habet Hav. *inventas Terminusque moveri se non passi* Lov. 3. *Juventas Terminus qui moveri se non posse annuit* Lov. 4. *inventus Terminusque moveri se non posse* Lov. 1. et Leid. 2. *inventus Terminus moveri se non posse* Voss. 1. a m. sec. et Lov. 1. Hinc conjectura nasci posset, forte legendum esse, *inventus Terminus maximo gaudio patrum nostrorum movere se non posse.* Neque ad vulgatum defendendum facere potest, quod locus Livii eodem modo, quo nunc editus exstat, reperiatur in excerptis ex Nonio, quæ Gothofred. auctoribus linguæ Latinæ subjunxit p. 1339. Ultima enim pars istius loci, quæ agit de Juventate, in ipso Nonio non exstat, ut a recentiori aliquo additam esse credibile sit, qui, quum Nonius tantum discrimen inter voces 'Juventus,' 'Juventa,' et 'Juvenilitas' dederit, docere voluit, quemadmodum ab his omnibus differret 'Juventas.' Et idem sensisse videtur Gothofr. qui partem illam interposito unco a reliquis distinxit. Verum quum in loco Liviano reliqui, quibus usus sum, codd. constanter *Juventas Terminusque moveri se non passi* servent, vulgatum mutandi nulli auctor ero. Verius itaque puto Livium hic alios auctores secutum esse, quam quos I. 55. consuluerat. Id enim Livio interdum accidisse, sæpius viri docti observarunt. Vide ad XLII. 47. § 6. Ceterum *patrum vestrorum* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. 5. et Harl. 1. Vide ad § 2.

Hic ancilia cælo demissa] *Ancilicia* Harl. 1. Deinde *dimissa* Flor. Leid. ambo, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et excusi principes; pro quo jam Veneti 1495. *demissa* recte vulgarunt. Vide ad XXXIV. 50. § 2. Alio etiam ordine *ancilia dimissa*, vel *demissa*, editi usque ad Aldum, cui vocabula in ordinem, qui nunc obtinet, trajicienti favent omnes scripti. Mox *nobis Dii*, pro *vobis Dii*, Voss. 1. Lov. 1. 2. 5. Port. et Hav. Vide hoc cap. ad § 1. *manentibus Dii nobis* alio insuper ordine fragm. Hav.

CAP. LV. § 1 *Movisse eos Camillus tum alia oratione, tum ea, quæ ad religiones pertinebat, maxime dicitur*] *Movisset os Camillus* Leid. 1. *Movisset hos Camillus* Harl. 1. *Movisse eos Camillum, &c. dicitur* Hav. de qua locutione vide ad I. 31. § 8. Quum tamen alii codd. vulgato adhæreant, lectionem hanc potius ex librariorum errore natam, quam a Livii manu profectam, arbitror. Deinde *cum alia oratione, tum ea* Leid. 1. Harl. 1. Gaertn. Hearnii Oxon. B. et editio Aldina cum reliquis recentioribus usque ad ultimam Gruteri, quæ iterum recepit *tum alia oratione*. Eam autem servant reliqui codd. et posteriores editores secuti sunt, unde iterum occasio data est Ant. Perizonio in margine Livii conjiciendi *cum alia* scribendum esse. Vide ad VI. 23. § 3. *Cum alia ratione* Harl. 2. *tum alia ratione* editi ante Aldum. Vide ad XXXV. 25. § 9. Insuper *ad religionem pertinebant* Port. a m. pr. *ad religionem pertinebat* a m. sec. Et ita præferunt Harl. 2. et Lov. 5. a m. sec. Sed numero plurali etiam utitur hoc lib. c. 50. 'Omnium primum, ut erat diligentissimus religionum cul-

Digitized by Google

tor, quæ ad Deos inmortales pertinebant retulit.' I. 31. 'Religionibusque etiam populum inpleret.' c. 32. 'Aut neglectis religionibus, aut prave cultis.' Et mox eod. cap. 'Quoniam Numa in pace religiones instituisset.' III. 57. 'Colebanturque religiones pie magis, quam magnifice.' VI. 1. 'Nulla de re prius, quam de religionibus, senatum consuluere.' c. 5. 'In civitate plena religionum res ad interregnum rediit.' c. 41. 'Quid de religionibus atque auspiciis loquar?' et sæpe alibi.

Rem dubiam decrevit opportune vox emissa] *Vox opportune emissa* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. omnesque edd. quas vidi, usque ad Aldinam, quæ prima dedit *opportune vox emissa:* et ita est in Flor. sed *vox opportuna emissa* Leid. 1. Lov. 3. 4. 5. et Harl. 1. quam lectionem recepi. Quum enim Livius I. 31. dixerit 'voce cœlesti missa,' Val. Max. I. 8. ex. 5. 'ingens vox missa;' cur hoc loco Livio dicere non liceret *vox opportuna emissa?*

Quod, quum senatus post paullo de his rebus] *Quodcumque senatus* Leid. 1. Similiter *ubicumque*, pro *ubi quum*, erat in Ms. III. 7. § 5. *nam quum senatus* Lov. 2. 4. *quā quum senatus* Gaertn. *qui quum senatus* Lov. 5. a m. pr. pro quo emendatur *quia quum senatus* a m. altera. Et ita præferunt Harl. 2. Port. et Hav. varietate alibi etiam in Mss. obcurrente. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Tum *paullo post* Gaertn. Male. XXII. 60. 'Hannibalem post paullo audistis, castra prodi et arma tradi jubentem:' ubi vide Gronovium.

Cohortesque ex præsidiis revertentes] Copula *que* non adparet in Leid. 2. Lov. 1. Port. et fragm. Hav. Deinde *ex prædiis* Flor. Voss. 1. a m. pr. Leid. 1. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *ex præsidio* Lov. 5. Harl. 2. Port. et fragm. Hav. a m. sec. *e præsidio* dixit etiam Val. Max. im. loco, quem ad verba seq. laudat Modius. Fuisse *τάγμα φυλακῆς ἡμερωῆς* ait Plutarch. in Camill. p. 145. Nihilominus Livium *ex præsidiis* dixisse puto, quod retinent codd. nonnulli, partim scriptura aliorum *ex prædiis* corrupte præferentium eodem ducit. Mox voces *in comitio* deficiunt in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 2 *Signifer, statue signum: hic manebimus optime*] Plutarchus in Camillo p. 145. sic vertit: *Καὶ τὸν φέροντα πρῶτον τὸ σημεῖον μεγάλῃ φωνῇ προσαγορεύσας, ἐκέλευσεν αὐτοῦ μένειν, καὶ τὸ σημεῖον τίθεσθαι· κάλλιστα γὰρ ἐνταῦθα καθεδεῖσθαι καὶ μένειν.* Valerius vero Maximus idem sic tradit I. 5. ex. 1. 'Omnium etiam observatio contactu aliquo religionis innexa est; quoniam non fortuito motu, sed divina providentia constare creditur. Quæ effecit, ut, Urbe a Gallis disjecta, deliberantibus Patribus conscriptis, utrum Veios migrarent, an sua mœnia restituerent; forte eo tempore e præsidio cohortibus redeuntibus, centurio e comitio exclamaret, 'Signifer, statue signum, hic optime manebimus.' Ea enim voce audita, senatus se accipere omen respondit, e vestigioque Veios transeundi consilium omisit. Quam paucis verbis de domicilio futuri summi imperii confirmata est conditio! Credo, indignum Diis existimantibus, prosperis auspiciis Romanum nomen ortum Veientanæ urbis appellatione mutari; inclitæque victoriæ decus modo abjectæ urbis ruinis infundi.' *Modius. Hic manebimus optimum* Leid. 1. Et id voluisse videtur scriba Harl. 1. qui tamen lapsus *hic manebimus optimam* dedit. Vox *optime*, quam tamen et Plutarch. et Valer. Max. servant, deest in Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. apud quem contra, vocibus aliquot auctiores, L. 2. et C. exhibent *hic manebimus optime. Eo miles gratior est prosecutus.* Quod etiam in Lov. 4. inveni.

Digitized by Google

Qua voce audita, et senatus, accipere se omen, ex curia egressus, conclamavit] Quæ ex Brissonio ad inlustrandam formulam 'accipere se omen,' hoc loco descripserat Modius, omittenda duxi, quum commode apud eum legi possint de Formul. l. 1. p. 90. et non magis faciant ad intellectum horum verborum, quam omnium aliorum, quibus ad eamdem formulam respicitur. Ceterum *quam voce audita* Harl. 1. Tum *et* deficit in Lov. 3. Hinc *accipere se omne*, transpositis literis, Voss. 2. et Lov. 3. Similiter *omina* et *omnia* in Mss. commutari, videbimus ad Epit. Liv. lib. CXVII. Deinde *ex curia egressis* Hav.

Et plebes circumfusa adprobavit] Conjunctio *et* deficit in Lov. 5. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Pro ea *ut* erat in Klockian. Sed τὸ *et* requirunt præcedentia *et senatus conclamavit*. Deinde *plebis circumfusa* Lov. 2. *plebs circumfusa* reliqui omnes codd. mei. Neque aliter habent edd. usque ad Francofurtanam 1578. quæ errore typographorum dedit *plebis circumfusa*, ex quo mox Modius fecit *plebes circumfusa*, quod recentiores retinuerunt. Sed veterem lectionem reduxi.

Antiquata deinde lege, promiscue Urbs ædificari cœpta] *Antiquati lege*, voce media omissa, Voss. 2. *Antiqua deinde lege* Hav. qui error ex numero illorum est, de quibus dicam ad X. 37. § 2. Tum *promisce* Flor. Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad III. 47. § 7.

§ 3 *Tegula publice præbita est*] Diodorus l. XIV. c. 117. p. 456. Ῥωμαῖοι δὲ, τῶν μὲν οἰκιῶν κατεσκαμμένων, τῶν δὲ πλείστων πολιτῶν ἀπολωλότων, ἔδωκαν ἐξουσίαν τῷ βουλομένῳ καθ' ὃν προήρηται τόπον οἰκοδομεῖν καὶ δημοσίας κεραμίδας ἐχορήγουν, αἳ μέχρι τοῦ νῦν πολιτικαὶ καλοῦνται. *Gebh. Regula* Leid. 2. Lov. 1. 4. et Gaertn. Similitudo literarum *r* et *t* errori caussa exstitit. Vide ad VI. 34. § 4. XXXIV. 39. § 5. et § 11. XXXVI. 37. § 2. Hinc etiam factum est, ut 'regere' et 'tegere' in Mss. permutentur; vide ad XXXVII. 11. § 3. 'recta' et 'tecta;' vide ad III. 6. § 3. 'rogatus' et 'togatus;' vide ad III. 50. § 10. 'parere' et 'patere;' vide ad IX. 18. § 7. 'tute' et 'rure;' vide ad VII. 5. § 9. 'clarus' et 'elatus;' vide ad VII. 31. § 6. 'movere' et 'movete;' vide ad VIII. 6. § 4. 'clarum' et 'datum;' vide ad IX. 29. § 5. et similia passim.

Saxi materiæque cædendæ, unde quisque vellet, jus factum] *Et saxi materiæque* Leid. 2. *saxa materiæque* Gaertn. *saxi materiaque cædenda eunde quis vellet* Flor. sed *eundem* a m. sec. Per 'materiam' autem intelligendum est lignum, quo in exstruendis ædibus opus erat. Infra VI. 2. 'Vapore etiam ac fumo, crepituque viridis materiæ flagrantis ita consternavit hostes.' XXVI. 9. 'Rates ad trajiciendum exercitum in magna inopia materiæ ægre comparantem.' XXVIII. 45. 'Die quadragesimo quinto, quam ex silvis detracta materia erat, naves instructæ armatæque in aquam deductæ sunt.' XXXVI. 22. 'Ager Heracleensis, paluster omnis frequensque proceris arboribus, benigne ad omne genus operum materiam subpeditabat.' XXXVIII. 3. 'Nam et copiam in propinquo materiæ ad aggeres excitandos et cetera opera esse.' Cic. in Verr. v. 18. 'Reliqua est materies: hanc Rheginis, ut ipsi dicunt publice, quod Mamertini materiem non habent, imperavisti.' Justin. XXXVI. 3. 'Neque navigationis patiens est, quoniam omnia vita carentia in profundum merguntur, nec materiam ullam sustinet, nisi quæ alumine illinatur.' Vide Jac. Gothofr. ad l. XV. Cod. Theod. de Extraord. sive Sordid. Tennul. ad Frontini I. 5. ex. 1. et Cortium ad Sall. Jug. c. 18. Præterea *unus quisque*, pro *unde quisque*, Harl. 1.

Prædibus acceptis, eo anno ædificia perfecturos] *Præ edibus acceptis* fragm.

Digitized by Google

Hav. *preciis acceptis* Harl. 2. Gaertn. Port. et Hav. *pretiis acceptis* Lov. 5. et Hearnii Oxon. N. et C. in cujus ejusdem L. 1. erat *prædiis acceptis*, eodem errore, quo *principiis* scriptum est pro *principibus*. Vide quæ notantur ad XXI. 60. § 7. Deinde *prædibus accepto eo anno* Leid. 1. et Lov. 3. Denique *ædificia perfecturis* Voss. 2. Lov. 3. 5. a m. sec. Harl. 2. Gaertn. Port. et fragm. Hav.

§ 4 *Festinatio curam exemit vicos dirigendi*] Diodorus lib. XIV. pag. 456. *Ἁπάντων οὖν πρὸς τὴν ἰδίαν προαίρεσιν οἰκοδομούντων, συνέβη τὰς κατὰ πόλιν ὁδοὺς στενὰς γενέσθαι καὶ καμπὰς ἐχούσας· διόπερ ὕστερον αὐξηθέντες, οὐκ ἠδυνήθησαν εὐθείας ποιῆσαι τὰς ὁδούς. Gebh. Festinatio exemit curam*, trajectis vocabulis, Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *victos dirigendi* Leid. 1. *vi eos dirigendi* Gaertn. Mox *alienoque discrimine*, pro *alienique disc.*, Hav. et Lov. 2.

§ 5 *Ea est caussa, ut veteres cloacæ, primo per publicum ductæ, nunc privata passim subeant tecta*] A. Perizon. in margine Livii malebat *Ea est caussa, quod, &c. subeunt tecta, formaque urbis est occupatæ similis*, invitis omnibus scriptis, nisi quod in uno Gaertn. sit *quod... subeant*, pro *ut... sub.* Sed potius fidem habeo omnibus reliquis codd. vulgato adhærentibus, quam uni receptam lectionem mutanti; præsertim quum sæpius prisci scriptores *τὸ ut* adhibuerint, ubi hodie vel *quod*, vel verbum infinitum adhiberi solet. Ita I. 49. 'Eo accedebat, ut in caritate civium nihil spei reponenti metu regnum tutandum esset.' Cic. de Senect. c. 6. 'Ad Ap. Claudii senectutem accedebat, ut cæcus esset.' Nepos in Hannib. c. 1. 'Si verum est, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes virtute superarit.' Vide Vorstium de Latin. falso Susp. cap. 24. Sciopp. Auctar. ad Grammat. Philosoph. cap. 6. et Schulting. ad Quinctil. Declam. I. 2. et ad Calpurn. Flacc. Declam. XXII. Ceterum vox *cloacæ* omittitur in Leid. 2. cujus ejusdem principium periit in Harl. 1. in quo tantum *acæ* superest. Deinde *primū per publicum ductæ* Leid. 2. et Lov. 1. Hinc *formaque sit urbis*, transpositis vocibus, Lov. 2. In fine capitis *diversæ*, pro *divisæ*, habet Harl. 1. Interdum ita librarii in membranis vetustis peccarunt. Vide ad X. 33. § 10.

Digitized by Google

LIBER VI.

CAP. I. § 1 *Quæ ab condita Urbe*] Ad hunc locum respexit haud dubie Plutarchus in lib. de Fortuna Rom. quum in ejus extremo p. 326. de Urbe a Gallis occupata, sed mirifice servata et liberata, locutus ait: Ἀλλὰ τί δεῖ περὶ ταῦτα διατρίβειν; σαφὲς οὐδὲν οὐδὲ ὡρισμένον ἔχει, τῷ καὶ τὰ πράγματα διαφθαρῆναι τῶν Ῥωμαίων, καὶ συγχυθῆναι τοὺς ὑπ' αὐτῶν ὑπομνηματισμοὺς, ὡς Λίβιός ἱστόρηκε. Idem in Numa ipso initio Clodium ait in libello, quem appellaverit ἔλεγχον χρόνων, adfirmare: 'antiqua temporum et generum monumenta in Gallicis urbis malis periisse.' *Jac. Perizonius*, Animadv. Histor. c. 5. p. 180. Præpositio *ab* deerat in Port. a m. pr. Margini vero codicis Oxon. N. apud Hearnium hæc adposita erant: 'Usque ad hæc tempora fluxerunt anni CCCLXIIII. ab Urbe condita.'

Ad captam eamdem Urbem] Delendum τὸ *urbem*. Muretus. Etsi fortasse hoc videatur mereri plausum; vide tamen, si velit quoque Livius, qui XLIV. 37. 'Ab hora secunda ad quartam horam noctis.' I. 23. 'Bellum utrinque summa ope apparabatur, civili simillimum bello.' Et cap. 56. 'Baculum inclusum corneo cavato ad id baculo.' Et sæpe. *Jac. Gron.* Vocem *urbem*, quam Muretus delendam putabat, omiserunt etiam Lov. 2. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Eadem etiam deest in illa Sigonii ed. quæ eo mortuo ex officina Aldi prodiit Venetiis 1592. Mureti conjecturam insuper probare videtur locus I. 60. 'Regnatum Romæ ab condita Urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quatuor.' Potius tamen accedo sententiæ Jac. Gronovii, qui vulgatam scripturam aliis exemplis defendit, præsertim quum reliqui codd. et inter illos omnes optimæ notæ, receptam lectionem tueantur. Infra IX. 15. 'Sequitur hunc errorem alius error.' c. 42. 'Sicut priore anno populus continuaverat consulatum, ita senatus in insequentem annum prorogavit imperium.' Adde quæ notavit idem Gronovius ad Livii VIII. 38. § 10. Livium vero sæpius vocem, quæ præcesserat, repetiisse, pluribus exemplis evicimus ad I. 3. § 9. Ceterum *ad captam urbem eamdem Romam sub regibus* priscæ edd. quas vidi, præferunt. Id, quod nunc vulgo circumfertur, primum obvium fuit in Mediolan. 1495.

Sub regibus primum, consulibus deinde ac dictatoribus, decemvirisque] Membranæ Fuldenses *sub reg. primum, cons. deinde, dict., decemvirisque*. Modius. *Deinde cons. ac dict.* alio ordine Lov. 4. 5. Voss. 1. et Leid. 2. Tum copula *que* omittitur in Leid. 2. ac Gaertn. Vocula autem *ac*, quam in membranis Fuldens. deesse observavit Modius, in omnibus nostris constanter superest, nisi quod pro ea *te* habeat Harl. 1. errore librarii, qui forte *et* scribere voluit. Nam sæpe hæ voces, literis tantum transpositis, solent confundi. Vide varias lect. quæ Tibullo Broekhusii subjunguntur, l. I. el. 1. vs. 73. 74. el. 2. vs. 13. et alibi.

§ 2 *Res quum vetustate nimia obscuras, veluti quæ magno ex intervallo loci*] *Tum vetustate nimia obscuras* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. et Port. sollemni librariorum varietate. Vide hoc lib. ad c. 23. § 3.

Digitized by Google

Deinde *velut* non modo habent omnes codd. scripti, quos adhibui, sed similiter etiam omnes edd. usque ad Elzevir. Dan. Heinsii, quæ sæpissime ita erravit, aliisque errandi caussa exstitit. Vide ad v. 44. § 7. Ceteroquin etiam librarii ita in Mss. variarunt. Vide ad II. 42. § 8. cap. 62. § 2. c. 64. § 8. aliisque locis. Præterea *quæ magno intervallo loci*, neglecta præpositione, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. 2. et Port. eadem transposita *quæ ex magno intervallo loci* habet Leid. 1. Sed, sæpe Livium præpositiones medias inter substantivum eique additum adjectivum ponere solitum fuisse, dictum est ad II. 19. § 8.

Tum quod perraræ per eadem tempora literæ fuere] Habet vetus lectio *tum quod parvæ et raræ per ead. temp. literæ fuere*. Dictio *parvæ* multos offendit. Nam illam in altero exemplari, quod nobis ex Wormacia communicavit Dominus Reinhardus a Rietpur, primarii templi decanus, vir pietate et eruditione juxta spectabilis, quidam dispunxerat. In vulgatis edd. vides in *perraræ* commutatum, *et* copula sublata. Atqui sciendum, aliquando 'literas' inscriptionem apud Livium significare, ut cum dicit hoc lib. cap. 29. 'Tabulaque sub eo fixa, monumentum rerum gestarum, iis ferme incisa literis:' id est, hoc epigrammate. Proinde hic quoque intellige, 'parvas et raras per eadem tempora fuisse literas,' hoc est, breves inscriptiones modo, quæ non satis rem explicarent; easque fuisse raras. *Rhen.* Vet. lib. *tum quod et raræ per eadem.* Nam sequitur pars altera, *et quod etiam.* Sigonius. Vox *fuere* videtur interpretis alicujus. *Grut.* Veteres edd. *tum quod parvæ et raræ per eadem tempora literæ fuere:* quod Rhenano cerebrum Jovis sapit. Nequiquam enim inculcat 'literas' inscriptionem apud Livium significare, quasi hoc sensisset scriptor, 'parvas et raras per eadem tempora fuisse literas,' hoc est, breves inscriptiones modo, quæ non satis rem explicarent, easque fuisse raras. Vulgatæ subscribunt Pall. Mss. tres. *Gebh.* Rhenanus *quod parvæ et raræ per eadem tempora literæ fuere:* 'literasque' interpretatur inscriptiones. Sed illud meliorum codicum. 'Literæ' autem quævis sunt scripturæ et ingenii monumenta conscripta literisque tradita; hic historiæ. Lib. XXV. cap. 1. 'Quicumque libros vaticinos precationesve aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes literasque ad se ante Kal. April. deferret.' Cæsar Gall. VI. 14. ubi tradit, cur Druides carmina sua scribi nolint, sed memoriæ mandari: 'Neque eos, qui discunt, literis confisos nimis memoriæ studere: quod fere plerisque accidit, ut præsidio literarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant.' Plinius Præfat. Histor. Naturalis: 'Hoc ante me fecit in literis nostris Valerius Soranus:' id est, inter scriptores nostros, seu Latinos. Quod si recordatus esset Andreas Schottus, non correxisset *fecit inter nostros.* Idem Plinius II. 52. 'Tuscorum literæ novem Deos emittere fulmina existimant.' Servius ad Æn. l. VIII. c. 135. '*Ut Graii perhibent*] Ut vestræ continent literæ.' Denique Noster lib. sequenti cap. 3. 'Eum clavum, quia raræ per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum fuisse ferunt.' *J. F. Gron. Perraræ* primus edidit Aldus. Ea voce Livius etiam utitur XXIX. 38. 'Quod tunc perrarum in mandandis sacerdotiis erat.' Verum ita in nullo codicum scriptorum exaratum reperi. Quare recte hæc lectio Rhenano displicuit. *Tum quod et raræ*, quemadmodum Sigonius substituit, superest apud me in Voss. 1. a m. pr. Voss. 2. Lov. 3. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Klockian. Hav. et Hearnii Oxoniensibus. *Tum*

Digitized by Google

quod parvæ raræ in Leid. 1. et Harl. 1. *tum quod parvæ et raræ*, quod Rhenano placebat, in Flor. Voss. 1. in marg. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. fragm. Hav. Neap. Latinii, omnibusque edd. ante Aldum. Idque revocavi. Recte Gronovius 'literas' exponit quamvis scripturam, quævis monumenta literis mandata. Eas 'parvas' vocat, quod paucis tantum verbis conscriptæ forent. Quo sensu 'breve florum corpusculum' epitomen suam vocat Justinus in Præf. Vocat etiam 'raras,' quia eo tempore vix alia rerum gestarum monumenta exstabant, quam commentarii pontificum, et panca alia publica privataque monumenta. In lectione Sigonii incommodum etiam obvenit τὸ *et*. Potius enim dicturus fuisse videtur *tum et quod raræ*, quia mox sequitur 'et quod etiam.' Vel si tamen vellet *tum quod et raræ*, postea subjunxisset *et etiam si quæ*, omissa voce *quod*, quæ etiam in uno et altero, ut videbimus, cod. deest. Denique *fuere*, quod Grutero ab interprete adjectum videbatur, constanter in omnibus scriptis et editis perstat. Sed, nimium Gruterum in hac re esse, et passim, quæ sani coloris erant, glossematis suspecta reddere conatum fuisse, videbimus ad XXIII. 34. § 15. Sane si ea vox deleatur hoc loco, tamen per ellipsin erit subintelligenda.

Et quod, etiamsi quæ in commentariis pontificum aliisque publicis privatisque erant monumentis, &c.] Plutarchus de fortuna Romanorum hæc verba ex Livio vertit, citato ejus nomine pag. 326. Ita: Ἀλλὰ τί δεῖ περὶ ταῦτα διατρίβειν, σαφὲς οὐδὲν, οὐδὲ ὡρισμένον ἔχει, τῷ καὶ τὰ πράγματα διαφθαρῆναι τῶν Ῥωμαίων καὶ συγχυθῆναι τοὺς ὑπ' αὐτῶν ὑπομνηματισμοὺς, ὡς Λίβιος ἱστόρηκε. Τὰ γὰρ ὕστερον μᾶλλον ὄντα δῆλα καὶ καταφανῆ δείκνυει τὴν τύχης εὐμένειαν. *Sigon.* Vocula *quod* omittitur in Leid. 2. et Lov. 1. quod verius videretur, si supra, ut Sigonius voluit, scribendum esset *tum quod et raræ*. Vide ad ea verba. Id tamen nunc servandum puto, non modo quia omnes reliqui codd. jubent, verum etiam quia antea receptum est *tum quod parvæ et raræ*. Deinde *si quæ etiam* alio ordine Voss. 1. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. et Port. Tum *etiamsi quæ commentariis*, omissa præpositione *in*, Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Præterea *privatisque trans monumentis* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. scribarum errore. *Privatisque transmovimentis erant* Lov. 2.

Incensa urbe pleræque interiere] *Pleræque* referri debet ad 'res gestæ' vel 'literæ.' Utrumque durum videtur, et præferrem, si Mss. firmarent, *pleraque*, quemadmodum et Perizon. citat Animadv. Hist. cap. 5. in princ. *Duk. Interire* Flor. a m. pr. Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. quomodo sæpe librarii in codd. scriptis lapsi sunt. Vide ad XLV. 2. § 7.

§ 3 *Certioraque ab secunda origine*] V. C. habet *Clariora deinde certioraque ob secundam originem, &c.* Sed illud *ob* ex litura apparet fuisse *ad*. Ursinus. Pal. 2. et veteres edd. patrocinium huic lectioni accommodant. Interim Mss. reliqui duo *certioraque ob secundam originem;* quæ lectio Fulvio inventa movit eidem falsam suspicionem, τὸ *ad* degenerasse in *ob*. Præfero vulgatum. *Gebh. Ob secundam originem* etiam Lov. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. N. Reliqui mei in vulgatum conspirant, nisi quod *ab prima origine* dederit scriba Gaertn. *Ab* et *ob* sæpius in scriptis commutantur. Vide ad l. XXVI. c. 1. § 3.

Velut ab stirpibus lætius feraciusque renatæ] *Ab stupidibus* stupide dedit scriba Voss. 2. *a stirpibus* Lov. 5. Hav. et fragm. Hav. *ab stipibus* Lov. 4. Deinde *latius* priscæ edd. pro quo *lætius* recte Aldus recepit. Neque

Digitized by Google

aliter scripti præferunt, nisi quod *lætus* sit in Leid. 1. et Harl. 1. Infinitis locis hæ voces commutari solent. Vide ad IX. 38. § 4. et quæ antea notavi ad Silii v. 178. Adde Markland. ad Stat. Silv. 1. 6. 26. atque Corte ad Plin. Ep. 1. 22. Epist. II. 5. et Epist. III. 18. Insuper *renovata* Harl. 2. et Hav. Colum. IV. 22. 'Degeneres' vineæ 'etiam renovatæ pristinum servabunt ingenium.' cap. 24. 'Ut sic recisa vitis ac renovata intra jugum contineatur.' Sed vulgatum genuinum est. Plinius Hist. Nat. XXI. 8. 'Mirum in eo, gaudere decerpi, et lætius renasci.' XIII. 4. 'Mirumque de ea accepimus, cum phœnice ave, quæ putatur ex hujus palmæ argumento nomen accepisse, iterum mori, ac renasci ex se ipsa.' Mox *exponuntur*, pro *exponentur*, Flor. a m. sec. *exponerentur* Lov. 3.

§ 4 *Ceterum primo quo adminiculo erecta erat*] Lege ex veteribus libris *Ceterum quo primo adm.* Sigon. Lectionem, quæ in vetustis ante Sigonium excusis libris fuerat, superest in Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. 1. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. Deinde *erecta erat adminiculo* Lov. 4. *adminiculo er ita erat* Harl. 1. *adminiculo erepta erat* Lov. 1. 5. Voss. 2. et Leid. 2. alibi obvio errore. Vide ad III. 5. § 7. Sed, *erecta* genuinum hic esse, ostendit etiam vox *adminiculum*, quæ, ex re agraria translata, proprie notat fulcrum, quo vel vites natura caducæ, et quæ, nisi fultæ sint, ad terram feruntur, sustentantur, vel aliæ arbores, quæ minus rectæ crescunt, emendantur. Cic. de Senect. cap. 15. 'Adminiculorum ordines, capitum jugatio, religatio et propagatio vitium.' De Nat. Deor. II. 47. 'Vites sic claviculis adminicula, tamquam manibus, adprehendunt, atque se ita erigunt, tamquam animantes.' Plinius Hist. Nat. XVII. 23. 'Viti adminicula addenda, quæ scandat adprehensa.' Id vocabant 'adminiculare vineam.' Colum. IV. 26. 'Sequitur adminiculandæ jugandæque vineæ cura.' 'Adminiculorum' in aliis arboribus meminit Senec. de Clement. II. 6. 'Agricolas bonos imitabimur, qui non tantum rectas procerasque arbores colunt; sed illis quoque, quas aliqua depravavit causa, adminicula, quibus regantur, adplicant.'

Eodem innixa M. Furio principe stetit] *Innixa Furio prin. stetit* Harl. 1. *innixa M. Furio stetit* fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 1. *innixa Furio stetit* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et apud Hearnium Oxon. C. Verum Furius *princeps*, quam vocem reliqui codd. servant, etiam alibi vocatur. Supra v. 30. 'His adhortationibus principis concitati Patres, senes juvenesque, quum ferretur lex, agmine facto in forum venerunt:' ubi vide quæ notantur. Infra hoc lib. c. 11. 'M. Manlius Capitolinus, nimius animi, quum alios principes sperneret, uni invideret eximio simul honoribus atque virtutibus M. Furio.' *Innixa* est in Lov. 2. pro quo *inuisa* datum erat in Lov. 4. et 5. a m. pr.

Neque eum abdicare se dictatura, nisi anno circumacto, passi sunt] Quemadmodum hæc verba intelligenda sint admodum dissentiunt viri docti. Quidam Livium illud innuisse volunt, Camillum per integrum annum dictaturam gessisse. Ita Sigonius in Scholiis ad Chronol. Liv. ad ann. CCCLXVI. et Pighius in Annal. ad eumdem annum. Alii existimant, per 'annum circumactum' intelligendum annum civilem ordinariorum magistratuum, qui dignitatem Kal. Quinctilibus auspicati erant. Secundum eos Camillus factus est dictator anno quo Roma capta est; et quidem, ut Perizon. statuit, ejus initio, vel, ut Dodwello placuit, ante Decembrem elapsum, Gallos vicit, et urbem Romam ex eorum potestate

Digitized by Google

eripuit Idibus Februariis, teste Plut. in Camill. p. 144. Quum autem tribuni plebis actionem Veios migrandi revocarent, ea ipsi caussa fuit non abdicandæ post triumphum dictaturæ, senatu obsecrante, ne rempublicam in incerto relinqueret statu. Vide Liv. v. 49. Neque etiam postea, quum actionem hanc discussisset, eum abdicare se dictatura passi sunt, *nisi anno circumacto*, id est, nisi elapso anno, in cujus gestis enarrandis Livius versatur; eum enim frequentissime 'anni circumacti' nomine Livium intelligere, non alium aliquem, aut integrum anni circuitum. Ex eorum itaque sententia Camillus dictaturam ultra sex menses retinuit. Verum omne illud tempus incidit in eum annum, cujus tribunos memoravit v. 36. § 12. Plura vide apud Perizon. in Animadv. Hist. c. 10. p. 453. et seqq. ac Dodwell. de Cyclis Dissert. x. § 83. et notis ad Chronol. quam Dion. Hal. subjunxit, ad annum ante Christ. CCCLXXXVII. Et horum verior videtur sententia.

§ 5 *Comitia in insequentem annum tribunos habere*] *Comitia in sequentem annum* Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. Sed prima syllaba vocis *insequentem* intercidit ob vocem præcedentem. Vide ad IV. 30. § 12. Mox *quorum magistratu*, pro *quorum in magistratu*, Lov. 2. Cui lectioni patrocinium parari posset ex illis quæ notantur ad v. 34. § 2. At, quum reliqui codd. vulgatum tueantur, potius est, ut dicamus, præpositionem in uno illo interceptam esse vel a vocis præced. litera finali, vel a sequentis initiali. Vide alia hujus erroris exempla ad x. 13. § 3. et XXXVII. 1. § 2.

§ 6 *Interim Q. Fabio*] Prænomen deest in Leid. 2. contra voce auctior *interim Q. tum Fabio* præfert Leid. 1. *interimq; Fabio* Lov. 1. Paullo ante *atque labore*, pro *ac labore*, habet Hav.

. *Simul primum magistratu abiit*] Secundam vocem a Livio non venisse existimo, et abolendam. IX. 26. 'Intellecturosque id ita esse, simul magistratu abissent.' XXIII. 29. 'Simul inclinatam aciem viderunt.' X. 17. 'Simul admota sunt signa.' Et abesse nunc comperior a Rott. Ita IV. 18. ubi nunc editur 'quod ubi conspexit,' Mss. Pall. et Rhen. item Voss. uterque, Rott. exhibent *quod simul ubi conspexit*, nos pro varia lectione non dubitamus Livium scripsisse *quod simul conspexit*, ut habetur in Ms. Helmæstad. Adde paterna ad IV. 31. Itaque et apud Ciceronem Tusc. Quæst. IV. 2. semper solitus sum legere 'facile ut appareat, nostros omnia consequi potuisse, simul velle cœpissent,' non *simul ut velle*, quod edd. obsidet. *Jac. Gron.* Vel propter unius Ms. auctoritatem adsentiri possum Gronovio, *primum* non esse a Livio. Nam alioqui 'simul primum' recte dici, constat e Cic. in Verr. I. 18. Suet. Cæs. c. 30. et Ner. c. 43. Sed locus Ciceronis Tusc. Quæst. IV. 2. non videtur emendationem desiderare. 'Simul ut' eadem significatione, qua 'simul,' non raro dicit Cicero. *Duker.* Liberaliores adhuc Lov. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. scribunt *simul primum ut magistratu abiit:* et ex meis fragm. Hav. in quo est a m. pr. *simul cum primum magistratu abiit:* ut et Lov. 4. in quo est *simul ac primum:* quas tres voces jungit etiam Sueton. in Cæs. c. 30. 'Delaturum se nomen ejus, simul ac primum exercitum dimisisset:' ubi, easdem etiam apud Cic. junctas obcurrere, docuit Burmann. Eorum tamen liberalitate non modo non utor, verum etiam τὸ *primum* delendum esse cum Gronovio existimo. Sæpissime Livius vocem illam *simul* eo sensu adhibuit. Supra I. 59. 'Quo simul ventum est, præco ad tribunum Celerum populum advocavit.' III. 26. 'Qua simul, absterso pulvere ac sudore, velatus pro-

Digitized by Google

cessit, dictatorem eum legati gratulantes consalutant.' c. 62. 'Simul instrui Romanam aciem Sabini videre, et ipsi jam pridem avidi certaminis procedunt.' Infra hoc lib. c. 19. 'Simul multitudo illa non secum certari viderint, nulli magis quam libertati favebunt suæ.' x. 28. 'Insecuta, simul territos hostes vidit, Gallica acies.' c. 34. 'Igitur simul advenit consul, primo ita compositus instructusque mœnibus subcessit.' XXXV. 17. 'Et alias civitates, simul duas jugum exuisse vidissent, ad liberatorem populum defecturas.' XXXVII. 34. 'Quos, simul Asiam adtigissent, effuso agmine ad castra regia ituros crediderat.' c. 42. 'Ibi simul perturbati ordines, intulere signa Romanæ legiones.' XLIV. 19. 'Se et Cn. Octavium, simul senatus censuisset, exituros esse.' Indocti librarii id passim, ut hoc loco, mutarunt in *simul primum*, vel, ut aliis locis, in *simul ut, simul atque, simul ac, postquam, si*, et similia. Vide ad IV. 18. § 7. c. 31. § 5. c. 32. § 6. V. 25. § 11. et 13. VI. 19. § 7. IX. 26. § 12. X. 17. § 6. XXIV. 38. § 3. XXV. 24. § 5. XXXIV. 3. § 2. XXXV. 17. § 8. c. 44. § 5. XXXVI. 7. § 5. c. 24. § 6. c. 32. § 8. XXXVIII. 5. § 8. et alibi. Adde Victor. Manut. et Gebhard. ad Cic. ad Famil. VI. 18. Scheffer. ad Phædr. Fab. III. 14. 3. Titium ad Calpurn. Ecl. V. 30. viros doctos ad Curtium III. 11. § 4. J. F. Gronov. ad Senec. de Ira I. 1. Grævium ad Cic. Orat. de Aruspic. Resp. c. 1. et Cortium ad Sallust. Catil. c. 7. § 4. Similis macula eluenda est ex Colum. V. 11. 'Omnes arbores, simul atque gemmas agere cœperint, luna crescente inserito:' ita vulgo editur, pro quo integerrimus codex Sangerman. præfert *simul gemmas agere cœperint*, quod verum puto. Præterea *dictatura abiit* Lov. 4.

Ab C. Marco tribuno plebis] *C. Marcio* omnia exemplaria habent, pro *C. Marco*. Duo enim prænomina Romanorum nemo habuit. *Sabell. Ab Cr. Marcio* Leid. 1. *ab Crimartio* Lov. 3. *ab Cn. Marcio* Voss. uterque, Lov. 1. et Harl. 1. *ab Gn. Marcio* Leid. 2. Lov. 2. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. C. et excerpt. Pith. *a Cornelio Marcio* Gaertn. *ab M. Marcio* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *ab Q. Marcio* Hearnii Oxon. L. 1. *ab M. Mamilio* ejusdem L. 2. Sabellici lectionem Veneti receperunt 1498. Sed Ascensius *ab Cn. Mario* a. 1513. edidit, pro quo Aldus *ab C. Martio* reposuit, Frobenius tandem a. 1535. *ab C. Marcio*. Ex tot lectionibus quæ verior sit, dictu difficile est. Plures quidem Marcio huic *Cnæi* prænomen vindicant. Verum Marciæ genti prænomen *Caii*, non *Cnæi*, familiare fuisse, observat Sigonius ad Epit. lib. II. ubi Marcius Coriolanus etiam male *Cnæus* dicebatur. Et eodem ducit codex, qui *a Cornelio Marcio* habebat. Alibi enim non raro *Cornelius* ab indoctis librariis prænomini *Caius* subponitur. Vide ad cap. seq. § 6. Et ita in Flor. ac Klockian. fuisse videtur. Vulgatum itaque servo. Mox *dies dicta est* alio ordine Lov. 2. et *legatos* pro *legatus*, perperam Gaertn.

§ 7 *Cui judicio eum mors*] *Cum*, pro *eum*, Hav. qui error sæpius in Mss. obcurrit. Vide ad IV. 19. § 2. Mox vocabulum *opportuna* deficit in Lov. 5. a m. sec. ejus loco *optima* est in Lov. 4. Vide ad XXXVII. 7. § 10. Deinde *subtraxi*, pro *subtraxit*, habet Leid. 1.

§ 8 *Interregnum tum iniit P. Cornelius Scipio iterum, et post eum M. Furius Camillus iterum*] Cornelius atque Camillus ambo interreges fuere A. U. C. CCCLXIV. v. 31. ideoque non legam *Scipio interrex*, pro *Scipio iterum*, ut quidam temere, meo quidem judicio, hunc locum emendarunt. Iidem etiam *tum* sustulerunt ante verbum *iniit*. Glar. Ita distinxi suasu Pal. 2. *Interregnum iniit tum P. Corn. Scipio: interrex et post eum*.

Digitized by Google

Edidit Sigonius, *Interregnum initum. P. Cornelius Scipio interrex:* at ita nulli scripti. *Grut.* Particulam *tum* addidit Sigonius, et consentiunt scripti nostri. Sed iidem *Scipio interrex:* pro quo subjecit ille *Scipio iterum.* Postea mutavit sententiam, scripsitque *Interregnum initum. P. Cornelius Scipio interrex.* At Gruterus, *Interregnum iniit tum P. Cornelius Scipio. Interrex et post.* Placet Sigonianum posterius, ut τὸ *iterum* ad utrumque referatur. Vide v. 31. Sic VIII. 3. 'Itaque interregnum initum: duo interreges fuerunt M. Valerius ac M. Fabius. Is creavit consules.' X. 11. 'Eo anno (nec traditur causa) interregnum initum. Interreges fuere Ap. Claudius,' &c. *J. F. Gron. Iterum,* ait Gronovius, pertinet ad utrumque. Sane P. Cornelium Scipionem et M. Furium Camillum jam ante interreges fuisse, scripsit Livius v. 31. Nec tamen probari potest sententia Gronovii. Nam Camillus jam bis ante hunc annum interrex fuerat lib. v. c. 17. et 31. Nec credo, tantam dignitatem hujus magistratus fuisse, ut, quemadmodum 'consul iterum,' sic 'interrex iterum' dicerent. Livius quidem nusquam, quod sciam, ita loquitur. L. Valerium Potitum interregem memorat v. 31. et VI. 5. et M. Valerium Corvum VIII. 17. et IX. 7. nec addit 'iterum.' Plane non intelligo, quid hic sit *iterum,* et corruptum esse arbitror. Nec tamen quidquam habeo, quod ad emendandum locum conferam, præter conjecturam, fortasse non omnibus literis scriptum fuisse *iterum,* sed *II.* quæ sunt notæ numeri binarii, e quo, quum pro *secundus* positum fuisset, librarii perperam fecerint *iterum.* Certe, Camillum tum non iterum, sed tertium interregem fuisse, ex ipso Livio constat. Et solet Livius adnotare numerum interregum. v. 17. 'Interreges tres deinceps fuere.' VII. 21. 'Ad decimum interregem seditionibus certatum est.' VIII. 3. 'Duo interreges fuerunt.' c. 17. 'Per quintum demum interregem M. Valerium Corvum creati consules.' c. 23. 'Quartusdecimus demum interrex consules creat.' *Duk.* Non constat, quis lectionis, quæ nunc vulgo circumfertur, auctor habendus sit. Nam verum quidem est, eam primum obcurrere in ed. quæ Sigonii nomine inscripta est; sed demum in illa, quæ post mortem ejus a. 1592. lucem vidit, quum ipse Sigonius constanter in prioribus aliam lectionem, quam nempe Gronovius memorat, probasset; nec tamen in postrema hac, ut alibi facere solitus est, mutatæ sententiæ et novæ lectionis, alibi nondum exstantis, receptæ ullam rationem reddidit. Verum, quisquis tandem lectionis istius auctor est, licet ita in nullo codice exaratum repererim, eam nihilominus, Gronovio adsensus, veriorem esse existimo, quod plerique codd. aperte eo nos ducant. Nam *Inī res nū iniit temp. Corn. Scipio interrex, et post eum* præfert Leid. 1. *Interres inuminiit tum P. Corn. Scipio interrex, et post eum* Harl. 1. *Interreg. initium. P. Corn. Scipio interrex et post eum* Flor. *Interreg. iniit tum P. Corn. Scipio interrex, et post eum* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. C. et alii. *Interreg. iniit tum primum Corn. Scipio interrex, et post eum* Lov. 2. Longius inde discesserunt Harl. 2. Hearnii Oxon. B. ed. Aldina et nonnullæ aliæ Sigonianis priores, quæ τὸ *tum* omiserunt. Similis fere scriptura superest in fragm. Hav. a m. pr. nisi quod male transpositis vocibus *Interreg. iniit Cornelius tum P. Scipio interrex, et post eum* exhibeat. Hæc codd. meorum est scriptura: unde patet, quid sentiendum sit de sententia Glareani, cujus judicio temere *Scipio interrex,* pro *Scipio iterum,* receptum est, et de paucis Sigonii codd. quos vocem *interrex* non habere in prioribus Scholiorum edd. testatus est. Cer-

Digitized by Google

te *iterum*, quod utrique verius esse visum est, non modo in nullo superest Ms. sed ne in primis quidem edd. quæ perperam exhibent *Interreg. tamen iniit P. Corn. Scipio interrex, post eum.* Idem etiam servat ed. Mogunt. nisi quod, mutata distinctione, dederit *Interreg. tamen iniit P. Corn. Scipio, interrex post eum*, quam interpunctionem postea Gruterus adoptavit. Mediolani demum anno 1505. datum est *Interreg. tum iniit P. Corn. Scipio iterum, post eum*, quod paucæ tantum edd. receperunt, et mihi obvium non fuit, nisi in Ascensianis 1513. et 1516. Neque etiam vocem *iterum* hic necessariam arbitror. Nam supra quidem v. 31. ut viri docti observarunt, M. Furius Camillus et P. Cornelius Scipio interreges fuisse narrantur, sed admodum incertum videtur, an idem P. Cornelius Scipio, cujus ibi mentio fit, etiam hic intelligi debeat. Verum, ut liberalis sim, et eumdem Scipionem hoc loco indicari concedam, attamen vox *iterum*, quæ mox sequitur, non modo Camillum, sed et præcedentem Scipionem, nunc secundum interreges esse, commode significare potest. Nam sæpe quidem Livius, ubi duo collegæ eamdem dignitatem secundum vel tertium obtinent, uniuscujusque nomini τὰ 'iterum,' vel 'tertium' addidit, quemadmodum v. 8. c. 14. et hoc lib. capp. 11. et 21. Nihilominus supersunt etiam exempla, ubi subficere existimavit, si similes voces alterutrius nomini subjungeret. Et quidem, quemadmodum hoc loco tantum posterioris, ita tantum prioris nomini subjungitur v. 10. ubi æque K. Fabius Ambustus iterum tribunus consularis est, ac proxime præcedens Cn. Cornelius Cossus, licet vox *iterum* tantum huic, non etiam illi, adposita sit. Vide quæ ibi notavi. Neque vulgatæ lectioni obstare debet, quod post vocem *Interregnum* paucis vocibus interjectis repetatur *interrex*. Non modo enim similia Livio frequentissima esse ostendunt, quæ dicta sunt ad I. 3. § 9. sed, eum etiam id in iisdem his vocibus fecisse, docent exempla a Gronovio laudata. Neque multum differunt sequentia, ut ex hoc lib. c. 5. 'Res ad interregnum rediit. Interreges deinceps M. Manlius Capitolinus, Ser. Sulpicius Camerinus,' &c. IX. 8. 'Res ad interregnum rediit. Interreges Q. Fabius Maximus, M. Valerius Corvus.' Hoc lib. c. 18. 'Invidiam non dictator modo abdicando dictaturam fugisset.' Ceterum neminem fore confido, qui sententiam Doujatii probabit, existimantis vocem *iterum*, Camilli nomini additam, significare, quatuor fuisse interregna, duos interreges, qui ambo eum magistratum alternis bis gesserunt. Viri docti enim docuerunt, ideo *iterum* additum esse, ut indicaretur, eos hunc magistratum etiam prius gessisse, nunc secundum gerere. Ne quid tamen dissimulem, nondum mihi in hoc loco satisfacio, et scrupulus residet, quem nemo, nisi nunc demum Dukerus, animadvertit. Nimirum, secundum Livium ipsum, Camillus hoc anno non 'iterum,' sed 'tertium,' interrex fuit. Extraordinario enim hoc magistratu functus esse dicitur v. 17. iterum ibidem c. 31. nunc vero tertium. Alterius autem M. Furii Camilli, quam qui patriam ex manu Gallorum eripuit, neque apud Livium, neque apud alios mentio obcurrit, ut dictum est ad v. 1. § 2. Quin etiam non memini, alibi Livium adnotare, aliquem iterum vel tertium interregem creatum esse; licet exempla dari possint, magistratum hunc iterum in eumdem conlatum esse. Ne quid dicam de modo memorato Camillo, anno secundum chronologiam Sigonii CCCLVIII. interrex memoratur L. Valerius apud Liv. v. 17. a. CCCLXIII. L. Valerius Potitus ibidem c. 31. a. CCCLXIX. L. Valerius Potitus apud Liv. VI. 5. Jam vero ab a. CCCV. usque ad a.

Digitized by Google

CCCLVIII. non alius apud Livium L. Valerius memoratur, quam L. Valerius Potitus, qui ab a. CCCXLI. usque ad a. CCCLVII. quinquies tribunus consularis fuit: unde efficio, verisimile esse, L. Valerium, qui a. CCCLVIII. interrex fuit, eumdem L. Valerium Potitum fuisse, quia exemplum non obcurrit, interregem proditum fuisse, nisi qui summis honoribus functus esset. Anno deinde CCCLXIII. obcurrit L. Valerius Potitus consul; qui utrum a priori diversus, an idem fuerit, dubium est. Verum diversum esse largiamur. Ita ab a. CCCXLI. usque ad a. CCCLXIX. immo diutissime adhuc postea, duo tantum memorabuntur L. Valerii Potiti, qui eo temporis spatio ter interreges fuerunt: unde sequitur, alterutrum eorum hanc dignitatem bis obtinuisse: et tamen Livius nullo loco vocem 'iterum' addidit. Aliud exemplum superest etiam in M. Valerio Corvo, qui a. CDXXII. interrex memoratur apud Liv. VIII. 17. et a. CDXXXIII. l. IX. c. 7. Is autem nullus alius est, quam qui, auxilio corvi Gallo provocatore cæso, inde 'Corvi' cognomen accepit. Et tamen neque hunc 'iterum' interregem fuisse Livius expresse monet. Quid igitur de voce *iterum* hoc loco, quæ in omnibus Mss. superest, statuendum sit, acutioribus relinquo cogitandum. Mihi vero Dukeri conjectura non displicet. Doujatii vero sententiam ideo probare nequeo, quia aliud nullum invenio exemplum, eodem interregno durante, honorem interregis eidem bis obvenisse. Unum tantum observavi, quod Doujatio favere existimari posset, apud Liv. VII. 17. ubi a. CCCXCIX. inter octo interreges memorantur *M. Fabius* et *M. Fabius Ambustus*. Verum, ut utrumque eumdem statuamus, necesse non est. Eodem enim tempore duos M. Fabios Ambustos vixisse, summisque honoribus functos esse, alterum N. F. M. N. alterum K. F. M. N. fratres patrueles, constat ex illis quæ Sigonius notavit ad IV. 58. § 6.

Is tribunos militum consulari potestate creat] *His tribunos* Leid. 1. et Harl. 1. perperam addita adspiratione. Vide ad VIII. 24. § 16. Contrario modo peccasse librarios, et *is* pro *his* scripsisse, dictum est ad II. 14. § 4. Deinde *proconsulari potestate* habent Leid. 1. et Lov. 2. quas voces omiserunt Leid. 2. et Lov. 1. Præterea *creavit* Lov. 2. et 4.

Creat, A. Valerium Publicolam iterum] Hic Valerius superiore libro, ut diximus A. U. C. CCCLXI. c. 26. et hoc lib. a. CCCLXVIII. c. 5. *Lucius*, non *Aulus*, vocatur. Lector dispiciat, uter erret locus. *Glar.* Ex quatuor reliquis ejus tribunatibus militaribus apparet, non *A.* sed *L. Valerium Publicolam* legendum. *Auli* etiam prænomen non tulerunt, quod memoriæ traditum sit, Valerii, nisi in mendosis perspicue libris. *Sigon. A. Valerium* servant Voss. 1. a m. pr. Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. At Hearne se *M. Valerium* in Oxon. B. invenisse testatur: quam et superiorem lectionem jungere, ac simul exprimere voluisse videntur Leid. 1. et Harl. 1. *creatã Valerium*, et Flor. *creat. am Valerium* exhibentes. Prænomen omittitur in Voss. 1. a m. sec. Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. C. Solus tantum Voss. 2. ex quo nihil in excerptis notatum erat, *L. Valerium* habuisse videtur. Et id verius esse, monui ad V. 26. § 2.

L. Virginium, P. Cornelium, A. Manilium, L. Æmilium] *A. Manlium* legendum, non *Manilium*, ut patet ex a. CCCLXXII. hoc lib. c. 21. ubi tertium fit tribunus militum consulari potestate. *Glarean. A. Virginium* legit Lov. 2. sed prænomen deficiebat in Harl. 1. *Verginium* habent Leid. 1. Lov. 3. et Gaertn. Vide ad II. 17. § 1. Tum *A. Maliniumq*; Flor. *A. Ma-*

Digitized by Google

nilium reliqui omnes codd. mei, exceptis solis Lov. 2. 5. et Leid. 2. in quibus recte est *A. Manlium*. Vide ad XXXIV. 58. § 2. Deinde *M. Æmilium* Lov. 2.

§ 9 *Ii ex interregno quum extemplo magistratum inissent*] Vet. lib. *Hi ex interregno*. Sigon. Similiter et mei, nisi quod *Hii* sit in Gaertn. et fragm. Hav. Tum *exemplo* Leid. 1. Vide ad XXXIV. 33. § 8. *extimplo* Voss. 1. et 2. quæ vitiosa orthographia passim in Mss. obcurrit. Mox *consulere*, pro *consuluere*, Leid. 2. Lov. 5. et Hav.

§ 10 *Erant autem eæ duodecim tabulæ et quædam regiæ leges*] Vet. lib. *erant autem æreæ duod. tab.* Sigon. Pall. duo *erant autem duod. tab.* Pal. 2. *erant autem æreæ duod. tab.* quamquam idem habeat ad marginem *æneæ*. Andreas edidit, *In primis fœdera aut leges erant: aut æneæ duod. tab.* Campani ed. succinit Pal. 2. *Gebh.* Confero me ad priscam lectionem, et quod notat Sigonius ex vet. lib. *æreæ*, quod etiam habent omnes alii Mss. vel *æneæ*, non puto rejiciendum. Addit quoque materiem, ut sciamus, cur istæ igni restiterint. Et fœderis in ære mentio est II. 33. Sed et præterea considerandum, an non istud posterius *leges* sit spurium, ut intellexerit Livius tabulas regias, hoc est, sub regibus perfectas, non modo legum, sed etiam fœderum, aliorumque monumentorum. *Jac. Gron.* *Æreæ* tamquam veram hujus loci scripturam e libro Sigonii etiam Rupertus ad Pomponium de Orig. Jur. I. 5. adripuit. Quod Jac. Gronovius dicit, in omnibus Mss. esse *æreæ*, vel *æneæ*, id de iis intelligendum est, quos ipse vidit, vel ab aliis ita habere accepit. Nam ex pluribus, quibus Hearnius usus est, tantum unus habuit *æreæ*. J. F. Gronovius non ignorare potuit consensum Mss. in *æreæ*, vel *æneæ*, et tamen hunc ei non tanti visum fuisse, ut vulgatam scripturam deserendam putaverit, ex illius silentio apparet. Si Livius XII. tabulis ideo addidit *æreæ*, ut sciamus, cur istæ igni restiterint, cur non idem de tabulis fœderum dixit? Deinde, quum Livium ob eam, quam dixit, causam omnino *æreæ* scripsisse contendit, pro certo et indubitato ponit, XII. tabulas in Urbe a Gallis incensa adservatas fuisse, et tabulas æneas incendio corrumpi non posse: quorum neutrum ullo satis firmo argumento probari potest. Nam et in Capitolio, quod a Gallis incensum non fuit, adservari potuerunt, ut fere aliæ tabulæ legum, senatusconsultorum, plebiscitorum, et fœderum; et tabulæ æneæ utique etiam magna vi flammæ corrumpi possunt. Vel unus locus Suetonii in Vesp. c. 8. totum fundamentum hujus sententiæ evertit: 'Ipse restitutionem Capitolii, a Vitellio incensi, aggressus, ærearum tabularum tria millia, quæ simul conflagraverant, restituenda suscepit, undique investigatis exemplaribus: instrumentum imperii pulcherrimum ac vetustissimum, quo continebantur pœne ab exordio Urbis senatusconsulta, plebiscita de societate, et fœdere, ac privilegio, cuicumque concessis.' Nec caussa ulla est, cur post *regiæ* deleri debeat *leges*. Quæ his verbis ἐν παρενθέσει dicit Livius, ad leges pertinent, non ad fœdera, aliaque monumenta. 'Leges regias' dici notum est, non item 'tabulas regias.' *Duk.* *Erant autem duod. tab.* Voss. 2. et Lov. 3. *erant autem ceree duod. tab.* Lov. 1. *erant autem æreæ duod. tab.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. 5. Harl. 2. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. cum edd. Rom. a. 1472. Mediol. 1495. 1505. Veneta 1498. Ascens. 1513. et 1516. et Paris. 1529. *erant autem æneæ duod. tab.* Port. *erant aute duod. æreæ tab.* Gaertn. Sed pro vulgato stant optimi Flor. Leid. 1. et Harl. 1. neque multum abeunt Klock-

Digitized by Google

ian. et Lov. 2. in quibus est *erant autem hæc duod. tab.* Et forte *erant autem eæ* verius est. Quamvis enim, leges duodecim tabularum æri incisas fuisse, ex Livio III. 57. et aliunde constet, idem tamen de legibus regiis dici non posse videtur. Certe, Anci Marcii tempore nondum æreis, sed roboreis tabulis leges ac similia alia incisa fuisse, testatur Dionys. Halic. Antiq. III. 178. Χάλκεαι γὰρ στῆλαι οὔπω τότε ἦσαν, ἀλλ' ἐν δρυΐναις ἐγράπτοντο σανίσιν οἵτε νόμοι καὶ αἱ περὶ τῶν ἱερῶν διαγραφαί. Vide de hac re curiæ supremæ apud Hollandos præsidem Bynkershoek. in Præterm. ad leg. 2. ff. de Orig. Jur. p. 22. Nisi quis fortasse contenderet, leges regias olim quidem querneis tabulis incisas, sed postea eis æreas substitutas fuisse. Quod vero *ante*, pro *autem*, sit in Gaertn. librariorum errore factum est. Vide ad XXVII. 35. § 7. et mox hoc ipso §. Ceterum vox *leges*, quæ Gronovio suspecta erat, in omnibus scriptis constanter superest. Neque etiam delenda videtur. Omnia enim vocabula, quæ parenthesi inclusa exstant, ad solum præcedens *leges* referenda puto, quæ partim duodecim tabulæ, partim quædam regiæ leges fuisse dicuntur. Neque offendere potest, vocem *leges* modo præcessisse. Vide ad I. 3. § 9.

Conquiri, quæ comparerent, jusserunt] Male Sigonius *et comparari*. Unde enim *comparari*? At illud est 'superesse.' Ut Cicero Bruto c. 32. 'Nobis quidem pueris hæc oratio omnium optima putabatur, quæ vix jam comparet.' in Verrem I. 50. 'Signa et dona comparere omnia.' *J. F. Gron.* Sigonius, in prima ed. Scholiorum testatus, vet. lib. præferre *conquiri et comparari*, eam insuper lectionem in contextu expressit. Similiter apud me habet Gaertn. *Conquiri comparari* Hav. *conquirique et comparari* Port. Lov. 2. 4. 5. et Harl. 2. *conquirique compararent* Flor. *conquiri quæ compararent* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Sed recte Gronovius *comparerent* genuinum esse monuit. In edd. vett. Rom. 1472. Parm. et Mediol. 1480. errore operarum excusum est *quæ comperarent*, pro quo Mediol. quindecim annis postea datum est *quæ compararent*, quam editionem imprudenter secuti sunt Veneti 1498. Ascensius 1516. et Aldus. In Ascens. tamen margine nescio quis conjecit scribendum esse *qui compararent*. Frustra. Infra VII. 3. 'Clavos indices numeri annorum fixos in templo Nortiæ Etruscæ Deæ comparere:' ubi etiam male quidam codd. *comparare*. XXVI. 30. 'Saltem, quæ compareant, cognoscique possint, restitui dominis jubeant:' ubi in quibusdam codd. similiter turbatur. XXXVIII. 11. 'Aliorum qui comparebunt, intra dies centum Corcyræorum magistratibus sine dolo malo tradantur; qui non comparebunt, quando quisque eorum primum inventus fuerit, reddatur.' Similiter *adparerent* et *adpararent* commutantur cap. seq. § 4. Quin et Sigonius in iteratis edd. non modo Scholion illud omittendo, sed et veterem lectionem restituendo, priorem conjecturam palam damnavit.

Alia ex aliis edita etiam in vulgus: quæ autem] Obscurus est hic sensus: nam, illud *alia* quid referat, nescio: neque enim magis fœdera, quam leges, referre videtur. Quidam pro *ex aliis*, emendarunt *ex eis*, nihilominus in obscuro manente sensu. Porro, quæ de sacris suppressis subjunguntur, et ipsa explicari conveniebat, quænam fuerint sacra, et quomodo suppressa magis obstringebant religione animos: nisi Bacchica erant, et nisi per dolum oppressa a pontificibus intelligamus. *Glar. Alia ex eis*, id est, præter ea, ut in principio lib. XXIX. *Sigon.* Nec opus est hac subtilitate, nec sermo eam fert.

Digitized by Google

Alia puta capita ex legibus, quas appellavit, publicarunt: at quæ de sacris, celavere ac sibi reservavere pontifices. Glareanus etiam quærit, quæ *alia*; cum possit referri tam ad 'fœdera,' quam ad 'leges.' Immo *alia*, uti diximus, legum capita, vel condita et statuta legibus, ex iisdem sunt in vulgus edita: quæ ad religionem spectabant, ab Numa et Ancо aliisve antehac publicata, suppresserunt, et domi continuerunt pontifices, ut ea sui beneficii facerent; ut ab se peterentur, non promiscue noscerentur. Exemplum est in illis, quæ de Cn. Flavio in libro nono extremo referuntur. Nimis curiosus est Glareanus, qui putat ea Livio exponenda fuisse, et de nescio quibus Baccheis suspicatur sacris. Erant patria et publica, ad quæ cives religione obligati essent: eorum e propatulo sumendorum copiam plebi negarunt pontifices: interim edocendorum per partes et opportuna tempora jus auctoritatis suæ firmandæ gratia sibi reservarunt. *J. F. Gron. Alia ex eis* superest in edd. Rom. 1472. et Parm. pro quo *alia ex aliis* dederunt iis proximæ usque ad Aldum, qui *alia ex eis* revocavit. Et ita præferunt codd. scripti, nisi quod *alia* deficiat in Leid. 2. et Lov. 1. et *ex hiis* habeant idem Leid. 2. et Voss. Mox verbis seqq. *τὸ autem* non comparet in Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. At pro eo *ante* ostentat Gaertn. De quo librariorum errore modo dictum est hoc ipso §. Deinde *religionum astrictos*, pro *religione obstrictos*, præfert Lov. 4. a m. pr. in quo deinceps emendatur *religionum obstrictos*.

§ 11 *Tum de diebus religiosis agitari cœptum*] Vide Gellium v. 17. et Macrob. Saturn. I. 16. *Klock.* Adde etiam Festum in voce 'Religiosus.' Ceterum quem Gellius ex Verrio Flacco *L. Atilium* vocavit, eum Macrobius ex Gellii annalium lib. XV. et Cassii Heminæ historiarum lib. II. *L. Aquinium* dixit. Utrum autem hic ipsorum in istius nomine dissensus sit, an vero apud alterutrum eorum scribæ peccarint, videant, quibus Gellii et Macrobii codd. scriptos consulendi facultas sit. Viri docti nihil, neque ad hunc, neque ad illum, notarunt. *De rebus religiosis* est in fragm. Hav. a m. pr.

Diemque ad XV. Kalendas Sextiles] Legendum puto, *diemque a. d. XV. Kal. Sextiles.* Qua de re infra dicam. *Sigon. Diem ad XV.* habent edd. principes usque ad Aldum, qui addita conjunctione dedit *diemque ad XV.* Et ita præferunt tantum non omnes scripti; transpositis etiam notis numeralibus *VX* Harl. 1. Sed recte *diemque a. d. XV. Kal. Sext.* emendavit Sigonius, in quibus *a. d.* est *ante diem*, quemádo plene scribitur III. 8. 'Ante diem tertium Idus Sextiles consulatum ineunt.' Vide Sigonium ad Livii XXVII. 23. § 7. XXXIX. 52. § 4. Manutium ad Cicer. ad Famil. III. 12. viros doctos, sed præsertim Hotomann. ad Cic. orat. pro Quinct. c. 6. Cortium ad Sall. Cat. c. 30. § 1. et, quem ibidem laudavit, Salmas. Epist. 125. qui de ea locutione copiosissime egit. Mox *duplice clade*, pro *duplici cl.* Port.

Quo die ad Cremeram Fabii cæsi, quo deinde ad Alliam cum exitio urbis fœde pugnatum] *Quod die ad Crem.* Leid. 1. Tum *Fabri cæsi* idem Leid. 1. cum Harl. 1. Præterea *quod deinde ad Aliam* Leid. 1. *quod deinde ad Alliam* Harl. 1. *quo die Alliam* Port. *quo die ad Aliam* Hav. *quo die ad Alliam* Harl. 2. *quo deinde Aliam* Lov. 5. *quo deinde ad Aliam* Florent. et Lov. 1. 2. 3. ac 4. *deinde ad Alliam cum exitio urbis quo fœde pugnatum* Gaertn. *quod*, pro *quo*, utroque loco in optimis codd. inde natum est, quoniam prima litera vocum sequentium male in fine *quo* repetita est. Vide ad XL. 7. § 8. quamvis tamen alibi etiam *quo* et *quod* in libris scriptis confundi soleant.

Digitized by Google

Vide ad XXXVI. 33. § 3. De orthographia vocis *Allia* vide ad Epit. Liv. lib. v.

A posteriore clade Alliensem adpellarunt] In Mss. est tantum *posteriore clade All. appell.* Rhen. Non modo omnes nostri præpositionem servant, sed etiam *ab posteriore* habent Port. et Hav. *a posteriori clade All. appellaverunt* Leid. 2. et Lov. 4. *Alliensem pugnarunt appellarunt* Lov. 1.

Insignemque rei nullius publice privatimque agendæ fecerunt] In altero exemplari Ms. legitur *insignemque rei nulli publice privatimque.* Rhen. An ita usquam loquitur Livius? Ratio certe Latinitatis vellet, *insignemque re nulla publice privatimque agenda.* T. Faber. *Insignemque rei nullius* servant Leid. 1. Flor. Lov. 2. 5. a m. sec. et Harl. 1. *insignemque ullius rei* Hav. *insignemque rei nullæ* Lov. 4. *insignemque nulli rei* Harl. 2. et Port. Reliqui Mss. Rhenani lectionem tuentur, quæ etiam vera esse videtur. Non magis enim in rationem Latinitatis peccare arbitror locutionem 'dies insignis rei nulli agendæ,' quam illas 'Mediastinus perpetiendo oneri idoneus,' 'Testa oneri ferendo firma,' de quibus vide Voss. Gramm. VII. 12. Doujatius etiam vulgatum defendit, et Livio familiare esse observat, ut dativum ad participium passivum futuri temporis referat loco accusativi cum præpositione *ad*, *insignem rei nulli agendæ*, pro *insignem ad rem nullam agendam.* Non recte tamen ipsum male habuit *rò insignem* e proximo repetitum. Vide ad I. 3. § 9. Ceterum *ferunt*, pro *fecerunt*, perperam præfert Leid. 2.

§ 12 *Quidam, quod postridie Idus Quinctiles non litasset Sulpicius*] Vet. lib. *non litasset P. Sulpicius.* At ego ostendi lib. v. c. 26. Q. *Sulpicius* legendum. *Sigon. P. Sulpicius* Harl. 2. Port. et Hav. Sed reliqui recte prænomen omittunt. Præterea *Quin dein quod postridie* fragm. Hav. a m. sec. *Quin deiñ* (sive *deinde*) *quod postridie* Gaertn. Vox autem *quod* deest in Port. a m. pr. quæ postea oræ adscripta est. Deinde *postridie No. Quintiles* idem Port. a m. pr. *post pridie Idus Quintiles* Lov. 2. *post tridie Idus Quintiles* Lov. 5. Hinc *eum litasset*, pro *non litasset*, Lov. 3.

Neque inventa pace Deum post diem tertium objectus hosti exercitus, &c.] Vide in hoc contextu *traditum putant* dictumne sit pro 'tradunt:' nam alioqui plane syntaxim non capio. Item illud *neque* exponendum pro 'et non;' ut negatio in verbum 'inventa' incumbat, non in 'objectus esset.' Tum illud etiam notandum, quo pacto dicat *post diem tertium*, quod factum est die tertio. Postridie enim Idus Quintiles non litavit Sulpitius, hoc est, pacem Deum non impetravit, expositore Nonio Marcello, et ad XV. Calendas Sextiles exercitum Romanum hosti objecit: quasi ita dicas: Sulpitius decima sexta Julii die non placatos invenit Deos, et decima octava ejusdem mensis die conflixit. Ut non magnopere mirandum, quod apud Marcum Euangelistam c. 8. legitur, Καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι, *et post treis dies resurgere*: ubi magnopere laborant magni nominis theologi. *Glar.* Miratur Glareanus, Livium dixisse *traditum putant*, pro 'tradunt,' eumque quasi parum Latine loquutum arguit. Verum immerito. Non enim interpuncta scite hæc verba sunt, verum ita debent distingui, *Inde, ut postridie Kalendas quoque ac Nonas eadem religio esset, traditum, putant*; hoc sensu: Inde putant traditum, atque institutum esse, ut postridie Kalendas et Nonas ater dies haberetur. Id enim ita esse, docet Macrobius Saturn. c. 16. 'Tum Patres jussisse, ut ad collegium pontificum de his religionibus referretur, pontificesque statuisse, postridie omnes Kalendas, Nonas, Idus atros dies habendos.' Idem tradit etiam Gel-

Digitized by Google

lius v. 17. et Plutarchus in libro τῶν κεφαλαίων c. 25. p. 269. citato etiam Livii testimonio. ['Glareanus ait, se syntaxin non intelligere, ex quo non sequitur, Livium non loqui satis Latine, ut hic falso syllogizat.'] *Sigon. Neque* in 'et non' resolvendum, recte monuit Glareanus. Vide ad XXXII. 10. § 6. Præterea *post diem tertium* dictum est pro 'tertio die post:' eodem fere modo 'ante diem XV. Kalendas,' pro 'die quinto decimo ante Kalendas.' Vide quæ hoc cap. notantur ad § præc. Deinde *objectus hostia exercitus Romanus* Lov. 2. et Leid. 1. *objectus hostie exercitus Romanus* Lov. 3. et Gaertn. in qua scriptura litera initialis τοῦ *exercitus* perperam repetita videri potest in fine vocis præced. Vide ad XL. 7. § 8. Pro quo quum deinde scriptum fuisset *hostiæ*, potuit iterum eadem litera initialis ultimam *e* intercepisse, ut remanserit *hostia*, quæ Leid. 1. et Lov. 2. lectio est. *Hostis*, pro *hosti*, erat in Flor. ex quo, suprascriptis duabus literis, factum est *hostibus*. Tum *abjectus* Hav. Vide hoc lib. ad c. 14. § 12.

Postridie Idus rebus divinis supersederi jussum; inde, ut] Omnia hæc vocabula omittuntur in Leid. 2. cui errori ansam dedit repetitio τοῦ *postridie*. Vide ad IX. 11. § 11. *Postridiem* habent Leid. 1. et Harl. 1. *post triduum* Lov. 4. Deinde *supersederit* Lov. 1. Voss. 1. a m. sec. et Leid. 1. *supersedere* Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Mox *Kalendas quoque ac novas* Leid. 1. Lov. 5. et Port. *Kalendas quoque Nonas* Hav. *Kalendas quoque ac nono* Lov. 2.

CAP. II. § 1 *Nec diu licuit quietis consilia erigendæ ex tam gravi casu reipublicæ secum agitare*] Pall. duo Mss. 1. ac 3. *agere*, non *agitare*. Gebh. *Quieti suæ consilia* Lov. 2. *quieti sunt consilia* Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad XLV. 17. § 6. Tum *regendæ* iidem duo codd. cum Lov. 2. et 4. *exigendæ* Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Vide ad III. 18. § 7. IX. 31. § 14. et quæ notavi ad Silii Ital. VII. 287. Deinde *agere* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et Gaertn. Male. Vide ad III. 49. § 6. ubi de locutione 'agitare consilia' dictum est.

§ 2 *Ad exstinguendum nomen Romanum arma ceperant*] *Ad expugnandum nomen Rom.* Gaertn. Deinde *Rom. nomen ceperant arma* Harl. 2. Port. et Hav. Præterea *ceperunt* Leid. 2. Gaertn. et Lov. 1.

Etruriæ principum ex omnibus populis conjurationem de bello ad fanum Voltumnæ factam] *Etruriæ principum omnibus populi* sine præpositione Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Hinc *conjurationes de bello factas* Hearnii Oxoniensis B. Deinde *ad fanum Voluntariæ* Flor. a m. pr. Sed pro ultima voce manu sec. suprascriptum est *Voltunnæ*, quod etiam exstat in Lov. 3. *ad fanum Valtumnæ* Klockian. *ad fanum Vultumnæ* Leid. 1. et Voss. 2. *ad fanum Voltumnæ Deæ* Hearnii Oxonienses N. et C. *ad fanum Volturnæ* Harl. 2. et Lov. 2. *ad fanum Deæ Vulturnæ* Voss. 1. Leid. 3. et Lov. 1. *ad fanum Vulturnæ Deæ* Lov. 4. Port. et Hav. *ad fanum Vulturniæ Deæ* Lov. 5. *ad fanum Vulturnæ* Gaertn. fragm. Hav. et edd. principes, quarum aliæ tamen *Voltumnæ* præferunt. Vide ad IV. 23. § 6. Ceterum voces *de bello*, quæ in prioribus excusis deerant, addidit primus Aldus, easdemque servant omnes scripti.

§ 3 *Novus quoque terror accesserat defectione Latinorum*] Nisi Livius ediderit *defectio Latinorum* epexegesi satis grata. Plane ut VI. 6. 'Nova cura Latini Hernicique.' *Jac. Gron.* Omnes scripti in vulgatum conspirant, nisi quod *accesserat de defectione* præferant Harl. 2. et Port. *accesserat defectionem* Gaertn. Similes quidem adpositiones Livio admodum fre-

Digitized by Google

quentes sunt: vide ad XXV. 34. § 10. eam tamen invitis omnibus libris hic probare non sustineo.

Qui, post pugnam ad lacum Regillum factam, per annos prope centum] A pugna Regillensi ad hunc annum in Livio sunt plures, quam centum ac decem anni. At a pace Hernicis data prorsus centum. Ad Hernicos itaque hoc loco anni referendi. *Glar.* Pall. duo Mss. 1. ac 3. ut et Andreæ editio, *qui post pacem.* Gebh. *Qui primo post pugnam* Hav. *qui post pacem* Lov. 2. 3. et edd. principes ante Aldum. Cum Latinis fœdus ictum memorat Liv. II. 33. cum Hernicis ibidem c. 41. a priori fœdere, quod ictum est Sp. Cassio iterum et Postumo Cominio consulibus, ad hunc annum paullo plures, a posteriori, quod sancitum est Sp. Cassio tertium et Proculo Virginio consulibus, paullo pauciores, quam centum anni, elapsi sunt. A posteriori itaque fœdere hi anni numerandi sunt; quos non plene centum annorum spatium absolvere, Livius innuit, dicendo *per annos prope centum.* Ceterum *forte*, pro *prope*, Leid. 2. et Lov. 1.

Numquam ambigua fide in amicitia populi Romani fuerant] Ms. Fuldense *in amicitiam pop. Rom. fuerant.* Mod. *In amicitiam pop. Rom.* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 5. Harl. 1. Klockian. et fragm. Hav. In quam lectionem quum plerique optimi codd. conspirent, eam spernere non audeo. Similiter Livius locutus est II. 14. 'Gratiam muneris magis significante titulo, quam auctionem fortunæ regiæ, quæ ne in potestatem quidem populi Romani esset:' ad quem locum plura notata sunt. Vox *numquam* deficit in Lov. 5.

§ 4 *Quum tanti undique terrores circumstarent, adpareretque*] Vox *undique*, quæ in multis antiquioribus edd. neglecta erat, jam recepta est in Tarvis. utraque, aliisque; eamdem servant omnes manu exarati. Liv. XXX. 3. 'Nec Scipio ullo tempore hiemis belli opera remiserat, quæ multa simul undique eum circumstabant.' Præterea *appararetque* Leid. 1. quomodo etiam alibi lapsi sunt scribæ, ut III. 57. § 8. et alibi. Eodem errore *compararent*, pro *comparerent*, in quibusdam Mss. est cap. præc. § 10. Mox *conceptu*, pro *contẽptu* sive *contemptu*, Leid. 2. *contentu* Lov. 3. Vide hoc cap. § 9. *contemtum* Flor. Tum *et*, pro *etiam*, Lov. 2. *esse* Lov. 5.

§ 5 *Placuit ejusdem auspiciis defendi rempublicam, cujus recuperata esset*] Voss. antiq. *quibus.* Haud dubie scripserat *eisdem auspiciis defendi rempublicam, quibus.* Et sic edebant Andreas et omnes usque ad Moguntinos. Aldus mutavit. Quasi non alterum eodem sensu et elegantius dicatur. Curtius V. 9. 'Diis adversis bellum inimus, et pertinax fortuna Persas urgere non desinet. Novis initiis et ominibus opus est. Auspicium et imperium alii trade interim.' *J. F. Gron. Ejusdem auspiciis, cujus* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harl. 2. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. B. et N. *ejusdem auspiciis, cui* Lov. 2. *ejusdem auspiciis, quibus* Leid. 2. Harl. 1. Lov. 1. et Hav. *eisdem auspiciis, cujus* Gaertn. *eisdem auspiciis, quibus* Voss. 1. Lov. 4. 5. et Port. Præterea *defendere ip*, pro *r. p.* id est *rem publicam*, Leid. 1. Ceterum Plutarch. in Camillo p. 145. auctor est, primo summam belli tribunis consularibus commissam esse, Verum quum ad Marcium montem obsiderentur a Latinis, ac Romam nunciassent, quanto in periculo castra forent, ita Camillum dictatorem dictum esse: ut in margine Livii Jac. Perizonius notavit. Adde Diod. Sicul. lib. XIV. p. 456.

§ 6 *C. Servilium Ahalam magistrum equitum dixit*] Prænomen deest in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. utroque, Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. *Con. Servilium* habet Leid. 1. *Cornelium Servi-*

Digitized by Google

lium Lov. 3. et Gaertn. Alibi ita sæpe peccarunt scribæ. Exempla habuimus v. 52. § 3. et hoc lib. c. 1. § 6. *Cor. Servium* Voss. 2. Frequenter voces 'Servius' et 'Servilius' confunduntur. Vide ad Epit. Liv. LXXII. *Claudium Servilium* edd. ante Aldum. De eo errore vide ad v. 26. § 2. *C. Servilius* vocatur hoc lib. c. 20. § 8. Deinde *Haalam* Lov. 5. a m. pr. *Halam* a m. sec. quod posterius exstat in Voss. 1. Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. IV.

Justitioque indicto delectum juniorum habuit] *Justitioque edicto* Leid. 2. Utrumque ferri potest, 'edicere justitium,' et 'indicere.' Vide ad IV. 26. § 12. Cetera tamen Mss. turba, *indicto* servans, eam etiam lectionem veriorem esse indicat. *Justitioque inductus* est in Gaertn. Deinde *dilectum juniorum* Flor. Voss. 1. et Leid. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 5. *juniorum delectum* trajectis vocibus Leid. 2. *juniorum dilectum* Lov. 1. Denique *abiit*, pro *habuit*, Leid. 1. Vide ad XXXVII. 59. § 7.

Ita ut seniores quoque, quibus aliquid roboris superesset, in verba sua juratos centuriaret] *Id aut seniores* perperam Leid. 1. *is ut seniores*, omissa etiam sequenti vocula *quoque*, Lov. 2. Hinc *aliud roboris* Hav. Alibi frequenter voces *aliquis* et *alius* permutantur in libris scriptis. Vide ad XXV. 38. § 3. *aliquis laboris* Voss. 2. *aliquid superesset roboris* priscæ edd. Aldo antiquiores. Denique *in verba sua juratos centuriaretur* Leid. 1. *in verba sua juratos centuriarentur jurantes* Port. *in verba centuriaret juratos* Leid. 2. et Lov. 1. *in verba sua centuriaret juratos* Voss. 1. Harl. 2. Lov. 5. et Hav. *in verba sua juratos centuriasset* Voss. 2. *in verba sua juratos esse centuriaret* Gaertn. *in verba sua juratos esse centuriarēt* Lov. 4. *in verba sua juratos centuriarēt* Lov. 2.

§ *Partem unam in agro Veiente Etruriæ obposuit*] Pal. 1. *in agrum Veientem*: Pal. 3. *in agrum Veientis*. Gebh. *In agro Veientē Etruriæ coppposuit* Harl. 1. *in agrum Veientem* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Deinde *et alteram*, copula addita, Lov. 1. *contra locare*, pro *castra locare*, Leid. 1. et Harl. 1. *alterum autem urbem contra locari* Lov. 4.

§ 8 *Tribunus militum his A. Manlius, illis, qui adversus Etruscos mittebantur*] Plerique libri per notas, *tr. mil.* Sed Voss. alter et Mureti *tribuni*. Unde suspicor Livium scripsisse, *tribuni militum his A. Manlius, illis, qui adversus Etruscos mittebantur, L. Æmilius præpositi*. J. F. Gron. *Tribunis militum* Port. *tribuni militum* Lov. 3. et Hav. Deinde *A. Mallius* Voss. 2. et Lov. 3. *A. Manilius* Hav. et Lov. 4. Vide ad XXXIV. 53. § 2. Ejus prænomen *A.* erasum erat in Flor. Sed quum etiam collega ejus Æmilio mox tribuatur, in Manlio displicere non debebat. Postea *adversus Etruriam* Lov. 4. Tandem τὸ *mittebantur* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1.

Nec procul ab Lavinio (*ad Metium is locus dicitur*) *castra obpugnare*] *Lavinium*, pro *Lanuvio*, quinto libro et pluribus locis mendose legere est: Lanuvii, ut Cicero clare demonstrat pro Muren. c. 41. fuit Sospitæ Junonis templum, non Lavinii. *Subell.* Plutarchus in Camillo in expositione hujus belli p. 145. et seq. bis ait περὶ τὸ *Μάρκιον ὄρος*, id est, *ad Marcium montem*: ut intelligi ex eo possit, hoc etiam in loco legendum esse, divisis vocibus, *ad Marcium*. Ejusmodi loquendi forma est apud Festum lib. IV. 'Capralia appellatur ager, qui vulgo ad Capræ paludem dici solet.' Item scribit Diodorus lib. XIV. p. 456. Verba ejus omnia apponam, quia liber ille adhuc vulgatus non est: Ταπεινῶν δ' ὄντων Ῥωμαίων διὰ τὴν προειρημένην συμφοράν, οἱ Οὐολοῦσκοι πρὸς αὐτοὺς πόλεμον ἐξήνεγκαν· Οἱ μὲν οὖν χιλίαρχοι τῶν Ῥωμαίων καταγράψαντες

Digitized by Google

στρατιώτας, καὶ προσαγαγόντες τὴν δύναμιν εἰς ὕπαιθρον ἐν τῷ καλουμένῳ Μαρκίῳ κατεστρατοπέδευσαν, ἀπέχοντες ἀπὸ Ῥώμης σταδίους διακοσίους. Τῶν δὲ Οὐολούσκων μετὰ μείζονος στρατιᾶς ἀντικαθημένων, καὶ τῇ παρεμβολῇ προσβαλόντων, οἱ κατὰ τὴν Ῥώμην φοβηθέντες ὑπὲρ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, κατέστησαν αὐτοκράτορα μὲν Μάρκον Φούριον. Quo loco legendum est *Maικίῳ* ex vet. lapidibus, et hoc loco legendum *ad Mœcium*: unde 'tribus Mœcia.' *Sigon.* Ita hic παρὰ πόδα sese corrigit, idemque agit de Jure Civium Rom. pag. 9. et in Plutarcho et Diodoro *Maικιον* legendum censens. Quin etiam Mss. vel *Metium*, vel *Mecium*. Jac. Gron. *Ad Mœcium* rursus Sigonius de Antiq. Jur. Ital. I. 5. *Ad Marcium* videtur probasse J. F. Gronovius; nam sic laudat ex hoc loco de Pecun. Vet. I. 3. *Duk. A Lavinio* Leid. 2. Lov. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *a Lauinio* Voss. 1. a m. pr. in quo *a Lavinio* datum manu altera. *Ab Lanuuio* Lov. 3. *a Lauuvio* Voss. 2. Lov. 4. Harl. 1. et Klockian. *ab Lavinio* Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Sed recte, *Lauuvio* legendum esse, Sabellicus monuit. Nam locum, ubi castra posuit, Roma abesse *σταδίους διακοσίους* refert Diodorus loco laud. Ducenta autem stadia efficiebant admodum XXV. milliaria, quum Lanuvium viginti fere milliaria ab Roma abfuisse dicatur, Lavinium vero longe Romæ vicinius situm fuerit. Infinitis locis utriusque urbis *Lavinii* et *Lauuii* nomina invicem commutantur. Vide ad III. 29. § 6. Præterea *ad Metium* Lov. 1. et Voss. 1. a m. pr. ubi manu altera adposita nota indicatum est, τὸ *l* delendum esse, ut sit *ad Metium*, quomodo legunt etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. *ad Mecilum* Leid. 2. *ad Mecium* Lov. 2. 4. 5. et Harl. ambo: unde Sigonius in postrema Scholiorum ed. *ad Mœcium* scribendum conjicit, quum in ea, quæ 1572. prodiit, jam *Maικίῳ* in Diodoro emendandum monuisset, et in Livio antea *ad Marcium* legendum censuisset, idque in contextum recepisset. Priorem Sigonii conjecturam *ad Marcium* probant etiam Cluverius Ital. Antiq. III. 8. p. 1026. et Cellarius Geogr. Antiq. II. 9. p. 518. Ex editis *ad Metium* præferunt Rom. 1472. et Parm. inde usque ad Sigonium editum est unica voce *Admetium*, a quo non multum discedit Klockian. *Ametium*, nec Flor. *Admestium* præferentes.

§ 9 *Ab contemtu* (*quod prope omnem deletam a Gallis*] *A contemtu* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *ab contentu* Harl. 2. et Port. 'Contentus' et 'contemtus' passim in Mss. commutantur. Vide ad XXV. 38. § 20. et hoc cap. § 4. Eodem modo 'contendere' et 'contemnere' commutantur hoc lib. c. 6. § 6. Mox *omnem* abest ab Harl. 2. Lov. 4. 5. et Port. Tum *deletam esse a Gallis* Harl. 2. Port. et Hav. *deletam esse ab Gallis* Lov. 4. *delectam* est in Lov. 1. Vide ad IX. 37. § 8. *delatam* in Lov. 3. et ed. Rom. 1472. Vide ad IX. 25. § 9. In verbis proximis *ad bellum profectus*, pro *ad b. profectis*, Leid. 1. et Port. a m. pr. *aliquid bellum profectis* Hav.

Ut vallo se ipsi, vallum congestis arboribus sepirent] *Ut vallo, seque ipsi cong. arb.* Port. a m. sec. Vox *vallum* deficit etiam in Leid. 2. et Lov. 1. *vallumque cong. arb.* legit Lov. 5. Paullo ante *terroris injecerat*, pro *ter. intulerat*, Lov. 4. quod ex interpretis glossa natum est. Infra XXIII. 16. 'Satis terroris tumultusque in aciem mediam intulerat.' In verbis seqq. *neque intrare*, pro *ne qua int.* Voss. 2. Tum *monimenta*, pro *munimenta*, Leid. 1. Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. quomodo sæpe librarii lapsi sunt. Vide ad IV. 10. § 6.

§ 10 *Quod ubi animadvertit Camillus, ignem in objectam sepem conjici jussit*] *Quod ubi advertit* Port. et Hav. Ita

Digitized by Google

'advertere,' pro animadvertere, est XLIV. 46. 'Situm urbis undique adspiciens, quam non sine caussa delectam esse regiam advertit.' Vide Burmann. ad Gratii Cyneg. vs. 148. Interdum vero 'advertere' et 'animadvertere' commutari solent in scriptis. Vide Corte ad Plinii Epist. III. 18. § 8. et infra notata hoc lib. ad c. 23. § 8. Quum tamen alii codd. in vulgatum conspirent, nisi quod solus Leid. 2. totam vocem *animadvertit* neglexerit, hic nihil mutandum arbitror. Deinde *ignis in objectam* Leid. 2. forte pro *ignes*. Sed reliqui *ignem* recte servant. Tum *conjectam sepem* edd. vett. usque ad Aldum, qui bene reposuit *objectam*. Mox enim 'conjici' sequitur. *Sæpem* habet Flor. hic et mox § seq. Vide ad Liv. VIII. 8. § 10. Denique *coiciturus sit* Leid. 1. *quo iciturus sit* Harl. 1. *conjussit* Flor. a m. pr. in quo *conici jussit* a m. sec. emendatum est.

Et forte erat vis magna venti versa in hostem] Pall. duo Mss. *et sero forte erat*. Dispiciendum, quid hic agat τὸ *sero*. Gebh. *Et sero forte erat* Lov. 3. *et sero sorte erat* Voss. 2. Nisi τὸ *sero* a librario male interpositum sit, legendum putarem *et vero forte vis magna*. Duæ hæ voculæ *et vero* sæpius apud Ciceronem junctæ obcurrunt. *Et forte est vis* Gaertn. sed *erat* servant reliqui omnes. Voces *erat vis* erasa sunt in Flor. eorumque loco alia manu repositum est *vi*.

§ 11 *Itaque non aperuit solum incendio viam, sed flammis in castra tendentibus*] *Non apparuit* Hav. Frequenter hæ voces in Mss. commutantur. Vide ad XLIV. 28. § 10. *Sed magis flammis* fragm. Hav. a m. pr. *sed e flammis* Leid. 2. An voluit librarius *sed et flammis?* Ego vero nihil muto. Sæpissime *sed* pro 'sed et,' 'sed etiam,' poni solet. Vide ad II. 6. § 1. Mox perperam *maceriæ*, pro *materiæ*, Leid. 1. Tanta est similitudo ductuum literarum *c* et *t* in scriptura Longobardica, ut difficillime distingui possint: unde multæ passim voces in Mss. commutari solent. Vide hoc lib. ad c. 35. § 2. 'Materia viridis' hic est lignum viride. Vide ad V. 55. § 3.

Transcendentibus sepem incendio absumtam fuerat] *Transcend. sepen incendio absumta* Harl. 1. *transcend. sepe in incendio absumtam* Leid. 1. Sed præpositio *in* male repetitur ex prima syllaba vocis seq. Vide ad IV. 6. § 11. vel nata est ex ultima litera vocis *sepem*. *Transcend. incendio absumta* fragm. Hav. *absumta* etiam Lov. 3. *absumtum* Lov. 4. *adsumtam* Flor. *assumptam* Lov. 1. Gaertn. et Hav. Vide ad IX. 17. § 11. Denique *fuerit* Harl. 2. et Port. *erat* Lov. 4.

§ 12 *Cum castra inpetu cepisset dictator, prædam militi dedit*] Sine dubio deest vox *primo;* ut sit *primo impetu cepisset*. Sic de eodem loquens c. 23. 'Qui adveniens castra urbesque primo impetu capere sit solitus.' *Sigon.* Contra omnes libros temerarie infercit Sigonius *cum castra primo impetu cepisset*. Mox c. 4. 'Improviso adorti primo clamore atque impetu cepere.' At Camp. *primo clangore*. Gebh. Si Sigonius voluit, supplendum esse adjectivum *primo*, ferri potest illius sententia. Sin autem putavit, id excidisse, et omnino addendum esse, errat. Livius II. 30. 'Castra impetu ceperunt.' Florus l. II. c. 17. § 6. 'Rapta erat impetu Hispania.' Vide J. F. Gronov. ad Livii I. 57. § 3. *Duk.* Scholion hoc Sigonii ex numero illorum est, quæ post ejus mortem demum adparuerunt in ed. 1592. Verum autem est, Camillum quædam castra, quasdam etiam urbes primo inpetu cepisse: ita mox hoc cap. 'Nec castra modo, sed urbem etiam adgressus inpetu primo cepit.' Non tamen omnia castra omnesque urbes, quæ inpetu cepit, etiam primo inpetu cepisse, urbs Veii documento est. Invitis itaque

Digitized by Google

codd. vocem non inserendam existimo. Utrumque 'inpetu capere,' et 'primo inpetu capere' recte dici, sed sensu differre, docuit Gronov. ad Liv. I. 57. § 3. *Cepissĕt*, sive *cepissent*, præfert fragm. Hav. a m. sec. Ita distinguendum foret, *cum castra primo inpetu cepissent, dictator prædam militi dedit.* Sed omnes ceteri codd. uno consensu receptam lectionem tuentur, nisi quod *causa*, pro *cum*, scriptum sit in Lov. 3. qui error ex similitudine compendiorum *cā*, pro *caussa*, et *cū*, pro *cum*, ortus est. In præcedentibus etiam interpunctionem hoc modo mutabat Ant. Perizon. *incendio absumtam fuerat fusis hostibus cæsisque. Quum castra primo inpetu cepisset.*

Prædam militi dedit; quo minus speratam, minime largitore duce, eo militi gratiorem] Vet. lib. *speratam a minime largitore duce.* Sigon. Intrusit hanc lectionem Sigonius e sublestissimo ac sacerrimæ interpolationis codice. Legendum præeuntibus Pall. duobus et vetustissima ed. *prædam militi dedit quo minus sper., minime larg. duce.* Quid in genuina lectione sit difficultatis atque caliginis, nescio. Hæsit tamen Campanus, homo, cujus doctrinæ vanitas ingenii, ac morum levitas multum derogat, ut ederet temerarie *speratam minime largitione duce.* Gebh. Præpositionem, ab Sigonio adscitam, abdicant meliores. Non 'speratam,' inquit, tali imperatore, quum imperatorem haberent minime largitorem, quum sub tali duce militia esset. *J. F. Gron.* Posterius *militi* pro spurio habendum et eradendum. Certe non repetit in simili periocha X. 46. 'Militibus ex præda centenos binos asses, et alterum tantum centurionibus atque equitibus (malignitate collegæ gratius accipientibus munus) divisit.' *Jac. Gron.* Si hic eradendum est posterius *militi*, quæro cur c. 1. princ. non passus fuerit a Mureto deleri *τὸ urbem*, et alia quoque hujus generis in Livio esse ostendat? *Duk.* Præpositionem *a*, quam Sigonius addidit, ex meis agnoscunt Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. altera. Idem de suis profitetur Hearne. Sed dissensum testantur Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. quorum quum longe major sit auctoritas, *τὸ a*, quod displicere testati viri docti tamen in contextu Liviano retinuerunt, inde ejeci. Voces *a minime* deerant in Gaertn. *largiore*, pro *largitore*, est in Lov. 2. 4. 5. Contra *militi* posteriori loco servandum puto, quia vox illa superest in omnibus Mss. Neque, licet alibi Livius eam non repetierit, ideo etiam hic ita locutus esse censeri debet; iniquum enim foret, si ipsum ubique eidem loquendi formæ adstringere vellemus. Quin et loco a Jac. Gronovio laudato repetere non potuit. Nam *accipientibus* non solos milites, sed centuriones etiam atque equites respicit. Livium autem frequenter voces, quæ præcesserunt, repetiisse, vidimus ad I. 3. § 9. Ceterum *superatam*, pro *speratam*, una litera perperam abundante, dedit scriba Port. a m. pr. Alibi ita in Mss. peccari solet. Vide Bersmann. ad Lucani IV. 796. et Nic. Heinsium ad Nason. Art. Amat. I. 343. Adde quæ notantur IV. 49. § 5.

§ 13 *Persecutus deinde fugientes, quum omnem Volscum agrum*] *Percussis deinde* Hav. *prosecutus* editi ante Aldum, qui *persecutus* substituit, consentientibus aliis omnibus codd. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. Tum *quum omnium Volscûm agrum* idem Hav. *quom omnem Volsci agrum* Gaertn. quasi 'Volscus' hic pro 'Volsci' numero plurali accipi deberet, ut 'Romanus,' pro 'Romani.' Vide ad III. 2. § 11. Sed alii codd. vulgatum recte probant. 'Volscus ager,' ut II. 59. 'Ut castra ex Volsco agro moveantur:' ubi vide alia: 'om-

Digitized by Google

nem agrum,' ut III. 3. 'Quum aliquoties per omnem hostium agrum infesto agmine populabundus isset.'

Ad deditionem Volscos septuagesimo demum anno subegit] Primum bellum Volscis a Romanis motum fuit a Tarquinio Superbo in ducentos amplius post suam ætatem annos, ait ipse Livius I. 53. Postea vero liberata urbe anno decimo quinto, A. U. C. CCLIX. rursus illis bellum motum, ubi centum ac plures sunt anni in utroque numero. Quapropter in illo *septuagesimo anno* errorem puto. At id jam et in aliis locis sæpe ostendimus, quare hic minus mirum. *Glar.* Movet me numerus 'septuagesimus.' Etenim Volsci bellum renovarunt Livio auctore (II. 22. et seqq.) an. CCLIX. hoc autem demum anno, qui est CCCLXVII. ad deditionem subacti sunt. Quæ summa annos continet centum ac septem, ut mendose locus esse videatur, ac, pro *septuagesimo, septimo ac centesimo* sit reponendum. ['Hunc locum Glareanus ante Sigonium tractavit, sed Sigonius egregie dissimulat.'] *Sigon.* Numerum corruptum esse non dubito. Omnes tamen non tantum scripti eumdem servant; sed et Orosius III. 3. 'Romani, qui per septuaginta annos ab urbe Volscorum, præterea Faliscorum, Æquorum, et Sutrinorum subacti et adtriti assiduis bellis conficiebantur, tandem in supra scriptis diebus Camillo duce easdem cepere civitates.' Et Eutrop. II. 1. 'Camillus eo anno Volscorum civitatem, quæ per septuaginta annos bellum gesserat, vicit.' Vox *demum* abest a Gaertn.

§ 14 *Victor ex Volscis in Æquos transiit, et ipsos bellum molientes: exercitum eorum ad Bolas obpressit*] Hanc rem his verbis complexus est Diodorus lib. XIV. p. 456. Μετὰ δὲ μάχην ἀκούσας αὐτοκράτωρ πορθεῖσθαι πόλιν Βώλας ὑπὸ Αἴκλων τῶν νῦν Αἰκύκλων καλουμένων, &c. *Sigon.* *Transit* excusi usque ad Aldum, qui, omnibus scriptis consentientibus, vulgavit *transiit*. Hinc *et in ipsos bellum molientes* Hav. Tum *exercitumque eorum* Voss. 2. Lov. 2. 3. et Port. Deinde præpositio *ad* deest in Harl. 2. Præterea *Bollas* Leid. 2. et Lov. 1. *bella* Hav. Reliqui recte vulgatum defendunt. Vide ad IV. 49. § 3.

Sed urbem etiam adgressus inpetu primo cepit] *Urbem vi aggressus* fragm. Hav. a m. pr. *urbem ĕĕ aggressus* Lov. 5. Deinde *impetu populi cepit* Gaertn. *primo impetu cepit* Leid. 2. sed tria hæc vocabula desunt in Lov. 5. Ceterum Livio consentiens Plutarch. in Camillo p. 147. Camillum τὴν Αἰκανῶν πόλιν cepisse refert. Idem videntur indicare Orosius III. 3. et Eutrop. II. 1. 'Æquorum urbem captam' vel 'victam' a Camillo referentes. Ab his dissentit Diodorus Sicul. lib. XIV. p. 456. ubi referens, Camillum, quum Bolas ab Æquis obpugnari audisset, ductis illuc copiis, maximam obsidentium partem trucidasse, indicat, Bolas partium Romanarum fuisse, aut Romanis paruisse. Et sane ejus narratio verior videtur. Ipse enim Livius IV. 49. narrat, Bolanos, gentis Æquorum populum, confinem agrum Lavicanum depopulatos, per obsidionem levemque unam pugnam et oppidum et fines amisisse; insequente autem anno Æquos quidem Bolas recepisse; sed mox M. Postumium Regillensem tribunum consularem eo missum urbem illam expugnasse. Ex illo autem tempore nullam Bolarum mentionem fecit, ut hoc tempore in potestate Romanorum fuisse verisimile fiat; nisi dicendum sit, Livium, copia rerum abreptum, eam ab Æquis receptam fuisse narrare neglexisse, quod clam nunc hac occasione fecit, ut bene multa alibi. Vide Jac. Perizon. Animadv. Histor. c. 4.

CAP. III. § 1 *Aliam in partem terror ingens ingruerat*] *Alia in parte* Lov. 5.

Digitized by Google

qui etiam in verbis præcedentibus omisit voculam *ex*. Tum *ingrueret* est in Voss. 2. Paullo ante alio ordine *Romanæ rei* Gaertn.

§ 2 *Etruria prope omnis armata Sutrium, socios populi Romani, obsidebat*] Quos hic 'socios Sutrinos' vocat Livius, 'colonos' nominat Diodorus lib. XIV. p. 456. Ἐκεῖθεν δ' ἀνέζευξεν εἰς Σουτριάνην οὖσαν ἀποικίαν, ἣν Τυῤῥηνοὶ βίᾳ κατειλήφεισαν. *Sigon. Sutrium* coloniam fuisse, certum est. Vide Plinium Hist. Nat. III. 5. et Frontin. de Coloniis p. 114. Verum quo tempore colonia facta sit, de eo non convenit. A Diodoro, qui eam hoc anno jam coloniam vocat, dissentit aperte Livius, cui Sutrium 'socii populi Romani' dicuntur. Vell. Pat. I. 14. refert, post septem annos, quam Galli urbem ceperunt, Sutrium deductam coloniam esse; cujus etiam rei ne Livius quidem meminit: qui contra narrat, paucis annis post Romam captam Satricum coloniam ductam esse hoc lib. c. 16. quamvis itaque in annorum ratione dissentiant Livius et Vellei. attamen Vellei. ex Livio emendandum censuerunt viri docti, et pro *Sutrium* legendum esse *Satricum*. Vide Sigon. ad Liv. loc. laud. et viros doctos ad d. loc. Vellei. Adde Cluver. Ital. Antiq. II. 3. p. 555. qui docet, adhuc diu postea Sutrium socios populi Romani vocari apud Liv. IX. 32. et 35. coloniam vero XXVII. 9. et XXIX. 15. unde verisimile fit, Livium eo coloniam deductam scripsisse aliquo deperdito libro: COLONIA SVTRINA vocatur in lapide apud Gruter. p. CCCV. num. 10. et COLONIA IVLIA SVTRIN. ibid. p. CCCII. num. 1. Observant etiam viri docti, Sutrium inter municipia referri apud Fest. voce 'Municipium.' Ceterum *Etruria omnis prope*, alio ordine vocabulorum, præfert Voss. 2. Deinde *obsedit* Lov. 2.

Quorum legati, opem rebus adfectis orantes, quum senatum adiissent] Probe tuentur hanc lectionem Pall. triga, atque editio Joannis Andreæ Episcopi Aleriensis, Paullo II. Veneto inscripta. Male ergo Campan. *afflictis*. Vide v. 10. Lib. VII. c. 20. 'Quæ se rebus affectis quondam populi Romani cepisset.' X. 1. 'Vix credibile erat, tam affectis rebus solos per se Æquos ad bellum coortos.' *Gebh. Affectis* tenent etiam omnes quum scripti, tum excusi libri, quos inspexi. Recte id igitur adversus Campanum, *rebus afflictis* edentem, defendit Gebhardus. Locutio 'res adfectæ' etiam inlustratur ad v. 18. § 4. 'Adfectus' autem et 'adflictus' alibi quoque in Mss. commutari solent. Vide ad Livii XXII. 14. § 9. et Nic. Heinsium ad Nason. Amor. El. II. 2. 21. Et ita forte emendandus ex cod. Pal. auctoritate Curtius IX. 5. 'Quo vulnere adfectus, magna vi sanguinis manante remisit arma moribundo similis.' Vulgo editur *adflictus* et *emicante*. Sed 'adfectus vulnere' etiam postea utitur IX. 8. 'Ptolemæus lævo humero leviter quidem saucius, sed majore periculo, quam vulnere, adfectus.' Vide etiam Dukerum ad Flor. II. 18. § 2. Deinde *orantes* perperam emissum est a scriba Leid. 2. et Lov. 1. Tum *senatum addissent* idem Leid. 2. *senatum adessent* Harl. 1. *senatum adiissent* Lov. 4. Port. et Gaertn. Vide ad XXXVI. 42. § 3.

Ut dictator primo quoque tempore auxilium Sutrinis ferret] *Ut aux. primo quoque tempore dict. Sutr. ferret* Lov. 1. *ut aux. primo quoque die dict. Sutr. ferret* Leid. 2. Sed illud *die* ex glossa in contextum inrepsisse videtur. Consule quæ dicta sunt ad IV. 58. § 8. Vox *tempore* neglegentia librarii deerat in Hav. qui et alio ordine *ferret Sutrinis* exhibet. Contra vox *primo* exsulabat a Lov. 5. a m. pr.

§ 3 *Cujus spei moram quum pati fortuna obsessorum non potuisset*] *Posset* requisit sensus, et Mss. habent. *Sit*

Digitized by Google

gon. Non potuisset omnes Pall. Fallitur ergo Sigonius, contra vetustissimas quoque edd. tendens legere *posset*. Gebh. Scholion hoc Sigonii demum adparuit in edit. 1592. eo jam mortuo excusa. Ceterum *non posset* apud me superest in Voss. utroque, Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et apud Hearnium in Exc. Pithœi, et in margine Oxon. N. Contra *non potuisset* servant Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. Klockian. Gaertn. et fragm. Hav. quod etiam præfero. Alibi enim sæpe plusquam-perfectum pro inperfecto poni solet. Vide ad XXXIV. 11. § 2. Quin et illud *potuisset* in *posset* mutandi caussa librariis forte exstitit, quod ei mox per copulam *que* jungitur *relinquerent*. Sed alibi hæc tempora jungi solere, docuit Corte ad Sall. Jug. c. 59. § 3.

Opere, vigiliis, vulneribusque, quæ semper eosdem urguebant] Mss. ignorant copulativam *que*. J. F. Gron. Ignorant eam etiam omnes mei, solis exceptis Lov. 2. et Gaertn. ignorant quoque Hearnii Oxonienses. Recte itaque Jac. Gronovius particulam insiticiam iterum ex contextu expulit. Passim Livium copulam omisisse, vidimus ad IV. 3. § 12. Eam autem vel librarii dedita opera addiderunt, vel clam inrepsit ex similitudine sequentis *quæ:* quemadmodum etiam post illam inrepsisse vidimus V. 40. § 7. Ita contra τὸ *que* etiam elidi solet vel a præcedenti *quæ;* vide ibid. c. 41. § 5. vel ab eodem pronomine sequenti. Vide ad XLI. 2. § 11. Deinde *eosdem* deest in Gaertn. *urguebant* in Voss. 2. Sed pro eo *urgebat* habent Lov. 2. 3. 4. et Leid. 2. *urgēt*, id est *urgeret*, Gaertn. *urgeret* autem Port. et Hav.

Per pactionem urbe hostibus tradita] *Ut per pact.* nullo commodo sensu Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. C. Sed illud *ut* culpa librarii in posteriori cod. natum videtur ex ultimis literis proximæ vocis *urguebant*. Vide ad VII. 41. § 8. in Lov. autem 2. et 4. qui exhibuerant *urgebat*, forte pro variæ lectione adscriptum fuit *ut*, ad indicandum etiam legi *urgebant:* quod non intellectum ab aliis versum est in *ut*.

Inermes cum singulis emissi vestimentis, miserabili agmine penates relinquerent] Unde penderet constructio, librarii ignorantes scripserunt in Pall. 1. ac 3. *reliquere:* in Pal. 2. *reliquerant*, ut habet Campani quoque recensio. *Gebh. Inermis cum sing. emissa vest., &c. relinqueret* Harl. 1. ut omnia illa respiciant vocem 'paucitas.' *Inermes emissa relinqueret* Leid. 1. Klockian. Lov. 2. et Voss. 1. nisi quod in posteriori a m. pr. fuerit *inermos*. Sed *emissa* Flor. *emissi* autem deest in Gaertn. et priscis excusis usque ad Aldum, qui addidit. Deinde *reliquerat* fragm. Hav. *reliquerant* Lov. 5. *reliquerent* Port. *reliquere* Lov. 3. Voss. 2. et Leid. 2. *relinqueret* Lov. 1. *relinquerunt* Harl. 2. *reliquerunt* Hearnii Oxon. L. 1. N. et editi, quos vidi, usque ad Aldum. Sed recte Gebhardus judicavit, ignorasse librarios, unde penderet constructio.

§ 4 *Camillus cum exercitu Romano intervenit*] Vocem *Romano* desiderari in Oxon. C. auctor est Hearnius. Mox *mœste turba*, pro *mœsta turba*, Gaertn.

Principumque orationem, necessitate ultima expressam] *Principiumque* Hav. Vide ad II. 27. § 12. Deinde *oratione necessitate ultima expressa* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. a m. pr. Harl. 2. Port. et Hav. At ratio loquendi vulgatum probum esse evincit.

Fletus mulierum ac puerorum, qui exsilii comites trahebantur, excepisset] Τὸ *qui* deest in Harl. 1. Ita legendum foret, *puerorum* (*exsilii comites trahebantur*) *excepisset*. Verum aliis omnibus receptam lectionem servantibus, eam mutandam esse non existimo. Deinde *turbabantur* Hav. Pessime. Silius Italic. Punic. VI. 403. 'Ecce trahens geminum natorum

Digitized by Google

Marcia pignus.' Valer. Max. III. 2. ext. 8. 'Dextera lævaque communes filios mortem non recusantes trahens:' ad quem locum vide doctos commentatores, et Vorstium ad Val. Max. I. 2. ext. 3. Tacit. Ann. XIV. 34. 'Ut conjuges quoque testes victoriæ secum traherent.'

Parcere lamentis Sutrinos jussit: Etruscis se luctum lacrimasque ferre] An aposiopesi Pall. 1. ac 3. *Etruscis se luctum lacrimasque*, ut subintelligatur 'ferre,' aut simile, nescio. Sic Neptunus Maronis Æn. I. 135. 'Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.' *Gebh.* Τὸ *ferre* deest etiam in Voss. 2. et Lov. 3. id tamen, quod in reliquis omnibus, etiam fidissimis codd. superest, tantum culpa scribarum omissum arbitror. *Ferre* est 'adferre.' Ita 'perniciem alicui ferre' XXIII. 9. 'Sed sit nihil sancti, non fides, non religio, non pietas: audeantur infanda, si non perniciem nobis cum scelere ferunt:' ubi vide quæ notantur. Similiter 'portare' Terent. in Andr. II. 2. 1. 'Di boni, boni quid porto!' VI. 1. 'Hic nunc me credit aliquam fallaciam Portare, et ea me hic restitisse gratia.' Liv. XLV. 1. 'Magna pars hominum ad conjuges liberosque lætum nuncium portabant.' Propert. Eleg. I. 3. 19. 'Ne qua tibi insolitos portarent visa timores:' ubi videndus est Passerat. Ceterum *parcere lacrimis* Lov. 4. Sed vox illa mox sequitur. Tum *Etruscis se luctum lacrimas ferre* sine copula Hav. quam alii codd. servant.

§ 5 *Considere, modico præsidio relicto, arma secum militem ferre jubet*] *Consedere* Flor. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad IX. 2. § 3. *præsidio modico relicto* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *arma secum statim militem ferre* Port. et Hav. Sed τὸ *statim* ignorant integerrimi codd. Non tantum *statim* agnoscit etiam Harl. 2. sed insuper præfert *milites ferre*. Male. Vide ad VII. 35. § 2.

Ita expedito exercitu profectus ad Sutrium] *Itaque* Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Infinitis locis ita variant librarii antiqui. Vide ad XXI. 53. § 7. Vulgatum autem hic præferri debet propter optimas notas membranas, quæ ita constanter obferunt. Præterea *expedio exercitu* errans dedit scriba Harl. 1. *exdicto exercitu* non cautior Leid. 2. *profectus* autem deest in Lov. 4.

Id quod rebatur] *Id quod quærebatur* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. *rebatur* et *rentur* verba sunt Livio admodum familiaria, et sæpius usurpata; quæ quum tamen indoctis scribis minus nota forent, frequenter in varia alia commutata sunt. Vide ad XXVII. 25. § 11. et ad XL. 5. § 13.

Soluta omnia rebus (ut fit) secundis invenit] Vulgare dogma, sed verissimum. Idem narrat de Græcis Diodorus lib. XVIII. p. 636. Πολλοὶ γὰρ αὐτῶν, διὰ τὰς προγεγενημένας εὐημερίας καταφρονοῦντες τῶν πολεμίων, εἰς τὰς πατρίδας ἦσαν ἀπεληλυθότες πρὸς τὴν τῶν ἰδίων ἐπίσκεψιν. Livius XXIX. 3. 'Omnibus pacis modo incuriose agentibus magna clades illata.' *Gebh.* Liv. V. 44. 'Nunc ab secundis rebus magis etiam solito incauti.' XXIII. 27. 'Quam ubi neglegentiam ex re (ut fit) bene gesta oriri senserat.' c. 36. 'Ratus Hannibal ab re bene gesta insolenter lætum exercitum tironum magna ex parte servorumque, spoliantem victos, prædasque agentem, ad Hamas se inventurum.' Vide etiam XXV. 37. et 38. et sæpius alibi. Ceterum *soluat omnia*, literis perperam trajectis, Flor. quod postea a m. sec. magis corruptum est in *salva omnia*. Sed *soluta*, ut VIII. 30. 'Comperisset perinde omnia soluta apud hostes, ac si nemo Romanus in Samnio esset.' XXV. 39. 'Ibi vero neglecta magis omnia et soluta invenere.' Deinde *ut sit* Harl. 1. Male. Vide ad IV. 52. § 4. Solent autem τὰ *sit* et *fit*

Digitized by Google

in Mss. commutari. Vide quæ notantur ad v. 3. § 8.

Victorem vagum prædam ex hostium tectis egerentem] *Victorem magnum* Lov. 1. a m. pr. Tum *ex hostium teotis præd. eger.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. et Port. *ex hostium tectis eger. præd.* Hav. Præterea *gerentem* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Male. Supra v. 22. 'Quum jam humanæ opes egestæ a Veiis essent.' IX. 31. 'Prædæ plus pene, quam ex omni Samnio umquam, egestum.' XXV. 25. 'Rapinis nullus ante modus fuit, quam omnia diuturna felicitate cumulata bona egessere.' XXX. 39. 'Pecuniam ex ærario scribæ viatoresque ædilicii clam egessisse per indicem comperti, damnati sunt.'

§ 6 *Victores Etrusci passim trucidantur ab novo hoste*] *Auctores Etrusci* Gaertn. Easdem voces etiam librarii commutarunt I. 3. § 2. *victoriæ Etrusci* Leid. 2. *victoresque Etrusci* Harl. 2. Port. et Hav. Tum *a novo hoste* Gaertn. *ad bono hoste* Flor. a m. pr. *a bono* a m. sec. Paullo ante *Interim igitur*, pro *Iterum igitur*, Lov. 2. Vide ad X. 18. § 1.

Coëundique in unum, aut arma capiendi datur spatium] *In unum, ad arma* fragm. Hav. a m. pr. Voces *aut* et *ad* interdum in membranis vetustis permutantur. Vide ad XXXIX. 18. § 8. *arma capiendi* Lov. 3. Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXVI. 36. § 11.

§ 7 *Quum pro se quisque tenderent ad portas*] *Quumque pro se quisque tenderet* Lov. 2. *quum pro se quisque tenderet* edd. principes; pro quo Aldus deinde *tenderent* substituit, quod servant omnes scripti. Supra II. 22. 'Pergunt domos eorum, apud quem quisque servierant:' ubi plura dicta sunt.

Si qua forte se in agros ejicere possent] *Forte in agros ejicere* Voss. 1. et Lov. 1. omisso pronomine, quod ulterius locum corrumpendi occasionem ac prætextum præbuit librario Leid. 2. Dedit enim *si qua forte in agros exire possent.* Sed recepta lectio proba est, quum illud alterum hic languidum nimis sit. Supra I. 40. 'Relictoque in vulnere telo ambo se foras ejiciunt.' Infra hoc lib. c. 9. 'Porta se, quæ una forte non obsidebatur, trepidi uno agmine ejecere.' XXVIII. 3. 'Patefacta repente porta, frequentes ex oppido sese ejecerunt.' Multus est in hac locutione Cæsar. Ita de Bell. Gall. IV. 15. 'Armis abjectis signisque militaribus relictis, se ex castris ejecerunt.' v. 21. 'Militum nostrorum impetum non tulerunt, seseque ex alia parte oppidi ejecerunt.' VII. 28. 'Prime clamore audito se ex oppido ejecerunt.' Bell. Civ. III. 96. 'Decumana porta se ex castris ejecit:' et alibi. Præpositio *in* deficit in edd. Rom. 1472. et Parm.

Classem, &c. portas inveniunt] Vocem *portas*, quæ modo præcessit, nihil adtinere repeti, Doujatius opinatur. Deest etiam in Lov. 2. Quum tamen illa in reliquis scriptis et omnibus excusis constanter reperiatur, iterum hic repeto, a stilo Liviano et ratione ejus loquendi alienum non esse, ut voces, quæ modo præcesserunt, paucis interjectis iterum adhibeantur. Vide quæ dicta sunt ad Liv. I. 3. § 9. Præterea *dictator primum imperaverat*, trajectis vocibus, Lov. 2.

§ 8 *Inde alii arma capere*] *Alia arma capere* Port. qui error inde ortus est, quod indocti scribæ, quorum multi linguæ Latinæ non satis periti fuerunt, sæpe id operam dederint, etiam plerumque adversante sensu, ut duo vocabula juncta genere numero ac casu convenirent, quæ differre debebant. Exempla habuimus IV. 44. § 5. v. 45. § 1. habebimus etiam VII. 6. § 10. Hinc quidam codd. præferunt *civibus assignatis*, pro *civ. assignatus*, c. 4. § 4. *eosdem integros*, pro *eosd. integro*, et *Romanus datus est*, pro *Ro-*

Digitized by Google

munis d. est, c. 4. § 10. *urbis conspiciendæ*, pro *urb. conspiciendum*, § 12. *ædificando occupato*, pro *æd. occupata*, c. 6. § 1. *eos abnuentes*, pro *eo abn.* ibid. § 5. *Sutrio auxilio*, pro *S. auxilium*; et *adversos Etruscos*, vel *adversus Etruscos*, pro *adversus Etruscos*, c. 9. § 3. *ex hostibus receptis*, pro *ex hoste rec.* c. 10. § 6. *singulis vestris beneficiis*, pro *singuli v. ben.* c. 15. § 9. *denuncinium senatum*, pro *den. senatus*, c. 17. § 8. *nomine vestro*, pro *nom. vestrum*, c. 18. § 15. *arcem protegentem*, pro *arc. protegenti*, c. 20. § 9. *subjecti piaculi*, pro *sub. piacula*, c. 21. § 7. *eam in veram fugam*, pro *ea in ver. f.* c. 24. § 11. *consilia meliora præferret*, pro *cons. melioribus præf.* c. 25. § 8. *victi malis subactisque*, pro *v. mal. subactique*, c. 33. § 1. *prospero eo anno*, pro *prosperis eo a.* c. 34. § 1. *ejus sororis*, pro *ei sor.* ibid. § 7. *gradu fecisse*, pro *gradum fec.* c. 35. § 2. *ipsa mœnia*, pro *ipsum mœn.* c. 36. § 4. *usu tractando*, pro *usu tractandi*, ibid. § 10. *ipsam vim*, pro *ipsa vim*, c. 37. § 3. *ipso fœnore*, pro *ipse fœn.* c. 39. § 10. VII. 29. § 5. *In Sidicino pulso agro*, pro *In S. pulsi agr.* IX. 2. § 9. *Romano dimisso agmine*, pro *Romani dim. ag.* c. 10. § 2. *traditisque fecialibus*, pro *traditique fec.* Idem etiam obtinet in terminatione verborum. Inde enim datum est *sternere*, pro *sterno*, VII. 26. § 7. *dedicaverat*, pro *dedicavit*, X. 1. § 9. Insuper *aliis arma capere* Leid. 1. *alii arma capere* Lov. 2. et tum sequens *convocare* accipiendum est contracte positum pro *convocavere*. Sed potius hanc lectionem adscribo librarii culpæ, cui infinita oratio displicuit. Vide ad I. 50. § 5. Mox *aliquos*, pro *alii quos*, idem Lov. 2. Similis error hodie adhuc obsidet vulgatas edd. Colum. II. 9. ubi ita editur: *Nam ubi vel uligo, vel aliqua pestis segetem enecat.* Pro quo optimus Sangerm. præfert *alia quæ pestis.*

Quod acensum ab desperatione hostium fuisset] *Acensum* Leid. 1. *abscensunt* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *incensum* Gaertn. Alibi duo hæc vocabula 'accendere' et 'incendere' commutantur in membranis vetustis. Vide ad IX. 28. § 5. Tum *a desperatione* Gaertn. Lov. 5. a m. pr. et editi usque ad Aldum. *Ob desperationem* Lov. 4. Harl. 2. Port. et fragm. Hav. a m. sec. quod ex alterius glossa atque expositione natum est. Vide ad XXVI. 1. § 3. *Ad desperationem* Lov. 5. a m. sec. *ab desperationem* Leid. 1. et Hav. vestigia veræ lectionis ab Aldo revocatæ servantes; quam reliqui omnes libri tuentur. Mox *nisi præcones* Lov. 3. Vide ad XXIII. 1. § 8. *ni præcones*, pro *ni præc.* Hav. Vide ad XXXVIII. 50. § 1. Præterea *dimisi*, pro *dimissi*, Leid. 1.

§ 9 *Animi in spe ultima obstinati ad decertandum fuerunt*] *Detrectandi ad decert.* Lov. 4. Sed prieri voci adduntur signa, quibus librarii aliquid delendum indicant. *Destinati ad decert.* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Supra v. 41. 'Adventum hostium obstinato ad mortem animo exspectabat.' Deinde *ad desertandum* Leid. 2. qui error facile oriri potuit ex vitiosa dictantis pronunciatione. *Ad certandum* Lov. 5. Port. Hav. omnesque edd. Aldo priores, qui primus *ad decertandum* dedit, concinentibus reliquis scriptis. Et recte. 'Decertare' enim, quod sæpe pro 'certare' poni solet, hic emphasin habet, et notat ad mortem usque certare, a certamine non desistere, antequam vel victoriam obtinuerint, vel omnes interfecti sint. Eodem modo 'depugnare,' quod sæpe adhibetur de gladiatoribus, qui non ante pugnandi finem faciunt, quam adversarius interfectus, aut certe se victum esse fassus sit. Sueton. Cæs. c. 39. 'Munere in foro depugnavit Furius Leptinus.' Cic. ad Fam. X. 32. 'Quum depressus in ludum bis gratis depugnasset.'

Postquam data spes vitæ est] Ego talem clausulam omisissem, ceu super-

Digitized by Google

vacuam. *Grut.* Cur clausula hæc Grutero displicere potuerit, non video, nisi forte illa caussa sit, quod τὸ *spe* mox præcesserit. Sed vide quid ad § 7. dictum sit. Nimium Gruterum fuisse in expungendis Livii verbis, quæ pro glossis habebat, videbimus ad XXIII. 34. § 15. *Data spes est vitæ*, trajectis dictionibus, Lov. 5. Mox *jactari passim arma*, pro *jactare p. arm.* Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav.

Quod tutius fortuna fecerat] *Quod ituros fort. fac.* corrupte Leid. 1. *quia ita res fortuna faceret* haud melius Lov. 2. *faceret* etiam Hav. et fragm. Hav.

§ 10 *Magna multitudo in custodias divisa*] Vet. lib. *dimissa.* Sigon. Prave Sigonianus *dimissa.* Cic. de sociis Catilinæ Orat. IV. 4. 'Itaque municipiis dispertiri jubet.' Suetonius Julio c. 14. 'Solus municipatim dividendos custodiendosque publicatis bonis censuit.' Justinus XIV. 4. 'Igitur Antigonus domitores illos orbis exercitui suo dividit:' ne scilicet propriam ac sinceram cohortem aut centuriam haberent. *J. F. Gron.* *In custodias divisa*, quod recte Gronovius adversus Sigonium vindicat, servant omnes codd. nostri, hic integriores quam vet. lib. Sigonii, uno excepto Lov. 5. qui eidem concinit. Infra XXIII. 34. 'Ut in omnes naves legatos separatim custodiendos divideret.' XXIV. 19. 'Oppidanorum turba per finitimos populos in custodiam divisa.' XLIII. 19. 'Romanis in custodiam civitatium divisis in Penestiam exercitum reducit.' Alibi sæpe verba 'dividere' et 'dimittere' in Mss. commutari solent. Vide ad XXXVII. 45. § 19. Doujatius quidem, Gronovio adsentiens, *divisa* longe melius esse judicat, quam quod Sigonius ingerit, *dimissa.* Addens tamen 'custodias hoc loco' esse carceres in 'municipiis,' quo captivi mittuntur sparsim custodiendi, lapsus videtur. Sane posteriore tempore captivi, si plures essent, per municipia custodiendi dividebantur. Vide Corte ad Sall. Cat. c. 51. § 43. et quos ibi laudavit. Verum quænam hoc tempore municipia Romana erant, quorum custodiis bello capti crederentur? An non verius est, intelligi custodiendos datos esse militibus? Talis reorum custodiæ meminit lex 1. ff. de Cust. et Exhib. Reor. 'De custodia reorum proconsul æstimare solet, utrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fidejussoribus committenda, vel etiam sibi:' ubi vid. Dion. Gothofr. et Brisson. de Verbor. ad Jus Pertin. Signif. voce 'Custodia militaris.' Ita D. Paullus, quum ex Judæa Romam captivus deductus fuisset, militi custodiendus datus est. D. Lucas in Actib. Apost. c. XXVIII. vs. 16. Ὅτε δὲ ἤλθομεν εἰς Ῥώμην, ὁ ἑκατόνταρχος παρέδωκε τοὺς δεσμίους τῷ στρατοπεδάρχῃ· τῷ δὲ Παύλῳ ἐπετράπη μένειν καθ' ἑαυτὸν σὺν τῷ φυλάσσοντι αὐτὸν στρατιώτῃ. Vide Wolfii curas Philolog. ad eum locum, et quorum ibi meminit. Insuper nihil adtinebat, captivos per municipia in custodias a Camillo dividi, quum mox Sutrio recepto Romam triumphans redierit, et longe plurimos captivos ex Etruscis ante currum duxerit, quos deinde sub hasta venum dedit, ut c. 4. narratur.

Oppidum ante noctem redditum] *Redditur* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav.

Quia non vi captum, sed traditum per conditiones fuerat] *Quod non vi captum* Hav. Quæ lectionis varietas inde nata est, quod notas adfines, quibus voces *quia* et *quod* scribuntur, non recte distinxerint librarii. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Ceterum vir doctus ad oram ed. Curionis adscripserat, aliud, quam hoc loco refertur, ex præcedentibus colligi posse. Sed eum præcedentia non satis adtente perlegisse adparet. Dixerat enim Livius, 'per pactionem urbe hostibus tradi-

Digitized by Google

ta, inermes cum singulis emissi vestimentis.' Fraudi fuisse potuit locutio *non vi captum*, quum tamen obsessum et ita invitum ad deditionem adactum sit. Sed 'vi capere' hic est inpetu expugnare. Infra cap. seq. 'Oppida Etruscorum Cortuosa et Contenebra vi capta dirutaque.' IX. 2. 'Luceriam omnibus copiis circumsedere, nec procul abesse, quin vi capiant.' XXIII. 39. 'Combulteriam, et Trebulam, et Saticulam urbes, quæ ad Pœnum defecerant, Fabius vi cepit.'

CAP. IV. § 1 *Camillus in urbem triumphans rediit*] *Camillus vero triumph.* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Sed meliores *τὸ vero* non agnoscunt, quam particulam sæpe librarios conneetendæ orationi Livianæ, ex eorum sententia male cohærenti, addidisse, videbimus ad Liv. XXI. 18. § 2. Ceterum *triumphans præmium ad nos venientibus rediit* Leid. 1. Lov. 2. et Harl. 1. Verum unde hæc verba, ad Livium non pertinentia, huc inrepserint, non adsequor. *Redit* tandem est in Flor. Vide ad XXXVI. 35. § 2.

§ 2 *Ut, pretio pro auro matronis persoluto*] *Que pretio* Leid. 1. *q̃ pretio* Harl. 1. *quod pretio* Lov. 2. *ut e pretio* Lov. 4. 5. Voss. 1. et Leid. 2. quorum posterior etiam *persolute*: at *prosoluto* Gaertn.

Ex eo, quod supererat, tres pateræ aureæ factæ sint] *Quod superat* Harl. 2. Sed quum *superat*, vel *sup'erat*, olim scriptum fuisset, librarius additam notam perperam neglexit. Hujus ejusdem erroris supra habuimus quædam exempla. Vide ad I. 25. § 11. II. 42. § 9. et V. 46. § 11. alia etiam obcurrent IX. 4. § 16. c. 22. § 10. c. 32. § 7. et alibi sæpe. Deinde *tres pateræ factæ* Lov. 2. 3. et fragm. Hav. in contextu; sed *τὸ aureæ* etiam a m. pr. in ora ultimi adpictum exstat. *Tres pateræ efectæ* Leid. 1. Insuper *factæ sunt*, non recordati, quid superior oratio requireret, dederunt scribæ Voss. 2. Lov. 5. et Gaertn. *factæ sint. Sunt quas cum titulo* Hav. quæ scriptura inde nata videtur, quod superstitiose diligens librarius utramque lectionem *sint* et *sunt* in contextum receperit. Vide ad III. 44. § 4.

§ 3 *Quas, &c. constat ante pedes Junonis positas fuisse*] *Quasi* male Leid. 1. qui non rectius etiam *posita fuisse*. Verum ibi ultima litera *τοῦ positas* intercepta est ob ductuum similitudinem a prima vocis seq. Vide ad IV. 33. § 11.

§ 4 *Qui Veientium Capenatiumque*] *Veientum Capenatumque* Leid. 2. Verum vide ad V. 15. § 11. *Capenantiumque* Harl. 1. In verbis etiam præcedd. *in civitate accepti*, pro *in civitatem acc.* Lov. 5. Male. Vide ad IV. 3. § 14.

Agerque iis novis civibus adsignatus] *Agerque his novis Cymber assig.* Gaertn. *novis civibus assignatis* Port. Vide ad cap. præc. § 8. *novis civibus assignatur* Leid. 1.

§ 5 *Revocati quoque in urbem senatusconsulto a Veiis*] Aut *a Veiis* supervacaneum, aut *Veios*, quod mox sequitur. Sed hoc requirit proxima oratio, aut aliquid loco ejus; illud abesse potest salvo sensu, et videtur esse Scholiastæ. Quid enim desideres, sic si legatur? *Revocati quoque in urbem senatusconsulto, qui ædificandi Romæ pigritia, occupatis ibi vacuis tectis, Veios se contulerant.* J. F. Gron. In hac oratione desidero, quod *ibi* demonstrat locum jam ante memoratum, nec satis apte videtur referri ad sequens *Veios se contulerant*. Si scriptum esset, *Veios se, occupatis ibi vacuis tectis, contulerant*, nihil desiderarem. *Duk.* Locus non uno modo in scriptis exhibetur. *Rev. quoque in urb. sunt a Veiis, qui* est in Lov. 1. et in Voss. 1. contextu, pro quo in margine scriptum erat *rev. quoque in urbem sunt cives, qui*: et ita præfert Leid. 2. *rev. quoque in urbem a Veis, qui* fragm. Hav. a m. pr. *rev. quoque*

Digitized by Google

in urbem socii a Veis, qui a m. sec. neque aliter Hearnii Oxon. L. 1. nisi quod legat *a Veiis: rev. quoque in urbem socii sunt a Veiis, qui* habent Lov. 4. et Harl. 2. *rev. quoque in urbem senatusconsulto cives, qui* Lov. 2. *rev. quoque socii in urbem senatusconsulto a Veiis, qui* Gaertn. *rev. quoque socii sunt ab Veis in urbem, qui* Hav. *rev. quoque socii in urbem sunt ab Veiis, qui* Port. quo modo etiam Hearne in Oxon. C. invenit, nisi quod ex eo laudet *a Veiis;* quod et mihi obvium fuit in Lov. 5. Vulgatum constanter superest in optimis Leid. 1. Harl. 1. Klockian. Voss. 2. Lov. 3. et Flor. nisi quod eorum primus servet *revocat,* pro *revocati.* Ex his constat, licet admodum varient scripti, tamen omnes servare *a Veiis,* præter Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. et Lov. 2. reliquas autem plerasque varietates inde natas esse, quod indocti scribæ non intellexerint notas *S. C.* vel *Se. Co.* quibus vox *senatusconsulto* scripta erat, et pro eo vel *sunt,* vel *socii* dederint, vel etiam utrumque, insuper ordinem vocabulorum pro arbitrio inmutantes. Sæpissime autem in his notis reddendis eos obfendisse, videbimus ad XXII. 10. § 1. Quod autem Gronovius *τὰ a Veiis* salvo sensu abesse posse contendat, non satis caussæ est, cur ex contextu ejiciatur, ut neque illud, quod mox *Veios* sequatur. Vide ad I. 3. § 9. Quin et si *a Veiis* deleatur, sequens *ibi* non habebit quo referri possit, nisi ad proxime præcedens *Romæ,* quod sensui adversatur. Si, his non obstantibus, *τὰ a Veiis* displiceant, mox in verbis seqq. legam *occupatis sibi vacuis tectis,* vel, transpositis vocibus, *Veios, occupatis ibi vacuis tectis, se contulerant.* Sed vulgatum, ut indicavi, præferendum puto.

Ædificandi Romæ pigritia, occupatis ibi vacuis tectis, Veios se contulerant] *Ædificandæ Romæ* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. Ita dixit v. 55. 'Promiscue urbs ædificari cœpta:' etiam c. 53. 'Novam urbem tam brevi ædificarunt; nos ædificare incensam piget.' Alibi tamen simpliciter 'ædificare,' pro ædes exstruere, obcurrit. Supra II. 7. 'Ædificabat in summa Velia:' et mox, 'In Velia ædificent, quibus melius, quam P. Valerio, creditur libertas.' v. 55. 'Dum, omisso sui alienique discrimine, in vacuo ædificant.' Deinde *occupati ibi vacuis tectis* Lov. 4. *occupatis sibi vacuis tectis* Leid. 2. Vide ad verba proxime præcedd. Sed prima litera *τοῦ sibi* repetita esse potest ex præcedentis finali. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Id in eadem hac voce etiam infra fit hoc lib. c. 6. § 10. quamvis tamen alibi *sibi* et *ibi* commutari soleant. Vide ad I. 55. § 4. Alibi etiam *tibi,* pro *ibi,* datum est, quod præcedens vox litera *t* finiretur. Vide ad II. 35. § 2. *occupati sibi vacuis* habent Lov. 2. 3. et Gaertn. literis, quæ olim continuo ordine scriptæ fuerant, inperite in voces divisis. Denique *se contulere* idem Gaertn. *se contulerunt* Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. et Voss. 2.

Dies deinde prætituta, capitalisque pœna, qui non remigrasset Romam] Vet. lib. *nisi remigrassent Romam:* placet. *Sigon.* Placet Sigonio *nisi remigrassent.* Nobis alterum antiquius. Sic enim et VII. 12. 'Gravemque edixerat pœnam, si quis injussu in hostem pugnasset.' Lex apud declamatores: 'Qui cœtum et concursum fecerit, capital esto.' Noster lib. X. 21. 'Quarum rerum non exstitit dominus, militi concessæ.' XXIV. 28. 'Cavete quisquam supersit, a quibus vis aut fraus timeri possit.' Nam defectus relativi mutationem illam in Sigonio genuit. Intelligis 'in eum,' vel 'in quemcumque.' *J. F. Gron.* Ex codd. nostris Sigonii vet. lib. favet Hav. ex Hearnii Oxon. solus C. *nisi remigrasset Romam* habet Lov. 2. *qui nisi remigrasset Romam* Port. *qui non remigrassent Romam* Leid. 2. et

Digitized by Google

Lov. 5. *non remigrasset Romam,* omisso τῷ *qui,* Leid. 1. Sed recte Gronovius vulgatum defendit, et ellipsin pronominis *eum* locum corrumpendi ansam quibusdam scribis dedisse censet. De ea plura vide ad XXIII. 15. § 4. Præterea *dies deinde præstita* Hav. errore librarii. Supra III. 22. 'Postquam ad diem præstitutum venerunt socii.' XLV. 11. 'Diemque præstituit, intra quam de conditionibus peractis responsum acciperet.' Florus IV. 1. § 8. 'Regnum sibi vaticinans, ad præstitutum a Catilina diem urbe tota viros, faces, tela disponit.' De similibus scribarum peccatis vide ad X. 37. § 2.

Ex ferocientibus universis singulos, metu suo quemque, obedientes fecit] Ita distinxi, ut locus clarior foret; quem non intellexere amanuenses, et ideo varie corruperunt. *Universos singulos, &c. obed. fecit* est in Leid. 1. *metu suo quemquam obed. fecit* in Port. Ita et in eodem cod. peccatur hoc lib. c. 13. § 3. Contra alibi *quisque* pro *quisquam* a scribis datum est. Vide ad V. 29. § 6. et ad IX. 38. § 9. *metu suo qui quemque obed. fecit,* male voce *qui* adscita, habet Hav.

§ 6 *Et Roma quum frequentia crescere, tum tota simul exsurgere*] *Et tum Roma freq. crescere, tum tota* Lov. 2. *Et Roma tum freq. crescere, cum tota* Leid. 2. et Lov. 1. *cum freq. crescere, cum tota* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 3. et Hav. Vide hoc lib. ad c. 23. § 3. Vox *tota* abest ab Harl. 2. Lov. 5. et contextu Port. in cujus tamen margine postea adscripta est. Deinde *assurgere* datum primo erat in Gaertn. sed inter versus emendatum est *exsurgere,* quod codd. omnes servant.

Et republica inpensas adjuvante, et ædilibus] Utroque loco τὸ *et* omittitur in Hav. qui idem mox etiam *admovebat* præfert, pro *admonebat.* Vide ad XXXV. 35. § 5. *Ut,* pro *et,* ultimo loco est in Lov. 5. passim obvio errore. Præterea in verbis seqq. *exercentibus opus,* pro *exigentibus op.* Lov. 4. Nihil mutandum. Ovid. Ep. Her. XI. 8. 'Auctorisque oculis exigeretur opus.' Colum. III. 13. 'Huic operi exigendo quasi quamdam machinam commenti majores nostri regulam fabricaverunt.' Eo sensu *sarta tecta exigere* Cic. in Verr. I. 50. et 'ad perpendiculum columnas exigere' c. 51. In his 'exigere' fere idem est quod 'examinare.' Vide Gronov. ad Senec. Agam. vs. 934. Insuper *intra quoque annum,* pro *intraque annum,* Lov. 2. Vide ad V. 27. § 1.

§ 7 *Comitia tribunorum militum consulari potestate habita: creati*] Parum fastidirem, sicubi reperirem in membranis, *Exitu anni comitiis tribunorum militum consulari potestate habitis, creati T. Quinctius Cincinnatus ... exercitum alterum in Æquos.* J. F. Gron. Si ita uno ambitu cum Gronovio legas, *comitiis habitis* expones, 'dum comitia habentur.' Vide Jac. Gronov. ad Liv. XXXI. 7. § 1. et Cortium ad Sall. Cat. cap. 24. § 1. Et ita locutus est Liv. XLI. 28. 'Jam consularia comitia adpetebant; quibus magna contentione habitis propter multitudinem petentium, creati L. Postumius Albinus et M. Popillius Lænas.' XLIII. 8. 'Comitiis habitis, omnes quinque et triginta tribus eum condemnarunt.' Ita etiam *concilio habito* dixit XLII. 38. 'Concilio Epirotarum habito, cum magno omnium adsensu auditi sunt.' Omnes tamen codd. hoc loco vulgatum servant. Quare etiam nihil mutandum: nisi quis multis aliis locis Livium, qui ita loqui amavit, eadem ratione emendandum censeret. Talia sunt III. 6. 'Comitia inde habita. Creati consules L. Æbutius, P. Servilius:' hoc lib. cap. seq. 'Hic demum tribunorum militum consulari potestate comitia habuit. L. Papirium, C. Cornelium, &c. creat.' c. 30. 'Comitia inde habita tribunorum militum consulari potestate, quibus æquatus patriciorum plebeiorumque

Digitized by Google

numerus. Ex Patribus creati,' &c. Vide, ut brevis sim, XXVI. 23. § 1. XXVIII. 38. § 11. XXIX. 11. § 10. XXXII. 7. § 13. c. 27. § 6. XXXIII. 42. § 6. XL. 45. § 6. et alibi. Sæpius Livium intercisis orationibus delectatum esse, vidimus ad III. 22. § 6. Mox *C. Quintius Cincinatus* Lov. 2. *T. Quintus Cicinnatus* Leid. 2. Alibi contra prænomen *Quintus* sæpe in nomen *Quinctius* abiit. Vide ad III. 1. § 1. De orthographia cognominis vide ad III. 12. § 8.

Q. Servilius Fidenas, Q. Julius Tullus] Legendum *Q. Serv. Fid. quintum, Q. Julius Tullus.* Errorem fecerunt *quintum* ac *Quintus*, ut identidem in codd. alterum omissum fuerit. *Glar.* Lege *L. Julius Julus* ex Diodoro lib. XV. p. 469. *Sigon. Q. Serv. Fid.*, Q. vel *Quintus Julius Tullius* Voss. uterque, Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. cum vetustis edd. *Q. Serv. Fid.*, *Q. Jullius Tullius* Gaertn. *Q. Serv. Fid.*, *Quintus Julius Tullus* Lov. 3. *Q. Servil. Fid.*, *Quincius Julius*, cognomine omisso, Lov. 5. *Q. Serv. Fid.*, *Q. Julius*, cognomine itidem omisso, Port. Lov. 4. et Harl. 2. *Q. Servilius Fidenas quinto, Quintius Julius Tullius* Hav. *Q. Servilius Fidenas quintum, Julus Tullius* fragm. Hav. *Servilius Fidenas quintium, Jullus Tullius* Harl. pr. *Q. Servilius Fidenas quintum, Jullius Julus* Leid. pr. *Q. Serv. Fid. quintum, Lucius Julius* sine cognomine Flor. *Q. Serv. Fid. quintum, Julius Tullius* edidit Aldus. *Q. Serv. Fid. quintum, Q. Julius Tullius* Cervic. et Ascens. 1530. *Q. Serv. Fid. quintum, Julius Tullus* Froben. aliique usque ad Sigonium, qui emendavit, ut nunc vulgo editur. Ei autem adsentitur Pighius in Annal. ad a. CCCLVI. p. 230. Et recte Q. Servilius Fidenas enim quater tribunus consularis memoratur libro præc. Vide c. 8. c. 14. c. 24. et c. 36. Julio autem potius *Lucii*, quam *Quinti*, prænomen dandum esse, non modo auctoritate Diodori evincitur, sed ex eo etiam confirmatur, quod *Quinti* prænomen in gente Julia circa hoc tempus non reperiatur, certe non in ejus familia Julorum. *Tullus* autem et *Julus*, quemadmodum etiam *Tullius* et *Julius*, ubique in Mss. ab indoctis librariis perperam commutata fuisse, dictum est ad I. 30. § 2.

L. Aquilius Corvus] Hæc desunt in Hearnii Oxon. L. 1. Prænomen deficit in Port. cognomen cum sequentis tribuni prænomine ac nomine gentili in Harl. 2. *Æquilius* est in Gaertn. *T. L. Aquilius* in Lov. 4. Scribendum autem est *L. Aquillius*, ut Sigonius edidit. Vide quæ notavit ad II. 4. § 1. Cui quum editores et eo loco et cap. 7. § 8. auscultaverint, ejusdem exemplum etiam alibi sequi debuerant. Vide ad II. 40. § 14. *Cornelius*, pro *Corvus*, habet Lov. 2.

L. Lucretius Tricipitinus, Ser. Sulpitius Ruffus] Legendum *L. Lucr. Tricip. iterum*, et *Ser. Sulp. Rufus iterum*. Fuere enim tribuni uterque a. CCCLXIV. *Glar. Sulpicius Rufus* ex vet. lib. et argenteis nummis. *Sigon.* Et nomen et cognomen emendandum esse, Sigonius indicat. Scribendum igitur *Sulpicius*, non *Sulpitius*; quod præter nummos patet etiam ex marmoribus Capitolinis et scriptoribus Græcis, a quibus Σουλπίκιος, non Σουλπίτιος, exarari solet. Scribendum etiam *Rufus*, non *Ruffus*. Nam, teste Quinctil. Instit. I. 4. 'ex habitu corporis Cicerones, Rufos, Longosque fecerunt.' Cognomen itaque *Rufus* ex colore ortum: unde colligi potest, *Ruffus* ex depravata priorum temporum orthographia inolevisse. Vide Dausqueii Orthogr. parte sec. hac voc. Præterea *Servilius*, pro *Servius*, habent Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. cum editis ante Frobenium, nisi quod Moguntini etiam recte *Servius* vulgarint. Sæpissime libra-

Digitized by Google

rii voces *Servius* et *Servilius* confuderunt. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXII. Quod autem Glareanus utrique huic tribuno iterati honoris vocem addendam existimet, fecit invitis omnibus codd. quos sequor. Nam, non modo similia vocabula frequentissime a Livio omissa fuisse, dictum est ad II. 16. § 7. verum etiam ex illis quæ ad cap. 18. § 1. dicentur, patebit, Sulpicium Rufum ex verisimiliori sententia hoc anno tribunatum militarem non iterum, sed primum, adeptum fuisse.

§ 8 *Exercitum alterum in Æquos*] *Exercitum in alterum in Æquos* Leid. 1. cujus librarius forte dare voluit *exercitum alterum*, ut est in fragm. Hav. qua forma 'alter consulum' sæpe obcurrit. Vide ad IX. 32. § 2. Id tamen ne probem, etiam ingratior sonus efficit. *Exercitus alterum* Hav. quod probari posset, ac dictum censeri, quemadmodum illud a Rhenano restitutum XXIX. 11. 'Cornua dextrum Ilergetes, lævum ignobiles tenebant Hispani populi:' ubi antea *cornu* edebatur. Quo minus tamen verum existimare audeam, illud obstat, quod nullus aliorum codicum hanc scripturam testimonio suo firmet.

Ab odio ad pervastandos fines] *Ab odio non ad pervastandos* fragm. Hav. *ab odio ad pervastandum fines* Voss. 2. Vide ad XL. 49. § 1. Paullo ante *ab bello*, pro *ad bellum*, præfert Lov. 2.

Ne quid ad nova consilia relinquerent virium] Malim *relinqueretur*. T. Faber. Facile *relinquerēt*, sive *relinquerent*, et *relinquerēt*, sive *relinqueretur*, in Mss. commutari potuerunt. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Ut tamen hoc loco *relinqueretur* cum Fabro adversus omnes libros, vulgatæ scripturæ constanter adhærentes, legamus, nullam video necessitatem. Mox *Turquinensem*, pro *Tarquiniensem*, Gaertn.

§ 9 *Ibi oppida Etruscorum Cortuosa et Contenebra*] *Cort Nossa* legendum ex fragmentis Originum Catonis, et *Cort Enebra* ex iisdem. *Sigon.* Immo non in Catonis veris ac genuinis, sed Annianis sive subposititiis fragmentis *Cort Nossæ* et *Cort Enebræ* nomina obcurrunt. Est autem hoc Scholion Sigonii ex numero illorum, quæ post mortem ejus inserta sunt editioni 1592. In vulgatam scripturam conspirant omnes codd. nisi quod prius oppidum hic et mox *Corcusa* in Leid. 2. *Tortuosa* in Lov. 2. et 5. posterius in verbis seqq. *Contebra* vocetur in Leid. 2. et hoc loco in Lov. 2. *Contenebrosa* in Lov. 1. Eorum apud alios nullam mentionem reperiri, testantur Cluverius Ital. Ant. II. 3. pag. 520. et Dempster. in Etrur. Reg. l. IV. c. 60. et 61. Prius illud *Cortanientam* vocari in edicto Desiderii regis Langobardorum, edito a Sigonio de Regn. Ital. l. III. p. 85. suspicatur Ortelius in Thes. Geograph. voce 'Cortuosa.' Deinde *Ubi oppida* Leid. 2. Vide ad XXVII. 5. § 2.

Vi capta dirutaque] Video Muretum e V. L. annotasse *direptaque*. Vix videtur alterutrum ferendum: et quum eventus istarum urbium tam plene infra describantur, sequor auctoritatem Rott. et Voss. 1. qui ultimum non agnoscunt. Nec iste Livii mos est. *Jac. Gron. Vi capta direptaque* Hav. et Hearnii Oxon. C. 'Diripere' et 'dirnere' a scribis confundi, videbimus ad Epit. Liv. lib. LXXIX. *Diruptaque* Leid. 1. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. fragm. Hav. et ed. Parm. quæ et ipsa vocabula passim commutantur in codd. scriptis. Vide ad IX. 45. § 17. Ex ceteris codd. nihil notatum video, ne in excerptis quidem ex Voss. 1. nisi quod *vi capta atque capta dirutaque* habeant Leid. 1. et Harl. 1. At contra *dirutaque*, quod Jac. Gronovio suspectum est, exsulat a Flor. et edd. Mediolan. 1480. 1495. 1505. et Veneta 1498. quod etiam ab ed. Rom. principe abesse, testis est Hearne.

Digitized by Google

Inproviso adorti, primo clamore atque inpetu cepere] *Improvisi* Port. quod eadem forma dictum foret, qua II. 35. 'Adeo infensa erat coorta plebs:' ubi alia exempla videri possunt. Quum tamen reliqui omnes, et inter eos etiam melioris notæ, codd. vulgatum servent, id mutandum non existimo. *Inproviso* autem Livio frequentissimum est. Supra II. 11. 'Intentus in occasionem multos simul et effusos inproviso adoriundi.' III. 23. 'Arcem Tusculanam inproviso nocte capiunt:' hoc lib. c. 33. 'Patentibus portis quum inproviso incidissent.' VII. 36. 'Quem incautum inproviso adortæ.' XXVII. 28. 'Magis quia inproviso id fecerat, quam quod par viribus esset, anceps certamen erat.' c. 5. 'Inproviso in agrum Uticensem exscensionem fecit.' XXXVI. 38. 'Nocte inproviso castra Q. Minucii proconsulis adgressi sunt.' XXXVIII. 30. 'Nocte adorti vicum maritimum, nomine Lan, inproviso occupavere.' XLIV. 35. 'Si nocte inproviso valida manu adgressus necopinantes esset.' Et ita passim. *Improviso adortos* Florent. a m. sec. *improviso adorti clamore*, una voce omissa, Gaertn. *improviso adorti postmodum clamore* Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. nisi quod in posteriori insuper sit *improvisu*. Verum emphasis est in voce *primo*, ut inde probetur, ad Cortuosam nihil certaminis fuisse. Ipnuit enim Livius tam molliter hostes restitisse, ut, ne semel quidem repulsis Romanis, iterato clamore de integro eos invadere necesse non fuerit. Ita I. 11. 'Fusi igitur primo inpetu et clamore hostes: oppidum captum:' hoc lib. c. 10. 'Completisque fossis scalæ admotæ, et clamore primo inpetuque oppidum capitur.' c. 29. 'Primo inpetu ac clamore dissipati ordines sunt.' VII. 37. 'Castra quum primo clamore atque inpetu cepisset.' VIII. 16. 'Quum hostes ab superioris etiam certaminis memoria pavidos clamore atque inpetu primo fudisset.' Hinc facile victi 'ne primum quidem clamorem atque inpetum sustinuisse' dicuntur X. 41. 'Nec sustinuissent primum clamorem atque inpetum Romanorum, per aliquot jam annos vinci adsueti.' XXV. 21. 'Ergo ne clamorem quidem atque inpetum primum eorum Romani sustinuere.' c. 41. 'Itaque haud magni certaminis fuit. Primus clamor atque inpetus rem decrevit.' Contra militum de victoria, licet non desperantium, attamen laborantium signum erat, si clamor renovaretur ac redintegraretur. Vide ad IV. 37. § 9. Præterea, *primo clangore* in ed. Campani esse, monet Gebh. supra ad c. 2. § 12. Sæpe hæ voces in Mss. commutari solent. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Met. III. 706. ad Met. XII. 528. et Burm. ad Val. Flacc. II. 389. Verum hoc loco non modo omnes codd. et reliqui excusi *clamore* defendunt, sed etiam stridulus hic sonus militibus pugnam incipientibus non convenit, quibus *clamorem* in locis supra laudatis Livius constanter tribuit. At 'clangor' est avium; (vide ad v. 47. § 4.) vel lituorum, tubarum, similiumque instrumentorum, quorum usus est in castris ac prœliis. Vide quæ notavi ad Silii v. 199. Et hoc sensu clamorem viris, clangorem tubis tribuit Virgil. Æn. II. 313. 'Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum.' Denique vox *inpetu*, quam servant alii, et cum *clamore* sæpius supra junxit Livius, exsulat male ab Harl. 2. At contra addita voce *primo clamore atque inpetu vi cepere* præfert Voss. 1. a m. pr. Verum recte postea additis notis librarius eam perperam scriptam esse ostendit. Et videtur ex scholio marginali huc inrepsisse. Nam, 'vi capere' et 'inpetu capere' idem esse, vidimus ad cap. præc. § 10. Paullo ante præpositio *Ad* male omissa erat in Harl. 1. et Leid. 1.

Digitized by Google

Direptum oppidum atque incensum est] *Diruptum* fragm. Hav. *dirutum* Hearnii Oxon. N. in margine. Vide modo ad hunc eumdem § *direptum oppidum incensum est* Lov. 4. a m. pr. *incensumque est* a m. sec.

§ 10 *Quum in sex partes divisus exercitus Romanus senis horis in orbem succederet*] *Quum sex partes* Leid. 1. Sed præpositionem intercepit litera finalis vocis præced. Vide ad x. 13. § 3. Deinde *senis oris*, neglecta adspiratione, Leid. 1. et Gaertn. Vide ad v. 37. § 2. *senioris* Flor. Tum *in urbem* Port. Vide ad v. 19. § 11. ubi etiam inlustratur locutio *in orbem*. Denique *succedĕt* Hav. Vide ad II. 56. § 7. Paullo ante *eos subegit*, trajectis vocibus, Lov. 2.

Oppidanos eosdem integro semper certamini] *Integros* Harl. 1. Cujus erroris vel illa caussa est, quam dedimus hoc lib. c. 3. § 8. vel in fine hujus vocis repetita est litera initialis proximæ. Vide ad XXVIII. 25. § 2.

Cessere tandem, locusque invadendi urbem Romanis datus est] *Cessere tamen* Voss. 1. a m. pr. et Lov. 5. a m. pr. solito scribarum errore. Vide ad XXII. 2. § 11. Tum *locus quem vadendi* Leid. 1. perperam in voces divisis literis, quod in hoc codice obvium est, et *τοῖς* in coalescentibus in *m*. Vide ad XXXVI. 6. § 4. Deinde *invadendi urbes* Port. a m. pr. quasi de utraque urbe, et non sola Contenebra sermo foret. Hinc *Romanus datus est* Port. a m. pr. eodem iterum errore, de quo dictum est ad cap. 3. § 8. Voces *datus est* neglegenter omittuntur in Gaertn. *datus est Romanis*, transposito ordine, edd. vett. ante Aldum, cui trajicienti, ut nunc editur, favent scripti.

§ 11 *Dum cunctantur, jam militum præda erat*] *Dum cunctatur* Lov. 4. 5. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. in quo *cunctatum* a m. pr. fuisse videtur, quasi inpersonale passivum foret. Verum licet *cuncto* Plautus dixerit in Casin. IV. 2. 13. idemque et aliis in usu fuisse, Nonium uno Attii ac gemino Ennii loco ostendere, Voss. observet Gramm. v. 7. id tamen non seculi Liviani esse puto. Verius itaque est, librarios hos incidisse in codd. in quibus lineam, literæ *n* notam, *τῷ a* addere omissum est. Deinde *jam militum turba erat* Lov. 1. 4. Voss. 1. et Leid. 2. Similes turbas in his vocibus confundendis frequenter librarios dedisse, observat Burmann. ad Rutilii Itiner. I. 613. *Jam mil. præda erat in opp.* Gaertn. et Hav. *jam mil. turba erat in opp.* Harl. 2. et Port. Sed voces *in oppido* in melioribus codd. non adparent. Paullo ante *publicare prædam*, pro *publicari præd.* et in verbis seqq. *nisi ante per invidiam*, addita secunda voce, præfert Hav.

§ 12 *Capitolium quoque saxo quadrato substructum est*] Pall. 1. ac 3. *obstructum*. Pal. 2. *constructum*. Camp. *saxo quadrato subtractum est opus*. Omnes prave. Sola Andreæ ed. nihil hic peccat. *Gebh. Capitoliumque saxo* Port. Vide ad v. 26. § 1. vox *saxo* male deficit in Voss. 2. quam omnino sensus requirit. Deinde *constructum est* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *obstructum est* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. *sobstructum est* Harl. 1. *saxo quadratos obstructum est* Leid. 1. unde origo erroris librariorum detegi potest. Verum est *substructum*. Intelligitur enim murus, ex lapide quadrato factus, circa radicem montis Capitolini ejusque partes inferiores, qui prohiberet, ne terra delaberetur. Plin. XXXVI. 15. 'Tunc senes aggeris vastum spatium et substructiones insanas Capitolii mirabantur.' Vide Balbi Lexicon Vitruv. in voce 'Substructio,' et Beroaldi Annotat. in Colum. eadem voce. In fine capitis *opus vel in hac magnif. urbis conspiciendæ* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad cap. 3. § 8.

CAP. V. § 1 *Civitate ædificando*

Digitized by Google

occupata, conciones suas frequentare] *Civitatem ædif. occupati* Lov. 2. 4. et 5. a m. pr. *civitatẽ ædif. occupata* Port. et fragm. Hav. *civitate ædif. occupatọ* Leid. 2. Vide hoc lib. ad c. 3. § 8. Tum *conditiones suas* Leid. 1. a m. pr. Vide ad IV. 12. § 7. *Contentiones suas* pro varia lectione margo obfert Voss. 1. Sed solent hæ voces in scriptis confundi. Vide ad IV. 6. § 4.

§ 2 *Ostentabatur in spem Pomptinus ager*] In his verbis non video aliam sententiam, quam plebi a tribunis spes fiebat dividendi agri Pomptini. Sed offendit me genus loquendi. 'Ostendere' et 'ostentare spem alicujus rei,' pro 'spem facere,' ubique legitur: 'ostendere' et 'ostentare rem aliquam in spem' an ea significatione usquam inveniatur, mihi incognitum est. Interim, dum hoc didicero, licebit, opinor, conjecturam in medium adferre, pro *in spem* legi posse *in speciem*, hoc sensu: Tribuni plebi spem faciebant agri Pomptini dividendi, et honesta hac specie conciones suas frequentiores reddendi utebantur, quod præ se ferebant, se de commodis plebis acturos. 'Ostendere' et 'ostentare' sæpe idem esse, quod promittere, spem facere, nemo ignorat. Cicero ad Famil. IX. 8. 'Munus flagitare, quamvis quis ostenderit, ne populus quidem solet.' Sallust. Jug. cap. 66. 'Prædam benigne ostentat.' Et sic omnes alii. *Spes* et *species* autem etiam alibi commutantur. Vide Langium et Fabritium ad Cic. de Offic. II. 3. *Duk.* Præpositionem *in* non agnoscunt Leid. 1. et Harl. 1. *ostendebatur sæpe Promptinus ager* Lov. 2. *ostendebatur in spem Pontinus ager* Lov. 4. 'ostendere' et 'ostentare' in Mss. commutari, videbimus ad XXVIII. 3. § 11. *Ostentabatur autem protinus ager in spem* Harl. 2. *ostentabatur autem Pontinius ager in spem* Port. et Hav. *ostentabatur autem in spem Pomptinus ager* Gaertn. Verum τὸ *autem*, quod in nullo meliorum codicum adparet, est ex illis particulis, quibus interpolatores orationem Livianam, suo arbitrio hiantem, passim fulcire ac connectere conati sunt. Vide ad Livii XXI. 40. § 11. *Promptinus ager* Flor. a m. pr. Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. *Pomtinus ager* Leid. 2. *Pontinus ager* Lov. 2. *Pontinius ager* Voss. 1. et Lov. 5. Sed *Pomptinus* veriorem orthographiam esse, dictum est ad II. 34. § 4.

Tum primum, post accisas a Camillo Volscorum res, possessionis haud ambiguæ] *Occisas res* Lov. 2. 3. Leid. 1. et Voss. 2. cum edd. vett. Rom. 1472. et Parm. *decisas* fragm. Hav. *ascisas* Leid. 2. et Lov. 1. *abscisas* Voss. 1. in marg. Lov. 5. et Port. a m. pr. *abscissas* Harl. 2. Lov. 4. et Hav. Sed vulgatum, quod ex meis superest in contextu Leid. 1. in Harl. 1. in Gaertn. et in Port. a m. sec. genuinum ac vere Livianum est; quem ita loqui solitum fuisse, patet ex illis quæ notata sunt supra ad III. 10. § 8. Deinde præpositio *a* deficit in Leid. 2. quam reliqui servant. Tum *possessiones haud ambiguæ* Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Gaertn. et Port. quasi per adpositionem diceretur *ager Pomptinus possessiones haud ambiguæ*. Sed ita Livius potius dixisset *possessio haud ambigua*. Corruptius *possessiones ad ambiguæ* ostentant Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. Sed, *ad* non raro pro *aut* vel *haud* in nonnullis codd. exarari, monuit Nic. Heins. ad Ovid. Fast. III. 238. Præterea *tunc primum* edd. principes, pro quo Aldus, consentientibus scriptis, dedit *tum primum*. Vide ad II. 12. § 15.

§ 3 *Multo eum infestiorem agrum ab nobilitate esse, quam a Volscis fuerit*] *Multum eum inferiorem agrum* Lov. 4. *eim*, id est *enim*, pro *eum*, Lov. 2. *inferiorem* etiam Lov. 5. a m. pr. Deinde utroque loco præpositionem omisit Hav. Sueton. in Aug. c. 8. 'Per

Digitized by Google

infestas hostibus vias, paucissimis comitibus, naufragio etiam facto, subsecutus.' Et ita Cortius docuit capiendum illud Sallust. Catil. c. 15. 'Animus impurus, Diis hominibusque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat.' Nihil tamen hic muto, quum reliqui omnes vulgatum servent, (nisi quod *a nobilitate* dederint scribæ Lov. 3. 4. Voss. 2. Gaertn. Port. et fragm. Hav.) et alibi Livius ita locutus sit, ut x. 46. 'Exercitum in agrum Vescinum, quia regio ea infesta ab Samnitibus erat, hibernatum duxit.' In uno Flor. τὸ *a* secundo loco deerat: sed, Livium præpositionem in similibus locutionibus repetere solitum fuisse, vidimus ad IV. 58. § 4. Deinde *fuit* Lov. 5. Vide ad XL. 14. § 10. Obliqua oratio hoc loco vulgatum exigit.

Ab illis enim, &c. incursiones eo factas] *Ab aliis enim* Klockian. Sed solent voces *alii* et *illi* in libris scriptis confundi. Vide ad XXIII. 7. § 3. *ab illis* reliqui scripti tuentur præter unum Hav. in quo est *ab his*. Et ita vir doctus in margine ed. Curionis legendum conjecit. Forte hujus lectionis auctor credidisse videtur *ab illis* ad proximum 'Volscis' referri non posse. Verum, quum mox 'nobiles' nominatim memorentur, per vocem *illis* non alios, quam Volscos, intelligi posse, satis adparet. Tum *et incursiones* Leid. 2. et Lov. 1. Denique particula *eo* deest in edd. antiquioribus, quam addidit Aldus, et præferunt omnes Mss. mei.

§ 4 *Nobiles homines in possessionem agri publici grassari*] *In possessione* Lov. 5. *inter possessiones* Lov. 4. *inter possessionem* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. quod exponi potest, 'interea dum possidetur;' quo sensu ὁ πάνυ Gronovius *inter fluctuantem aciem*, pro *in fluctuantem ac.*, scribendum conjicit, idque exponit, interea dum fluctuat utrimque acies. Potius tamen est, ut vulgatum verius existimetur. Passim enim *in* et *int'*, sive *inter*, in Mss. confundi solent. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. 'Grassari in possessionem,' ut 'grassari in te' II. 12. 'Trecenti conjuravimus principes juventutis Romanæ, ut in te hac via grassaremur.' Justin. II. 12. 'Quoniam ferro in homines non poterat, in ædificia igne grassatur.' XVI. 4. 'Neque se adfuturum amplius grassanti in populum senatui.' Τὸ *adversus* huic verbo junxit I. 9. 'Cum contemtu religionis grassatus etiam adversus Deos fuerat:' et Sueton. in Calig. c. 34. 'Nec minore livore ac malignitate, quam superbia sævitiaque, pene adversus omnis ævi homines grassatus est.' Tum *possessionem criminabantur agri*, inserta media voce, Harl. 2. et Hav. Sed illa ex superioribus male repetita est. Deinde *crassari* habet Klockian. de qua ratione scribendi vide ad II. 12. § 15. Similiter se etiam in Mss. suis Justini invenisse monuit Bongars. ad locum Justin. posteriorem in variar. lect. libello. Perperam ea vox omittitur in Port.

Nec, nisi, antequam omnia præripiant, divisus sit, locum ibi plebi fore] Et hic scribendum *præcipiant*, id est, 'prius capiant.' De quo verbo supra quoque semel atque iterum admonuimus. *Rhen.* Legendum *præcipiant*, ut referunt Pall. omnes Msti, et Campani ed. Vide hoc verbum sæpius restitutum Nasoni, Fabio, aliisque in Juvenilibus nostris I. 1. Infra c. 26. 'Non præcipiam gratiam publici beneficii.' *Gebh.* Vulgata ante Rhenanum lectio in nullo apud me cod. superest, nisi in uno Klockian. *Præcipitant* exhibet Harl. 1. Sed quum orationem obliquam subjunctivum requirere viderent librarii, pro eo dederunt *præcipitarent* in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *præcipiant* præferunt Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. et fragm. Hav.

Digitized by Google

Neque aliter in Oxoniensibus suis invenisse videtur Hearne, qui ita edens, ac monens, in ed. Rom. principe *præripiant* esse, et in margine cod. sui N. *præoccuparent* adscriptum legi, quod *τοῦ præciperent* glossema atque interpretatio est, tamen reliquorum codicum nullam mentionem fecit. Se etiam *præcipiant* in antiquo codice scriptum reperisse, testatur Pierius ad Maronis Æneid. x. 277. *Percipiant* habet Hav. De quo errore vide ad Livii XXXVIII. 20. § 1. De verbo 'præcipere' vide ad XXII. 41. § 9. Præterea *divisuri sint* Harl. 2. Port. et Hav. *divisuri sunt* Gaertn. Tum *locum ubi*, pro *loc. ibi*, idem Gaertn. Vide ad XXVII. 5. § 2. Tandem *plebei fore* Lov. 1.

§ 5 *Haud magnopere plebem moverant*] Gebhardus monuit ad IV. 3. § 2. duos Pall. codd. meliores præferre *magno opere*, quæ eadem lectio mihi quoque obvia fuit in Leid. 1. Lov. 1. 2. 5. Harl. 1. Gaertn. et Hav. quorum fide ita etiam edi curavi. Plura de eo videri possunt ad XXVIII. 18. § 4. Præterea *plebem moverat*, pro *pl. moverăt*, dederunt librarii Voss. 1. et Leid. 2. *moveunt* Flor. a m. pr. pro quo, erasa litera *u*, deinde datum est *movent*. Mox *in forum*, pro *in foro*, Lov. 1. et Leid. 2.

Et eamdem exhaustam inpensis, eoque agri inmemorem] Hic forte miraris aliquid desiderari. Itaque scito sermonem elegantissimum Livii vitiatum esse. Reponendum juxta fidem archetypi Borbetomagensis *et eodem exhaustam impensis*. 'Eodem' subauditur 'ædificando.' Nam præcedit 'ædificandi curam.' Id quod non vidit is, qui locum depravavit. Porro non est tam inops verborum Livius, ut amphibologiam committat, cum dubium sit, quid accusativus *eamdem* referat, *plebemne*, an *curam*. Rhen. Recte *eodem* Rhenanus revocavit; idque non modo servant codd. scripti, nisi quod *et eo exhaustum* in suo Klockius repererit; verum etiam edd. principes. Primus Ascensius a. 1513. et 1516. sive pro varia lectione, sive pro emendatione, in margine ostentavit *et eandem*, quod postea in contextum receperunt Moguntini. Eorum autem exemplum inde secuti sunt Colon. a. 1525. Cervicorn. Ascens. a. 1530. et Froben. in pr. ed. qui quadriennio post, Livium cum annotationibus Rhenani et Gelenii typis describens, etiam Rhenani emendationem in contextum admisit. Præterea *impensis exhaustam* Voss. 2. et Lov. 3. *exhausta impensis* fragm. Hav. *exhaustum impensis* Leid. 2. Insuper *eo quod agri immemorem* fragm. Hav. cujus librarius non satis diligenter distinxit varios ductus; quibus voces *que* et *quod* in Mss. exarari solent. Vide ad II. 41. § 8. *eoque agro immemorem* edd. Rom. a. 1472. et Parm. Paullo post *atque instruendum*, pro *ad quem instruendum*, Flor.

§ 6 *Tum etiam ab recenti clade superstitiosis principibus, ut renovarentur auspicia*] *Tunc etiam* Leid. 2. Lov. 1. 5. et primæ edd. ante Aldum, cui *tum etiam* edenti consentiunt reliqui scripti. Deinde *a recenti clade* Gaertn. Tum *superstitiosis c'mibus*, sive *criminibus*, Leid. 2. et Lov. 1. *superstitiosis princibus* Harl. 1. quomodo in alio cod. etiam peccatum erat III. 4. § 5. Insuper *renovarentur auspicio* Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. Male. Vide ad V. 52. § 9. Mox *redit*, pro *rediit*, Flor. Vide ad XXXVI. 35. § 2.

Interreges deinceps M. Manlius Capitolinus] *Interreges deiñ* Gaertn. Male. Infra VII. 17. 'Interreges deinceps Q. Servilius Ahala, M. Fabius, Cn. Manlius,' &c. Et similiter etiam v. 17. 'Interreges tres deinceps fuere, L. Valerius, Q. Servilius Fidenas, M. Furius Camillus:' ubi similiter variatur. Vide quæ ad eum locum notavi. Præterea *M. Maulius* Harl. 2. *M. Mallius* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *M. Manilius* Lov. 4. et Hav. Vide ad XXXIV. 53. § 2.

Digitized by Google

Ser. Sulpicius Camerinus] Pronomine et nomine carent Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *serunt. Sulpicius* habet fragm. Hav. *Servilius Sulpicius* Lov. 4. Port. et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXII. Deinde *Cametinus* Leid. 2.

L. Valerius Potitus] *Putitus* Flor. Lov. 3. Leid. 1. et Harl. 1. *Ponticus* Port. *Potitius* Hav. et fragm. Hav. *Ponticius* Harl. 2.

§ 7 *L. Papirium, Cn. Sergium, L. Æmilium iterum, L. Licinium, M. Menenium, L. Valerium Publicolam tertium creat: hi ex interregno*] Hoc loco *Cn. Sergius* legitur. Postea vero a. CCCLXXV. hoc lib. c. 27. *Caius*, ubi *tertium* dicitur tribunus militum consulari potestate. Nec tamen, ubi iterum fuerit, uspiam invenio: ut plane suspicer, a. CCCLXX. hoc lib. c. 11. omissum ejus nomen. Nam post Camillum v. tribunum militum perpetuo sex fuere tribuni militum consulari potestate. *Glar.* Ita prope etiam veteres libri: præterquam quod, pro *L. Licinium, M. Menenium*, habent *Licinium Menenium*. Nam quum animadvertissent quidam, non nisi quinque tribunos militum memorari, *Licinium Meneniumque* duos fecerunt: quam inconsulte autem id egerint, unus Diodorus ostendere potest, apud quem hujus anni tribuni his nominibus eduntur lib. XV. p. 469. Λεύκιος Παπίριος, Γάϊος Κορνήλιος, Λεύκιος Μενήνιος, Γάϊος Σερουίλιος, Οὐαλέριος Ἄϋλος, Κόϊντος Φάβιος. Ita, pro *Cn. Sergio*, est *C. Servilius*; pro *L. Æmilio, Q. Fabius*. Additur postremo sextus tribunus, vitio librariorum apud Livium omissus, *C. Cornelius*. Erroris causam præbuit librariis, quod, cum scripturi essent 'C. Cornelius, C. Sergius,' 'C. Sergium' tantum scripserunt, alterum reliquerunt. Puto autem legendum esse, *C. Sergius*. Nam Livius post c. 27. etiam *C. Sergium III.* tribunum edit. Non ergo *Licinius Menenius*, sed *L. Menenius* legendum, ut Diodorus ait. Nam prænomen huic quærimus: 'Licinius' autem generis nomen est. *Sigon.* Rott. Voss. 1. Flor. *creati: hi.* Forte, *L. Papirius, C. Cornelius, C. Sergius, L. Æmilius iterum, L. Menenius, L. Valerius Poplicola tertium creati, ex interregno, &c.* J. F. Gron. Secundi tribuni *C. Cornelii* nomen deest etiam in omnibus meis scriptis; quod ex Diodoro revocandum esse censuit etiam Pighius in Annal. ad a. CCCLXVII. p. 231. Deinde Sergio prænomen *Cn.* tribuitur in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 3. et Harl. 1. *Gn.* in Leid. 2. et fragm. Hav. Idem in exemplari suo invenisse videtur scriba Lov. 2. qui tamen aberrans dedit *cũ*. Hearne etiam testatur, *Gn.* vel *Cn.* esse in Oxon. C. aliisque, qui ex cod. N. laudat prænomen *M.* quod etiam obferunt Voss. 1. Lov. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. et Hav. Sed recte Glareanus et Sigonius *Caii* prænomen ei fuisse docuerunt. Tum *L. Æmilium iterum, L. Menenium* omittit Harl. 1. Pro *L. Menenium, Lucinium* habet Voss. 1. *Licinium* Leid. 2. et Lov. 1. *Licinium Menenium* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. N. C. atque Excerpta Pithœi. *Lucinium Menenium* Lov. 2. Vide ad VI. 27. § 2. Hinc *Publicolam*, non *Poplicolam*, Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *Publicoiam* Harl. 1. Vide ad II. 8. § 1. Insuper *Cestium creat: ii* Lov. 3. *tertio*, vel *tertium, dixit, Creati hi*, vel *hii, ex interregno* Harl. 2. Gaertn. Port. et Hearnii Oxon. C. et L. 2. *tertio dixit. Creari hi ex interregno* Hav. *tertium creati. Hi ex interregno* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 2. 4. 5. Harl. 1. et fragm. Hav. Totus vero locus in eodem fragm. Hav. a m. sec. ita concipitur: *L. Papirius, Cn. Sergius, L. Æmilius iterum; Licinius Menenius, L. Valerius Publi-*

Digitized by Google

cola tertium creati: hii ex interregno. Creati, pro *creat*, etiam Lov. 1. *creata* Flor. Hinc Gronovii conjectura plurimum firmatur; quam etiam veram esse existimo, licet in contextum recipere nondum audeam.

Ex interregno magistratum occepere] *Eccepere* Flor. *accepere* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. quod et perperam codd. suos hoc loco præferre, monuit Gebhardus ad Livii I. 7. § 6. Sed vulgatum servant recte plerique codd. optimi. Neque aliter habent editi, nisi quod Veneti 1498. dederint *occipere*. Vide de hoc verbo ad v. 9. § 1.

§ 8 *Eo anno ædes Martis, Gallico bello vota, dedicata est a T. Quinctio*] *Eodem anno* Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. Et ita editum exstitit ante Aldum, qui *Eo*, consentientibus reliquis mann exaratis, substituit. Vide ad x. 10. § 6. Insuper *ædis Martis* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. Klockian. et Hav. a m. pr. Plura vide ad IV. 25. § 3. Denique *ab T. Quintio* Hav. *a L. Quintio* Lov. 2. Mox *faciendis*, pro *faciundis*, Voss. ambo, Leid. ambo, Flor. Lov. quinque, Hav. fragm. Hav. et Gaertn. Vide ad XXVI. 36. § 11.

Stellatina, Pomentina, Sabbatina, Narniensis] Est in altero codice *Tromentina*. Rhen. Annius Viterbiensis, homo Hetruscus, legendum putat *Tromentina* pro *Pomentina*, et *Arniensis* pro *Narniensis*, qua de re quidam posterius nomen mutarunt: at in priore neminem vidi motum, ut variaret; neque enim firmis pugnat rationibus. *Glar. Tromentina, Sabatina*, ex vet. lib. ut ante dixi. *Sigon. Tromentina* Pall. duo meliores. Pal. 2. vero *Nomantina*. Camp. *Nomentina*. Gebh. Trium priorum tribuum nomina omittuntur in Hav. De primæ nomine inter omnes codd. convenit, nisi quod perperam *Stalatina* vocetur in Lov. 5. secunda *Romentina*, omissa prima litera, vocatur in Flor. unde Salvinius, qui hunc cod. contulit, *Pometina* legendum conjecit. *Nomantina* est in Harl. 2. et Port. *Momentina* in Lov. 4. *Tormentina* in Lov. 2. et fragm. Hav. *Trementina* in Lov. 5. et Harl. 1. Reliqui *Tromentina* legunt, nisi quod juncta duplici scriptura *Tronomantina* habeat Gaertn. Editionum, quas vidi, antiquissimæ dederunt *Tromentina*, pro quo *Tormentina* substituit Parm. *Promentina* Mediol. 1480. et Tarvis. utraque. Veneta deinde 1495. dedit *Pometina*. *Tromentina* revocarunt Mediol. ejusdem anni, et aliæ. Ascensius 1513. *Pomentina*, Frobenius 1535. *Pomatina*. Ex quo patet, non omnes edd. consuluisse Glarean. quum neminem motum crederet, ut *Tromentina* ederet. *Tromentina* autem veram lectionem esse, vidimus ad Epit. Liv. lib. VI. Omnino enim erravit Philipp. Cluverius Ital. Antiq. II. 3. p. 550. qui legebat *Pomptina*, eamque dictam existimabat ab agro Pomptino, qui extra Etruriam in Volscis situs fuit. Quamvis enim tribuni, ut conciones suas legibus agrariis frequentarent, plebi in spem ostentasse dicantur Pomptinum agrum, tum primum, post accisas a Camillo Volscorum res, possessionis haud ambiguæ, nondum tamen inter cives erat divisus, sed demum id fit hoc lib. c. 21. et ex eo dicta tribus prioribus addita refertur VII. 15. Quin et, quum in novas has quatuor tribus relati dicantur, qui Veientium, Capenatium, ac Faliscorum, qui omnes Etrusci fuerunt, ad Romanos transfugerant, ut mox latius videbimus, ac tribus reliquis tribubus propterea nomina Etrusca inposita fuerint, cur, quæso, uni huic nomen Volscum datum foret, ex qua tamen gente nulli in civitatem accepti narrantur? Tertia tribus dicitur *Sabatrina* in Lov. 3. *Sabratrina* in Voss. 2. *Suabatina* in Gaertn. *Sabbatina* in Leid. 2. Lov. 1. et fragm.

Digitized by Google

Hav. *Sabantina* in Port. Sed recte *Sabatina* emendavit Sigonius, consentientibus optimis scriptis. Vide etiam ad Epit. Liv. l. laud. Ceterum primæ edd. trajectis contra auctoritatem codicum vocibus, hujus tribus nomen præcedenti præponunt. Quare recte ordinem illum Aldus mutavit. Ultima tandem vocatur *Thamensis* in Gaertn. *Nermensis* in Harl. 2. *Narmensis* in Hav. *Narniensis* in Port. et Lov. 4. ac 5. *Arriensis* in fragm. Hav. *Arinensis* in Voss. 1. et Lov. 1. *Arniensis* in Flor. Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 2. 3. Harl. 1. Klockian. et Hearnii Oxon. B. atque L. 2. Similiter est in edd. vetustissimis, nisi quod in Rom. 1472. invenerim *Armensis*. Postea Veneti 1495. dederunt *Narniensis*. Eos autem præeuntes secuti sunt Ascensius quatnor edd. Mogunt. Cervic. et Paris. 1529. Sed, quum proximi priorem lectionem *Arniensis* revocassent, Sigonius iterum in prima ed. Scholiorum *Narniensis* ex vet. lib. legendum esse monuit, eamque lectionem in contextum recepit, et in seqq. edd. retinuit, quamvis ibi partem illam hujus Scholii, ubi de ea lectione agebat, omiserit, immo etiam sententiam plane mutaverit, ut constat ex ejus lib. I. de Antiq. Jur. Civ. Rom. c. 3. p. 13. ubi *Arniensis* tribus nomen ab nomine 'Arni' fluminis Etruriæ deduxit. Editores deinde post Sigonium *Arnienses* retinuerunt usque ad Gronov. qui iterum *Narniensis* admisit, idque defendit ad Livii XXIX. 37. § 10. Gronovii autem lectionem recentiores editores servarunt; Doujatius etiam ad hunc locum illam alteri prætulit hoc argumento, quod 'Narnia' propior est in Umbria citeriore ad fines Sabinorum. Sed antecessorum Parisiensium primicerium scire oportuerat, Narniam, cui fluvius Nar nomen dedit, hoc tempore adhuc 'Neqninum' adpellatam esse, et fere nonaginta demum annis postea 'Narniæ' nomen accepisse, quum eo colonia deduceretur. Ita ultro vidisset, tribum Romanam inde hoc tempore vocari non potuisse. Quamvis autem Doujatius hanc lectionem alteri præferat, attamen eam non probavit, sed *Axiensis* scribendum conjecit ab 'Axia,' oppido agri Tarquiniensis, superioribus vicino. De oppido hoc 'Axia' vide Cluverium Ital. Antiq. II. 3. p. 521. Verum quis umquam 'tribus Axiensis' meminit? Infinita supersunt marmora, quæ tribuum Romanarum memoriam nobis conservarunt; at in nulla eorum 'Axiensis' obcurrit. Merito igitur Utopiæ potius, quam populi Romani, tribum fuisse puto, in qua numquam nasciturі censeri poterunt. Contra 'Arniensis' veram scripturam esse arbitror, eamque in contextum recepi. In marmoribus enim antiqnis sæpissime memoratur *tribus* AR. vel ARN. vel ARNIEN. vel ARNIENSIS, et in paucis etiam ARNENSIS, sed numquam NARNIENSIS, vel AXIENSIS. Vide indicem corporis Gruteriani c. 12. et adde Manutium ad Cic. ad Famil. VIII. 8. Sententiæ Sigonii, *Arniensem* ab 'Arno' Etruriæ fluvio dictam esse, adversatur Phil. Cluverius Ital. Antiq. II. 3. p. 550. cujus hæc sunt verba: ''Arniensis tribus' utrum ex Etruria, an alia circa Urbem regione deducta fuerit, nemini umquam satis constabit; quando nulla ejus præterea exstat mentio: et parum certum, incorruptum id esse vocabulum. Qui ab 'Arno' fluvio deducunt, parum attente Livii historias legisse videntur: quidpe nulla ad ea tempora Romanis ad Arnum usque prolata fuere arma, nullum imperium.' Hæc ille. Sed in verbis his bis terve graviter obfendit. Primo enim miror Cluverium scribere potuisse nullam hujus tribus mentionem exstare, præterquam hoc Livii loco; quum non modo ejus meminerit Livius XXIX. 37. verum eti-

Digitized by Google

am, ne de lapidibus literatis dicam, Sigon. de Antiq. Jur. Civ. Rom. loco laud. aliique docuerint, eam etiam memorari apud Cic. in Orat. Agrar. II. 29. 'A Suburana usque ad Arniensem nomina vestra proponat:' ad quem locum consulendi sunt eruditi commentatores. Deinde dubitare non debuerat, utrum hæc tribus ex Etruria, an alia circa Urbem regione deducta fuerit. Livius enim hic expressis verbis docet, quatuor illas tribus 'ex novis civibus additas' esse: cap. autem præcedenti monet, per novos cives intelligendos esse, 'qui Veientium, Capenatiumque ac Faliscorum per ea bella transfugerant ad Romanos, et in civitatem accepti' erant. Veientes autem Capenatesque et Faliscos fuisse Etruscos notissimum est. Denique sententiæ Sigonii, nomen ab 'Arno' flumine deducentis, non obstat, quod nulla ad ea tempora Romanis ad Arnum usque prolata fuerint arma, nullum imperium. Livius enim novas tribus additas esse dicit non ex illis qui bello victi ac subacti erant, sed ex Veientibus, Capenatibus, ac Faliscis, qui 'transfugerant ad Romanos.' Licet autem Veientes, Capenates, ac Faliscí longo satis terrarum tractu ab Arno remoti fuerint, potuerunt tamen unam tribuum, in quas relati erant a Romanis, ex nomine Arni, celebris in patria antiqua Etruria fluminis, adpellasse. Potuerunt etiam illis admixti fuisse Clusini Arno propiores, quorum occasione bellum cum Gallis erat susceptum, et quos agrum latius possedisse, quam coluisse, dixerant Galli v. 36. Hæc itaque Sigonii etymologia verisimilis videbitur, donec verisimilior alia aliunde ostendatur. Ceterum tribuum *Tromentinæ*, sive, ut vocavit, *Trometinæ*, et *Arniensis* nomina adseruit Annius Viterbiensis in commentario ad supposititii Q. Fabii Pictor. de Aureo Seculo lib. II. non longe a fine.

Eæque triginta quinque tribuum numerum explevere] Hic numerus mihi suspectus de XXXV. tribubus, denario: quippe tempore Coriolani XXI. erant tribus, auctore Dionysio Halic. lib. VII. p. 469. hoc autem loco quatuor additæ efficiunt numerum XXV. Neque ullas hactenus tribus additas memini. Cum autem tempore Livii tribuum numerus erat XXXV. ut ex libro primo c. 43. patet in Ser. Tullio, quatuor autem ultimis hujus decados libris binæ additæ inveniantur, præter quatuor urbanas, a Q. Fabio Maximo (qui id cognominis ea de caussa habere meruit) IX. 46. adjectas, quomodo hic legemus *XXXV*? Errorem errori accumulavit, ut puto, locus ille II. 21. A. U. C. CCLIX. ubi *XXXI. tribus*, pro *XXI. tr.* leguntur factæ: quod ibidem annotavimus: quamquam *tribus* nomen late patet, ut vel apud Dionysium liquet in Ser. Tullio. *Glar.* Lege *viginti quinque*, ex vet. lib. ut ante. *Sigon.* Videntur hæc verba adjecta esse ab aliquo, qui non animadvertit VII. 15. a Livio scribi duas adjectas esse tribus, item totidem VIII. 17. item duas IX. 20. et duas præterea alias X. 9. quæ hac ratione numerum efficerent tribuum, non XXXV. sed XLIII. Vide quæ notavimus ad I. 43. *Ursinus. Viginti quinque*, non *triginta quinque*, legunt omnes, quos consului, codd. scripti: quod idem etiam de Mss. Oxoniensibus Hearne testatur. Vide Sigonium aliosque ad II. 21. § 7. Ceterum inter tribus post hæc tempora veteribus adjectas male Glareanus numerare videtur quatuor urbanas, quarum Liv. IX. 46. meminit. Non enim Q. Fabius et P. Decius censores facti eas novas addidisse, sed 'omnem forensem turbam excretam in eas,' quæ nempe jam antea exstiterant, 'conjecisse, urbanasque' tribus 'adpellasse' dicto loco referuntur; sive, 'omnem forensem turbam in quatuor tantum modo tribus descripsisse, eas-

Digitized by Google

que urbanas adpellasse' apud Val. Max. II. 2. ex. 9. Nam etiam sine quatuor illis urbanis post hunc annum decem novas adjectas esse constabit, si octo ab Ursino enumeratis addantur duæ, quarum mentio fit in Epit. Liv. lib. XIX. Ceterum *a q̄ viginti* habet Voss. 1. *τῷ a* tamen addita nota, qua eam expungendam, legendumque *quæ viginti* librarius indicavit, quemadmodum præfert Lov. 1. *qua viginti* Leid. 2. *heeque viginti* Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *hee viginti* Lov. 2. et 5. *æa viginti* Leid. 1. *hæ viginti* Lov. 4. Port. et Hav. Denique *tribuni*, pro *tribuum*, male Harl. 2. et Hav.

CAP. VI. § 1 *De agro Pomptino ab L. Sicinio tribuno plebis actum*] *De agro Pontico* Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. et Port. *De agro Pontino* Voss. 1. Leid. 2. et Hav. *De agro Promptino* Leid. 1. Lov. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad II. 34. § 4. et hoc cap. ad § 4. Tum *ab L. Icinio tribuno* Harl. 1. *ab Ilicinio tribuno* Voss. 2. et Lov. 3. *ab Licinio tribuno* Leid. 1. Lov. 2. 5. et fragm. Hav. *a L. Licinio* Gaertn. *a L. Sicinio tribuno* edd. Aldina priores.

Ad frequentiorem jam populum, mobilioremque ad cupiditatem agri] Copula *que* deest in Voss. 2. Leid. 2. et Harl. 2. Tum *nobilioremque* Hav. sollemni scribarum peccato. Vide ad X. 20. § 8. *Mobiliorem* respicit ad id, quod capite præced. dictum erat: 'Haud magno opere plebem moverant,' &c. Si libri addicerent, non displiceret *ob cupiditatem agri*, vel *ab cupiditate*. Sed et vulgatum defendi potest: plebs erat 'mobilior ad cupiditatem agri,' id est, facilius moveri poterat ad agrum cupiendum. Infra XXIX. 3. 'Mercede parari auxilia ex Afris, gente ad omnem auram spei mobili atque infida.' c. 12. 'Alias gentes motas esse ad spem novandi res.' Vox *agri* deficit in Lov. 5.

§ 2 *Et de Latino Hernicoque bello mentio facta in senatu*] *Hernico quoque bello* Lov. 2. et Leid. 1. Vide ad v. 27. § 1. *Hernicoque belloque* Harl. 2. Tum *facta mentio in senatu* Port. *facta mentio in senatum* Harl. 2. et Hav. *mentio facta est in senatum* Gaertn. *mentio facta in senatum* Lov. 3. et Leid. 1. Sed literam *m* finalem librarii in codd. præsertim autem in posterius memorato, pro lubitu vel addiderunt, vel expunxerunt. Vide ad II. 14. § 4.

Majoris belli cura, quod Etruria in armis erat, dilata est] *Quia Etruria in armis* Lov. 2. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. *quod in armis Etruria erat* Voss. 2. Deinde *dilatum est* ed. Veneta 1498. ut referatur ad præcedens 'bello,' non ad vocem 'mentio.' Verum ita majori distinctione interpungendum foret post τὰ 'facta in senatu.' Nunc melius periodus cohæret. Perperam et sine sensu Ascensius 1510. dedit *delata est res ad Camillum*. Ita enim mox verbum *rediit* superfluum erit, nec habebit quo referatur. Eodem errore *dilata res est ad Camillum* præfert Hav.

§ 3 *Res ad Camillum tribunum militum consulari potestate rediit*] Prima vox neglegentia scribæ omittebatur in Leid. 1. Deinde *tribunum militarem* habent Harl. 2. Port. et Hav. errore scribarum, qui non adsecuti sunt compendium *trib. mil. cons. pot.* Vide ad v. 16. § 1. Aliter in eadem re lapsos esse, vidimus ad IV. 57. § 9. *Cam. tempore medio cons. pot.* præfert Lov. 4.

Collegæ additi quinque, Ser. Cornelius Maluginensis] Quidam libri *Servilius*, quidam *Sergius Cornelius* habebant. Sed ea nomina sunt, non prænomina, ideoque *Servius* legendum. *Glar. Serg.* vel *Sergius Cornelius* ediderunt Frobenius 1531. et quidam postea; at *Servilius Cornelius* habent principes excusi usque ad Aldum, qui *Servius Cornelius* reposuit. Neque aliter est in scriptis meis, duobus exceptis, quorum alter Lov. 2. *Q. Servilius Cornelius*, alter Hav. *Ser-*

Digitized by Google

vilius Cornelius exhibent. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXII. Insuper *quique*, pro *quinque*, Leid. uterque, lapsu scribarum. Sed tota illa vox exsulat ab Harl. 1. Ceterum secundum hunc tribunatum Ser. Cornelii esse, cui idcirco numerus in Livio addendus est, monet Pighius in Annal. ad ann. CCCLXVIII. p. 232. Certe, eum hoc anno iterum tribunum esse, constat ex Sigonio ad Livii v. 36. § 12. Iterati tamen honoris vocabulum addi, necesse non esse, docent quæ supra dicta sunt ad II. 16. § 7.

Fidenas sextum, L. Quinctius Cincinnatus] *Sextus Lucius Quintus Cinc.* Voss. 1. et Gaertn. *Sextus Lucius Q. Cinc.* Flor. a m. sec. Lov. 4. et Hav. *Sextus Lucius Quintius Cinc.* Lov. 1. 5. et Leid. 2. *sextum, L. Quintus Cinc.* Voss. 2. et Leid. 1. *Quintus* prænomen, et *Quintius* nomen inscitia amanuensium sæpe commutantur. Vide ad III. 1. § 1. De orthographia cognominis *Cincinnatus* vide ad III. 12. § 8. Mox *Pullulus*, pro *Pulvillus*, Lov. 2.

P. Valerius] *L. Valerius* Voss. 1. Lov. 1. 2. 5. et Hearnii Oxon. N. *L. P. Valerius*, utroque prænomine juncto, Harl. 2. Port. et Hav. Et infra hoc cap. § 12. constanter omnes codd. certe mei, uno tantum excepto, *Lucii* prænomen tribuunt. Verum mendose. Sexies enim honorem tribunatus gessit, et quidem secundus memoratur c. 18. § 1. tertius c. 27. § 2. quartus c. 32. § 3. quintus c. 36. § 3. ubi tamen quinti tribunatus nota omittitur: sextus denique c. 42. § 2. *Publius* autem ubique in omnibus Mss. vocatur, præterquam c. 36. ubi *Aulus* dicitur. Sed vide quæ ibi notantur. Nisi autem hic legatur *Publius*, primum honoratissimi viri tribunatum Livius omisisset. Præterea *quartum* addidit Port. *quarto* Harl. 2. Gaertn. et Hav. quam vocem recte codd. reliqui ignorant, quum Valerius iste nunc primum fuerit tribunus consularis.

§ 4 *Aversæ curæ hominum sunt*] *Adversæ* Voss. 1, Lov. 1. 5. et fragm. Hav. errore scribarum. Vide ad II. 31. § 6. *curæ sunt hominum*, alio ordine, primæ edd. usque ad Aldum, qui transposuit, consentientibus Mss.

Ex agro Pomptino agmen repente inlatum in urbem adtulit] *Pontino* Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. et Port. *Pontinio* Voss. 1. et Hav. *Promptino* Lov. 2. et fragm. Hav. quam lectionem in margine obtulit Ascensius 1513. *Pometino* Mogunt. *Pontino* Aldus receperunt. Vide ad § 1. Deinde *in urbe* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 5. et Harl. 1. errore scribarum. Livius XXII. 47. 'Per præceps pavore fugientium agmen in mediam primum aciem inlati.' Vide ad III. 5. § 7. Mox *in armis rē*, pro *in armis esse*, Leid. 1. Forte dare voluit *in armis ee.*

Juventutem submisisse ad id bellum] Antiqua lectio *juventutem suam misisse* Rhen. Vet. lib. *juventutem summisisse.* Sigon. *Juventutem submisisse* Pall. non *suam misisse*, ut vulgati. *Grut. Juventutem submisisse* genuina lectio mihi est, stabilita Pall. trium consensu. Interim Rhen. prætulit *juventutem suam misisse.* Quid probasset, si incidisset in lect. Camp. *juventutem suam submisisse?* Gebh. Vocem *juventutem* omittit Harl. 1. *juventutemque suam misisse* legit Gaertn. *juventutem suam misisse* in Flor. fuisse videtur, ex quo nihil monitum video. Reliqui omnes, quibus usus sum, *juventutem submisisse* servarunt; quod et de Oxoniensibus suis Hearne professus est. Et recte. 'Submittere' est auxilio mittere. Infra XLIV. 4. 'Nec auxit copias, integros fessis submittendo.' Cæsar Bell. Gall. VII. 85. 'Cæsar, idoneum locum nactus, quid quaque in parte geratur, cognoscit, laborantibus submittit:' ubi Davis. alia loca laudat, illum ipsum vero Cæsaris male sollicitat, ut et visum est Cortio ad Sall. Jug. c. 54. § 10. Vel etiam 'submittere' est clam,

Digitized by Google

occulte mittere. Frontin. Strateg. H. 5. ex. 38. 'Cæsar, partim peditatu, quem præmiserat, partim ab tergo submissis equitibus, inordinatos est adortus.' III. 2. ex. 9. 'Occisisque calonibus, eorumdem vestitu milites suos, tamquam frumentum repertantes, submisit.' c. 6. ex. 6. 'Quemdam exploratæ solertiæ submisit ad Syracusanos.' Cic. in Verr. I. 41. 'Iste, tametsi singulari est audacia, tamen ad pupillæ matrem submittebat.'

§ 5 *Eo abnuentes, publicum fuisse consilium*] *Eos abnuentes* Harl. 1. errore scribæ, de quo vide ad c. 3. § 8. Tum *annuentes* Voss. 2. Lov. 1. 5. et fragm. Hav. familiari librariorum lapsu. Respicienda sunt quæ notantur ad XXXVI. 34. § 6.

§ 6 *Desierant jam ulla contemni bella*] *Desinerant jam ulla* Harl. 1. *Desiderant jam ulla* Lov. 1. 4. Voss. 1. et Leid. 1. *Desiderantia ulla* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. Insuper *contendi bella* Gaertn. Eodem errore, quo *contentu*, pro *contemtu*, datum erat hoc lib. c. 2. § 9.

Ubi quid bellici terroris ingruat] *Ubi quid bellici, ubi quid terroris ingruat* Hearnii Oxon. L. 1. Supra II. 3. 'Regem hominem esse, a quo impetres, ubi jus, ubi injuria opus sit.' Vide ad V. 34. § 4. Infra hoc lib. c. 24. 'Quis homo, quis Deus est, quem accusare possitis?' XXVII. 13. 'Qui pavor hic, qui terror, quæ repente oblivio animos cepit?' I. 59. 'Auctorque, quod viros, quod Romanos deceret, arma capiendi adversus hostilia ausos:' ubi etiam alia vide. Vulgatum tamen, reliquorum codd. auctoritate nixum, præfero. Et forte librarius L. 1. nihil aliud ea scriptura indicare voluit, quam duplici ordine se verba exarata invenisse, vel *ubi quid bellici terroris*, vel *bellici ubi quid terroris*. Certe non alius, quam 'bellicus terror' intelligi potest. Camillus enim præsertim bellica virtute florebat. Paullo ante *eum dicendum, si priv. esset*, alio ordine, unaque dictione omissa, Lov. 4. *si priv. fuisset*, pro *si priv. esset*, habet Leid. 2. Verba autem, *Dict. quippe dic. eum fuisse, si priv. esset*, desunt in Voss. 2. culpa librarii, cujus oculis inposuit repetita vox *esset*. Vide ad IX. 11. § 11. Mox alia serie *in uno viro esse* Gaertn. *in viro uno esse debere* scribendum conjicit vir doctus in margine ed. Curionis.

§ 7 *Sibique destinatum in animo esse*] *Defestinatum* Leid. 1. Deinde τὸ *esse* non adparet in Leid. 2.

Nec quidquam de majestate sua detractum credere] *Nequicquam* Voss. 2. Lov. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. *nequiquam* Flor. et Leid. 1. Sæpe τὰ *necquidquam* et *nequidquam* confundi solent. Quædam exempla vide ad IX. 18. § 5. Præterea *detractatum* Flor. Leid. 1. et Klockian. quo eodem errore *attractatum*, pro *attractum*, in uno cod. invenerunt viri docti ad Suet. Tib. c. 57. De eo errore ago ad X. 37. § 2. 'Detrahere de majestate sua' est eam minuere. Cic. in Verr. I. 9. 'De meo jure aliquid et commodo detraho.' De Amic. c. 16. 'Multæque res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt, detrahique patiuntur.'

Quod majestati ejus viri concessissent] Ms. *ejus viri concrevissent*. Optime. Vide Scalig. Auson. Lect. II. 6. *Klock.* Exstat hæc lectio *majestati* in sola Andreæ recensione. Alioqnin omnes *majestate*. Gebh. Lego *ultro*, pro *viri*. T. Faber. *Majestate* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Harl. 1. Deinde *consistent* Leid. 1. *consistat* Harl. 1. *conscissent* Lov. 2. *consisterent* Lov. 4. Reliqui *concessissent* servant, quod etiam genuinum puto. 'Concedere' est cedere. Supra II. 45. 'Ad crescentem tumultu jam metum seditionis collega concedente.' Ovid. Epist. Her. XVIII. 72. 'Concedunt flammis sidera cuncta tuis.' In hac locutione jam τῷ *concedere* casus tertius jungi

Digitized by Google

solet. Sallust. in Jug. c. 11. 'Dein tamen, uti ætati concederet, fatigatus a fratre, vix in partem alteram transductus est:' et c. 14. § 24. 'Si defessus malis injuriæ concessissem.' Quo utroque loco consulendus est Corte. Gratius in Cyneg. vs. 192. 'Tum non est, victi cui concessere labori:' ubi videndus est Burmann. Patet igitur ex his, vulgatum *majestati concessissent* probum esse. Similiter *cedere adpellatione*, pro *ced. adpellationi*, ac similia alia librariorum lapsu in Mss. obvia esse, vidimus ad III. 34. § 8. Denique vox *viri* deest in edd. vetustioribus, quam primus agnovit Aldus, et codd. constanter servant. Eam autem mutandi nullam aliam caussam Faber habuisse videtur, quam quod *viro* mox præcesserit. At illam legitimam ac justam non esse, docebunt, quæ notavi ad I. 3. § 9.

Conlaudatis ab senatu tribunis, et ipse Camillus, confusus animo] Iterum convisitur hæc lectio in sola vetustissima ed. Ceteri Pall. tres. Mss. et Campan. *confisus*. Gebh. *Confisus animo* etiam Leid. 2. Lov. quinque, Port. Gaertn. et Hav. *confixus animo* fragm. Hav. Sed utrumque mendosum, contra vero, vulgatam scripturam genuinam censeo, quam meliores codd. probant. Alibi 'confusus' et 'confisus' commutantur. Vide Burm. ad Suet. Cæs. c. 7. 'Confusus' dicitur perturbatus quocumque animi motu. Vide Vorst. de Latin. Merito Suspect. c. 17. Tennul. ad Frontin. I. 12. ex. 7. Burmann. ad Valer. Flacc. I. 79. ad Quinctil. Declam. VIII. 8. et IX. 16. et Corte ad Plinii Epist. I. 22. in fine; etiam Gebhardum ad II. 54. § 9. Interdum etiam exprimitur affectus, quo quis perturbatur, 'confusus pudore,' 'ira,' 'dolore.' Ovidius Epist. Heroid. XXI. 3. 'Nomine conjugii dicto, confusa pudore Sensi me totis erubuisse genis.' Curtius VII. 7. 'Alexander non ira solum, sed etiam pudore confusus, quod superstitio, quam celaverat, detegebatur.' 'Confusus' autem 'animo,' ut apud Frontin. I. 11. ex. 3. 'Confusis suorum animis, pro concione edixit, nullius se eo die opera usurum.' II. 7. ex. 2. 'Militum animos non tantum a confusione retraxit.' Quamvis autem *confusus* plerumque de animo dicatur, non tamen plane vacat additum *animo*. Nam et 'vultus' dicitur 'confundi,' cum perturbati animi signa etiam in vultu conspiciuntur. Infra XLI. 15. 'Quum templo egressus esset, paullo post rediit confuso vultu.' Curtius VI. 7. 'Huic Cebalinus, ore confuso magnæ perturbationis notas præ se ferens, aperit, quæ ex fratre comperat.' Id 'confusionem in vultu gerere' dixit Val. Max. III. 1. ex. 1. 'Quum adhuc puer ad Periclem avunculum suum venisset, eumque secreto tristem sedentem vidisset, interrogavit, quid ita tantam in vultu confusionem gereret.' Ceterum *Collaudatus igitur ab senatu et a tr. pl. et Camillus ipse* Lov. 2. *a senatu* autem Voss. 2. Gaertn. Lov. 5. et primæ edd. Alterum est ab Aldo, cum quo stant reliqui scripti.

§ 8 *Ingens indi, ait, onus a populo Romano sibi*] Correctores minime adtendunt, verbum esse vocem secundam, ac venire ab 'indere:' hinc passim habent editi *inde*. Grut. *Ingens in id ait unus* Lov. 2. Sed in vulgatum *inde ait* conspirant, quidquid vidi reliquorum codd. et edd. ante ultimam Gruteri, quæ *indi* in contextum recepit; non credo tamen, eum facile ulli hanc lectionem adprobaturum. Cur enim Camillus orationem tribus gradibus angens primo et ultimo membro proprium dedisset verbum; medio autem id vel ex præcedenti vel ex sequenti retrahendum reliquisset? Omnis oratio pendet a verbo 'injungi,' in fine addito. *Inde ait*, nempe quum tribunis, quos senatus conlaudave-

Digitized by Google

rat, gratias egisset. *Inde* igitur, id est, 'deinde.' Infra XLII. 55. 'Ad Larissam ducit. Inde, quum tria millia ferme abesset a Tripoli, (Scæam vocant) super Peneum amnem posuit castra:' ubi vide quæ notantur. Præterea *a populo Romano, si qui se* Port.

Qui se dictatorem jam quartum creasset] Non hoc loco quartum fit dictator Camillus, sed postea a. CCCLXXXVI. c. 38. quintum autem ad finem hujus libri c. 42. At tantum senatus de se judicium, collegarumque tam benignum animum perinde habuit, atque si dictator creatus fuisset; ipse enim non ita multo post dicturus est ad cunctabundos milites c. 7. 'An me, quod non dictator vobis, sed tribunus, signum dedi, non agnoscitis ducem?' *Glar. Creasset*, pro 'creaturus fuisset,' si privatus esset. Sic multa alia poni, supra adnotatum est. Primam dictaturam Camilli memorat Livius v. 19. secundam v. 46. tertiam VI. 2. quartam VI. 38. quintam ibid. et c. 42. *Duk. Creasset* commode exponi posset, 'creaturus fuisset;' nempe nisi summo in magistratu esset. Et ita opus non erit eo, quod adfert Doujatius, oblatam quidem ei nunc esse dictaturam, sed non delatam, aut certe non admissam. Oblatam enim Camillo nunc dictaturam fuisse, unde probari possit, non video. Aliud suadent verba hæc supra, 'Dictatorem quippe dicendum eum fuisse, si privatus esset.' Hæsisse hic etiam videtur librarius fragm. Hav. qui voces *jam quartum* primo omisit, ac postea, quamvis eadem manu, in margine adscripsit. Verum aliud hic latet. Quomodo enim 'populus Romanus' dicitur 'creasse,' vel creaturus fuisse, 'Camillum dictatorem?' quum potestas dicendi dictatorem fuerit penes consules vel tribunos militum consulari potestate; si id senatusconsulto facere jussi essent. Neque dici potest, per 'populum Romanum' hic intelligi digniorem ac præcipuam ejus partem, senatum ac tribunos consulares; distinguitur enim a senatu et tribunis; et Camillus fatetur, onus sibi injunctum 'a populo Romano' ingens, 'a senatu' magnum, 'a collegis' maximum esse. An respicitur ad id, quod aliquando in republica Romana observatum fuisse legitur? ut quidem dictator diceretur a magistratu, sed non alius, quam quem populus creari jusserat; de quo vide ad v. 46. § 10. Eo modo *creasset* hoc loco erit, 'creari jussurus fuisset.' Sed cogitent viri docti. Ceterum *quartum jam creasset* trajectis vocibus edd. principes, invitis omnibus scriptis. Quare recte ab Aldo mutatum est.

Magnum a senatu talibus de se judiciis] *Magnum jam senatu* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *magnum ab senatu* Port. Hav. et Lov. 4. Pronomen autem *se* deficit in Lov. 2.

Tam honoratorum collegarum obsequio] Vet. lib. *tam honorato colleg. obs.* Sigon. Recepi hanc lectionem, *tam honorato colleg. obs.* quod eam repereram in Pal. 2. vetustissimisque edd. Pall. reliqui duo *honoratum*. Vulgo *honoratorum collegarum*. Gebh. *Tam honorato collegarum obsequio* ex meis non nisi in levioris auctoritatis codd. Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. inveni: Hearne autem in Oxon. N. Sed *tam honoratum colleg. obs.* habent Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. fragm. Hav. et Klock. quod ipse Klockius *honeratûm*, pro 'honoratorum' accepit. *Tam oneratum colleg. obs.* Gaertn. *tam m̄ honoratum colleg. obs.* Harl. 1. *tam ornatorum colleg. obs.* Lov. 1. 'Ornare' et 'honorare' inter se commutari, videbimus ad XXXVI. 40. § 9. *Tam honoratorum colleg. obs.* primum obvium fuit apud Aldum; quod repudiare ausus non sum, licet aliud Sigonio et Gebhardo visum fuerit, iisque adsentiatur etiam Jac. Perizo-

Digitized by Google

nius, qui in margine Livii *tam honorato* scribendum conjecit. Verum, an collegas *tam honoratos* vocat, quod eorum quidam jam antea tribunatu functi fuerint, et Q. Servilius inprimis hoc anno eum honorem jam sextum gereret, quoties ipsi Camillo nondum obtigerat? Infra XXV. 5. 'Hic senes honoratosque juvenis in eo certamine devicit.' Vide Burmann. ad Nason. Fast. I. 52.

§ 9 *Si quid laboris vigiliarumque adjici possit*] *Si quid ei laboris vigiliarumque* Lov. 2. Male. Vide Gronov. ad X. 7. § 9. *si quid laboris vel vigil.* Gaertn. Tum *addici* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. qui error inde natus est, quod olim *adici*, pro *adjici*, librarii scripserint, ut etiam scriptum exstat in Flor. Leid. utroque, Lov. 1. 5. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad II. 10. § 9. Inde autem facile fit *addici*, ac sæpe factum est a librariis. Vide ad IV. 8. § 5. Deinde *posset* Gaertn.

Certantem secum ipsum adnisurum] *Certamen* est in Klockian. et edd. quibusdam antiquis. Deinde τὸ *ipsum* omittunt Harl. 2. et Port. Inverso ordine *ipsum secum* vulgarunt primi editores usque ad Aldum; cui transponenti, ut nunc exstat, favent reliqui codd. Præterea *advisurum* Harl. 2. *amissurum* Gaertn. *certante se tum ipsum adnixurum* habet Lov. 4.

Opinionem, quæ maxima sit, etiam constantem efficiat] *Opinioni* Lov. 1. Tum *constantem ei faciat* Leid. 1. Lov. 2. Harl. 1. et Hav. Paullo ante voces *de se*, quæ in excusis primis deerant, et ab Aldo demum in contextum admissæ sunt, supersunt in omnibus manu exaratis.

§ 10 *Se tamen, ut nihil timendi, sic nihil contemnendi auctorem esse*] *Sed tamen* Voss. 2. et Lov. 3. Interdum has voces librarii commutarunt. Vide Gebhard. ad IV. 41. § 3. et quæ notantur hoc lib. ad c. 23. § 9. Id vero facillime hic evenire potuit, si librarius alio verba præeunte codicem exaraverit, ob vicinum sonum primæ literæ vocis seq. eamque minus distincte pronunciarit. *Se tũ* Gaertn. Vide ad Livii XXII. 17. § 5. Paullo ante *sibi minarum*, pro *ibi min.*, ultima litera vocis præced. perperam in hujus initio repetita. Vide hoc lib. ad c. 4. § 5.

§ 11 *Circumsederi urbem Romanam ab invidia et odio finitimorum*] *Circumsidendi urbem* Lov. 5. *Circumsedendi urbem* Voss. 1. in contextu, pro quo *Circumsederi* emendandum est in margine: *Circumsedere* habet Leid 1. Hinc *urbem Romam* Lov. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX. Mox *atque odio* Hav. Voces autem *et odio finit. itaque et duc. pluribus et exerc.* non adparent in contextu fragm. Hav. eadem tamen manu ad marginem adjectæ sunt.

Itaque et ducibus pluribus et exercitibus administrandam rempublicum esse] Veteres libri *adminis. remp. opus esse.* Ex quo intellexi, legendum *ad adminis. remp. opus esse.* Sigon. Non est legitima hæc lectio *ad adminis. remp. opus esse*, invecta a credulitate Sigonii, qui, minima in codice varietate reperta, illico prolapsus fuerat ad emendandum. Pall. duo, edd. totidem veterrimæ, *et ducibus pluribus et exercitibus adminis. remp. esse.* Itaque eo modo reduxi. In Pal. 2. parent quoque hujus lectionis vestigia: quippe τὸ *ad* extritum est, et *opus* ultimo loco ab librario adsutum. *Gebh.* Vapulet Sigonii codex, qui hanc mangonum scripturam ei subjecit. Livii et sanorum librorum est, *itaque et ducibus pluribus et exercitibus administ. remp. esse.* Eamque firmat auctor XXIII. 49. 'Utroque impetrato conduxerunt, privataque pecunia respublica administrata est.' XXX. 41. 'Ut quatuordecim legionibus eo anno, centum navibus longis, respublica administraretur.' XL. 35. 'Ego jam hinc prædico, Patres conscripti, me exercitu eo, qui nunc est, rempubli-

Digitized by Google

cam administraturum.' *J. F. Gron.* Lectionem, quam Sigonius ex vet. lib. laudavit, tantum inveni in Hav. et in margine Port. Reliqui mei, ut et Hearnii Oxonienses, conspirant in eam, quam Gebhardus et Gronovius prætulerunt, nisi quod *administr. remp. esse* obferat Leid. 1. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad XL. 49. § 1. *administranda remp. esse* Lov. 3. 'Administrare rempublicam' etiam dixit Livius III. 42. 'Nihilo militiæ, quam domi, melius respublica administrata est.' XLV. 41. 'Quam feliciter rempublicam administraverim, non ignorare vos, Quirites, arbitror.' Similiter 'gerere rempublicam' II. 64. 'Et in Volscis respublica egregie gesta, quum ducis, tum militum opera:' ubi de ea locutione plura vide. Ceterum *ducibus plurimis* ediderunt Mediol. 1505. eosque secutus Ascensius 1513. et 1516. sed invitis codd. scriptis aliisque excusis, quum prioribus, tum posterioribus.

§ 12 *Te, inquit, P. Valeri, socium imperii consiliique*] Pall. omnes *L. Valeri:* neque aliter editiones cæcæ. *Gebh. L. Valeri* præferunt etiam omnes mei et Hearnii Oxon. B. N. C. atque excerpta Pith. Neque aliter edd. Rom. 1472. et Parm. Male. Vide hoc cap. § 3. Præterea *Te sum quid*, pro *Te, inquit*, Leid. 1. *T. ejus* Harl. 1. *Te siquidem* Hav. *Te quidem* Lov. 2. et 4. Deinde *solatium*, pro *socium*, Klockian. Infra hoc cap. 'Valerius socius imperii tectus adjecit.' Tandem *τὸ que* omittitur in Leid. 2.

Legiones mecum adversus Antiatem hostem ducere placet] Vox *mecum* deficit in fragm. Hav. Tum *adversum* Harl. 1. Vide ad Epitom. Liv. lib. XLVII. Præterea *Antiatem* male exsulat ab Harl. 2. Tandem *hostem ducem* Lov. 3.

§ 13 *Te, Q. Servili, altero exercitu*] *Teq; Servili* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. atque exc. Pithœi. Neque aliter, quas vidi, edd. ante Frobenianam 1535. quæ vulgatum prima recepit; quod etiam superest in optimis Leid. 1. et Harl. 1. Passim prænomen Q. sive *Quintus*, et copula *q;*, sive *que*, in Mss. commutantur. Vide ad Livii XXII. 31. § 7. *Te quia Servili* habent Voss. 2. et Lov. 3. qui etiam error ex confusis notis Q. et q^{s} natus est. Prænomen Servilii hic servandum esse, inde evincitur, quod Camillus reliquos collegas similiter non tantum nomine, sed et prænomine adpellet; quod cur in solo Servilio omitteret, causam non habebat.

In urbe castra habere] Hic locus confirmat sententiam Gruchii, imperium in magistratu insitum fuisse, quod negabat Sigonius. Eodemque pertinent, quæ III. 15. et seqq. leguntur. *Duk. In urbem* Harl. 2. Port. Lov. 5. et Hav. Sed alterum in codd. integerrimis superest. Vide ad II. 14. § 4.

Intentum sive Etruria se interim, &c. sive, &c. Latini atque Hernici moverint] *Iterum*, pro *ĭtĕtum*, sive *intentum*, fragm. Hav. Deinde *sive Etruria sive interim* Gaertn. *sive Etruria si interim* Leid. 2. et Harl. 1. quorum librarii *τὸ si* hic necessarium credentes non viderunt, id *τῷ sive* inesse, et accipi debere pro 'vel si.' Terent. in Andr. I. 5. 57. 'Si te in germani fratris dilexi locum, Sive hæc te solum semper fecit maxumi.' Colum. X. 386. 'si tibi cordi Longior est, gracili capitis quæ vertice pendet, E tenui collo semen lege: sive globosi Corporis, atque utero nimium quæ vasta tumescit, Ventre leges medio.' Ita *neve* resolvendum est in 'vel non,' aut 'vel ne.' Vide Cortium ad Sall. Cat. cap. 34. § 3. *nec* et *neque* in 'et non.' Vide ad XXXII. 10. § 6. Tum *Hernicini* Leid. 1. et fragm. Hav. Denique *moverent* Harl. 1.

Pro certo habeo, ita rem gesturum] *Pro certo abeo* Leid. 1. omissa adspi-

Digitized by Google

ratione, ut sæpe fieri solet. Vide ad XXII. 59. § 7. Præterea *ita te rem gesturum* fragm. Hav. Sed pronomen, quod ab aliis codd. exsulat, etiam abesse, et commode ex sensu intelligi potest. Denique *ut patre, avoque, teque ipso* Hav. a m. pr. addito priori *que*, quod manus altera iterum delevit, et in omnibus reliquis deest. *Ut patre quoque ipso* Lov. 5. a m. pr. *ut patre quoque avo* a m. sec. *ut patre, avo, teque ac ipso* Lov. 1.

§ 14 *Ex caussariis senioribusque*] 'Caussarii,' qui sint, non temere, qui tibi explicat, invenias. Sed id ex verbis tamen Ulpiani jureconsulti lib. VI. ad edictum facile colliges. Ea sunt in tertio scripta digestorum volumine, quo titulo de his agitur, qui notantur infamia l. 2. § 2. 'Ignominiæ caussa missum: hoc ideo adjectum est, quoniam multa genera sunt missionum. Est honesta, quæ emeritis stipendiis vel ante ab imperatore indulgetur; et caussaria, quæ propter valetudinem laboribus militiæ solvit.' Ex quibus verbis ratiocinari possumus, 'caussarios' proprie dici milites, valetudinis caussa missos. Politianus Miscellan. c. 92. Vide Lipsium de Milit. Rom. I. 4. *Duk.* Copulam *que* omittit Lov. 2.

A L. Quinctio scribatur, qui urbi mœnibusque præsidio sit] *A Tito Quintio* Pall. omnes et edd. cascæ. *Gebh. A Tito Quintio*, vel *Quinctio*, Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Harl. ambo, Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. C. N. L. 2. et excerpta Pith. *a T. Quintio* Lov. 4. et 5. *ab Tito Quintio* Hav. Sed *Lucii* prænomen recte servant omnes libri hoc cap. § 3. Tum *qui urbi membrisque præsidio sit* Lov. 4. *quod urbi mœnibusque sit* Lov. 3. *quod urbi mœnibusque præsidio sit* Voss. 2. Ut forte scribere voluerit *quod urbi mœnibusque præsidium sit*, pronomine relativo sequenti respondente, more Livii. Vide ad XXXII. 30. § 5. Ita Gronov. ex conjectura emendat XXXI. 8. 'Donec et ipse quinque millia socium ac nominis Latini effecisset: id præsidium Siciliæ provinciæ esse:' ubi vulgo editur, *id præsidio*. Quum tamen omnes alii codd. vulgatum hoc loco servent, præstare videtur, ut dicamus, illud *quod* in paucis his codd. natum esse ex eo, quod librarii inperite compendia scribendi *q*, sive *qui*, et *q*, sive *quod*, inter se commutarint. Vide ad XXXVII. 35. § 4. 'Esse præsidio' autem ut XXXI. 11. 'Missis in vicem earum quinque millibus sociorum, qui interim Etruriæ præsidio essent:' et sæpe alibi. *Qui urbis* male præferunt primæ edd. pleræque, pro quo Ascensius 1513. recte *urbi* substituit, ut habent scripti, et jam ante receperat ed. Parm.

Arma, tela, frumentum, quæque belli alia tempora poscent] Vet. lib. *arma, tela, frumentumque, quæ bellica tempora poscent.* Sigon. Non referam Pall. hic duorum, quoniam in vitio habitat, scripturam. Campanus edidit, ut refert Pal. 2. *frumentumque, quæ bellica tempora poscent.* Sed nihil sani existimo in hac novitate. *Gebh.* Sic IX. 29. 'Arma, quæque alia res poscit.' Quid est tamen, quod scripti 'bellitia,' vel 'bellica tempora?' Verumne est hoc posterius? quando et IV. 20. 'Quod imbelle triennium ferme pestilentia inopiaque frugum fuit.' X. 1. 'Tamen ne prorsus imbellem agerent annum.' Silius Italicus XI. 408. 'discatque Lyæo Imbellem donare diem.' Rursus 'bellicosum annum' Noster X. 9. 'Differendi sibi consulatus in bellicosiorem annum.' Quare nec dubitabam olim conjicere apud Silium eodem lib. vs. 591. 'Ut longa imperia atque armatos proroget annos Hannibal:' quod postea invenimus Oxonii a scripto firmatum. Vulgo *armatus*. Chifl. *bellutia*. Margo Voss. *bellantia*. Forte *bellantium*. J. F. Gron. *Quia quæ*, pro *quæque*, Lov. 3. *frumentumque, quæ bellica*

Digitized by Google

tempora poscent Leid. 2. Lov. 2. Harl. 2. Port. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. C. Neque differt Hav. nisi quod verbum *poscent* omittat. *Frumentumque, quæque bellica tempora poscēt*, id est *posceret*, Gaertn. *frumentum quæque bellicia tempora poscent* Voss. 1. pro quo *bellantia tempora*, ut jam Gronovius monuit, margo obfert. *Frumentum, quæque bellitia tempora poscent* Lov. 1. et 5. *ferramentum, quæque bellica tempora poscent* Lov. 4. *Ut bellica tempora*, ita contra 'annus quietus' II. 18. 'Taciteæ induciæ quietum annum tenuerunt:' 'tempus segne' XXXVIII. 22. 'Haud segne id ipsum tempus consumserat.' Moveor tamen, ne huic lectioni adsensum præbeam, quod non nisi minoris fidei Mss. ita præferant. Quam proxime veterem lectionem *frumentum, quæque bellatia tempora poscent* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. ipsum etiam vulgatum *frumentum, quæque belli alia tempora* superest in Voss. 1. Eorum verborum ordo est, 'frumentum et alia, quæ tempora belli poscent.' Quomodo fere obcurrit XXXIV. 6. 'In eamdem diem pecuniæ, frumentum, et cetera, quæ usus postulabant, præbenda publicani se conducturos professi erant:' et XXXVI. 26. 'Pecuniam, quæ ad belli usus necessaria erat, legatis dedit.' Posses et ordinem constituere 'frumentum et alia belli, quæ tempora poscent.' Certe vulgatam scripturam non mutandam puto. Ceterum *poscerent* Voss. 2. et Lov. 3. Scriptum fuisse crediderat scriba *posc'et*. Vide ad II. 56. § 7.

§ 15 *Te, Sergi Corneli*] Vet. lib. *Te, Servi Corneli*. Sigon. *Sergi Corneli* primum obvium fuit in ed. Frobeniana 1531. Priores enim editores dederunt *Servili Corneli:* pro quo Aldus recte *Servi Corneli* substituerat. Id autem in omnibus etiam superest scriptis. Vide ante hoc cap. ad § 3.

Custodem religionum, comitiorum, legum, rerum omnium urbanarum collegam facimus] Emenda *collegæ facimus:* ut sit sensus: Te, Sergi Corneli, præsidem hujus publici consilii, custodem religionum, comitiorum, legum, rerum omnium urbanarum ego et collegæ mei, de quibus toties jam dictum est, facimus. *Rhen.* Lectionem, a Rhenano abolitam, servant tantum Harl. 2. Gaertn. Lov. 1. 4. 5. Port. et Hav. Idem de Oxon. N. et C. Hearne testatur. Contra Rhenano consentiunt Flor. Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 2. 3. Harl. 1. Klockian. et fragm. Hav. Neque multum abit Leid. 1. *collega facimus* manifeste mendosum præferens. Indocti librarii non intellexerunt Livio aliisque familiarissimum loquendi genus 'collegæ facimus,' pro nos collegæ facimus. Infra XXXII. 21. 'Si victus armis cessit, Achæi arma Romana sustinebimus, quæ vos Macedones non sustinuistis:' ubi vide quæ notantur. Præterea *omnium rerum urbanarum*, transpositis dictionibus, Lovel. 4.

§ 16 *Cunctis in partes muneris sui benigne pollicentibus operam*] *In partes operis* Hearnii Oxon. C. quod ex marginali glossa in contextum receptum est. *In partes numeris sui*, transpositis perperam literis, Leid. 1. Lov. 3. 5. a m. pr. et Harl. 2. Vide ad VI. 15. § 10. Mox *lectus* deficit in Lov. 5. *proditore*, loco τοῦ *pro dictatore*, legit Hav.

§ 17 *Quam opinionem de unico imperatore, eam spem de bello haberent*] *Qua opinionem* Voss. 2. Alibi librarios ita variasse, vidimus ad II. 30. § 2. *Quod opinionem* fragm. Hav. quomodo etiam sæpe peccatur in Mss. Vide ad V. 51. § 7. Tum *eandem spem in bello* Lov. 2. Deinde *haberet* Harl. 2.

Se vero bene sperare et de bello, et de pace, universaque republica erecti gaudio fremunt] Rott. Voss. duo, cum edd. *Se vero bene sperare, Patres, et de bello.* Prorsus ut XXVIII. 9. 'Se vero ea, quæ postularent, decernere Pa-

Digitized by Google

tres.' *Jac. Gron.* Vocem *Patres* servant omnes scripti et mei et Hearnii Oxonienses; insuper eamdem servant omnes edd. usque ad Dan. Heinsium, cujus cura in lucem emissa ed. Elzevir. eam prima omisit; præterea etiam male distinxit hoc modo *universaque republica. Erecti gaudio.* Quasi priora verba 'Se vero bene, &c. universaque republica' etiam a Valerio pronunciata forent. Elzevirianam secuta est prima Gronovii ed. qui in posterioribus quidem locum melius distinxit, vocem omissam tamen non restituit, quod demum Jac. Gronovius fecit. In Lov. 2. et Hav. vox *Patres* quidem superest, sed in alium locum trajecta, ibi *Patres erecti gaudio.* Voces *haberent. Se vero bene sperare et de bello* omittuntur in Leid. 2. culpa librarii, cujus oculos fascinavit repetitio τῶν *de bello.* Deinde *in universaque republica,* addita præpositione, habet Hav. Tandem *gaudio erecti fremunt* est in Leid. 1.

§ 18 *Nec dictatore umquam opus fore reipublicæ*] *Et dict. numq. opus fore ipse, si tales* Lov. 2. *nec dict. umquam opus fore* Hav. et Flor. a m. pr. ad cujus marginem Salvinius, lectionem hanc sibi non displicere, adposito signo testatus est. De ea constructione vide viros doctos ad Justin. XI. 7. § 10. Alterum tamen Nostro frequens. Infra XXXI. 9. 'Si qua re ad id bellum opus sit, indicaturos regi:' ubi alia vide. Quum igitur pro hac scriptura stent reliqui codd. eam etiam non muto. In verbis seqq. *habebant,* pro *habeat,* præfert Hav. Tum vocula *tam* omittitur in Leid. 2. et Lov. 1. Insuper *parere ac imperare* legit Lov. 4. Sed vide ad X. 26. § 17. *parere atque imperare* Lov. 2. Denique *justa,* pro *juxta,* habent Lov. 4. 5. et fragm. Hav. Eo modo et alibi peccarunt amanuenses. Exempla habuimus III. 33. § 10. V. 6. § 5. VII. 30. § 17. IX. 9. § 4. X. 6. § 9. et pluribus locis. Perpetua autem est confusio literarum *s* et *x* in membranis antiquis. Vide ad XXVI. 19. § 4. De voce *juxta* autem eo sensu, quo hic occurrit, vide ad III. 33. § 10.

Laudemque conferentes potius in medium] *Confer. potius medium* Gaertn. Sed præpositionem intercepit prima litera vocis seq. Vide ad XXXVII. 1. § 2. Supra v. 44. 'Res ac periculum commune cogit, quod quisque possit in re trepida præsidii, in medium conferre.'

CAP. VII. § 1 *Delectuque habito Furius ac Valerius ad Satricum profecti*] *Dilectuque* Flor. Voss. 1. Leid. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Deinde *ad Satrium* Leid. 1. *ad Sutricum* Flor. a m. sec. et fragm. Hav. Videntur voluisse *ad Sutrium.* At Sutrini erant socii Romanorum, recentibus eorum beneficiis magis conjuncti. Vide modo c. 3. *Ad Satricum* igitur verum est. Insuper *profectus* Leid. 1. *prospecti* Voss. 1. a m. pr.

Non Volscorum modo juventutem Antiates ex nova subole lectam] *Non Volsc. modo juvent. modo* Gaertn. cujus scriba forte indicatum voluit, se in exemplari suo duplicem ordinem verborum invenisse; in aliis enim τὸ *modo* ante vocem *juventutem,* in aliis post eam inseri *Juventum* perperam scriptum erat in Flor. pro quo a m. sec. emendatum erat *juventam.* Hinc *Antiatumque* Lov. 4. Deinde *sobole* hic libri plerique scribunt, et vix, si memini, in Leid. 2. et Lov. 2. altera scriptura, quam editi præferunt, *suboles* hæsit. Vide etiam hoc lib. ad c. 12. § 4. Eam tamen veriorem esse passim viri docti docuerunt, monentes illam convenire origini vocis, ac firmari auctoritate marmorum et integerrimorum codicum. Vide Pierium ad Maron. Ecl. IV. 49. Georg. III. 71. Æneid. IV. 328. Gifanium Collectan. in Lucret. in voce 'Suboles,' Dausquei. in Orthogr. parte sec. in eadem voce, et denique Vossium in Etymol. Ling. Lat. etiam in eadem voce. Mox *concinaverit* men-

Digitized by Google

dose, pro *conciverant*, scripsit librarius Lov. 5. pro quo m. altera deinde emendatum est *concitaverant*. Hæc verba sæpe inter se confundi, videbimus ad XXIII. 41. § 2. De verbo autem 'concire' hoc sensu vide ad VIII. 17. § 2.

Novus hostis veteri adjunctus commovit animos militis Romani] Pal. 2. *conjunctus*. Gebh. *Conjunctus* etiam Lov. 5. Harl. 2. et Hav. Neque multum discedunt Gaertn. et Port. qui *coniunctus* vel *connictus* præferunt. Solent autem *junctus* sive *iūctus* et *uictus* eorumque composita passim in Mss. commutari. Vide ad Epit. Liv. lib. LXVIII. Deinde *admovit* Gaertn. cujus librarius duas præpositiones, ex quibus duo verba vicina ac contigua composita erant, commutavit. Deinde *animos militum*, ultima voce neglecta, Hav. Male. Vide ad VII. 35. § 2. *Animos militibus Romanis* Flor. a m. recenti. Eo modo id dictum censeri posset, quo 'restituere et reficere alicui animum.' De ea similibusque locutionibus vide ad XXI. 53. § 2. Potius tamen credo, id in Flor. emendatum esse ex ingenio ejus qui librum recensuit, quam mendose a m. pr. scriptum invenisset *animos militis Romanis*.

§ 2 *Cunctabundosque et resistentes egressos castris esse*] Pal. 2. cum Campani ed. præfert *et resistentes egressos e castris*. Gebh. Forte *restitantes*. Hoc est enim 'identidem subsistere,' 'non progredi.' Plautus Capt. III. 2. 3. 'ita me miserum restitando Retinendoque lassum reddiderunt.' Liv. X. 19. 'Hæc monendo obtestandoque prope restitantes consules in concionem pertraxerunt.' *J. F. Gron. Resistentes* in plerisque libris superest, nisi quod *recedentes* sit in contextu Voss. 1. et Hearnii Oxon. N. *recessentes* in Harl. 1. *sarentes* in Leid. 1. *tepescentes* in margine Lov. 2. *tepentes* in Lov. 4. et 5. Non displicet tamen, quod Gronovius conjecit, *restitantes*. Eo et alibi Livius usus est. Lib. VII. c. 39. 'Nihil medium, aut imperium atque honorem, aut, ubi restitaret, mortem, ni sequeretur, denunciantes.' XXX. 31. 'Quum prope manu conserta restitantem ac tergiversantem in Africam adtraxerim.' Terent. in Eun. IV. 4. 1. 'Exi foras, sceleste: at etiam restitas, Fugitive? prodi, male conciliate.' Sæpe autem 'resistere' et 'restitare' inter se commutari solent. Vide ad X. 19. § 5. Deinde copula *et* non adparet in Harl. 2. Port. et Hav. Tum *pavidosque et resistentes*, prioris vocis prioribus literis erasis, Flor. Nihil muto. Sequitur enim mox, 'quæ insolita cunctatio est?' Deinde *egressos e castris* Port. et Hav. quomodo alibi locutum fuisse Livium, videbimus ad XXXV. 4. § 4. Optimi tamen codicum ac numero plures vulgatum tuentur: quibus invitis nihil innovandum existimo. In verbis præcedd. *aciem gamin instruenti* Lov. 1. *aciem mal instruenti* Flor. a m. pr. pro quo emendatum *aciem multam*. Præterea inmutato ordine *turbatas mentes militum esse* præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav.

Quin voces quoque auditas] Tò *quoque* deficit in Leid. 2. Lov. 1. et a m. pr. in fragm. Hav. Mox *ægre inermem*, pro *et ægre in.* habent edd. vett. invitis scriptis. Recte igitur Aldus τὸ *et* inseruit. Deinde *necdum armatum*, pro *nedum arm.* Lov. 5. Port. et Hav. Male. Infra XXIV. 4. 'Puerum vix dum libertatem, nedum dominationem, modice laturum:' ubi vide. Tandem *pee*, pro *posse*, Lov. 1.

§ 3 *In equum insilit*] Pal. 2. Ms. *insiliit*. Iterum mox c. 8. *Ex equo desiliit*. Male seu potius monstrose Audreas *ex equo consilit*. Gebh. *In equum insiliit* etiam Hav. Et ita in contextu Aldus edidit, qui tamen inter errata sententiam mutans vulgatum restituendum monuit. Et recte. *Insiliit* enim eodem errore datum est,

Digitized by Google

quo passim confunduntur 'adit' et 'adiit,' 'redit' et 'rediit,' 'subit' et 'subiit,' similiaque alia, de quibus vide ad XXXVI. 20. § 3. cap. etiam sequenti *desilit* servandum puto. 'Salio' enim ejusque composita potius in præterito formant 'salui.' Vide ad II. 10. § 11.

Ante signa obversus in aciem, ordines interequitans, Quæ tristitia, milites, hæc] *Obversis in aciem* Leid. 1. *obversi in aciem* Lov. 2. lapsu librariorum. Infra XLIV. 11. 'Nec minus, quam in altum magnitudine Atho mons excurrit, obversa in regionem Magnesiæ duobus inparibus promontoriis.' Vide hoc lib ad c. 24. § 7. Deinde *interequitat sunt, Quæ hæc tristitia* Harl. 1. *inter equitans ait, Quæ hæc tristitia* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sed ex margine τὸ *ait* additum est, ubi exponendi caussa olim adscriptum fuerat. Sæpe enim 'ait,' 'dicit,' 'inquit,' et similia per ellipsin omitti solent. Vide ad XXIII. 45. § 6. Tum *Quæ tristia* Leid. 1. aberratione librarii. Vide ad XXVI. 36. § 12. Mox *quæ tristitia, milites, hæc, quæ insolita est cunctatio*, trajectis vocibus, Gaertn. *quæ tristitia, milites, insolita, quæ hæc cunctatio est* Lov. 2.

Hostem, an me, an vos ignoratis] *Hostem anm̃ duos ignoratis* nescio quid cogitans dedit scriba Leid. 1.

Hostis est quid aliud, quam perpetua materia virtutis gloriæque vestræ] Ordo verborum A. Perizonio displicuit, qui ad oram Livii legendum conjecit *Hostis quid est aliud*. Perizonium etiam in concionibus Livianis *Hostis quid aliud est* edidisse, Hearne observat. Supra IV. 2. 'Quid esse aliud, quam minari, se prodituram patriam?' Codd. omnes tamen ordinem vulgatum servant. Ceterum *Hostis esse quid aliud* habet Leid. 1. et deinde *materia virtutisque gloriæque vestræ* Gaertn.

§ 4 *Ut Falerios Veiosque captos, et in capta patria Gallorum legiones cæsas taceam*] Pal. 1. ac 2. *etiam capta patria*. Non probo. Pal. 3. *et jam capta patria*. Gebh. *Ut Falerios Veios captos*, sine conjunctione, Harl. 2. quam tamen reliqui codd. tuentur. Monet etiam Hearne, Perizonium in Concion. Liv. *Faliscos* edidisse. Sed vide ad v. 27. § 4. Codd. omnes vulgatum servant, nisi quod *Valerios* sit in Gaertn. Deinde *etiam capta patria* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Port. et Hav. *et jam capta patria* Harl. ambo, Gaertn. et fragm. Hav. *et etiam capta patria* Hearnii Oxon. B. et N. *et capta patria* ejusdem L. 2. Camillus in semiruta solo urbis primo concursu Gallos fudit, eoque defendi potest vulgatum. Justiore altero deinde prœlio ad octavum lapidem Gabina via eosdem vicit. Vide Livium lib. v. c. 44. Eo si respexisset, non *et jam capta*, vel *etiam capta*, sed *recepta patria* dixisset. *Factam*, pro *taceam*, perperam scripsit librarius cod. Klockian.

Modo trigeminæ victoriæ triplicem triumphum] *Tergeminæ* Lov. 2. et multæ edd. vetustæ. Quum autem ad Epit. Liv. lib. I. dictum sit 'trigeminus' pro tribus uno partu editis, 'tergeminus' pro triformi, triplici usurpari, ea lectio etiam vera esse videri posset. Codd. tamen reliqui et edd. Rom. 1472. ac Parm. constanter *trigeminæ* hic defendunt. Quare eam lectionem, quam primus Aldus in contextum recepit, veriorem judico, ut ita victorias, quas Camillus uno eodemque anno de Volscis et Æquis et ex Etruria reportavit, Livius consideraret tamquam trigeminum virtutis Camilli fœtum, uno partu, id est, uno anno editum. Et ita cap. 4. 'triumphans in Urbem rediisse, trium simul bellorum victor' dicitur.

Ex his ipsis Volscis, et Æquis, et ex Etruria egistis] *De his ipsis Volscis et Æquis et ex Etruria* priscæ edd. ut ita præpositio varietur; quod Livio familiare esse, videbimus hoc l. c. 28. § 3. Non tamen verum præstare audeo, quum nulli concinant codd. qui

Digitized by Google

omnes priori loco *ex* servant, quemadmodum Aldus restituit. Deinde *et Æquis ex Etruria* fragm. Hav. *et Æquis Etruria* Gaert. Male. Non enim Æqui Etruriæ, sed Latii novi, populi fuere. Vocula igitur *et* a sequenti *ex* intercepta est. Eodem modo peccavit, errorem insuper alio errore cumulans, librarius Leid. 1. *et Æquis ex Etrurie gestis.* Sed olim unica serie scriptum fuerat *Etruriægistis*, unde, male divisis vocabulis, inperitior fecit *Etruriæ gistis*, quod in *Etrurie gestis* alius commutavit. Et ita in Harl. 1. *ex Etruriæ egistis* haud multum dissimili errore datum est, *ex Etrurie egestis* in Lov. 1. *ex Etrurie egistis* in Voss. 1. et Leid. 2. Contra *et Æquis et Etruria egistis* habent Voss. 2. Lov. 3. Harl. 2. Port. et Hav. *et Æquis et Etruscis egistis* Lov. 4. ubi præpositio *ex* excidit ob similitudinem præcedentis *et*. Pariter *et* atque *ex* alteram alteri causam exstitisse, ut interciderent, vidimus ad v. 22. § 4. *Etruscis*, pro *Etruria*, etiam est in Lov. 2.

§ 5 *An me, quod non dictator vobis, sed tribunus, signum dedi, non agnoscitis*] *Sed tribunis* male Harl. 2. *sed tribus* Leid. 1. et Lov. 2. Deinde *non cognoscitis* Harl. 2. Si perpetua foret differentia verborum 'agnoscere' et 'cognoscere,' quam tradiderunt grammatici, ut 'agnoscamus,' quæ antea nota fuere; 'cognoscamus,' quæ nunc demum noscere incipimus; omnino vulgatum servandum foret. Nam milites Camillum, quem antea noverant, nunc non 'agnoscebant,' quia alio, quam olim, magistratu iis præerat. Verum, quamvis sæpe hanc differentiam scriptores non observarint, quemadmodum docet Bernecc. ad Justin. II. 6. § 20. nihilominus tamen vulgatum servandum est, quoniam pro eo stant reliqui omnes scripti.

Neque ego maxima imperia in vos desidero] *Neque eo* Voss. 2. De quo errore vide ad II. 18. § 6. Mox *decetur*, pro *decet*, Leid. 1. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

Ut ne exsilium quidem ademit] Ita edidit Ascensius a. 1513. Neque aliter præferunt scripti, et edd. Rom. 1472. ac Parm. quas secuti ediderunt *auxilium*, nullo commodo sensu. Alibi etiam hæc vocabula commutata sunt. Vide ad II. 53. § 4. et ad XXXVI. 7. § 15. Tum *quid ademit* Lov. 4. Præterea vocula *ut* deerat in Flor. a principio, quam a lasciva manu additam judicabat Salvin. Paullo ante τὸ *enim* exsulabat etiam ab eodem Flor.

§ 6 *Iidem igitur omnes sumus*] *Dem igitur omnes* Leid. 1. *Isdem igitur omnes* Harl. 1. *Idem igitur omnes* Flor. Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 5. Port. a m. sec. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Similiter etiam typis descripti post edd. Rom. 1472. et Parm. usque ad Aldum. Vide ad XL. 22. § 14. Insuper verbum *sumus* deficit in Harl. 1.

Quum eadem omnia in hoc bellum adferamus, quæ in priora adtulimus] *Adfirmamus* Leid. 2. *afferemus* Hav. Deinde *in priora attulerimus* Leid. 2. *in priore attulimus* Hav. Mox *eventum eundem belli* alio ordine excusi ante Aldum invitis calamo exaratis, quos Aldus secutus est.

Simul concurreritis, quod quisque didicit ac consuevit] *Simul cum curreritis* Gaertn. Vide ad IV. 24. § 7. *Simul concurritis* Port. et Hav. Quum *concurr'itis* scriptum esset, librarii supini additum signum neglexerunt: cujus erroris passim in Mss. exempla occurrunt. *Simul concurrentis* Lov. 5. a m. pr. literis ri in s coalescentibus; de quo dictum ad III. 30. § 3. Male ergo in eodem a manu altera emendatum est *concurretis*. Deinde *didicit aut consuevit* Gaertn. Quæ vocula sæpissime in membranis vetustis confunduntur. Vide ad XXI. 53. § 3. *didicit ac consuerat* Lov. 4. a m. pr.

CAP. VIII. § 1 *Dato deinde signo, ex*

Digitized by Google

equo desilit] *Dato inde signo* edd. principes, pro quo Aldus *deinde* subposuit, quod etiam superest in omnibus scriptis. Solent hæc voces sæpe commutari. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Postea *ex equo desiliit* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. et Hav. Eamdem lectionem etiam in Pal. 2. superesse, Andream vero *ex equo consilit* monstrose edidisse, monuit Gebhardus ad cap. præc. § 3. ad quem locum etiam vulgatum, quod in reliquis perstat, servandum dixi.

§ 2 *Vadentem in hostes, procurrunt pariter omnes, clamore sublato*] *Valentem* Leid. 1. Tum, transpositis vocibus, *procurrunt omnes pariter* Gaertn. *percurrunt pariter, clamore omnes sublato* Lov. 4. At *per iter*, pro *pariter*, fragm. Hav. Paullo ante *ad vulnera corporis*, pro *ad munera*, Lov. 5. At pariter, ut hoc loco Livius, locutus est Cic. de Amic. c. 6. 'Ut dolore careas, et muneribus fungare corporis.' Tum *senecta invalida*, pro *sen. invalidum*, edd. principes. Sed alterum recte Aldus recepit, quod etiam superest in omnibus scriptis. Cohærent enim 'senecta,' sive per senectutem, 'invalidum ad munera corporis.'

Sequere imperatorem] Simile quid de Ptolemæo Diodorus l. XVIII. p. 646. cujus virtute quoque incitati amici fortius pugnabant: Ἀκολούθους, inquiens, τούτῳ καὶ τῶν φίλων τοῦ Πτολεμαίου διαγωνιζομένων, &c. Gebh.

§ 3 *Emissum etiam signum Camilli jussu in hostium aciem ferunt*] Nec displiceret *Missum etiam*. Vult enim conjectum et rotatum manu. J. F. Gron. Ita 'mittere tela,' 'hastas,' et similia sæpe obcurrunt. Liv. VII. c. 23. 'Locus quoque superior adjuvit, ut pila omnia hastæque non, tanquam ex æquo missa, vana caderent.' X. 29. 'Postquam nec clamor hostium, nec impetus, nec tela missa, eamdem vim habere visa.' XXXVIII. 29. 'Ne fluxa habena voluntetur in jactu glans, sed tanquam nervo missa excutiatur.' Similiter 'tormento missa tela' XXIV. 34. 'Ut non solum missa tormento, sed etiam, quæ pondere suo provoluta essent, graviter in hostem inciderent:' ubi vide Gronovium, qui etiam *vox cœlo missa*, pro *v. cœlo emissa*, emendabat V. 51. § 7. Omnes tamen, quos adhibui, codd. vulgatum *Emissum etiam* servant, nisi quod *Emissum jam* sit in Lov. 2. et 4. et *Est missum etiam* in Harl. 1. unde tamen recepta lectio firmari potest. Scriptura enim hæc inde orta est, quod unam vocem *Emissum* in duas diviserit librarius, inde disjungens primam literam, qua verbum *Est* inesse putabat. Nam sæpe id in Mss. unica hac litera exprimi solet. Vulgatum itaque, invitis libris Mss. omnibus, mutare non audeo, præsertim quum 'tela' et similia æque 'emitti,' ac 'mitti,' dicantur. Infra XXIV. 34. 'In eas, quæ procul erant, naves saxa ingenti pondere emittebat.' XXVIII. 2. 'Subsidunt Hispani adversus emissa tela ab hoste, inde ad mittenda ipsi consurgunt.' l. XXVIII. c. 33. 'Emissis levibus telis, quæ irritare magis, quam decernere, pugnam poterant, gladios nudant:' ubi Sigonius et ipse Gronovius *emissis telis*, pro *missis*, ex codd. scriptis adversus Rhenanum vindicarunt. Ut autem hic 'emittere signum in hostium aciem,' ita 'injicere signum intra vallum' dixit Liv. IV. 29. 'Consulem signum quoque intra vallum injecisse ferunt:' ubi etiam simplex *jacisse* subficere potuerat. Deinde *in hostium feruntur* sine sensu præfert Leid. 1. *feruntur* etiam Harl. 1. et Lov. 4. Τὸ *aciem* autem deest in Lov. 5.

Idque ut repeteretur, concitatos antesignanos] *Ut interpeteretur* fragm. Hav. *ut reperetur* Leid. 2. *idque jam irruperat* Lov. 2. *idque irruperat* Lov. 4. Tum *antesignarios* Leid. 2. Lov. 4. et Gaertn. Vide ad IV. 47. § 2.

§ 4 *Non in primam tantum aciem,*

Digitized by Google

sed etiam ad subsidiarios] Vox *etiam* deficit in Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Alibi ita Livium et optimos quosque scriptores loqui solitos esse, vidimus ad IL. 6. § 1. Et ita mox, 'Nec vis tantum militum movebat, sed quod Volscorum animis nihil terribilius erat, quam ipsius Camilli species:' ubi contrario errore in uno cod. est *sed etiam quod*. Illorum tamen quatuor codicum auctoritas non satis gravis est ad vulgatum mutandum adversus optimorum librorum testimonium, qui receptæ lectioni constanter adhærent. Ceterum *subsidia aris* Leid. 1. An librarius voluit *subsidiaris*, sive *subsidiares*, credens *subsidiaris* æque dici ac *subsidiarius*, quemadmodum 'auxiliaris' et 'auxiliarius,' 'alaris' et 'alarius' in usu sunt? Attamen id vocabuli alibi mihi obvium non fuit; quare librarium delicias suas sibi habere jubeo. Paullo ante *primum Antiatem pulsum* alio ordine habent Port. Harl. 2. et Hav.

§ 5 *Nec vis tantum militum movebat, excitata præsentia ducis, sed quod*] *Nec jus tantum militum* Leid. 2. sollemni scribarum lapsu. Vide ad III. 38. § 13. *nec vis militum, &c. sed quod* Hav. Sæpe *non, sed* pro 'non tantum, sed etiam,' vel 'non tam, quam,' poni, videbimus ad XXXIX. 28. § 5. Contra *nec vis tantum militum, &c. sed etiam quod* Gaertn. Sed singularibus his testibus adversus aliorum unanimem consensum fidem non habeo. Vide modo ad § præc. *nec vis tantum movebat militum* Lov. 4. Hinc *excita* Lov. 1. Vide ad XXVIII. 24. § 4. Insuper *ducis præsentia* alio ordine Leid. 1. Ad sensum Livii non adtendit vir doctus, quum in margine ed. Curionis scribendum conjiceret *nec vim tantum militum movebat:* quasi *movebat* hic poneretur pro incitabat, et *præsentia* accipienda foret casu primo; quum contra accipi debeat casu sexto, et *movebat*, nempe Antiates, hic notet eos percellebat: ut apud Justin. XI. 9. 'Movebat hæc multitudo hostium respectu paucitatis suæ Alexandrum.'

Ipsius Camilli forte oblata species] *Sorte oblata* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad I. 4. § 4. et ad XXXVIII. 40. § 13. *oblata species* aliud cogitans dedit scriba Leid. 1. Paullo ante *armis*, pro *animis*, Lov. 2. in contextu. Vide ad Livii XXII. 5. § 8.

§ 6 *Ita quocumque se intulisset*] *Itaque quocumque* Hav. Infinitis locis ita variant codd. scripti. Vide ad XXI. 53. § 7. Et quidem hic tanto facilius factum est ob similitudinem primæ syllabæ vocis seq.

Victoriam secum haud dubiam trahebat] Valerius Maximus III. 2. ex. 24. de L. Sicinio Dentato. 'Quem centies et vigesies in aciem descendisse tradunt, eo robore animi atque corporis utentem ut majorem semper victoriæ partem traxisse videretur.' Manet ergo inconvulsa emendatio mea, quam præstiti loco cuidam Fabii VII. 1. 'Quæ omnia sunt in materia, et multum juvant; victoriam tamen non trahunt.' III. 25. Crepundior. *Gebh.* Eodem Quinctil. loco *trahunt*, pro *tradunt*, etiam Burmann. in Mato cod. Almeloven. reperit.

Quum in lævum cornu prope jam pulsum] Pal. duo 1. ac 3. *cum enim in lævum cornu:* Pal. 2. *cum in lævum cornu.* Gebh. *Cum eum in lævum cornu* Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Et ita præfert Voss. 1. in marg. Videntur autem librarii indicasse, duplicem se lectionem reperisse, *cum in lævum cornu*, et *eum in lævum cornu*. Alibi enim *cum* et *eum* commutari solent. Vide ad IV. 19. § 2. Verum pronomen hic sensus non admittit. Hinc ejus loco datum est *quum enim in lævum cornu* in Lov. 2. 3. 4. *eum* et *enim* etiam commutantur hoc lib. cap. 5. § 3. Paullo ante *id fuit evidens*, trajectis vocibus, Gaertn.

Adrepto repente equo cum scuto pe-

Digitized by Google

destri advectus] *Abrepto equo* Voss. 2. quomodo alibi sæpe scribæ variarunt. Vide ad II. 33. § 7. *accepto equo* Gaertn. Quæ et ipsa scripturæ varietas interdum in codd. obcurrit. Vide ad v. 47. § 4. Deinde *cum sesuto pedester advectus* Flor. a m. sec. Male. Infra VII. 10. 'Pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio.' Tum *advĕctus* fragm. Hav. *adversus* Harl. 2. Mox *conspectu* deficit in Lov. 5. Hinc præfert *restuit*, pro *restituit*, Harl. 1. *restitui* Hav.

Ostentans vincentem ceteram aciem] *Vincentem cetera aciem* scribendum esse ad marginem ed. Curionis, vir doctus conjecit: cui, *ceterus* numero singulari a Livio usurpari, displicuisse videtur: sed frustra. Vide ad XXXIV. 34. § 2. *Certam aciem* legit Lov. 5. a m. pr. Vide ad XXXIV. 36. § 4.

§ 7 *Sed turba hostium et fuga impediebatur*] Scribe *sed turba hostium et fuga impediebat.* Rhenan. *Impediebat* Rhenanus, et ante illum Andreas in Romana Bechariusque et Moguntina cum Badio. Quid autem *impediebat?* an rem? ut multitudo dicatur et per fugam, inter fugam, morata victoriam esse. Placet magis aut *fugam*, ut Mediolanensis, aut *impediebatur*, quod in Aldino et Junta et scriptis obvium nobis fuit: ut τὸ *turba* sit auferendi casus. Lib. v. c. 38. 'Terga cæsa suomet ipsorum certamine in turba impedientium fugam.' IX. 23. 'Ingens multitudo in unum metu conglobata, ac semet ipsa turba impediens, in medio cæsa.' Eodem lib. cap. 31. 'Loca difficilia hosti quæsita, ipsos tum sua fraude impediebant.' *J. F. Gron.* Lectionem, quam Rhenanus probavit, servant ex meis Flor. Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Eamdem etiam Hearne superfuisse testatur in Oxon. L. 1. B. et N. *sed turba hostium et fugam impediebat* ex edd. etiam habent Tarvis. utraque, Veneta 1495. et Ascensiana 1510. *sed turba hostium et fuga impediebatur* Leid. 1. Lov. 2. 4. et Harl. 1. quod recte Gronov. aliis locis Livii adductis verum præstitit. Qua cura in Livio versatus sit interpres Delphinicus, docent, quæ ad hunc locum notavit: in quibus non modo Gronovio lectionem, de qua numquam, ne per somnium quidem, cogitavit, subposuit, sed et emendationem ejus, codd. scriptis et editis firmatam, conjecturæ suæ adscripsit. Postquam enim Gronovio placuisse dixisset *turba hostium et fuga impediebatur;* addit, sibi in mentem venisse, posse non absurde locum hunc ita explicari, ut *turba* quidem ablativi sit casus, *fuga* nominativi. Id autem, non quod Doujatius adfirmavit, ipsum Gronovium voluisse, ex verbis ejus non modo et locis Livii, quibus lectionem adprobare aliis conatus est, patet, verum etiam ex illis, quibus emendationem in prima notarum ed. exposuit, unde sequentia huc transtuli: 'Τὸ *turba* accipe auferendi casu. Ne in fugam verterentur hostes, ab ipsa turba et multitudine sua impediebantur: ultimi nempe morabantur primos, &c.' Ex his itaque vel mala hominis fides, vel summa, qua in curando Livio ad usum Principis juventutis Francicæ versatus est, neglegentia clarissime adparet.

Et longa cæde conficienda multitudo tanta fesso militi erat] *Longa cæde inficienda* Hav. 'conficere' est interficere, cædere. Vide ad III. 70. § 6. Insuper vox *tanta* perperam omittitur in Harl. 2.

§ 8 *Nox insecuta, quietis Romanis, perfecit bellum*] *Mox insecuta* male Leid. 1. Deinde *perficit bellum* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. An id mutarunt librarii et editores, quod *diremit* præcessit? Sed caussam justam non habuerunt. Vide ad III. 46. § 9. Mox *namque* deficit in Lov. 3.

Digitized by Google

et *locis*, pro *Volscis*, legit Klockian. Tum alio ordine *adepti pares eventus* Lov. 1.

§ 9 *Volsci, ubi se relictos ab eis videre, quorum fiducia rebellaverant*] Prima vox abest ab Leid. 2. Deinde *rebellarant* præferunt Harl. 2. et Port.

Mœnibus Satricis se includunt] Non contemnendum erratum est. Lege *mœnibus Satrici se includunt*. Rhen. Ms. *indudunt*. Quid si *induunt*? Klock. *Mœnibus Satricis* Voss. 1. Lov. 1. 2. 3. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. C. Sed litera finalis sibilans in voce *Satricis* male repetita est ex initiali sequentis vocis *se*. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *Mœnibus Satricis ei cludunt*, literis, quæ olim perpetua serie scriptæ erant, inperite in voces divisis, Leid. 1. quod hujus codicis librario sollemne fuit peccatum. Pronomen *se* exsulat a Leid. 2. idem ut et præcedens *Satrici* a Lov. 1. Perperam vero Klockius *induunt* ex vitiosa codicis sui scriptura legendum existimavit. Verum ubi Livius 'induere se mœnibus' dixit? Videre debuerat, lectionem *indudunt*, quam in Ms. suo invenit, inde natam esse, quod literæ *c* et *l* male in literam *d* coaluerint. Vide ad X. 24. § 2. 'Includere se mœnibus,' ut hoc lib. cap. 19. 'Vix mœnia tuta rati oppido se Præneste includunt.'

Quos primo Camillus] *Quos, quemadmodum Satricum capiatur, primum Camillus* ex meis præferunt Lov. 2. et 4. *quos, quemadmodum Satricum capiatur a Camillo, primum Camillus* Leid. 1. et Harl. 1. Et ita Hearne etiam invenit in Oxon. L. 2. et C. qui recte addit, hæc e margine in textum inrepsisse. Alia exempla, ubi similia lemmata in contextum ex ora codd. recepta sunt, vide ad VII. 40. § 4.

Vallo circumdare, et aggere atque operibus obpugnare est adortus] Vocem *vallo* non agnoscunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et apud Hearnium excerpta Pithœi. Sed reliqui recte eam servant. Liv. VII. 34. 'Quum jam circumdati vallo potuerimus esse.' XXV. 22. 'Fossa valloque circumdare urbem parant.' XXVIII. 3. 'Fossa duplicique vallo circumdata urbe, in tres partes exercitum dividit.' Vide Cortium ad Sall. Jug. cap. 23. § 1. *Circumdare vallo*, transpositis dictionibus, solus habet Hav. et cum eo edd. vetustiores usque ad Aldinam, una voce *circumvallare* alibi exprimit.

§ 10 *Minus esse animi ratus in hoste, quam ut in eo*] *Iratus* Flor. et Leid. 1. Sed prima litera adhæsit ex ultima vocis præced. sollemni errore scribarum. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Deinde *in hostem* Lov. 5. et Hav. Hinc vocula *ut* deficit in fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quam intercepit præcedentis vocis litera finalis. Paullo ante *Quod postquam*, pro *Quæ post*. Lov. 3. *Quæ et postquam* Lov. 1. Tum *ereptione*, pro *eruptione*, Klockian. cum edd. Rom. 1472. et Parm. eodem errore, quo 'eripere' et 'erumpere' confundi vidimus ad IV. 33. § 6. Tandem *impedire*, pro *impediri*, Harl. 2.

Ne tamquam Veios obpugnatus in opere longinquo sese tererent] Nec hic mediocris lapsus. Restitue *ne, tamquam Veios oppugnantes, in opere longinquo sese tererent*. Rhen. Nescio, quam editionem ob oculos habuerit Rhenanus. Omnes etiam, quas Rhenano antiquiores consului, recte præferunt *oppugnantes*, quod et recentiores servarunt, et enim in Mss. constanter superest. Præterea *et opere longinquo* Harl. 2. Port. et Hav. Tum *se tererent* Leid. 2. et Lov. 1. *sese tenerent* fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 1. et vetustæ edd. quod eodem modo dictum foret, quo illud IV. 35. 'Quod, admiratione eorum, quos odisset, stupens, in æterno se ipsa teneret servitio:' ubi alia dicta sunt. Hic tamen vulgatum *sese tererent* servan-

Digitized by Google

dam est, quod tuentur omnes reliqui codd. nisi quod manifesta scribarum deerratione *sese terrerent* sit in Flor. Leid. 1. Port. et Hav. eodem errore, quem et commissum vidimus II. 30. § 10. hoc lib. c. 28. § 5. c. 34. § 6. VII. 26. § 1. 'Terere' autem et 'tenere' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad III. 7. § 3. De verbo 'terere' hoc sensu vide ad VI. 27. § 7.

Volsci abjectis armis sese dediderunt] Desunt hæc omnia in Harl. 2. In Port. autem tantum ad marginem adscribuntur. *Sese dederunt* habent Lov. 2. 3. 4. 5. Voss. 2. a m. pr. (in quo *dediderunt* manu altera emendatur) Leid. 1. Port. a m. sec. (*se dediderunt* manu primigenia scriptum fuerat) Hav. et fragm. Hav. 'Dare' et 'dedere' etiam alibi confundi solent. Vide ad XXXIX. 50. § 9. *Sese dedidere* est in Gaertn. Nescio, cur Clericus *se dediderunt* edere in animum induxerit. Paullo ante vox *mœnia* exsulabat a Lov. 4.

CAP. IX. § 2 *Sed quia nisi magno adparatu, tormentis machinisque, &c.*] Mirum hoc videri potest, cum ad finem libri secundi c. 65. tam facile capta fuerit. Sed dicet quis, interea temporis coloniam factam, ac ideo firmiorem fuisse. Id vero est effugere objectionem, non solvere nodum. Nam eadem opera dici poterat, et Romanis ab eo tempore multum ditionis ac imperii accessisse. Sed hoc non agimus. *Glar. Tormentis magnisque* Lov. 5. Difficultati autem, quam sibi Glareanus movit, facile verbis Livii, ut recte Doujatius animadvertit, satisfieri potest, ideo Antium eo tempore tam facile captam fuisse, 'quod jam inde ab infelici pugna castrisque amissis ceciderant animi.' Vide Livium II. 65. Antequam vero Volsci prœlio victi et castris exuti erant, 'urbem Antium, ut tum res erant, opulentissimam consul obpugnare non ausus' est, teste Liv. ibid. c. 63. Ceterum § præc. *rei majoris*, pro *rei majori*, præfert Lov. 1. *majore* Lov. 2. In verbis seqq. *tam valida urbs capi poterat*, omissa particula negandi, Lov. 1. Deinde *ad exercitum relicto* alio ordine Lov. 5.

Ut senatum ad excidendum Antium horteretur] *Ad excidendam Antium* Leid. 2. et Lov. 1. omnibus reliquis invitis. Illi enim vulgatum defendunt, nisi quod *ad excidium* habeat Hav.

§ 3 *Credo, rem Antiatem diuturniorem manere, Diis cordi fuisse*] *Crederes Antiatem* Lov. 2. *credere Antiatem* Lov. 4. *crederem Antiatem* Gaertn. Lov. 3. et fragm. Hav. Ita *Antiatem* dixit pro 'Antiates:' quomodo 'Romanus' pro Romani habuimus III. 2. § 11. Vulgatum tamen, reliquorum codicum fide nixum, verius existimo. 'Rem Antiatem,' ut 'res Clusina' II. 9. 'Adeo valida res tum Clusina erat, magnumque Porsenæ nomen:' ubi plura vide. Præterea *Diis curam fuisse* Lov. 1. 4. 5. Leid. 2. et Voss. 1. in quo tamen inter versus additum est, legendum esse *cordi fuisse*. Sæpius 'cordi esse' Diis dicuntur, quæ curæ sunt. Infra IX. 1. 'Quibuscumque Diis cordi fuit, subigi nos ad necessitatem dedendi res.' c. 8. 'Vos, Dii immortales, precor quæsoque, si vobis non fuit cordi, Sp. Posthumium, T. Veturium consules cum Sammitibus prospere bellum gerere.' X. 42. 'Id votum Diis cordi fuit: et auspicia in bonum verterunt.' XXIII. 34. 'Vulgoque Patres ita fama ferebant, quod tum primum duo plebeii consules facti essent, id Deis cordi non fuisse.' Et ita sæpius alibi.

Legati ab Nepete ac Sutrio auxilium adversus Etruscos petentes veniunt] Ita Livius id nominis usurpat, perinde atque tertiæ sit declinationis ac neutri generis. Nam paullo post in fine hujus cap. dicturus est 'Nepete exercitus ductus.' Et a. CCCLXXII. c. 21. 'Et triumviros Nepete coloniæ deducendæ creaverunt.' At tertiæ

Digitized by Google

declinationis neutra in *e* ablativum habent in *i*. Nisi dicamus, neglexisse hoc Livium. Græce est Νέητος. In Strabonis codice Νέητα lib. v. p. 226. et in Plin. III. 5. *Nepeta*, ita ut nihil inde certum colligas. *Glar.* Reprehendit Livium Glareanus, quod *Nepete* dixerit in casu auferendi, cum *Nepeti* fuerit dicendum, quippe cum in recto casu *Nepete* dicatur. Sed facit injuste. Non enim Livius scripsit ullo in loco *Nepete*, sed *Nepet*, ut est in vetustis libris. Docent aut grammatici, Charisius lib. I. p. 78. et p. 106. et Priscianus lib. VI. p. 687. *Git* et *Nepet*, oppidi Italici nomen, *t* litera terminari, eaque flecti non posse. Quamquam ne si *Nepete* quidem in recto casu diceretur, *Nepeti* tamen esset ei in ablativo edendum. Nam propria in *e* desinentia ejusdem terminationis habent nominativum cum ablativo, ut *Præneste*. Dixit enim Virg. Æn. VII. 682. 'Quique altum Præneste viri.' Et VIII. 561. 'Qualis eram, cum primam aciem Præneste sub ipsa.' Hæc Priscianus lib. VII. p. 760. Sic etiam infra corrigendum est, *Nepet exercitus ductus est*, pro *Nepete*. ['Glareanus non reprehendit Livium, sed ad honorem ejus ait, eum non curasse rancidas grammaticorum leges.'] *Sigon.* Ut verum fatear, habuit initio Pal. 2. *Nepet:* cujus fini ab interpolatoribus *e* additum est. Pro *veniunt*, Pall. duo agnoscunt *tendunt*. Gebh. *Nepte* Oxon. C. *Nepeti* Glareanus. *Nepet* Sigon. e vett. libb. nec aliter Plin. III. 4. *Nepe* Paterc. I. 14. et Tabb. Peutingerianæ. Νέητα Ptolem. III. 1. Νέητα Strab. lib. v. p. 156. Νέητος Dion. Halic. teste Steph. Byzantio. Νέητα Procop. lib. IV. *Colonia Nepis, Nepet*, et *Nepensis* Frontin. de Colon. Varie item scribitur in lapidibus antiquis, ut ostendit P. Merula Cosmogr. p. 916. *Hearne.* Addendus est Holstenius ad Stephanum. *Duk.* Sæpius, *Nepet*, pro *Nepete*, Livio restituendum esse, Sigonius monuit; quem vide hoc lib. ad c. 21. § 4. X. 14. § 3. XXVII. 9. § 7. et XXIX. 15. § 5. Ei vero ex meis hoc loco favent Harl. 2. Port. et Hav. Reliqui libri, et inter illos etiam optimi, constanter vulgatum defendunt, nisi quod *Nepote* sit in Lov. 3. Varie nomen hujus urbis scriptum fuisse in monumentis veterum Græcis et Latinis, docuerunt Merul. Cosmogr. part. II. l. IV. c. 21. parte altera p. m. 871. Cluverius Ital. Antiq. II. 3. p. 539. Cellar. Orb. Antiq. II. 9. p. 462. et Ger. Vossius ad Vell. Pat. I. 14. § 2. quorum plerique laudant lapidem, etiam a Grutero editum p. CCCLIX. num. 1. in quo memoratur M. APISTIVS. M. F. PAL. SABINVS. DVVMVIR. VEIOS. IIII. VIR NEPETE. Vide etiam p. CCCCXLI. num. 7. Id vero recte Sigonius hoc loco monuit, licet *Nepete* casu primo dicatur, inde tamen casu sexto non *Nepeti*, sed *Nepete*, formandum esse. Nam a recto 'Præneste' non modo Virgilius aliique, sed Livius etiam, ablativum 'Præneste' formarunt. Hoc lib. c. 19. 'Vix mœnia tuta rati oppido se Præneste includunt.' Et mox eodem cap. 'Triumphansque signum Præneste devectum Jovis Imperatoris in Capitolium tulit.' XXIII. 19. 'Statua ejus indicio fuit, Præneste in foro statuta.' Vide etiam Vossium Gramm. IV. 11. ubi a communi regula, neutra in *e* casum auferendi in *i* formare, omnia nomina propria eximenda docet; illa enim eum in *e* efferre. Præterea voces *ac Sutrio* exsulant a Leid. 1. Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. 1. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. Verum omnis narratio eas requirit. Quare negligentia scribarum excidisse videntur. Deinde *Sutrio auxilio adv. Etruscos* Hav. *Sutrio aux. adversos Etruscos* Harl. 1. *Sutrio aux. adv. Etruscus* Port. Qui omnes errores ex uno illo fonte profluxerunt, quem indicavi hoc lib. c. 3. § 8. Denique *petentes tendunt* Voss. 2. et Lov. 3.

Digitized by Google

Brevem occasionem esse ferendi auxilii] Τὸ *esse* deficit in Hav. At contra bis obcurrit in Gaertn. hoc modo: *brevem occas. esse ferendi esse auxilii:* quasi librarius, in variis codd. duobus locis conlocatum inveniens, incertus hæserit, ubi poni debuerit.

Eo vim Camilli ab Antio fortuna avertit] *Evertit* scriptum fuerat in Lov. 5. et in contextu Voss. 1. in quo legitur *avertit* inter versus. *Advertit* habet fragm. Hav. ut millies in Mss. variatur. Vide hoc lib. ad c. 23. § 8. et mox hoc cap. ad § 9.

§ 4 *Namque quum ea loca obposita Etruriæ*] *Nam quum ea* typis descripti usque ad Aldum, qui *Namque* substituit, concinentibus omnibus scriptis. Τὸ *que* in codice, quem primi editores secuti sunt, excidisse videtur ob similitudinem sequentis *quum*. Vide ad XXXVIII. 40. § 7. Contra vero ob præcedens *que* excidit τὸ *quum* in Lov. 4. Deinde *apposita Etruriæ* Lov. 1. 5. et Leid. 2. errore librariorum. Vide ad II. 61. § 4. Mox *portæ essent*, pro *portæque essent*, nonnullæ ex antiquis edd.

Et illis occupandi ea, quum quid novi molirentur, et Romanis recuperandi tuendique cura erat] Prius *et* omittitur in Leid. 2. et Lov. 1. Sed vide ad II. 44. § 3. Facile autem ea vocula hic præteriri a neglegente librario potuit ob similitudinem ultimarum literarum vocis præced. *essent*, sive *essĕt*. Vide ad XXXVII. 59. § 1. Hinc *emoliendi* Lov. 4. Dein, addita voce, *tuendique cura erat agri* Lov. 1. *tuendique agri cura erat* Leid. 2. et Voss. 1. in margine. Contra verbum *erat* omittitur in Voss. 2. et Lov. 3. *tuendique agri*, omissis vocibus *cura erat*. *Igitur* legit Lov. 2.

§ 5 *Omisso Antio, bellum Etruscum susciperet*] *Bellum Etruscorum* Leid. 2. reliquis adversantibus.

Legiones urbanæ, quibus Quinctius præfuerat, ei decernuntur] Superius in exercituum divisione c. 6. L. Quintius Cincinnatus causariis senioribusque præficitur, quos hic cum Camillo missos non est verosimile, sed alterum exercitum paratum instructumque in Urbe ad omnem eventum, cui Camillus Q. Servilium collegam præesse voluit. Ergo hoc loco *Q. Servilius* legendum, pro quo *Quintius* positus est. Et potuit videri a librariis corruptum, si non continuo altero versu sequeretur, 'Quintius Horatiusque successores Valerio in Volscos missi.' Quare Livium memoria lapsum hoc loco putamus: nisi quis et hæc corrupta putet. *Glar.* Jussit superius Camillus, Q. Servilium exercitu instructo paratoque in Urbe castra habere, intentum sive Etruria, sive Latini Hernicique se moverent: L. autem Quinctium ex causariis senibusque scribere, qui Urbi mœnibusque præsidio essent. Hos credibile non est eductos, quum alterius haud dubie ex militari juventute scriptæ manus copia foret. Itaque commodius scriberetur, *quibus Q. Servilius præfuerat*. Sed hoc vidit quoque Glareanus. Nam quod mox Quinctius Horatiusque appellentur, licet cogitare, quia periculum minus exspectatione erat, senem Servilium, cum exercitus ejus Camillo datus esset, ad Urbem retentum præfuisse, qui supererant armati, urbanis; Quinctium Horatiumque juniores missos in Volscos. *J. F. Gron.* Dubitationi, quam hic locus affert, nec penitus videtur injusta, sic fortasse rectius occurretur, ut causarii interea convaluerint, (ita, si maxima pars causarii fuerunt, jam validæ erunt legiones) et seniores cogitemus non illos prorsus decrepitos, sed stipendiis tantum quod confectis, et tales, quibus etiamnum aliquid roboris superesset, ut loquitur Livius hoc lib. cap. 2. *Jac. Gron.* *Quibus Quintius præfuerat* constanter scripti præferunt, nisi quod duæ priores voces non compareant in Leid. 1. optimæ notæ codice. Livium in re

Digitized by Google

modo enarrata, eaque non inpedita, memoria lapsum esse, verisimile non videtur; neque etiam credibile est, errorem librariorum natum esse ex adfinitate prænominis 'Quinti Servilii' et nominis 'L. Quintii:' quod utrumque post Glareanum Doujatio in mentem venit. Si enim Livius Servilium hic pro Quinctio memoraverit, ejus tamen prænomen adposuisse non videtur, quemadmodum neque Valerii, Quinctii, Horatiique prænomina repetit. Quum enim Livius in anni initio magistratus omnibus aut certe plerisque nominibus proposuit, postea in reliqua anni parte prænominum raro meminit: quare Jac. Gronovii sine mutatione ulla locum exponentis non displicet sententia; licet tamen eam veram præstare non audeam. Præterea *eidem cernuntur* Leid. 1. *eidem decernuntur* Voss. 2. Lov. 3. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. Pronomina *is* et *idem* frequenter commutata sunt in Mss. Vide ad X. 10. § 6. Id autem hic tanto facilius fieri potuit, quod vox sequens syllaba *de* incipiat, quæ si in fine præcedentis pronominis *ei* repetitur, inde *eidē*, sive *eidem*, exibit. Quin et id hic factum esse, Leid. 1. scriptura argumento est.

§ 6 *Quamquam expertum exercitum, &c. qui in Volscis erat, mallet, nihil recusavit*] *Expertem exercitum* scribæ lapsu Hav. quos similiter ita lapsos esse conjeci ad IV. 9. § 9. Deinde *τὸ erat* non est in Leid. 1. Tum *nil recusavit* Hav.

Valerium tantummodo imperii socium depoposcit] *Tantummodo imperium depoposcit* male Leid. 2. *deposcit* Lov. 2. et Hav. duarum literarum geminatione neglecta.

Quinctius Horatiusque successores Valerio in Volscis missi] Constat sermo, si ceperis, prout ad oram annotavit pater: 'Recte: qui erat in Volscis, vel ad gerendas res in Volscis.' Nec video mutare Mss. Si qua fides tamen, potius credam a Livio venisse *in Volscos*. IX. 20. 'Præfecti Capuam:' ubi vide paterna. *Jac. Gron.* Ita et Ant. Perizonius in ora Livii sibi legendum videri adscripsit. Neque mihi displiceret, si vel in uno alicujus auctoritati ac fidei codice invenirem. Qui quum omnes in vulgatum conjurent, cum J. F. Gronovio potius junctim capio *Valerio in Volscis*, id est, 'qui erat in Volscis.' Præterea *Quintius et Horatius* priores editi, pro quo *Quintius Horatiusque* Aldus restituit. Cum Aldo vero faciunt omnes scripti, nisi quod *quia*, pro *que*, sit in Voss. 2. et Lov. 3. qui error profluxit ex eo, quod librarii non recte distinxerint notas, quibus utraque illa vocabula conscribi solent. Vide ad v. 29. § 3.

§ 7 *Profecti ab urbe Sutrium Furius et Valerius*] *Profectique ab urbe Suturium Furius Camillus*, duabus ultimis vocibus omissis, Leid. 2. *Profecti ad urbem Sutrium* Voss. 2. Lov. 3. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. *Profecti ad urbes Utrium* Leid. 1. inperite in voces divisa orationis serie, quæ olim continua scripta erat. Deinde *Furius Valeriusque* Harl. 2.

Ex parte altera interceptis itineribus] Emacula locum, scribens *interseptis itineribus*. Sic 'obsepire iter' dixit IX. 34. 'Hæc,' inquit, 'plebi ad curules magistratus iter obsepit.' *Rhen.* Passim hoc verbo Livius usus est. Supra I. 27. 'Id factum magnæ parti peditum Romanorum conspectum abeuntis Albani exercitus intersepsit.' VIII. 25. 'Interseptis munimentis hostium pars parti abscissa erat.' XXIV. 23. 'Murique ea pars, quæ ab cetera urbe nimis firmo munimento intersepiebat insulam, consensu omnium dejecta est.' XXV. 11. 'Vallo urbem ab arce intersepire statuit.' XXXI. 46. 'Adversus vallem inter duas jacentem arces, qua et muro intersepta urbs est.' XXXIV. 40. 'Ter-

Digitized by Google

ritavit eos, nunc prœliis lacessendo, nunc operibus intersepiendo quædam, ne exitus ad fugam esset.' Servant autem lectionem, quam Rhenanus restituit, omnes codd. præter Leid. 2. et Lov. 4. in quibus est *interceptis;* et Lov. 5. atque Hav. qui exhibent *intersceptis*. Ante Rhenanum vero *interseptis* editum est Mediolani 1505. 'Interseptus' autem et 'interceptus' facile commutari potuerunt, præsertim si codex altero verba minus distincte præeunte conscriptus sit. Idem error etiam committitur VIII. 25. § 5. *interseptis ad id mœnibus* præfert Lov. 2. sed *itineribus* in margine emendatur. Mox *a se arcentes* Gaertn.

§ 8 *Quum Romani auxilii adventus, tum Camilli nomen celeberrimum*] *Tum Romani* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Port. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. et N. omnesque excusi usque ad Gronovium. Vide hoc lib. c. 23. § 3. Præterea *Romani adventus auxilii* fragm. Hav. a m. pr. *Romani auxilii eventus* Lov. 2. Deinde *Camilli nomen celeberrimi* Hav. Sed ultimam vocem omittunt Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav.

Et in præsentia rem inclinatam sustinuit, et spatium] Prius *et* deest in Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. errore scribarum. Vide ad II. 44. § 3.

§ 9 *Itaque diviso exercitu*] Vet. lib. *Ita diviso exercitu*. Sigon. Similiter etiam præferunt Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. Eos tamen non audiendos esse censeo, quod reliqui codd. quorum apud me auctoritas gravior est, vulgatum tueantur. Sæpius ita variarunt librarii. Vide ad XXI. 53. § 7.

Eam in partem circumductis copiis, quam hostes tenebant] *In eam partem* Lov. 1. 5. Leid. ambo, et Harl. 1. Neque aliter fuit in editis ante Aldum, qui primus ordine mutato dedit *eam in partem*. Et ita reliqui codd. Vide ad II. 19. § 8. Idem Aldus primus iterum *quam hostes tenebant* vulgari curavit, quum antea *qua hostes* ederetur. Aldo vero concinunt libri scripti, nisi quod *quam hostes tenent* sit in Gaertn.

Mœnia egredi jubet] Legendum *adgredi jubet*. Rhen. *Egredi* in sola mihi Aldina obvium fuit, quod errantibus operis tribuendum videtur. Certe ipse jam Aldus inter errata *aggredi* scribendum monuit.

Non tanta spe, scalis capi urbem posse, quam ut aversis eo hostibus] *Montana spe* dormitans dedit librarius Flor. Deinde vox *scalis* deest in Leid. 2. et Lov. 1. quam reliqui omnes servant. Supra hoc lib. c. 8. 'Mœnia undique adgressus, scalis oppidum cepit:' et alibi sæpe. Præterea τὸ *ut* deficit in Harl. 2. Port. et Hav. Tum *adversis eo hostibus* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. Port. a m. pr. et Hav. *adversus* fragm. Hav. Vide hoc cap. ad § 3. *Aversis* nempe ab ea, quam Camillus oppugnare proposuerat, parte ad eam, quam Valerius invadebat.

Et oppidanis jam obpugnando fessis laxaretur labor] Vet. lib. *pugnando*. Sigon. Ὁ πόνος Gronovius Observ. IV. 19. p. 304. *propugnando* scribendum conjicit, atque observat, propriam vocem esse de illis, qui urbibus, castris, locis præsidio sunt. Verum neque in prima ed. notarum ad hunc locum, neque in curis secundis ejus emendationis postea meminit; ut ipse eam sprevisse videatur. Et recte. Non modo enim *pugnando*, quod Sigonius in vet. lib. invenit, superest in omnibus, quibus usus sum, libris scriptis; verum etiam non aliter est in edd. usque ad Basileenses, qui demum a. 1539. *oppugnando* substituerunt. Deinde *ab oppidanis, &c. laxaretur labor* Lov. 1. 5. Leid. 2. et Voss. 1. *laxare tum labor* Lov. 3. et Voss. 2. *lassaretur labor* Lov. 4. Vide ad X. 5. § 6. In verbis seqq. *intrandi fore certamine* præfert Leid. 2. pro *intrandi sine certamine*.

Digitized by Google

§ 10 *Quod quum simul utrimque factum esset*] *Utrique factum esset* Leid. 1. et Harl. 1. Scriptum fuerat *utrīque*. Sed notam suprascriptam librarii omiserunt. Vide hoc lib. ad c. 31. § 8. *utrumque factum esset* Lov. 4. 5. et quædam ex vetustioribus excusis, ut Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et Veneta 1495. quo eodem anno Mediolanenses *utrimque* substituerunt, eorumque exemplo reliqui servarunt. *Utrimque factum est* habet Leid. 2.

Porta se, quæ una forte non obsidebatur, trepidi uno agmine ejecere] *Quæ una fonte non obsid.* Leid. 1. pro quo *quæ una fronte non obsid.* dederunt Lov. 3. Voss. 2. Harl. 1. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. Deinde vocula *non* exsulat ab Hav. Tum *trepido uno agmine* Leid. 2. et Lov. 1. *uno trepidi agmine* Leid. 1. Denique *eicere* Hav. et fragm. Hav. a m. sec.

§ 11 *Per agros est facta. Plures a Furianis intra mœnia cæsi. Valeriani expeditiores*] *Per agros facta est* Gaertn. Tum *a Sutrinis* Lov. 4. et Harl. 2. *a furiatis* Lov. 3. Deinde *inter mœnia* Voss. 2. et Lov. 3. sollemni errore. Vide ad v. 26. § 3. Denique *Valeriani celeriores expeditiores fuere* Voss. 2. sed voci *celeriores* subjectis notis indicavit librarius, eam delendam esse.

§ 12 *Sutrio recepto, restitutoque sociis, Nepete exercitus ductus*] *Sunt utriore cæpto restitoque socius* depravate Leid. 1. Deinde *Nepet exercitus ductus* Harl. 2. Hav. et Port. a m. pr. Vide ad § 3. hujus cap. *Nepete exercitus dictus* Harl. 1. Vide ad XXXVIII. 43. § 1. Mox in verbis seqq. *quod deditionem acceptum* Lov. 1. *quod ditionem acceptum* Harl. 1. *quod per deditionem exceptum* Hav. Vide ad II. 47. § 7.

CAP. X. § 1 *Videbatur plus in ea urbe recipienda laboris fore*] *Videbantur* Leid. 1. Vocem autem *urbe*, quæ a prioribus edd. exsularat, primus Aldus addidit eamque servant omnes scripti. Tum *recipienda fore laboris*, vocabulis transpositis, Gaertn. Sed *fore* male neglegebatur in fragm. Hav. *recipiendum laboris fore* Lov. 4.

Non in eo solum, quod tota hostium erat] Videtur abundare τὸ *in*. J. F. Gron. Illud *in* constanter servant, quibus usus sum, codd. *Non in ea solum, quod in tota hostium erat* habet Gaertn.

Sed etiam quod, parte Nepesinorum prodente civitatem, facta erat deditio] *Sed quod jam parte* Lov. 2. 4. *sed jam quod parte* Leid. 1. Lov. 5. Harl. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Deinde *Nepetinorum* Lov. 3. et Voss. 2. *Nepestinorum* Harl. 2. et Port. *Nepessinorum* Hav. *Nepetesinorum* Gaertn. *Nepesnorum* Leid. 1. Sed vulgatum verum est. Incolæ enim urbis Nepetis 'Nepesini' vocantur. Vide Cluv. Ital. Antiq. II. 3. p. 529. Tum vox *civitatem* a m. sec. expuncta erat in fragm. Hav.

§ 2 *Mitti tamen ad principes eorum placuit, ut secernerent se*] *Mitti tum ad principes* Lov. 2. Vide ad XXII. 17. § 5. *Mitti inde ad principes* Hav. Sed sæpius librarii in vocibus *inde* et *tamen* ob similitudinem compendiorum *iñ* et *tñ*, quibus scribi solent, confundendis peccarunt. Vide ad v. 18. § 8. et mox hoc cap. § 8. Hinc *eorum* non adparet in Lov. 3. Deinde *ut se cernerent ab Etruscis* idem Lov. 3. *ut se secederent se* fragm. Hav. *ut secernerent, τῷ se* expuncto, Gaertn. unde *ut secederent* legendum esse, videri posset. Sed nihil muto. Livius XXXV. 14. 'Quod e grege se imperatorum velut inæstimabilem secrevisset.' Cic. Orat. Catilin. I. 9. 'Concita perditos cives, secerne te a bonis:' et c. 13. 'Secedant inprobi, secernant se a bonis, unum in locum congregentur: muro denique, id quod sæpe jam dixi, secernantur a nobis.' Ita 'secretus ab aliis' hoc lib. c. 25. ubi alia vide.

Digitized by Google

Fidemque, quam inplorassent ab Romanis, ipsi præstarent] *Et fidem* edd. principes: pro quo Aldus *fidemque* substituit. Cum ipso autem stant omnes Mss. nisi quod *fidem quemquam implorassent* Flor. et Leid. 1. habeant errore librariorum. Deinde *quam plorasset* Klockian. Sed primam syllabam *in* absorpsit litera finalis vocis præced. Vide ad v. 27. § 4. *quam inplorasset* Lov. 2. Tum *a Romanis* Lov. 4. 5. Gaertn. et fragm. Hav. Denique *præstaret* Voss. 2.

§ 3 *Primo populationibus agri terror est oppidanis admotus*] *Primo postul. est oppid. admotus*, reliquis omissis, Leid. 2. Τὸ *est* deficit in fragm. Hav. Paullo ante *adlegatum esset*, pro *adlatum esset*, præfert idem codex. Deinde *potestatis esset*, pro *pot. esse*, Lov. 1.

§ 4 *Fascibus sarmentorum ex agro collatis*] *Falcibus sarmentorum* Klockian. Vide ad XLII. 64. § 2. *fascibus armentorum* Leid. 2. Sed literam sibilantem ab initio vocis intercepit postrema præcedentis. Vide ad XXX. 3. § 8. Hinc *ex agris collatis* Port. in quem errorem librarium illud conjecit, quod jam notavi hoc lib. c. 3. § 8. *ex agro datis* Lov. 2. qui in verbis præcedentibus *sanior*, pro *sanctior*, scripsit.

Et clamore primo inpetuque oppidum capitur] Vocula *et* deficit a m. sec. in Flor. Deinde *impetu*, sine copula *que*, legunt multæ ex vetustis edd. quam recte additam video in Mediolan. 1495. Vide hoc lib. ad c. 4. § 9.

§ 5 *Nepesinis inde edictum, ut arma ponant*] *Nepetinis* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. *Nepestinis* Harl. 2. Gaertn. et Port. Eadem, quæ hic, scriptura mox etiam superest in Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et Port. Vide ad § 1. *inde dictum* habet Harl. 1. Sed prima litera intercepta est ab ultima vocis præced. Vide ad II. 44. § 6. Tum *ponant* non adparet in Voss. 2. pro quo *deponant* præferunt Lov. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. quod ex glossa scholiastæ receptum esse videtur. 'Ponere arma' Livius dixit IV. 10. 'Dedi imperatorem, arma poni jubet, fatentes victos se esse, et imperio parere.' XXXV. 36. 'Nec movisset se quisquam, si extemplo, positis armis, vocata in concionem multitudo fuisset.' Auctor Epit. Liv. lib. LXXXVIII. 'Soli ex Italicis populis arma nondum posuerant:' ubi alia vide. Mox *partique*, pro *parcique*, Leid. 1. et Hav. *patique* fragm. Hav. Deinde *armati et inermes* Voss. 2. Vox *armati* exsulat a Lov. 5. Denique *multitudinis redditæ res*, pro *multitudini* Hav. *reddita res* Hearnii Oxon. L. 1.

§ 6 *Ita, duabus sociis urbibus ex hoste receptis, victorem exercitum*] *In duabus sociis urbibus* Hav. *Itaque duabus* fragm. Hav. et edd. vetustiores. Aldus deinde primus *Ita* reposuit, quod servant scripti reliqui. Voce *ita* et *itaque* sæpe in Mss. commutantur. Vide ad XXI. 53. § 7. Tum *ex hostibus receptis* Harl. 2. Port. et Hav. Caussam hujus erroris dedi hoc lib. ad c. 3. § 8. Deinde *Veiorum exercitum* Leid. 1. *vitiorem exercitum* Harl. 1.

Cur per eos annos militem ex instituto non dedissent] *Per eos dies* Harl. 2. Gaertn. Hav. et in contextu Port. in cujus margine *per eos annos* emendabatur, quod rectum est: nam jam triennio ante 'novus terror accesserat defectione Latinorum Hernicorumque,' ut Livius narrat hoc lib. c. 2. Ex eo itaque tempore militem ex instituto non dederunt, adeoque *per eos annos*. Paullo ante *ab Latinis Hernicisque res petitæ* Hearnii Oxon. L. 2. Sed primam syllabam vocis *repetitæ* interceperat vox præcedens.

§ 7 *Responsum frequenti utriusque gentis concilio est*] *Responsumque* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. et Hav. At

Digitized by Google

contra *utrius gentis* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. qui iidem etiam cum Lov. 2. *consilio* præferunt. Sed indicatur conventus legatorum utriusque populi, quod non *consilium*, sed *concilium*, vocandum est. Vide Gronov. ad Liv. XLIV. 2. § 5. Tandem vocula *est* deficit in Harl. 2.

Nec culpam in eo publicam, nec consilium fuisse] *Et culpam* Flor. a m. pr. *nec publicum in eo culpam*, in alium ordinem digestis vocibus, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Mox *militaverunt*, pro *militaverint*, Lov. 4. 5. a m. pr. Port. et Harl. 2.

§ 8 *Eos tamen ipsos pravi consilii pœnam habere*] *Eos inde ipsos* Hav. Sed vide hoc cap. ad § 2. Deinde transpositis literis *parvi consilii* Flor. Leid. 2. et Port. quod in hac voce frequenter a librariis commissum est. Vide ad XXIX. 37. § 16. Insuper *consilii ipsi pœnam habere*, male inserta voce, Leid. 1. et fragm. Hav. *consilii ipsius pœnam habere* Lov. 2. Mox verbis seqq. *reducendum esse*, pro *reducem esse*, Gaertn. *nec quemquam de his* Lov. 4.

Militis autem non dati causam terrorem assiduum] *Militis ante non dati* Lov. 1. Vide ad XXVII. 35. § 7. *terroris assidui* Voss. 2. Lov. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav.

Tot super alia aliis bellis exhauriri nequisse] *Nequivisse* Lov. 4. Harl. 2. et Port. Non sequor. Vide ad v. 10. § 10. Præterea *exhaurire* Harl. 2. et excusi priores; pro quo deinde Aldus *exhauriri* subposuit: quomodo præferunt reliqui codd. Ceterum non junctim capiendum est *bellis exhauriri*, sed *tot super alia aliis bellis* scilicet 'existentibus,' 'orientibus.' Caussa enim, cur hæc pestis adhærens lateri exhauriri nequierit, illa erat, quod tot alia super alia bella existerent. Sæpe participium verbi substantivi per ellipsin subintelligi solet. Vide ad XXII. 31. § 5.

§ 9 *Magis tempus, quam caussam, non visa belli habere*] Sensus verborum videtur esse: Hoc responsum Patribus tale visum fuit, ut putarent, magis tempus non esse bellum iis inferendi, quam justam causam illius inferendi sibi deesse. *Duk. Non justam belli* Harl. 2. *non visam belli* Gaertn. Sed longe aliam lectionem *magis belli caussam, quam tempus, habere visa* præfert codex Klockian.

CAP. XI. § 1 *Insequenti anno A. Manlio, P. Cornelio*] A. Manlius ab initio hujus libri tribunus militum fuit: ergo hic addendum *iterum*. P. Cornelius autem ab a. CCCLX. quater fuit in magistratibus; sed ter, nullo adjecto cognomine. Credo Livium offensum tot nominum inani propemodum nomenclatura. Ita et Cn. Sergii nomen II. hic omissum, ut paullo ante c. 5. diximus. *Glar.* Post voces *Insequenti anno* inseruntur vocabula *tribuni milit. potestā* in Leid. 1. *tribuni mil.* in Leid. 2. et Lov. 1. *tribunis militū consulari potes.* in Harl. 1. quæ tamen post nomina magistratuum proposita a Livio adduntur, ubi eadem servant iidem codd. Deinde prioris tribuni prænomen omittunt Leid. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. Ejus loco ei tribuit *M.* Leid. 2. *T.* Lov. 4. 5. Harl. 2. et Hav. *Tito* Lov. 2. duplex *A. Tito* Gaertn. Deinde *Mallio* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *Manilio* Lov. 4. et Hav. Vide ad XXXIV. 53. § 2. et mox hoc cap. § 3. Ceterum non A. Manlio solum, ut Glareanus existimavit, sed etiam P. Cornelio numerum *II.* adjiciendum in Livio, collegas enim antea in hoc magistratu fuisse, monet Pighius in Annal. ad a. CCCLXIX. p. 233. Id tamen necesse non esse, satis patet ex illis, quæ dicta sunt ad II. 16. § 7.

T. et L. Quinctiis Capitolinis] *L. et T. Quintiis Capitolinis* Leid. 2. *Tr. et L. Quintiis Capitolinis* Flor. et Leid. 1. *T. et L. Quinto Capitolino* fragm. Hav. *Tribunis pl. Quintio Capitolino* Voss. 2. *tribunis plebis Quintio*

Digitized by Google

Capitolino Lov. 3. et Hearnii Oxon. L. 1. *L. Quinctio Capitolino,* prioris prænomine cum vocula *et* neglecto, Lov. 2. et 4. *Quintio Capitolino,* utroque prænomine omisso, Hearnii Oxon. B.

L. Papirio Cursore tribunis consulari potestate] Est in antiquo volumine *L. Papyrio Cursore II. tribunis consulari potestate.* Rhen. Hoc habent boni veteres libri, quod in iis est, *L. Papirio Cursore II. tribunis militum consulari potestate.* 'Quoniam autem non nisi quinque tribunorum nomina eduntur, C. autem Sergius et ante semel, et post tertium tribunus militum fuisse a Livio traditur, quo autem anno iterum fuerit, nisi hoc dicamus, ne colligi quidem conjectura potest, propterea videtur esse legendum, *L. Papirio Cursore II. C. Sergio II. tribunis militum consulari potestate.* ['De *C. Sergio* admonuit quoque ante Glareanus: hic autem, quasi primum hoc viderit, narrat.'] *Sigon. L. Papirio Cursore II. tribunis* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 3. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. *L. Papirio Cursore secundo tribunis* Voss. 2. *L. Papirio Cursore dubus tribunis* Gaertn. *L. Papirio Cursore biis tribunis* Leid. 2. Reliqui codd. iterati tribunatus notam in Papirio omittunt. Nullus etiam codd. *C. Sergii iterum tribuni* meminit, cujus tamen nomen hic verisimiliter intercidisse, et Papirio iterati honoris numerum addendum esse, etiam Pighius monet in Annal. ad a. CCCLXIX. p. 233. Vide etiam Glareanum non modo hoc lib. c. 5. § 7. sed etiam c. 27. § 2. Denique *tribunis militum consulari potestate,* ut Sigonius in vet. lib. esse testatur, apud me tantum exstat in Lov. 2. 4. Harl. 2. Gaertn. Port. et Hav. apud Hearnium autem in Oxon. B. Sed sufficere arbitror *tribunis consulari potestate,* ut optimæ notæ aliique codd. præferunt. Ita hoc lib. c. 19. 'Tum tribuni consulari potestate tribunique plebei, quid opus facto sit, consultant:' ubi iidem fere, qui hoc loco, codd. iterum *tribuni militum consulari potestate* præferunt. Mox *gravius domi,* pro *gravior domi,* Gaertn.

§ 2 *Bellum a Volscis, adjuncta Latinorum atque Hernicorum defectione*] In antiquo volumine est *bellum ab Volscis.* Rhen. *A Volscis* omnes mei. Sed tum *Latinorum Hernicorumque* Leid. 2. et Harl. 2. *Latinorum et Hernicorum* Port. et Hav.

Seditio, unde minime timeri potuit, a patriciæ gentis viro et inclitæ famæ, M. Manlio] *Seditionum minime timeri* fragm. Hav. Deinde *timeri debuit* priscæ edd. pro quo Aldus primus reposuit *potuit,* quod habent omnes scripti. Tum *ab patriciæ gentis viro* Port. solus. Mox copula *et* omittitur in Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. Hinc *inditæ famæ* Lov. 3. Vide hoc lib. c. 42. § 5. *inclitæ familiæ* priores excusi, cujus loco Aldus iterum *famæ* dedit, concinentibus omnibus manu exaratis. Denique *Mallio* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *Manilio* Lov. 4. et Hav. Vide modo ad § 2.

§ 3 *Qui nimius animis, quum alios principes sperneret*] Novimus, 'animos' cum Latini dicunt, exprimere volunt plerumque Græcorum *φρόνημα.* De Antigono Diod. Sicul. lib. XVIII. p. 654. Πλήρης ἦν ὄγκου καὶ φρονήματος. Et alibi eodem lib. p. 667. de Nicanore, Ὁρῶν αὐτὸν ὄγκου πλήρη καὶ πεφρονηματισμένον. Sed hic Pal. 2. et vetustissimæ duæ edd. *qui nimius animi.* Gebh. Auctoribus optimis delevi literam. 'Nimius animi,' ut Nostro XXX. 15. 'æger animi.' Virgilio Æn. XII. 19. 'præstans animi.' Æn. XI. 417. 'egregius animi.' Tacitus Hist. III. 75. 'Innocentiam justitiamque ejus non argueres: sermonis nimius erat.' Et sic Muretus. *J. F. Gron.* Adde Salmas. ad Vopisci Aurelian. c. 32. apud quem et alios, quos laudat Burmann. ad Vell. Paterc. II. 32. plura de hoc usu vocis

Digitized by Google

nimius legi possunt. *Duk. Minus animi* Hav. 'Minus' et 'nimis,' vel 'nimius,' etiam alibi in membranis permutantur. Vide ad XXXVI. 9. § 7. *Nimius animi* Flor. a m. sec. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hearnii Oxonienses, et vetustæ edd. usque ad Aldum, qui *animis* primus vulgavit. Livius III. 26. 'Plebs neqnaquam tam lætum Quinctium vidit; et imperii nimium, et virum in ipso imperio vehementiorem rata.' Verum ibi potius dictatura dicitur *nimium imperii*, pro nimis magnum imperium, nimium imperium. Silius Ital. v. 231. 'Quem postquam florens æquali Lentulus ævo Conspexit, nimium pugnæ, nimiumque cruoris, Fata irritantem.' VI. 81. 'Quod scelus, o nimius vitæ, nimiumque ferendis Adversis genitus, cerno?' Vide Nic. Heinsium ad Silii Italic. XIV. 670. ubi inter alia ineditus Arusianus Messius ex Sallustii Histor. IV. laudat 'Inpotens et nimius animi est.' Similiter 'territus animi' VII. 34. Alia etiam adjectiva passim Livius cum casu quarto construere consuevit. Quid tamen hoc esse dicam, quod meorum optimi constanter *nimius animis* hoc loco servent? Præterea *cerneret* male Leid. 2. *Spernere* et mox *invidere* fragm. Hav. a m. pr.

Uni invideret, eximio simul honoribus atque virtutibus] *Exin ipse*, pro *eximio*, vitiose præfert Leid. 1. Tota vox omittitur in Leid. 2. quasi hic Livius verbo 'invidere' rem, quam alteri invidemus, casu sexto addidisset; quam tamen locutionem seculi Liviani non esse, vidimus ad II. 40. § 11. Et certe reliqui omnes codd. vocem illam servant: ita tamen, ut *eximiis simul honoribus* legant Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. et Hav. ubi jungendum foret *uni eximiis honoribus*. Quomodo Cic. loquitur ad Fam. I. 7. 'Lentulum nostrum, eximia spe summæ virtutis adolescentem, imitatione tui fac erudias.' Reliqui vulgatum tuentur, quod non displicet. Liv. I. 7. 'Aversos boves, eximium quemque pulchritudine, caudis in speluncam traxit.' VII. 10. 'Corpus alteri magnitudine eximium.'

Ægre ferebat, solum eum in magistratibus, solum apud exercitum esse] Τὸ *eum* deest in fragm. Hav. contra repetunt Leid. 2. et Lov. 1. *solum eum apud exercitum esse* exhibentes. At uno ambitu *solum eum in magistratibus solitum apud exercitum esse* præferunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. nisi quod in eo, ut dictum est, deficiat τὸ *eum*. Sed vulgatum præfero. Manlius ægre ferebat, Camillum tanti a civibus fieri, ut solum eum dignum existimarent, qui honores gereret, ac militibus et exercitui populi Romani præesset.

§ 4 *Eminere, ut iisdem auspiciis creatos, non pro collegis, sed pro ministris habeat*] *Emineret* Leid. 1. et Harl. 1. *iminere* vel *imminere* Voss. 2. Deinde *non solum pro collegis* Port. Harl. 2. Gaertn. et Hav. Sed recte additam vocem reliqui codd. ignorant. Denique *pro ministeriis* Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav.

Si quis vere æstimare velit] *Extimare* Lov. 1. 2. 3. fragm. Hav. et Gaertn. *existimare* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 4. et Port. a m. sec. Neque aliter, quas vidi, edd. vetustæ præferunt. Aldus primus illi lectioni τὸ *æstimare* substituit, quod etiam est in reliquis edd. et optimis Mss. Alibi sæpe voces 'æstimare' et 'existimare' in Mss. commutantur. Vide ad XXXIV. 2. § 5. De locutione autem 'vere æstimare' vide ad XXXIV. 27. § 1. *æstimari* habet Hav.

M. Furio recuperari patria ex obsidione hostium non potuerit] Scribe *a M. Furio recup. patr.* Rhen. A Pall. tribus, et ed. Andreæ abest præpositio *a*. Gebh. Si solos forte Lov. 2. et Harl. 1. excipias, quorum priorem sub oculis habeo, ex altero nihil in

Digitized by Google

excerptis adnotatum video, præpositio *a* etiam deficit in omnibus meis manu exaratis, ut et in vetustioribus editis. Mediolanenses demum 1495. eorumque exemplum imitati Veneti 1498. illam contextui addiderunt, quam reliqui servarunt usque ad Aldum, qui iterum, sine dubio codd. suos secutus, ejecit: unde Rhenano eam addendi occasio data est. Quid de Hearnii Oxoniensibus dicam, hæreo. Monens enim τὸ *a* omitti in Andreæ Romana, de membranis suis nihil addit; unde efficiendum foret, præpositionem in illis superesse. Verisimile tamen non fit, eas omnes tam constanter a plerorumque aliorum codicum scriptura in diversa abire. Satis commode etiam vocula illa abesse potest, sive *M. Furio* accipiamus positum casu tertio, sive casu sexto pro 'per M. Furium.' Sic I. 16. 'Paucis initio facto:' ita habet optimus Leid. 1. pro *a paucis*. II. 6. 'Numquamne ergo, inquit, ulla adeo vobis spectata virtus erit?' ita Gronov. legit, et nonnulli codd. præferunt, pro *a vobis spectata*. III. 63. 'In eamdem sententiam multa et ceteris senioribus Patrum quum essent dicta:' ita Rhenanus in suis invenit, meorumque unus et alter exhibent, pro *a ceteris*. c. 69. 'Ut signa eo ipso die quæstoribus ex ærario promta:' ita iterum unus ex melioribus, pro *a quæstoribus*. IV. 17. 'Ad delectum consulibus habitum centuriones veteres, belli periti, adjecti:' ea et hic quorumdam codicum lectio est, pro *a consulibus habitum*. V. 12. 'M. Furio in Faliscis et Cn. Cornelio in Capenate agro hostes nulli extra mœnia inventi:' ita olim editum fuit, omnesque codd. mei servant. Rhenanus scribendum monuit *a M. Furio*, quod ab aliis in contextum receptum est. Infra VI. 14. 'Commilitonemque meum, tamquam Gallis victoribus captum, in servitutem ac vincula duci videam.' c. 31. 'Volscis incursiones in extrema finium factæ erant:' hæc quorumdam codicum lectio est, ubi vulgo editum *a Volscis*. c. 34. 'Proximis quisque minime anteiri vult:' ita optimi codd. Vulgo *a proximis*. VIII. 6. 'Ita ut populo Patribusque audita vox pariter sit.' c. 15. 'Aurunci T. Manlio consule in deditionem accepti:' ita plerique codd. et primæ edd. IX. 31. 'Loca difficilia, hosti quæsita, ipsos tum sua fraude impediebant.' c. 36. 'Silva erat Ciminia, nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita.' XXXV. 17. 'Per similem tentationem Romanis de duabus civitatibus agi.' c. 37. 'Oratione habita, qualis habenda Alexameno fuerat:' ita plures meorum, pro *ab Alexameno*. XXXVI. 8. 'Ætolis Amynandroque dies ad conveniendum exercitui Pheras est indictus:' ubi nihil mutandum puto. XL. 26. 'Duumviri navales creati C. Matienus et C. Lucretius, navesque iis ornatæ sunt.' c. 31. 'Quæ pars maxime pugnantibus conspici poterat:' ita codd. mei, non, ut vulgo editur, *a pugnantibus*. XLI. 10. 'Hæc collegæ obsequenter facta.' XLI. 26. 'Exæquari cornibus hostibus, (forte *hostilibus*,) quibus circumibantur, possent.' XLII. 12. 'Bœotorum gentem, captatam Philippo, nequaquam ad scribendum amicitiæ fœdus adduci potuisse.' c. 15. 'Cum quo institutus regi sermo erat.' XLIV. 27. 'Quum assidue Pantaucho ad lacessendos hostili facto Romanos stimularetur:' ubi male Sigonius ex conjectura *a Pantaucho* in contextum recepit. c. 43. 'Facile conveniebat, Romanis numquam una acie tantum Macedonum interfectum:' qui locus olim male distinguebatur. Alibi eadem locutio in Mss. obcurrit. Vide ad II. 43. § 1. V. 33. § 2. VIII. 23. § 17. XXII. 47. § 1. XXIII. 9. § 4. XXVII. 27. § 3. et aliis locis. Adde Cortium ad Sallust. Jug. c. 21. § 3. c. 25. § 5. et ad Plinii Ep. IV. 13. § 10. Inprimis autem

Digitized by Google

sæpissime ita loqui solitus est Sueton. Vide quæ notant Torrent. ad Cæs. c. 19. Burm. ad Cæs. c. 20. et alibi. Hinc forte præferenda est Torrent. sententia, qui *ara Octavio consecrata* in vita Aug. c. 1. exponit, 'ab Octavio :' quum Casaub. et Gruterus interpretentur 'ipsi Octavio ab aliis consecrata.' Certe Gujeti emendatio, qui *ab Octavio* invitis libris conjicit, non admittenda est. Ceterum *recuperare* perperam Gaertn. et Hav.

Nisi a se prius Capitolium] *Nisi prius a se* Leid. 1. *ab se* Port. et Hav. Tum *Capitolium et ars*, pro *Cap. et arx*, Lov. 3. Vide ad IV. 56. § 3.

§ 5 *Inter aurum accipiendum et spem pacis solutis animis Gallos adgressus sit*] *Et specie pace* Leid. 2. *et in spem pacis* Flor. quod probari posset. Ita autem 'animi in spem pacis soluti' dicerentur, quemadmodum 'resolvi in spectaculum' apud Frontin. I. 5. ex. 16. et 'resolutus in nimiam securitatem' II. 9. ex. 7. Præterea tum præcedens *inter aurum accipiendum* dictum foret, pro 'interea dum aurum accipitur.' Vide hoc lib. ad c. 24. § 10. Verum, an uni, licet optimo, codici fides hic habenda sit, vehementer dubito. Alibi enim locutionem 'solvi in aliquid' apud Liv. hoc sensu nondum notavi. Deinde *Gallos aggressus est* Lov. 2. et 4. *aggressus est Gallos* Harl. 2. Hav. et Port. in quo posteriori tamen in margine emendatur *aggressus sit Gallos*. *Tò sit* non exstat in Gaertn. *egressus sit* habet Leid. 2.

Armatos capientesque arcem depulerit] *Capientes arcem* sine copula Leid. 2. et Lov. 1. *capientesque urbem* Voss. 1. pro quo in margine emendatur *arcem*. Sollemnis est illa harum vocum permutatio. Vide Nic. Heins. ad Claudian. in Rufin. I. 175. Burmann. ad Ovid. Epist. Her. XII. 127. Bentl. ad Hor. Od. I. 7. 5. et Markland. ad Statii Sylv. I. 4. 91. Hic tamen non *urbem*, sed *arcem*, legendum esse, docet historia Gallorum, Capitolium, ubi arx urbis Romæ erat, conscendentium, et Manlii eos inde depellentis.

Apud omnes milites sit, qui simul vicerint] Vox *omnes*, quam alii Mss. agnoscunt, in solo deficit Harl. 2. Deinde *vicerunt* habent Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Port. Hav. et typis descripti Aldo antiquiores. Mox *suæ memoriæ*, pro *suæ victoriæ*, Klockian.

§ 6 *Ad hoc vitio quoque ingenii vehemens*] *Ad hæc* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. quæ varietas passim in Mss. obvia est. Vide ad XXI. 52. § 10. Deinde *ingenium vehemens* male scriba Gaertn. Mox *rà et inpotens* desunt in Klockian. quæ alii codd. constanter agnoscunt. Tum *excelsere*, pro *excellere*, Leid. 1. *ex scelere* Leid. 2.

§ 7 *Primum omnium ex Patribus popularis factus*] Necessario legendum *primus*. Infra c. 20. 'Quod primus a Patribus ad plebem defecisset.' *T. Faber*. Et perspicue Rott. *primus*. Si tamen necessarium, fatentur verba VIII. 15. 'Q. Publilius Philo prætor primum de plebe est factus :' ubi tacent, quum tamen lib. X. c. 8. 'L. Sextius primus de plebe consul est factus,' &c. *Jac. Gron.* *Primum* et *primo* sæpe invaserunt locum *τοῦ primus*. Vide J. F. Gronovium ad Liv. XXIX. 2. et Obs. I. 7. et Jac. Gronov. ad Livii XXX. 33. Fabri sententia non est rejicienda. *Duk.* *Primus omnium* etiam Port. et Hearnii Oxon. B. Simili modo J. F. Gronovius scribendum conjicit *potissima visa*, pro *potissimum visa*, I. 34. § 6. et *primo contigerunt*, pro *primum cont.* VIII. 26. § 7. Vide ad XXXIV. 14. § 6. Fabri conjecturam probat etiam Jac. Perizon. in Animadv. Histor. c. 8. p. 347. ubi addit, quod Livius hic de M. Manlio prædicat, non omni ex parte vero consentaneum esse : Sp. Cassium enim, virum patricium, triumphalem, et ter consulem, diu antea plebis voluntatem contra Patres lege agraria

Digitized by Google

aliisque largitionibus sibi conciliare nimis populariter studuisse, ut refert ipse Livius II. 41. Contra Doujatius sine mutatione sententiam constare putat: *primum omnium* enim esse, quasi dicas 'ante omnia.' Ceterum *is primum omnium* præfert Klockian.

Cum plebis magistratibus consilia communicare] *Cum plebeiis*, vel *plebeis magistratibus* exhibent omnes codd. scripti, quibus utor; nisi quod *cum plebe hiis magistratibus*, eodem tamen ducentibus vestigiis, sit in Gaertn. *cum plebeiis magistratibus* etiam Hearne invenit in Oxon. B. N. et C. Neque aliter obferunt typis excusi vetustiores aliique usque ad ultimam Gruteri ed. in qua demum *plebis magistratibus* repositum video, quod recentiores servarunt. Ab his dissentiens priscam lectionem revocavi. Supra II. 56. 'Rogationem tulit ad populum, ut plebeii magistratus tributis comitiis fierent.' IV. 25. 'Caverint, ne cui patricio plebeii magistratus paterent.' Deinde vox *consilia* deficit in Harl. 1. ut *communicare* absolute ponatur, quemadmodum IX. 14. 'Ea legatione Papirius audita, perinde ac motus dictis eorum, cum collega se communicaturum respondit.' Vide Vorstium de Latinit. Merito Suspect. c. 19. Præfero tamen consensum aliorum in voce ea servanda. 'Communicare consilia' Nostro frequens. III. 70. 'Facilitati submittentis se comiter respondebat, communicando consilia laudesque.' VIII. 25. 'Communicato inter se consilio, partes ad rem agendam divisere.' X. 22. 'Cum moribus notis facilius se communicaturum consilia.' XXVIII. 28. 'Cum Mandonio et Indibili consilia communicastis.' XXXVII. 16. 'Rhodum prius jussus adire, et omnia cum iis communicare consilia.'

Adliciendo ad se plebeiam auram, non consilio ferri] Adulteratus indubie locus est. Habet lectio vetus *alliciendo ad se plebem jam auram*. Lego et distinguo sic: *criminando Patres, alliciendo ad se plebem. Jam aura, non consilio, ferri*. Significat *aura* adspirantem vulgi favorem: proinde elegantissime dictum est, *jam aura, non consilio, ferri*, hoc est, ferebatur. *Rhen.* Restituta hæc lectio a Rhenano nullo in codice Ms. conspici potuit, quam tamen legitimam credo. Est autem hic *aura* popularis favor. Seneca Hippolyto vs. 488. 'Non aura populi et vulgus infidum bonis.' Livius XXIX. 3. aliter: 'Mercede,' inquit, 'parari auxilia ex Afris, gente ad omnem auram spei mobili atque infida.' *Gebh. Alliciendo ad se plebeium auram*, quod Rhenanus damnavit, superest in Voss. utroque, Lov. 3. 5. et Hav. *ad se allic. plebeiam auram* in Gaertn. *alliciendoque ad se plebeiam auram* in Harl. 2. *allic. ad se plebeiam auram, non consilia ferri* in Port. *allic. ad se plebem, jam curiam* in Lov. 2. et 4. *allic. ad se plebem jam auriam* in Leid. 1. *allic. ad se plebem jam anta* in fragm. Hav. Sed recte *allic. ad se plebem. Jam aura, non consilio, ferri* habent Flor. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 1. et Klockian. *Plebeiam*, pro *plebe. jam*, sive *plebem. jam*, dederunt librarii, quemadmodum 'sævitiam,' pro 'sævit jam,' apud Silium Italic. VIII. 246. ubi vide Nic. Heins. 'Etiam,' pro 'et jam.' Vide ad I. 47. § 9. et ad XXXIX. 10. § 6. 'Auram' recte Rhenanus exposuit adspirantem populi favorem, metaphora a navigatione translata. 'Aura favoris popularis' vocatur XXII. 26. 'Haud parum callide auram favoris popularis ex dictatoria invidia petiit:' 'aura popularis' III. 33. 'Adeoque novum sibi ingenium induerat, ut plebicola repente, omnisque auræ popularis captator evaderet.' XXIX. 37. 'Ne postea obnoxia populari auræ censura esset.' XXX. 45. 'Africanum cognomen militaris prius favor, an popularis aura celebraverit, parum compertum habeo.' XLII. 30. 'Perseus magis auræ popularis erat.'

Digitized by Google

Simili metaphora 'aura libertatis,' 'aura spei' apud Livium obcurrunt. Supra III. 37. 'Circumspectare tum patriciorum vultus plebeii, et inde libertatis captare auram.' XLII. 39. 'Perseus in interiora regni recepit se, levi aura spei objecta.' Locutionem autem 'ferri aura, non consilio' inlustrant, quæ notantur ad Silii Ital. X. 618.

Famæque magnæ malle, quam bonæ, esse] *Famæ magnæ malle* Lov. 3. et 4. *famæque malle magnæ* Lov. 1. *famæque magnæ mallet* Flor. a. m. sec. Tum *quam bene esse* Lov. 2.

§ 8 *Et non contentus agrariis legibus, quæ materia semper tribunis plebi seditionum fuisset, idem moliri cœpit: acriores quippe æris alieni stimulos esse, qui*] Colon ponendum puto post verbum *stimulos*. Quæ vero deinde seqnuntur, verba sunt Manlii seditiose conquerentis de Patribus, moventisque senatui invidiam. *Glar.* Hujus loci obscuritatem cum sentiret Glareanus, ita de eo tradidit: 'Colon ponendum puto,' &c. Qua in re laudandum Glareani ingenium, quod difficultatem sensit; irridendum, quod portenta dixit, neque, quæ verba vitium continerent, intellexit. ['Glareanus non ait portenta; quare ea illi affingenda non erant.'] Vitiose autem habent illa *idem moliri*. Neque enim intelligi potest, quid velit Livius, cum ait, 'Non contentus agrariis legibus idem moliri cœpit.' Neque enim Manlius, de quo nunc loquitur, agris dandis, ut Sp. Cassius, neque frumento, ut Sp. Mælius, sed pecunia condonanda, ut nemo ante, plebem ad se alliciebat. Cum autem eos, qui æs alienum fecerant, quia solvendo non essent, addictos duci ægre pateretur, atque, id ne fieret, sua se pecunia prohibiturum esse profiteretur, propterea recte dici potest 'fidem moliri cœpisse.' Ita ut legatur, non *idem moliri*, sed *fidem moliri cœpit*. Est autem 'fidem moliri' prohibere, ne, qui debent, ea, quæ debent, solvant. Sic autem accepit 'fidem' IX. 30. 'Haud salubrem utique Lartii sententiam putabant, quæ fidem tolleret.' Et Cicero pro Lege Manilia c. 7. 'Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse.' Et paullo post eodem cap. 'Hæc fides atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro versatur, implicita est cum illis pecuniis Asiaticis: ruere illa non possunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant.' Et Cæsar Bell. Civil. III. 1. 'Cum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur.' Et Livius hoc libro haud ita multo post cap. 15. 'Spem factam a te civitati, fide inconcussa, ex thesauris Gallicis, quos primores Patrum occultent, creditum solvi posse.' Sic IX. 3. 'Montes sua sede moliri,' pro *demoliri*. Et alio loco, 'Fores moliri.' *Sigon.* Faërnus postrema verba ex V. C. sic emendabat: *fidem demoliri cœpit: acriores quippe, &c.* Nam primam literam verbi *fidem* quum librarius putasset digamma esse Æolicum, omisit, ut videtur; et fecit *idem*, et, pro *demoliri*, scripsit *moliri*, omissa prima verbi syllaba ob similem præcedentis vocis *fidem*. Ursin. Ms. *idem regium mori cœpit*, et ad marginem *regñ*. Lego *fidem reum moliri cœpit:* vel, *fidem crediti moliri cœpit*. Infra cap. 27. 'Quum ab iis elevaretur, quibus fide magis, quam fortuna, debentium laborare creditum videri expediebat:' et c. 34. 'Fama et corpore judicati atque addicti creditoribus satisfaciebant, pœnaque in vicem fidei cesserat:' et XXIII. 48. 'Itaque nisi fide staret respublica, opibus non staturam.' Cic. ad Att. l. XI. ep. 1. 'Hujus pecuniæ permutatione fidem nostram facile tuebere.' Epist. 2. 'Si, ut scribis, ista hæreditas fidem et famam meam tueri potest.' Ad Famil. I. 7. 'Si rex amicis tuis, qui per provinciam imperii tui pecunias ei

Digitized by Google

credidissent, fidem suam præstitisset.' *Klock.* Non secus, quam *idem moliri cœpit*, habetur in Pal. 2. veterrimisque edd. Faërnus tamen cum sentiret, neque M. Manlium de agris plebi dandis, ut Sp. Cassium, neque frumento dividendo, ut Sp. Mælium agitasse; sed ære alieno obrutos expediendo populum facere suum cogitasse, conjecit legi posse *fidem demoliri cœpit: acriores quippe, &c.* Quam emendationem occupans Sigonius, magnidicis nobis interpretationibus Scholia extendit. Sed quis in tanta scriptorum turba umquam dixit *fidem moliri* esse 'prohibere, ne obstricti ære alieno id solvant?' 'Fidem' quidem separatim id, quod innuit Sigonius, significare, non diffiteor; sed cum illo copulatum verbo tali esse notione pernego, nisi locupletibus docear atque convincar auctoritatibus. Pall. duo, *quæ materia semper tribunis seditionum fuisset: inde moliri cœpit acriores quippe æris alieni stimulos esse.* De qua judicium ferant doctiores. *Gebh.* Scripti et edd. antiquæ *idem.* Unde magnus vir interponi voluit, *ex ære alieno idem moliri cœpit.* Sed recte Sigonius *fidem moliri.* Nam *moliri* est labefactare, ut 'moliri fores,' et hoc ipso lib. c. 33. 'moliri obices portarum.' Iterumque c. 34. 'Parva rem ingentem moliundi caussa intervenit.' Labefactatur autem fides, cum pecuniæ creditæ condonantur creditoribus. Quis enim credere volet, hoc si exspectet fore, ut non recipiat suum? Ad illa, quæ attulit Sigonius, addo locum Ciceronis ex lib. II. de Officiis c. 24. 'Quamobrem, ne sit æs alienum, quod reipublicæ noceat, providendum est: quod multis rationibus provideri potest: non si fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum: nec enim ulla res vehementius rempublicam continet, quam fides: quæ nulla esse potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum.' Inde et queritur Appius cap. 41. 'altera' rogatione Sextii 'fidem abrogari, cum qua omnis humana societas tollitur.' Ipsam Livii phrasin, quamquam in alia re, usurpat Ovidius Fast. IV. 203. 'Pro magna teste vetustas Creditur, acceptam parce movere fidem.' *J. F. Gron. Idem moliri cœpit* etiam omnes scripti, quibus usus sum, nisi quod *idem molliri* præferat Lov. 1. *inde moliri* Voss. 2. et Lov. 3. quemadmodum etiam in Pall. duobus Gebhardus invenit; de ea autem scriptura, si quid video, aliud judicium ferri nequit, quam librarios ita per errorem, pro *idem moliri*, dedisse. Sæpe enim librarii *idē*, sive *idem*, et *ide*, sive *inde*, in membranis confundere soliti fuerunt. Vide ad I. 19. § 7. Latinius scribendum censuit *fidem demoliri cœpit*, quod et Faërno apud Ursinum in mentem venit, quasi prima syllaba τοῦ *demoliri* intercepta fŏret ab ultima vocis præced. *fidē.* Alia similis erroris exempla vide ad v. 19. § 4. Puto tamen, melius Sigonium, Gronovium, aliosque reposuisse *fidem moliri cœpit.* Et ita Gronovius etiam legendum monuit in prima ed. notarum ad XXIV. 46. ubi tamen frustra Sigonium *demoliri* maluisse scribentis manus aberravit, et animo ejus sine dubio Faërnus obversatus est. 'Fides,' ut apud Sueton. in Augusto c. 42. 'Populo, promissum quidem congiarium reposcenti, bonæ se fidei esse respondit.' Justin. XXII. 1. 'Quum Syracusas concessisset, adscitusque in civitatem inter incolas esset, diu sine fide fuit.' Recte etiam Gronovius *moliri* per 'labefactare' exposuit. Infra XXIV. 46. 'Strepitum molientium portam exaudiri prohibuit:' ubi vide eumdem Gronovium. Aliud exemplum locutionis 'moliri fidem' hoc sensu poscenti Gebhardo satisfacere nequeo; proxime tamen accedit, quod, quum *moliri* hic pro 'labefacere,' 'labefactare' ponatur, 'fidem labefac-

Digitized by Google

tam' dixerit Sueton. in Vespas. c. 4. 'Rediit certe nihilo opulentior, ut qui, prope labefacta jam fide, omnia prædia fratri obligarit:' 'labefactare fidem,' ubi tamen 'fides' alio sensu accipitur, dixit Livius XXIV. 20. 'Quamquam simulata lenitas nihildum profuerat, tamen spe labefactandæ fidei haud absistens.' *Idem*, pro *fidem*, male etiam in quibusdam codd. legitur XXVII. 50. § 7. quemadmodum autem, ibi literam initialem *vōū fidem* a vocis prioris finali *s* ob ductuum similitudinem interceptam esse, verisimile est, ita etiam id hoc loco fieri potuit a finali vocis præcedentis *t*. Nam inter *F* et *T*, præsertim in scriptura Romana, magna est adfinitas. Ceteroquin, eadem litera vel addita vel omissa, 'acies' et 'facies' non raro in Mss. confundi solent. Vide Nic. Heinsium ad Ovid. Metam. IV. 461. et Oudendorp. ad Frontin. IV. 7. ex. 32. Donjatius, præfatus non id agere Manlium, ne creditoribus satisfieret, quum sua ipse pecunia debitum exsolveret, *moliri fidem* exponendum putabat, vel fidei inter debitores et creditores intercedentis vinculum tollere conari, vel sibi ipsi adstruere, ac machinari, ut tota fides penes unum esset, omniaque negotia civitatis ab ejus nutu penderent. Verum priori, aut certe non multum dissimili sensu locutionem etiam acceperunt Sigonius et Gronovius; posteriorem autem non hujus loci esse, docet addita ratio, cur Manlius fidem moliri cœperit, quod æris alieni stimuli acriores sint. Ceterum *angariis legibus* inepte est in Lov. 1. Legum agrariarum frequens apud Livium et alios mentio obcurrit. De illis variis temporibus latis vide Sigon. de Antiq. Jur. Ital. II. 2. Tum *tribunis plebi* primum adparuit in Jac. Gronovii edd. eamque scripturam nupera Amstelædamensis servavit. Alibi quidem *plebi*, pro *plebis*, vel *plebei*, formatum fuisse, vidimus ad II. 42. § 6. hic tamen id errantibus operis typographicis tribuendum esse olim videbatur, non modo quia *plebis* in omnibus prioribus excusis supererat, verum etiam *plebi* in nullo Ms. reperiebam. Eorum enim plerique *plebis* præferunt, alii ambigue *tribunis pleb.* alii *tribunis pl.* alii *tribunis p.* In Leid. autem 1. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. vox *plebi* deficit. Verum quum his in chartam conjectis nactus plures codd. fuerim, eorumque Flor. et Lov. 5. a m. pr. *plebi* exhibeant, eam lectionem nunc non potui non probare. Denique *fuissent* Flor. a m. sec. et Harl. 2. ut voluerint *quæ*, nempe leges agrariæ, *fuissent materia seditionum*. Verum videbimus ad XXXII. 30. § 5. Livium passim pronomen relativum non ad præcedens, sed sequens nomen referre solitum fuisse; quo casu, ut hoc loco, verbum eodem etiam numero, quo pronomen, jungendum esse, ratio docet. Servandum igitur *quæ materia fuisset*, ut habent reliqui scripti, nisi quod *fuisse* librariorum errore sit in fragm. Hav.

Acriores quippe æris alieni stimulos esse] *Acr. quidem æris alieni stim. esse* Leid. 2. et Lov. 1. *acr. quippe alieni stim. esse* Port. *alieni quippe acriores stim. esse* Harl. 2. Liv. XXX. 44. 'Nec in eis quidquam acrius, quam pecuniæ damnum, stimulat.'

Non egestatem modo atque ignominiam minentur] Vox *modo* exsulat a Leid. 2. Deinde *minantur* præferunt Lov. 5. et Port. *minatur* Harl. 2. Sed totum id verbum deficit in fragm. Hav.

Nervo ac vinculis corpus liberum territent] Cap. 14. dicit 'servitutem' ac 'vincula.' Hæc et alia scriptorum veterum loca, in quibus pecuniæ judicati addictique in 'nervum,' 'vincula,' 'servitutem' et 'carcerem,' ducti dicuntur, confirmant sententiam illorum qui putant, legibus XII. tabularum non licuisse creditoribus,

Digitized by Google

corpus debitoris addicti in partes secare. Certe si hoc licuisset, caussa dici non potest, cur Manlius, cujus intererat, sævitiam et crudelitatem fœneratorum exaggerare, tantum nervum ac vincula memorare voluerit. Hoc observat alicubi, ut puto, Salmasius. *Duk. Nervo atque vinculis* Hav. *nervo ac vinclis* Lov. 4. Vide ad III. 56. § 3.

§ 9 *Et erat æris alieni magna vis, res damnosissima etiam divitibus, ædificando contracta*] Scribe cum Freinshemio, *vis, re damnosiss. etiam div., ædificando.* Notum est illud Græcorum : Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν Ἄτροπος ἐς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη. *J. F. Gron. Æris alieni vis magna* Gaertn. Deinde *res damnosissima* omnes codd. mei, præter solum Port. qui a m. pr. *re damnosissima* habuit, ut Freinshem. et Gronov. recte scribendum viderunt, et Hearne se in Oxon. L. 1. 2. et B. reperisse profitetur. Dicto Græcorum, cujus Gronov. meminit, similis est inprecatio Lacedæmoniorum, variis locis Suidæ memorata : Οἰκοδομά σε λάβοι, καὶ ἀμβολὰ, ὃ, τε ἵππος, καὶ ἃ γυνά τοι μοιχὸν ἔχοι. Vide Suidam voce Ἀμβολὰς γῆ, voce Δακνόμενος, voce Ἵππους, et voce Οἰκοδομή. Præterea *et divitibus* Harl. 2. et Hav. Tum *ædificando divitibus contracta*, perperam trajectis vocabulis, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 5.

Grave per se, oneratum Latinorum] *Honoratum* Lov. 1. et 5. Vide ad XXXVI. 40. § 9. *et oneratum* Harl. 2. Port. et Hav. *qui oneratum* Gaertn. Mox voces *Latinorum atque Hernicorum defectione in speciem caussæ jactatum* exsulant a Leid. 2. *defectionem* habet Harl. 1. Tum *in spem caussæ* Gaertn. Vide ad III. 9. § 13. Deinde *jactatam*, pro *jactatum*, pleræque edd. vett.

Ut major potestas quæreretur. Sed nova consilia Manlii magis compulere senatum] Omnia hæc verba perperam omissa sunt a librariis codd. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. *Quæretur*, pro *quæreretur*, est in Gaertn. Vide ad II. 56. § 7.

§ 10 *A. Cornelius Cossus magistrum equitum dixit T. Quinctium Capitolinum*] *A. Cossus*, media voce neglecta, Port. Vox vero *equitum* deficit in Hav. Tum *dixit Quintum Capitolinum* Voss. 1. Lov. 1. et Leid. 2. 'Quintus' et 'Quintius' sæpius in Mss. commutari, vidimus ad III. 1. § 1. Eo errore admisso, prænomen *Titus* omitti debuit, ne uni duplex prænomen daretur. Id autem etiam commode intercipi potuit a vocis præcedentis litera finali.

CAP. XII. § 1 *Seu victoria triumphoque dictaturæ ipsi vires se additurum*] *Triumpho victoriaque* Gaertn. *Τὸ que* deest in Hav. Deinde, male divisis vocibus, *vir esse additurum* Leid. 1. quod hujus codicis librario, qui apographum unica serie exaratum descripsisse videtur, frequens est : pro eo *vim esse additurum* præfert Lov. 4. Paullo ante *tamen, quia seu celeritate*, transpositis vocibus, idem Lov. 4.

Delectu habito in agrum Pomptinum] *Dilectu habito* Flor. Voss. 1. et Leid. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7. et mox hoc cap. § 4. Deinde *in agrum Promptinum* Lov. 2. et fragm. Hav. *in agrum Pontinum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Port. et Hav. Vide ad II. 34. § 4.

Quo a Volscis exercitum indictum audierat, pergit] Variat in Mss. codd. varie hic locus: quippe Pall. duo *qua Volscis.* Pal. 2. autem, *quo ab Volscis exerc. inductum audierat.* Andreas edidit *quo a Volscis exerc. indictum induci audierat.* Mox Camp. *quo a Volscis exerc. duci indictum audierat.* Gebh. *Qua Volscis* Voss. 2. et Lov. 3. *quod Volscis* Leid. 1. *quo et Volscis* fragm. Hav. a m. pr. *quo et ab Volscis* a m. sec. *quo ab Volscis* Port. et Hav. Deinde *inductum audierat*

Digitized by Google

Klockian. *inductum audierit* Hav. *indictum induci audierat* edd. Rom. 1472. et Parm. *induci indictum audierit* iis proximæ Mediol. 1480. utraque Tarvis. et aliæ. Quamvis autem interim Mediolanenses 1505. τὸ *induci* expunxerint, non invenerunt tamen, qui recte præeuntes sequerentur ante Frobenium, qui a. 1535. similiter eam vocem omisit. Ejus autem lectionis auctores indicare voluisse videntur, in aliis se codd. *inductum*, quod in duobus meorum superest, in aliis *indictum* reperisse. Solent autem vocabula 'inductus' et 'indictus' commutari in Mss. Vide ad x. 38. § 4. De locutione 'indicere exercitum' vide ad XL. 41. § 5. Denique vox *pergit* non comparet in Leid. 1.

§ 2. *Præter satietatem tot jam libris assidue bella cum Volscis gesta legentibus*] Sincerior et antiqua lectio *assidua bella cum Volscis gesta*. Rhen. Rhenani lectioni consentiunt ex meis Flor. Lov. 2. et Leid. 1. nisi quod eorum ultimus perperam legat *assidua bellatum Volscis*. Prisca lectio *assidue bella cum Volscis* superest in Voss. utroque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. Port. Hav. Hearnii Oxoniensibus L. 2. B. C. et Exc. Pithœi. *Assiduæ bella cum Volscis* habet Harl. 2. *assiduæ bellatum cum Volscis* Harl. 1. *assidue bellatum Volscis* fragm. Hav. Deinde *cum Volscis gesta gentibus*, priori syllaba ultimæ vocis male neglecta, Leid. 2. et Lov. 1. Præterea *præter sotietatem tot jam laboris* Hav. *societatem* etiam Lov. 5. a m. pr. Mox in verbis seqq. *succursum*, pro *succursurum*, Harl. 1. et Port. a m. pr.

Mihi percensenti propiores temporibus harum rerum auctores] Τὸ *mihi* deficit in Gaertn. Hinc *precensenti* habet Leid. 2. *præcensenti* Harl. 2. Vide ad IX. 10. § 7. Tum *propriores temporibus* Flor. et Lov. 1. Vide ad Livii IV. 17. § 5. *prioris temporis* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *priores temporibus* Voss. 1. pro varia lectione, Leid. 1. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. Sæpius ita variant librarii. Vide ad v. 15. § 4. Hic nihil muto. Livius XXV. 11. 'Plures propioresque ætate memoriæ rerum hoc anno tradunt factum.' XXIX. 14. 'Proditum a proximis memoriæ temporum illorum scriptoribus libens posteris traderem.' Ut autem hic 'propior temporibus harum rerum auctor,' ita 'æqualis temporibus hujusce belli auctor' XXII. 7. 'Fabium æqualem temporibus hujusce belli potissimum auctorem habui.'

Unde toties victis Volscis et Æquis suffecerint milites] *Victis et Volscis et Æquis* Hav. *victis Æquis*, reliquis neglectis, Voss. 1. et Leid. 2. quorum posterior etiam *suffecerunt*. *Victis et Æquis* Lov. 1. *victis Æquis et Volscis* Lov. 2.

§ 3. *Quod quum ab antiquis tacitum prætermissumque sit*] *Quod quum ab antiquis prætermissum sit* Harl. 1. *quod quum ab antiquis tacitum prætermissum sit* Leid. 1. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. quod ferme genuinum puto. Similiter fere Cic. ad Fam. III. 8. 'Prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt.' Et, ut hoc loco 'tacitum prætermittere;' ita 'tacitum ferre' I. 50. 'Ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferunt:' ubi vide J. F. Gronovium. An alibi inveniri possit 'tacitum est ab antiquis,' illis indagandum relinquo, qui vulgatum probant. 'Taceri' absolute est IX. 37. 'Interea taceri opus esse.'

Cujus tandem ego rei] *Cujus tandem ergo rei* Klockian. Has voces sæpe in membranis commisceri, videbimus ad XXXVII. 53. § 11.

Quæ sua cuique conjectanti esse potest, auctor sim] *Suo cuique* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Male. Vide ad III. 22. § 6. Deinde *auctor simus* Leid. 1.

§ 4. *Sicut nunc in delectibus fit Romanis*] *Sicut non* Gaertn. Sed com-

Digitized by Google

pendiorum nc̄, sive *nunc*, et nō, sive *non*, similitudinem librariis errandi caussam exstitisse verisimile est. Vide ad IX. 7. § 5. Tum *dilectibus* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Klockian. et fragm. Hav. Vide ante hoc cap. § 1. Deinde *in delectibus fit Romanorum* Harl. 2. et Hearnii Oxoniensis B.

Alia atque alia subole] Ita primus edidit Gronovius a. 1665. priores non modo *sobole*, sed et scripti præter Flor. et Harl. 2. Vide hoc lib. ad c. 7. § 1.

Non ex iisdem semper populis exercitus scriptos] *Non et hiisdem* fragm. Hav. Sed sæpissime *et* atque *ex* confundi solent. Vide ad XXVI. 45. § 1. *non ex hiis semper populis* Lov. 5. Vide ad X. 10. § 6. Hinc *scriptos exercitus*, trajectis dictionibus, Lov. 4. *exercitus scriptus* Gaertn. *exercitus sumptos* priores edd. nisi quod *sumptosi* sit in Rom. 1472. et Parm. pro quo Mediolanenses 1505. *scriptos* substituerunt; quod, ab inseqnentibus iterum expulsum, et ab Ascensio 1513. et 1516. in margine pro varia lectione ostentatum, bona fide Aldus, et postea tantum non omnes in contextum receperunt. Non aliter etiam reliqui scripti mei. Mox *gens tum bellum intulerit*, addita vocula, Lov. 4. 5. et Port. *gestum bellum intulerit*, eodem ducentibus vestigiis, Lov. 2.

§ 5 *Quæ nunc, vix seminario exiguo militum relicto, servitia Romana ab solitudine vindicant*] *Seminarium* pro 'semine' posuisse videtur. Cæterum quidam *vendicant* legunt, quod est 'appropriant' ac 'suum esse dicunt.' Quidam *vindicant*, pro 'ulciscuntur,' 'a contumelia defendunt:' quasi dicat Livius *ab solitudine vindicant*, id est, a latronibus defendunt. Ego, ut ingenue fatear, sensum non intelligo, præcipue vero illud *solitudine*. Glar. Hujus loci, quem se non intelligere Glareanus fatetur, hic est sensus: Ea tum loca frequentissima fuisse, quæ nunc prope deserta essent, nisi a servis Romanis, qui ea a solitudine vindicant, colerentur; præsertim cum ibi pauci admodum sint qui militent, vix militum exiguo seminario relicto. *Sigon. Ab solitudine vindicant* Pal. 2. Verbum vero 'vendicare' nihili improbumque est. Est autem 'vindicare ab solitudine,' locum aliquem eximere solitudine, frequentare ne solus desertusque relinquatur. Diodorus XVIII. 58. p. 658. *Μόνον γὰρ ἐκεῖνον πιστότατον ἀπολελεῖφθαι, καὶ δυνάμενον διορθώσασθαι τὴν ἐρημίαν τῆς βασιλικῆς οἰκίας. Gebh.* Sic Plinius alicubi dixit, ergastula maximam partem Italiæ ab solitudine vindicare. *H. Vales.* Et eo tempore, quo hoc scribebat Livius, et dudum ante illius ætatem, major erat per totam Italiam numerus servorum in agris, quam liberorum capitum: cum quod possessores agrorum ad eos colendos servorum maxime opera utebantur, qua re plurimum minui cœperat numerus ingenuorum, tum quod largitiones frumentariæ plerosque liberos homines ex agris in Urbem alliciebant. Vide Sigon. de Antiq. Jur. Civ. Rom. II. 6. Lipsium Elect. II. 15. et Casaub. ad Sueton. Cæs. c. 42. et Aug. c. 42. *Duk.* Ubi id dixerit Plinius alteruter, quod refert Valesius, licet diligenter locum investigare conatus fuerim, non inveni. At simile quid obcurrit apud Plutarch. in Vit. Gracch. p. 827. *Ὡς ταχὺ τὴν Ἰταλίαν ἅπασαν ὀλιγανδρίας ἐλευθέρων ἔσεσθαι, δεσμωτηρίων δὲ βαρβαρικῶν ἐμπεπλῆσθαι. Qua nunc* est in Hav. Deinde *a solitudine* Gaertn. Tum *servitio Romana absolutione vindicantur* sine sensu Lov. 2. *vendicant* Voss. 2. Lov. 3. et editiones vetustæ, pro quo Ascensius annis 1513. et 1516. tamquam variam lectionem *vindicant* obfert, a Mogantinis deinde etiam in contextum receptum. Et recte. Ita enim semper scribendum *vindico*, non *vendico*, docuerunt Dausquei. in Orthogr. parte II. ea voc. et Voss. in

Digitized by Google

Etymol. Ling. Lat. voce 'Vindico.' Miror Glareanum hærere potuisse ad illud *solitudine*, ac non vidisse, 'vindicant loca a solitudine' idem esse ac si dixisset, efficiunt ne loca sola, deserta sint; defendunt, liberant a solitudine. Ita quædam coloniæ milites in supplementa et pecuniam in stipendium neganda populo Romano censent 'priusquam ad ultimam solitudinem atque egestatem perveniant,' apud Liv. XXVII. 9. Babylon dicitur 'redisse ad solitudinem, exhausta vicinitate Seleuciæ,' apud Plin. Hist. Nat. VI. 26. 'arma Romana' dicuntur 'non fecisse solitudinem in Æthiopia' ibid. c. 29. Ut autem 'vindicare a solitudine,' ita 'vindicare a putrescendo,' id est, liberare, defendere a putredine, dixit idem Plin. XXXI. 9. 'Corpora defuncta etiam a putrescendo vindicans, ut durent per secula.' XXXIV. 15. 'Ferrum a rubigine vindicatur cerussa.' 'Seminarium' autem 'militum' vocat regionem, ex qua novi milites conscribuntur, quemadmodum proprie 'seminarium' vocatur, ex quo novæ arbores in pomaria transferuntur. Eo sensu ordo equester 'seminarium senatus' dicitur XLII. 61. 'Equites enim illis principes juventutis, equites seminarium senatus: inde lectos in Patrum numerum consules, inde imperatores creant.' Florus II. 6. 'Bellatricem illam, viris armisque nobilem Hispaniam, illam seminarium hostilis exercitus, illam Hannibalis eruditricem, totam recuperavit:' ubi vide viros doctos. Paullo ante voces *in eis* desunt in Leid. 2. et Lov. 1. *fuse* autem, pro *fuisse*, habet Klockian. *longis*, pro *locis*, Flor.

§ 6 *Quod inter omnes auctores convenit*] Ita primus edidit J. F. Gronovius, et vir doctus ad marginem ed. Curionis emendandum existimavit. Omnes non modo editi, sed et scripti mei, ut et Hearnii Oxon. N. et C. *conveniat* præferunt; nisi quod in uno Flor. sit *conveniant*. Ita fere v. 34. 'Alpes inexsuperabiles visas haud equidem miror, nulladum via (quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet) superatas.' Ita 'quod nolim' inlustrarunt Nic. Heinsius, et Burmann. ad Nason. Epist. Heroid. XX. 100.

Camilli ductu atque auspicio accisæ res] *Accissæ res* Lov. 1. *actissæ res* Leid. 2. *abscissæ res* Lov. 4. 5. et Hav. *absciæ res* Port. et Harl. 2. Sed vulgatum genuinum est. Vide ad III. 10. § 8. In verbis præcedd. *quam*, pro *quamquam*, perperam neglecta syllabæ geminatione, Lov. 1. Vide ad IV. 12. § 8.

Ad hoc Latini Hernicique accesserant] Forte *ad hos*. J. F. Gron. *Aut hæc Latini* Hav. *ad hæc Latini* Lov. 2. Harl. 2. Gaertn. et Port. sollemni librariorum aberratione. Vide ad XXI. 52. § 10. Gronovii conjectura Jac. Perizonio displicuit, qui vulgatæ lectioni firmandæ ad marginem Livii sui adscripsit similem locum ex I. 6. 'Et supererat multitudo Albanorum Latinorumque: ad id pastores quoque accesserant.'

Et Cerceiensium quidam, et coloni etiam a Velitris] Quidam hunc locum emendarunt in *Circeiensium*: nam Velitras Circeiosque ipse Livius conjungit a. CCCLXXII. hoc lib. c. 21. etiamsi hoc loco et paullo post cap. seq. separare videatur: excusationem tamen hi loci habere facile potuerunt. 'Cercienses' certe qui sint, non puto usquam reperiri: quare libro octavo quoque, non ita longe ab initio c. 3. *L. Numitium Circeiensem* legendum, non *Cereiensem*. Glar. *Cecinensium* Lov. 2. *Cercyensium* Voss. 1. *Cenninensium* Lov. 3. *Ceninensium* Voss. 2. *Cerciensium* Leid. 2. et Lov. 1. *Circinensium* Harl. 1. et Gaertn. *Cercinensium* Flor. Leid. 1. et fragm. Hav. *Cerecinensium* Lov. 4. *Citrenensium* Lov. 5. *Cetrinensium* Harl.

Digitized by Google

2. Port. et Hav. *Cercuensium* Klockian. Ex editis *Cerciensium* primi receperunt Mediolanenses 1495. et 1505. Veneti 1498. hinc Ascensius 1513. et 1516. etiam Aldus et quidam alii. Vetustiores dederant *Circiensium*. Sed *Circiensium* jam recte Moguntini restituerunt. Vide ad II. 39. § 2. et hoc lib. ad cap. seq. § 8. ad c. 17. § 7. ad VIII. 3. § 9. et alibi. Præterea *τὸ et* non adparet in Harl. 2. Port. et Hav. *et coloni jam* præfert fragm. Hav. *etiam coloni et* alio ordine Lov. 4. *et coloni etiam a Volscis* Lov. 2.

§ 7 *Romanus dictator, castris eo die positis*] Ita constanter omnes editi, quibus tamen scriptorum nullus consentit præter Flor. Lov. 2. et Hav. Reliqui autem primam vocem ad præcedentem periodum referunt. Nam *a Velitris Romanis* habent Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *coloni etiam*, vel *jam a Velitris Romani. Dictator* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. 5. Harl. uterque, Gaertn. Port. et fragm. Hav. quæ lectio forte etiam verior habenda.

Hostiaque cæsa pacem Deum adoraset] Pro *orasset*, compositum pro simplici. Vide Burmann. ad Ovid. Ep. Ariadnes vs. 141. *Duk. Orasset* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. fragm. Hav. a m. sec. (quod *adorasse* a m. pr. obfert) et Hearnii Oxon. B. et N. *exorasset* Klockian. quod utrumque ex Scholiastæ expositione marginali contextum invasisse videtur. 'Adorare' est orare. Vide Passerat. et Broekhus. ad Propert. I. 1. el. 4. vs. 27. quorum hic præsertim eam hujus verbi significationem vindicavit adversus Valesium, qui eo sensu umquam usurpatum fuisse negaverat. Et eo modo forte accipi debet apud Valer. Max. I. 1. ex. 7. 'Qua adorante, quum carbasum, quam optimam habebat, foculo inposuisset, subito ignis emicuit:' ita certe non opus erit, ut invitis Mss. cum Perizonio legamus *quam*, nempe Vestam, *adoranti*.

Jam arma ad propositum pugnæ signum, sicut edictum erat, luce prima capientes] *Τὸ signum* deficit in Gaertn. Deinde *sicut eductum erat* Leid. 1. quomodo sæpe scribæ peccarunt. Vide ad XXXIX. 15. § 11. *sicut erat edictum*, mutato ordine dictionum, Lov. 4. Præterea *canentes* Leid. 1. Lov. 2. et Harl. 1. quod et in Voss. 1. pro varia lectione adscriptum est. *Rapientes* Harl. 2. Quam etiam varietatem lectionis sæpe in Mss. obviam esse, videbimus hoc lib. ad c. 23. § 5. Vulgatum non mutandum puto. 'Rapere arma' et 'rapta arma' apud scriptores sæpe obcurrunt. Vide quæ notavi ad Silii v. 97. Verum indicat plerumque locutio, propter necopinatum hostis adventum aut aliam caussam summa festinatione arma induere. Ea enim verbo 'rapere' significatio fere ubique inest, ut notet aliquid celeriter fieri. Sed hoc loco milites, quemadmodum antea edictum fuerat, arma capiebant, quod commodo suo fecere. Supra III. 66. 'Ad quarum primum strepitum, velut signo accepto, arma capere Æqui et Volsci.' IX. 43. 'Arma caperè jussis militibus hostium aciem invadit.' XXI. 43. 'Agite, cum Diis bene juvantibus arma capite:' hoc lib. c. 7. 'Turbatas militum mentes esse, seguiter arma capta.' Silius IX. 55. 'In pugnas Fabius quoscumque sub illis Culpatis duxit signis, nunc arma capessunt.' XII. 168. 'Arma, cruentus Hostis adest, capite arma, viri, clamatque, capitque:' ita optimi præferunt scripti, non, ut olim edebatur, *rapite arma;* quamvis tamen ibi milites celeriter arma induisse locus aperte ostendat.

§ 8 *Nostra victoria est, si qui Dii vatesque eorum in futurum vident*] Scribe *si quid Dii vatesque eorum in futurum vident*. Rhen. Ita jam editum fuerat Venetiis 1498. Mediolani 1505. apud

Digitized by Google

Ascensium variis edd. Moguntiæ, et in omnibus recentioribus excusis, præterquam apud Aldum, qui, servans *si qui Dii*, Rhenano *si quid Dii* emendandi occasionem dedit. Rhenano favent omnes scripti, nisi quod voces *si quid* omittantur in Harl. 1. eorumque loco *sicut* præferant Flor. et Lov. 3. præterea autem *Di*, pro *Dii*, habeant Flor. et Leid. 1. Vide ad v. 14. § 4. *si quid Dii vident* rectum est. Ultima litera *τοῦ quid* intercepta erat ab initiali vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. Deinde *Dii auguresque* fragm. Hav. a m. pr. quod in contextum inrepsit ex margine, ubi a Scholiasta ita expositum fuerat, quia dictatorem 'auspicato' prodisse Livius modo dixerat, et mox addit, Deos Romanum 'secundis avibus' in prœlium mittere. 'Vates' pro augure etiam est apud Florum I. 7. 'Templum erexit, quod quum inauguraretur, cedentibus ceteris Deis, restitere Juventas et Terminus. Placuit vatibus contumacia.' Livius eamdem rem narrans dicit, 'omnium sacellorum exauguraciones admisisse aves, in Termini fano non addixisse.' I. 55. Similiter in hac historia Dion. Halic. Antiq. III. p. 202. *μάντεις vates* vocat, quos antea *οἰωνοσκόπους augures* vocarat. *Vatesve* est in Flor. Præterea *nostra est victoria*, transpositis dictionibus, legit Harl. 2.

Ut decet certæ spei plenos, et cum inparibus manus conserturos] *Conserturo* Voss. 2. et Lov. 3. *spei cum plebe et cum imparibus manus conserturi* Lov. 2. *spei pleni, cum plebe et cum imparibus manus conserturi*, utraque lectione juncta, Lov. 4. *spei pleni et cum inparibus manus conserturis* Harl. 2. ut dare voluisse videri possit *certæ spei plenis et conserturis*. At nihil muto. Vide ad XXXIV. 58. § 8. *Ut decet certæ spei plenos esse* Harl. 2.

Pilis ante pedes positis] Sic, non missis pilis, statim gladiis res gesta est l. II. c. 30. c. 45. c. 65. et l. IX. c. 13. Quod suos non ab acie procurrere, sed impetum hostium excipere vult, etiam Virginius jubebat II. 30. et Pompeius apud Cæs. Bell. Civ. III. 92. Sed non probabat Cæsar. *Duk.*

Gladiis tantum dextram armemus] Vet. lib. *dexteras*. Sigon. *Dextram* demum adparuit in Frobenii ed. 1535. quod præter Sigonianas, *dexteras* præferentes, servarunt recentiores usque ad Gronovium, qui a. 1665. *dextras* revocavit, quemadmodum excusi ante Frobenium habuerunt, et superest in omnibus meis Mss. *Armemus dextras*, in alium ordinem digestis vocabulis, Lov. 4.

Ne procurri quidem ab acie velim] *Nec procurri quidem* Harl. 2. Port. et primæ edd. Male. Vide ad I. 10. § 3. *Nec ab acie procurri quidem*, insuper ordine vocum mutato, Hav. *procuratori*, pro *procurri*, dormitans dedit librarius Gaertn. De verbo 'procurrere' in hac re proprio, vide quæ notantur ad Silium Ital. VII. 566.

Sed obnoxios vos stabili gradu inpetum hostium excipere] O pudendum lapsum! Repone *sed obnixos vos stabili gradu impetum hostium excipere:* ab 'obnitendo.' Sic VII. 33. 'Stant,' inquit, 'obnixi Samnites.' *Rhen. Obnixos* præferunt non modo omnes, quos adhibui, scripti, (unum excipio Lov. 4. in quo ejus loco *ocius* invenio,) sed et pleræque vetustiorum edd. Certe *obnoxios* tantum reperi in Venetis 1495. et 1506. tum tribus prioribus Ascensianis, Aldina, Parisina a. 1529. et Frobeniana priori. Livius VIII. 38. 'In suo quisque gradu obnixi urguentes scutis, sine respiratione ac respectu pugnabant:' ubi similiter peccant librarii plerique. Tacit. Hist. II. 5. 'Vespasianus nocte diuque consilio, ac, si res posceret, manu hostibus obniti.' Virgil. Æn. X. 359. 'Anceps pugna diu: stant obnisi omnia contra.' Æneid. XII. 720. 'Illi inter sese multa vi vulnera

Digitized by Google

miscent, Cornuaque obnisi infigunt.' Statius Theb. VIII. 400. 'Sic obnisa acies pariter suspiria firmant.' Nepos in Chabr. c. 1. 'Reliquam phalangem loco vetuit cedere, obnixoque genu scuto, projectaque hasta, impetum excipere hostium docuit.' 'Obnixus' et 'obnoxius' sæpe in Mss. confunduntur. Vide ad VI. 28. § 7. et Gronov. ad Senecæ de Ira III. 8. Ita et 'subnixus' et 'subnoxius.' Vide ad IV. 42. § 5. Insuper pronomen *vos* deletum videbatur in Flor. Tum *hostium impetum excipere* Lov. 4. præfert.

§ 9 *Ubi illi vana injecerint missilia*] Recide præpositionem: sufficit enim *vana jecerint*. Tacitus, 'Telisque non in vanum jactis.' *J. F. Gron.* 'Jacere missilia,' 'tela' recte dici, nullus dubitat. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 60. § 4. Hic tamen *injecerint* servant codd. scripti, nisi quod *inicerint* habeat Hav. *injecerunt* Harl. 2. Gaertn. et a m. pr. Port. ac fragm. Hav. *ejecerint* autem Leid. 2. *injecerint* itaque, nimirum in vos, in aciem vestram. Tacit. Ann. II. 17. 'Plerosque, tranare Visurgim conantes, injecta tela, aut vis fluminis, postremo moles ruentium, et incidentes ripæ operuere.' Et ita Livius inquit IV. 29. § 5. 'Consulem signum quoque intra vallum injecisse ferunt:' pro quo, simplici verbo usus, 'tela intra muros jacere' dixit Frontin. Strateg. III. 6. § 7. Præterea *illa vana missilia* Leid. 2. *illi varia missilia* Gaertn. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXII. 7. § 4. 'Vana missilia,' ut 'vana tela' apud Tacit. Histor. IV. 29. 'Ipsorum tela per tenebras vana.' Liv. X. 29. 'Velut alienata mente vana incassum jactare tela.' XXI. 8. 'Nullo inter arma corporaque vano intercidente telo.' XXVI. 39. 'Ut vix ullum telum in mari vanum intercideret.' XXX. 10. 'Vana pleraque tela in superiorem locum mittebant.' XXXI. 39. 'Id ut vanum teli genus senserunt esse.' XXXVIII. 22. 'Quo plures ac densiores erant, eo minus vani quidquam intercideret teli.'

Effusi stantibus vobis se intulerint] *Vobis se immiserint* Hearnii Oxon. N. Male. 'Inferre se alicui,' vel 'in aliquem,' Livio familiarissima est locutio. Ita II. 14. 'Adeo concitato impetu se intulerant Etrusci.' cap. 30. 'Volsci, cursu et clamore fessi, quum se velut stupentibus metu intulissent Romanis.' III. 5. 'Dum se temere magis, quam satis caute, in mediam dimicationem infert:' ubi quædam vide. Hoc lib. c. 8. 'Quocumque se intulisset, victoriam secum haud dubiam trahebat.' XXIV. 16. 'Tanta vi se in hostem intulerunt, ut sustineri ultra non possent.' XXVIII. 15. 'E cornibus in mediam aciem sese intulerant.' XXXIII. 36. 'Quum primus secundusque impetus retudisset inferentem se ferociter hostem,' 'Ingerere se' eodem sensu dixit Justin. XI. 14. 'Ubi confertissimos hostes acerrime pugnare conspexisset, eo se semper ingerebat.' Obviam itaque passim apud Livium locutionem, ac tot codd. præsidio firmatam, unius cod. auctoritate mutandam non censeo, quamvis 'inmittere se' Livium etiam interdum usum fuisse agnoscam. Certe ita loquitur IX. 4. 'Vel in medios me inmittere hostes paratus sum:' ubi vide quæ notantur. *Se nobis intulerint* est in Lov. 4. *vobis se intulerunt* in Voss. 2. et Lov. 3.

Micent gladii, et veniat in mentem unicuique, Deos esse, qui Romanum adjuvent] *Gladii micent* Lov. 5. *miscent gladii* Leid. 1. et Klockian. Similis locus est II. 30. 'Consul Romanus nec promovit aciem, nec clamorem reddi passus, defixis pilis suos stare jussit: ubi ad manum venisset hostis, tum coortos tota vi gladiis rem gerere.' Deinde *veniet unicuique in mentem* Port. et Harl. 2. *veniat unicuique in mentem* Lov. 1. 5. et Voss. 1. Voces autem *in mentem* desunt in Leid.

Digitized by Google

2. Mox etiam male *miserunt*, pro *miserint*, Lov. 2.

§ 10 *Tu, Quinti*] Vet. lib. *Tu, T. Quinti*. Sigon. Prænomen, a Sigonio additum, exsulat a Flor. Voss. 2. Lov. 2. 3. Hav. et a fragm. Hav. a m. pr. Reliqui omnes aguoscunt, aut certe vestigia eorum eo ducunt. In Klockian. enim est *Tu T. quietem*, qui dare voluisse videtur *Tu, Tite, quietum equitem intentus ad primum initium moti certaminis teneas*. Sed in similibus potius Livius prænomine et nomine gentili uti solet. Supra IV. 14. 'Tum dictator, Macte virtute, inquit, C. Servili, esto.' Ejus moris plura exempla videri possunt in uno c. 6. hujus libri. Infra c. 15. 'Contra te, M. Manli, adhorter.' Eodem cap. 'Obfendit, inquit, te, A. Corneli, circumfusa turba lateri meo:' et alibi sæpe. Leid. 1. *Ut Quinti:* ubi prima litera τοῦ *Tu* intercepta est ab ultima vocis præcedentis. Vide ad II. 44. § 6. Superstiti autem literæ adcrevit illa, qua pronomen *Titus* indicatur. In similem codicem incidit librarius Harl. 1. sed locum ulterius corrupit. Scriptum enim esse credens *ut', Quinti*, dedit *uter, Quinti*. Alibi sæpe *ut* et *ut'*, sive *uter*, in Mss. commutari solent. Vide ad II. 47. § 2. et ad XXVI. 48. § 8.

Equitem intentus ad primum initium moti certaminis teneas] *Equidem*, pro *equitem*, Gaertn. et Hav. quem errorem ex inperita verba præeuntis pronunciatione natum puto. Vidè ad VII. 16. § 3. Eædem voces et commutantur IX. 19. § 16. Deinde *intentum ad primum initium* edd. vetustæ. Supra II. 64. 'Volscos species armatorum peditum intentos velut ad impetum hostium tenuit.' XXXVI. 24. 'Ti. Sempronium tenere intentos milites signumque exspectantes jussit.' Primus Aldus *intentus* substituit, quem secuti sunt Colonienses 1525. Frobenius 1531. et inde reliqui recentiores. Neque aliter est in omnibus scriptis. Frustra itaque etiam est vir doctus, qui ad marginem ed. Mediolan. 1480. emendabat *intentius*; licet ita etiam præferat Flor. Infra IX. 24. 'Ego jam terrore omnia inplebo: vos arcem intenti tenete.' XXVI. 43. 'Quum monuisset præfectos navium, ut vigilias nocturnas intenti servarent.' T. Quinctius ad primum initium moti certaminis intentus debebat equites tenere, sive continere, ne in obpositam hostium aciem procurrerent. Præterea *ad primum nuncium moti certaminis* Hearnii Oxon. L. 1. Male. *Primum initium* ut III. 54. 'Ubi prima initia inchoastis libertatis vestræ.' VII. 3. 'Nec tamen ludorum primum initium aut religione animos, aut corpora morbis levavit.' XXV. 40. 'Ceterum inde primum initium mirandi Græcarum artium opera factum est.' Varro de Re Rust. II. 4. 'Ab suillo enim genere pecoris inmolandi initium primum sumtum videtur:' 'prima origo' Liv. VII. 2. 'Ludorum quoque prima origo ponenda visa est.' Ita contra 'finis extremus' XXXVII. 53. 'In amicitiam vestram venit, eamque perpetua et constanti fide ad extremum finem vitæ perduxit:' ubi vide quæ notantur. *Tene, quin huc hFe*, pro *teneas; ubi hærere*, Lov. 2. *teneas; quando huc hærere* Lov. 4. et fragm. Haverk. *teneas; huc hærere* Leid. 1. Ceterum post verbum *teneas* in Lovel. 4. Portug. et Hearnii Oxon. B. et C. subjunguntur hæc verba: *Hæc astutia pugnantis est.* In Lov. 5. *Hæc astutia pugnantis:* in Harl. 2. *Hac astutia pugnatus est:* in Hav. *Hac astutia pugnatus est.* Verum illa olim pro lemmate margini codicum adscripta fuerunt, sed postea ab indoctis librariis in contextum recepta sunt, ut sæpe alibi factum est. Vide ad VII. 40. § 4.

Ubi hærere jam aciem collato pede videris] Virgil. Æn. X. 361. 'Hæret pede pes, densusque viro vir.' *Duk.*

Digitized by Google

Videbis Lov. 4.

Tum terrorem equestrem occupatis alio labore infer] Pro *labore*, scribe *pavore*. Sensus est, territos adhuc terre. *Rhen.* Si ita Rhenanus ex cod. suo emendavit, non intercedo, quin hæc lectio recipiatur. Eam enim et Florent. probasse videtur. Ita fere I. 14. 'Subito exorti Romani transversam invadunt hostium aciem. Addunt pavorem mota e castris signa eorum, qui in præsidio relicti erant: ita multiplici terrore perculsi Fidenates.' Interim tamen *alio labore* servant Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. uterque, Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. L. 1. N. C. atque excerpta Pithœi; et ita primus Aldus ediderat, quum superiores excusi *alio pavore* exhiberent. Deinde *infert* Leid. 1. In verbis seqq. *innectusque*, pro *invectusque*, Hav. *invectus*, sine conjunctione *que*, vetustæ edd. usque ad Aldum, qui primus addidit, concinentibus scriptis. Denique *dissipat*, pro *dissipa*, Leid. 2.

§ 11 *Sic eques, sic pedes, ut præceperat, pugnant*] *Sic pedes, sic eques* edd. principes. Aldus eo ordine vulgavit, quo nunc exstat: ei autem favent omnes calamo exarati. Varie nunc equites peditibus, nunc pedites equitibus præponuntur apud Livium, ne quid hic dignitati ordinis equestris tributum credatur. Vide ad XXVII. 13. § 9. et XXXIV. 26. § 2. Codd. itaque præeuntes sequi oportet. Tum *ut præceperant, pugnant* Flor. Leid. 1. Lov. 5. et Port. *ut præceperat, pugnat* fragm. Hav. et editi usque ad Aldum. Adparet librarios existimasse eodem numero utrumque verbum ponendum. Verum *pedes* et *eques*, ad quos refertur τὸ *pugnant*, recte admittunt verbum plurale. Quin et quodque eorum vocabulorum, tamquam conlectivum consideratum, verbo plurali construi potest. Vide ad XXXV. 26. § 9.

Nec dux legiones, nec fortuna fefellit ducem] *Dux legionis* male fragm. Hav. a m. pr. Tum *ne fortuna* Leid. 2. *nec fefellit fortuna ducem* edd. antiquiores. Aldus vocabula trajecit, ut nunc editur. Eum vero ordinem probant codd. scripti.

CAP. XIII. § 1 *Nulli rei, præterquam numero, freta*] Scribe *nulla re*. Ut IX. 35. 'Etrusci omnium, præterquam multitudinis suæ, qua sola freti erant, immemores.' *J. F. Gron.* Lib. IV. c. 37. 'C. Sempronius, cui ea provincia sorte evenit, tamquam constantissima re, fortuna fretus:' ita et ibi Gronovius scribendum conjecit, quum antea ederetur *constantissimæ rei fortuna*, et Rhenanus emendandum censuisset *constantissimæ rei, fortunæ fretus*. Vide quæ ibi plura notantur. *Nulla re* hoc loco præferunt Lov. 2. et 4. Sed *nulli rei* constanter servant reliqui omnes codd. nisi quod pejus adhuc *nullius rei* sit in Hav. et Harl. 2. *nulla re* jam Ascensius 1513. et 1516. in contextum recepit, altera lectione in marginem rejecta. Sed neminem habuit, qui imitatus est, præterquam Parisinos 1529. Deinde *præter numero* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad v. 52. § 13.

Et oculis utramque metiens aciem] Copula *et* deficit in Harl. 1. et editis prioribus. Aldus eam addidit, quam etiam scripti reliqui servant. Deinde *utcumque metiens* Port. Vide ad VIII. 24. § 15. Præterea *metiens arcem* Leid. 2. Vide ad VII. 11. § 7. Mox *prælium temere iniit* alio ordine Lov. 4.

§ 2 *Clamore tantum missilibusque telis*] *Missilibusque et telis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. At longe melius τὸ *et* deficit in aliis omnibus libris. Proprie quidem 'tela' fuerunt, quibus eminus pugnabatur, quæ emitti in hostem solebant, secundum vulgarem opinionem ita dicta, quod τηλόθι sive τηλόθεν mittantur; usu tamen obtinuit, ut latius accipiantur, atque

Digitized by Google

usurpentur etiam pro illis quibus cominus pugnatur. Vide Vossium in Etymolog. Ling. Lat. voce 'Telum.' Et hinc telum pro hasta, pro sica, pro cornu uri, pro lapide, pro venabulo, pro funda poni, docuit Grævius ad Justin. II. 5. Et ita pro securi Livius utitur I. 40. 'Alter elatam securim in caput dejecit: relictoque in vulnere telo ambo se foras ejiciunt.' Cultrum etiam, quo Virginius miseram filiam a libidine Appii decemviri vindicaturus interfecerat, 'telum' vocat III. 50. 'Strictum etiam telum respersusque ipse cruore tota in se castra convertit.' Hinc factum, ut distinctionis caussa dicere cœperint 'missilia tela' de illis quibus eminus pugnatur; quod apud Livium frequenter obcurrit. II. 65. 'Volscus, effusis ad primum inpetum missilibus telis, saxa objacentia pedibus ingerit in subeuntes.' IX. 24. 'Pluribus, quam pro numero virorum, missilibus telis eo conlatis:' ubi etiam male unus codex *telisque*. XXII. 37. 'Aptam manum adversus Baliares ac Mauros, pugnacesque alias missili telo gentes.' XXVII. 15. 'Tormentis et saxis omnique missilium telorum genere instruit:' ubi etiam male edd. principes *missilium telorumque*. XXXVIII. 19. 'Minima adparatus missilium telorum cura fuit.' c. 22. 'In multitudinem, compulsam in castra, vis ingens missilium telorum conjiciebatur.' XLII. 53. 'Vehicula tantum imperata, ut tormenta telorumque missilium ingentem vim præparatam, bellicumque aliud instrumentum veherent.' XLIV. 35. 'Romani omni genere missilium telorum ac saxis maxime vulnerabantur.' Virgil. Æneid. X. 773. 'Dextra mihi Deus, et telum, quod missile libro, Nunc adsint.' 'Tela arcu missilia' memorat Ovid, Epist. Heroid. XVI. 39. 'Nec tamen est mirum, si, sicut oporteat, arcu Missilibus telis eminus ictus, amo.' Si quis tamen omnino *missilibusque et telis* malit, per 'missilia' alia quævis manu mitti solita, ut lapides ac similia, intelligere debebit, quomodo 'tela missiliaque saxa' memorantur v. 47. 'Jamque et alii congregati telis missilibusque saxis proturbare hostes.' Mihi tamen nihilominus recepta lectio præstare videtur.

Et primo pugnæ inpetu ferox] Vocem *primo*, quæ hic in primis necessaria est, non agnoscit Leid. 1. Infra X. 28. 'Ita persuasum erat duci, Samnites et Gallos primo inpetu feroces esse.' Insuper vox *pugnæ* deficit in vetustioribus excusis. Eam primi addiderunt Mediolan. 1505. mox Ascensius 1513. et 1516. tum Aldus et alii. Eamdem vocem servant constanter libri scripti.

Gladios et conlatum pedem et vultum hostis, ardore animi micantem] *Gladius* librarii errore Leid. 1. et Lov. 4. Quum autem in similem lectionem præferentes membranas librarius Port. incidisset, eamque aperte mendosam vidisset, non consulto integriore codice, suo Marte *gladium* dedit, Sed reliqui recte vulgatum retinent. Deinde *multum hostis ardore animi* Lov. 5. et Gaertn. Voces 'multus' et 'vultus' etiam a librariis Silii confusas fuisse, conjecit Nic. Heins. ad XIV. 530. ubi tamen vulgatum defendi posse olim monui. *Multum hostis ardorem animi* Harl. 2. et Port. *vultum hostis ardorem animi* Harl. 1. Lov. 3. et Voss. 2. *vultum hostis ardorem animis* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *vultum hostis ardoremque animi* Lov. 4. *vultum hostis ardoreque animi* Lov. 2. Vulgatum unice verum est. Ut Romanis hoc loco 'vultus ardore animi micans,' ita 'oculi ardentes' tribuuntur in pugna VII. 33. 'Oculos sibi Romanorum ardere visos, aiebant, vesanosque vultus et furentia ora: inde plus, quam ex alia ulla re, terroris ortum.'

§ 3 *Rupti inde multis locis ordines*]

Digitized by Google

Victi inde Lov. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. reliquis codd. invitis. 'Rupti ordines,' ut 'rumpere aciem' apud Justin. I. 6. 'Proinde videant, fugientibus hæc, an illa pugnantibus acies rumpenda sit:' 'interrumpere aciem' Liv. dixit XLIV. 41. 'Intervallum inplevit legio, atque aciem hostium interrupit.' Et mox eodem cap. 'Interrupta multifariam acie obviam ire cogebantur.' Paullo ante τὸ *inlata* deerat in Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr.

Metaque omnia et fluctuanti similis acies erat] Non absurda Ms. codicis lectio, quæ habet *et fluctuantis similis acies erat*. Nam cum genitivo constructum *similis* ad mores refertur, auctore Donato. *Rhen.* Vet. lib. *fluctuanti similis*. Sigon. Quod ex Donato docet Rhenanus, multi passim grammatici tradiderunt. Ita Diomedes lib. I. p. 293. 'Similis sum tui moribus;' p. autem seq. 'similis sum tibi figura' dici monet. Similiter Caper de Orthogr. p. 2242. 'Illius similis ad morem refertur, Illi similis ad vultum.' Beda de Orthograph. p. 2345. 'Similis sum tui, moribus; similis tibi, facie.' Secundum hanc distinctionem Livius recte dixisset I. 20. 'In civitate bellicosa plures Romuli, quam Numæ, similes reges fore putabat.' II. 31. 'Optabitis, me Dius fidius, prope diem, ut mei similes Romana plebes patronos habeat.' III. 9. 'Si quem similem ejus priore anno, &c. irati Dii tribunum dedissent.' VII. 34. 'Tum vero nos similes istorum simus, si diutius hic moremur.' XXII. 39. 'Si collegam tui similem, L. Æmili, haberes.' XXVI. 2. 'Milites, qui nihil aliud peccaverint, quam quod imperatoris similes fuerint, relegatos.' c. 50. 'Scias, multos nostri similes in civitate Romana esse.' XXXVIII. 51. 'Orate Deos, ut mei similes principes habeatis.' XLV. 38. 'Quis enim aut Africani aut Paulli similis esse in ingrata et inimica bonis civitate velit?' Et alibi sæpe. Nihilominus Vossio potius credo, qui Gramm. VII. 11. nullo habito discrimine, voci *similis* modo secundum, modo tertium casum jungi docet: quamvis tamen ipse Vossius ibi erroris absolvi nequeat, reprehendens illos, qui adjectiva similitudinis genitivum regere volunt, quum ad formam; dativum, quum ad mores referuntur. Id enim quis palam dixerit, nondum inveni. Ratio, cur Vossii sententiam veriorem putem, illa est, quod quum optimos alios scriptores, tum etiam Livium, multis locis discrimen non observasse videam. Ita I. 22. 'Hic non solum proximo regi dissimilis, sed ferocior etiam Romulo fuit.' III. 63. 'Jamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei, si similes Icilio tribunos haberet.' IV. 9. 'Pulsa plebs, nihil Romanæ plebi similis, armata ex urbe profecta:' ubi tamen pauci, et quidem suspectæ fidei, codd. *Romanæ plebis similes* præferunt. XXVI. 1. 'Venisse Diis simillimum juvenem, vincentem omnia quum armis, tum benignitate ac beneficiis.' XLIV. 4. 'Si hostem similem antiquis Macedonum regibus habuisset consul.' Et ita, nunc *simile veri*, nunc *simile veris* dici, vidimus ad v. 21. § 9. In his itaque codicum fidei adhærere debemus: qui quum omnes, quotquot usus sum, vulgatum tueantur; (unum excipio Flor. Rhenano consentientem;) illud quin præferendum sit, vix dubitare audeo. Lectio autem, quam Rhenanus in Ms. suo, et ego in Flor. invenimus, inde nata esse videtur, quod librarii literam initialem vocis seq. perperam etiam in fine vocis præced. repetierint. Id autem infinitis locis, præsertim in litera *s*, factum esse, videbimus ad Livii lib. XXVIII. c. 25. § 9. Quamvis alibi passim in regimine vocis 'similis' ac 'dissimilis' variare librarii soliti fuerint. Vide ad v. 21. § 9. VIII. 12. § 11. IX. 13. § 7. XXVI.

Digitized by Google

49. § 6. et aliis locis. Insuper licet distinctio, quam memorat Rhenanus, religiose a scriptoribus observata fuisset, tamen ne sic quidem vulgatum mutandum putarem. Nam *fluctuanti similis* non tam ad mores, quam ad formam, referendum est. Ceterum *mota omnia*, omisso *τῷ que*, est in Leid. 1. Post *confluctuanti*, pro *et fluctuanti*, in Lov. 4. et 5. Tum vox *similis* deest in fragm. Hav. a m. pr. Denique *similis erat acies*, dictionibus trajectis, præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Gaertn. et Port.

Deinde, postquam, cadentibus primis] *Dein* Harl. 1. Vide ad III. 3. § 6. Tum *cedentibus primis* excusi principes usque ad Aldum, qui primus *cadentibus* dedit. Et ita uno ore omnes scripti. 'Cadere' et 'cedere' sæpius in libris scriptis commutari solent. Vide Burmann. ad Gratii Cyneg. vs. 9.

Jam ad se quisque perventuram cædem cernebat] Video diversam lectionem in veteri volumine fuisse, nempe *credebat*; et additum *Alibi cernebat*, Rhen. Omnes mei constanter *cernebat*. Sed *quisquam* habet Leid. 1. quemadmodum et librarius hujus codicis errarat hoc lib. c. 4. § 5.

§ 4 *Instare Romanus*] Ita recte Frobenius a. 1531. edidit. Omnes priores dederant *Stare Romanus* contra mentem Livii. Idem tamen error pertinaciter etiam in omnibus scriptis, præterquam in uno Flor. superest. Idem testatur quoque Hearnius de Oxon. B. N. et Excerpt. Pithœi. Sed omnino prima syllaba vocis *Instare* ob ductuum similitudinem intercepta est ab ultimis literis vocis præced. Insuper *Stare Romanos* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Donec armati confertique abibant, peditum labor in persequendo fuit] *Convertique* Leid. 1. *confectique* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *convectique*, aucto ex prava verba præeuntis pronunciatione errore, Lov. 4. Tum *adhibant* Voss. 2. a m. pr. *adibant* a m. pr. ut et Lov. 3. Vide ad l. XL. c. 55. § 5. Denique *labor in sequendo fuit* fragm. Hav. a m. pr. Paullo post verbis seqq. *jactare arma*, pro *jactari arma*, Harl. 2. et Port. a m. sec. Inferius adhuc *signo dato*, alio vocabulorum ordine, edd. antiquiores, sed invitis scriptis, quibus concinentibus Aldus dedit *dato signo*.

§ 5 *Inpediri cursum, obequitandoque agmen teneri*] *Inpedire cursum* Gaertn. Tum *obequitandoque* idem Gaertn. et Hav. Vide ad II. 45. § 3. *obequitando* Lov. 5. Deinde *teneri agmen*, vocibus transpositis, Gaertn.

Dum adsequi pedes et justa cæde conficere hostem posset] *Dum ad te sequi* Leid. 1. *dum apte sequi* Lov. 2. et Hav. *dum apte persequi* Hearnii Oxon. C. Male. 'Adsequi aliquem' est ad eum prægressum sequendo pervenire. Infra XXVIII. 16. 'Si via recta vestigia sequentes issent, haud dubie adsecuturi fuerint.' Vide Hadrian. cardinal. de Serm. Latin. p. 103. Præterea *justa cedere* deerrans dedit librarius Hav. Denique *conficere hostes* Lov. 4. Vide ad v. 50. § 2.

§ 6 *Fugæ sequendique non ante noctem finis fuit*] *Fugæque sequendi* Gaertn. Mox *capta ac direpta*, omissa voce *quoque*, Lov. 2. et Hearnii Oxon. B. In seqq. verbum substantivum omisit librarius Lov. 4.

§ 7 *Pars maxima captivorum ex Latinis atque Hernicis fuit*] *Ex Latino Hernicisque fuit* Leid. 2. *ex Latinisque Hernicis fuit* Lov. 1.

Ut credi posset, mercede militasse] *Credi posse, τῷ ut* omisso, fragm. Hav. a m. pr. Tum *mercede militum concessa* Voss. 2. a m. pr. Paullo post *inventa*, pro *inventi*, Leid. 1. Lov. 2. et Harl. 1. Deinde *adjutos Volscos hostes* alio ordine Hav.

§ 8 *Circeiensium quoque quidem cogniti, et coloni a Velitris*] *Circiensium* Voss. 1. et vetustissimi excusi. *Cer-*

Digitized by Google

ciensium Flor. Leid. ambo, Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Ita Mediolanenses etiam 1495. quos quidam secuti sunt. *Cercientium* Voss. 2. *Certientium* Lov. 3. *Cercinensium* fragm. Hav. a m. sec. et Gaertn. *Cetrinensium* Harl. 2. Port. et Hav. *Ceretensium* Lov. 2. *Ceretinensium* Lov. 4. et 5. Sed recte Moguntini *Circeiensium* ediderunt, quod et in Harl. 1. superest. Vide ad cap. præc. § 6. Tum vox *quoque* deficit in Leid. 2. Deinde *cogniti ex colonia Velitris* Harl. 2. Port. et Hav. *Cogniti et colonia a Velitris* Voss. 2. Male. Infra hoc lib. c. 17. 'Colonis Circeiensibus et a Velitris purgantibus se Volsci crimine belli:' ubi vide quæ notantur.

Primoribus Patrum eadem, quæ dictatori] *Prioribus Patrum* fragm. Hav. a m. pr. et Gaertn. Quæ varietas scripturæ in Mss. errore librariorum frequens est. Plura exempla vide ad XXXVII. 43. § 10. Tum *eandemque dictatori defectionem* Leid. 2. Lov. 4. Gaertn. Port. et Hav. *eandem quæ dictatori* Voss. 1. Lov. 1. 5. et fragm. Hav. Verum ita scribendum fuisset *eamdem, quam dictatori, defectionem*, quomodo præfert Lov. 2. At optimæ notæ codd. aliique multi nihil mutant. Et recte. Nam *eadem, defectionem* per adpositionem dicuntur: quales locutiones in Livio sæpe obcurrunt. Vide ad XXV. 34. § 10. Mox *sui quique populi* Lov. 3. Sed male. Missi indicavere defectionem, quisque sui populi. Infra VIII. 38. 'In suo quisque gradu, obnixi, urguentes scutis, sine respiratione ac respectu pugnabant.' Supra hoc lib. c. 8. 'Sequere imperatorem, pro se quisque clamantes.' c. 4. 'Ex feroci entibus universis singulos, metu suo quemque, obedientes fecit.' Hinc *judicavere*, pro *indicavere*, Port. quomodo sæpe peccatur in codd. manu exaratis ob ductuum adfinitatem. Vide ad Epit. Liv. lib. LXIII. Denique *Romamque populi haud perplexe indicavere*, reliquis omissis culpa scribæ, Harl. 1.

CAP. XIV. § 1 *Minime dubius bellum cum his populis Patres jussuros*] *Minime dubiis* Hav. Deinde vox *populis* deest in Leid. 2. Paullo ante *exercitum instavis*, pro *ex. in stativis*, Klockian.

Quum major domi exorta moles coëgit adciri] *Cur major* Voss. 2. et Lov. 3. *tum major* Lov. 5. *dum major* Gaertn. Deinde *cogit* fragm. Hav. a m. pr.

Gliscente in dies seditione] Pessimum hæret in quibusdam libris glossema *crescente*. Sic ante triennium restitui Fabium VI. 1. 'Item in theatro, in templo, in concione gliscit invidia:' de qua re vide mihi Crepundiorum III. 5. Infra quoque c. 34. puto excidisse, 'Tanto in urbe vis Patrum in dies miserisque plebis crescebant:' lege *gliscebant*. Lib. XXVII. c. 3. 'Novum in occulto gliscens per indicium protractum est facinus.' XXIX. 2. 'Ne glisceret prima neglegendo bellum.' Utitur et XXXVIII. 42. 'In Liguribus magni belli et gliscentis in dies magis fama erat.' *Gebh. Crescente* etiam Voss. 2. Klockian. Lov. 3. Hearnii Oxon. C. atque margo codicis N. At recte id glossema esse Gebhardus existimavit, quod, olim a Scholiasta oræ codicis adscriptum, postea ab indoctis librariis in contextum receptum est. Similiter ubi apud Columell. editur VIII. 9. 'Per hiemem, quamvis adhibeatur opera, difficulter gliscit:' codex alioquin optimus Sangerm. præfert *crescit*. Sæpius autem verbo 'gliscere' Livius utitur. Præter loca Gebhardo memorata obcurrit II. 19. 'Nec ultra bellum Latinum, gliscens jam per aliquot annos, dilatum,' c. 23. 'Invidiamque eam, sua sponte gliscentem, insignis unius calamitas accendit.' XLII. 2. et alibi. Apud Silium etiam, Livii ubique imitato-

Digitized by Google

rem, frequens est. Ita IV. 5. 'diros canit inproba motus, Et gliscit gressu:' ubi quædam olim notavi. X. 598. 'Dura inter pavidos alitur fortuna sedendo, Et gliscunt adversa metu.' XII. 402. 'dextræ gliscebat cædibus ardor.' XV. 580. 'At Roma, adversi tantum mala gliscere belli Accipiens, trepidare metu:' et alibi. Tacito inprimis hoc verbum in deliciis fuit, qui infinitis locis eo usus est. De eo plura vide apud Barthium Advers. XXXV. 20. et apud Burmann. ad Valer. Flacc. II. 278. Mox *metuendam faciebat auctor*, transpositis vocibus, Leid. 1.

§ 2 *Non enim jam orationes modo Manlii*] Voces *enim jam* male neglexit librarius Leid. 2. solam vocem *jam* librarius Lov. 4. Deinde *orationes tantummodo* Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *orationes modo tantum* Lov. 5. quæ lectiones iterum ex margine infaustis avibus in contextum fuerunt receptæ. Nam *modo* hic ponitur pro 'tantummodo.' Vide ad III. 53. § 5. Pari modo in uno cod. Sallust. *tantummodo*, pro *tantum*, datum esse testatur Cortius ad Sall. Jug. c. 26. § 1. Præterea *M. Manlii*, vel *M. Mallii*, vel *M. Manilii* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. et C. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri, quæ prænomen *Marcus* omisit, quod et in reliquis scriptis deest: ubi interceptum est a prima litera vocis seq. ut aliis locis sæpe factum. Vide ad XL. 34. § 1. In Grutero autem id operarum typographicarum neglegentia accidisse videtur, quem errorem nemo recentiorum animadvertit. Quod exciderat, loco restitui.

Facta popularia in speciem, tumultuosa eadem, qua mente fierent, intuenda erant] Sic quidem omnes libri. Sed scribendum videtur *intuenti*. Manlii non modo orationes, sed et actiones erant prima fronte populares, sed consideranti, quo consilio fierent, omnino seditiosæ. *J. F. Gron.* Etiam omnes codd. mei in vulgatam lectionem conspirant, nisi quod *metuenda erant* præferant Voss. 2. Lov. 3. et in margine Hearnii Oxon. N. At librariorum menti ea vox adhuc obversabatur, quod modo præcesserat. Gronovio *intuenti* substituenti obloquitur interpres Delphinicus, existimans Livii mentem esse, dictatori non jam orationes modo Manlii, sed facta inspicienda fuisse, ut nempe obviam iret seditioni, si quæ moveretur. Non tamen efficit, ut a viro subactissimi judicii hic diversus abeam. Nisi enim conjectura ejus recipiatur, vix apte verba Livii cohærent. Non adtendit Doujatius ad particulam *enim*, qua Livius rationem reddit, cur solito magis seditionem metuendam Manlius faciebat. Ea enim non est, quia dictatori inspicienda erant ejus facta; si enim inde motus seditionis deducendus esset, is evitari potuisset non inspiciendo: sed ideo seditionis metus in dies gliscebat, quia, quicumque orationes ejus et facta in speciem popularia inspiceret, et adtenderet, qua mente quælibet ab eo fierent, facile deprehendebat, eadem tumultuosa esse. Ceterum obponit hic Livius 'speciem rerum' sive prætextum, sub quo vera rerum facies occultatur, atque ipsam rem sive 'mentem, qua res fiebat.' Ita alibi sæpe 'species rei' et 'res ipsa' obponi solent. Infra XXXIX. 35. 'Per speciem auxilii Byzantiis ferendi, re ipsa ad terrorem regulis Thracum injiciendum profectus:' ubi alia exempla vide. Præterea *in specie tumultuosa eadem* Lov. 2. Male. Vide ad III. 40. § 7. *in speciem tumultuosam eadem* Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Atque ita etiam Mediolanenses 1505. ediderunt, quos Ascensius 1513. et 1516. ac Parisini 1529. imitati sunt.

§ 3 *Vociferatusque de superbia Patrum, ac crudelitate fœneratorum*] *Vo-*

Digitized by Google

eiferatus de superbia Leid. ambo: *vociferansque de superbia* Harl. 2. Gaertn. Port. et Hav. Tum *et crudelitate* Hav. *ac credulitate*, literis trajectis, Leid. 1. et Lov. 5. Vide Freinshem. ad Curtii VI. 10. § 15. Paullo post *et virtutibus ejus viri*, addita conjunctione, Leid. 1. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et edit. Mediolan. 1505. quum in omnibus prioribus edd. etiam vox *viri* defuisset, eoque *τὰ virtutibus ejus fortunaque* ad proximum *plebis* referenda viderentur. Ascensius deinde et post eum reliqui vocem quidem *viri*, in omnibus Mss. exstantem, receperunt, non tamen copulam *et*. Ceterum in verbis præcedentibus, pro *judicatum pecuniæ*, Klockian. præfert *nexum ob æs alienum*, quæ lectio alterius glossema esse videtur. 'Judicatum addictumque' mox vocat § 10. quod hoc loco 'judicatum pecuniæ duci,' ubi vide. Præterea *occurrit*, pro *accurrit*, est in Lov. 4. Vide ad XXIII. 24. § 3.

§ 4 *Nequidquam hac dextra Capitolium arcemque servaverim*] *Nequaquam* Leid. 1. *nequaquam* Voss. 2. et Lov. 3. lapsu scribarum, qui sæpe has voces commutare solent. Vide ad II. 58. § 8. et ad XXVII. 26. § 2. Deinde *ac dextra* Lov. 3. et ed. Rom. 1472. Vide ad XXXV. 26. § 7. *hac dextera* Lov. 1. 5. Port. Hav. et fragm. Hav. Reliqui, et inter eos integerrimi, vulgatum defendunt. Mox *si cui est*, pro *si civem*, Gaertn. Per compendium scriptum fuerat *si ciuē*; error itaque profluxit ex adfinitate ductuum *iu* et *ui*. Vide ad IX. 1. § 8. *Commilitonemmeum*, pro *commilitonemque meum*, Lov. 2.

Tamquam Gallis victoribus captum] *Tamquam a Gallis victoribus captum* Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. At nihil mutari necesse est, invitis reliquis, quibus utor, codd. 'Captus Gallis' et 'captus a Gallis' eodem sensu dici, ostendunt quæ notavi hoc lib. ad cap. 11. § 4. Pessime etiam *Gallis virtutibus* præfert Hav. Neque melioris notæ est, quod Hearnius se Oxonii in cod. C. reperisse testatur in verbis seqq. *in servitutem ac vincula duci videam, ac rem cædi*. Ultimæ tres voces in uno tantum Lov. 4. mihi obviam fuerunt. *Et in servitutem*, addita priori vocula, habet Lov. 2.

§ 5 *Ideo rem creditori palam populo solvit*] Pall. Mss. tres, et binæ vetustæ edd. *Inde rem*. Gebh. *Inde* etiam omnes non modo scripti, sed et typis excusi usque ad ed. Francofurtanam 1578. quæ *Ideo*, errore, ut puto, operarum, dedit, quem Modius, Gruterus, et Heinsius servarunt, sed recte jam Gronovius in prima Livii ed. emendavit. In uno tantum Leid. 2. est *In rem*. Sed librarius notam *rē* *In* addere neglexit. Hinc autem factum esse, ut sæpissime *in* et *ĩn*, *sive inde*, commutentur in membranis vetustis, videbimus ad X. 20. § 6. *Inde rem cedi palam populo solvit* sine commodo sensu ostentat Lov. 2. Præterea male *credit*, pro *solvit*, Leid. 1.

Solvit, libraque et ære liberatum emittit] Pal. 2. *ære eum l. emittit*. Superscriptum tamen *liberavit, liberatumque dimisit*. Pejus, credo, Andreas, *liberumque ex ære lib. emittit*. Gebh. De manumissione addictorum etiam locus est Quintiliani Instit. Orat. v. 10. p. 414. ed. Burm. 'Qui servus est, si manumittatur, fit libertinus, non item addictus:' et Calpurnii Flacc. Declam. XIV. ubi filius abdicatus, qui patrem addictum redemerat, dicit, 'Et redemi patrem, et manumisi.' Salmas. de Modo Usur. p. 826. scribit, pecuniæ judicatos et addictos, si ipsi solvissent, aut pro illis alius, non tamen liberos habitos, sed, quoniam in servitutem redacti erant, per æs et libram liberandos fuisse, ut illi qui emancipabantur. Et in Observ. ad Jus Attic. et Rom. c. 11. p. 410. et seqq. nullum discrimen inter addictos et servos ære emtos statuit: quia addicti legibus XII. tabularum

Digitized by Google

et venumdari et occidi poterant. Quintilianus tamen Instit. Orat. VII. 3. auctor est, addictum recepta libertate ingenuum esse, et Declam. CCCXI. tam ingenuum esse, quam ante fuerat. Et conditionem addictorum meliorem fuisse, quam eorum qui jure servi erant, ipse Salmas. tradit de Modo Usur. p. 877. et alii dudum ostenderunt e dd. ll. Quintiliani. De sententia leg. XII. Tabularum autem, quod ad jus occidendi addictos attinet, non idem sentiunt eruditi. Quod porro Salmasius dicit, addictos ab his, qui pro iis creditum solverant, manumissos fuisse, id verum esse constat ex Livii et aliorum scriptorum locis. An autem, si ipsi pro se solvissent, tamen per æs et libram liberari debuerint, quod idem scribit, mihi non liquet. Nec scio, quid juris alii, a quibus liberati et manumissi erant, hac re in illos consequuti fuerint. *Duk. Liberaque et ære liberatum* Hav. *liberatque et ære liberatum* Hearnii Oxon. N. *libraque ut ære liberatum* Port. *liberaque ut ære liberatum* Lov. 5. *liberaque et ea re liberatum* Lov. 4. *liberumque et ea re liberatum* Lov. 2. *libraque et ea re liberatum*, literis transpositis, Leid. 1. *libraque et ære libratum* Gaertn. Vulgatum rectum. De locutione 'libra et ære' vide Brisson. de Verbor. quæ ad jus pertinent, Signific. voce 'Æris.' Insuper *mittit* Lov. 4. Mox *Deosque atque*, pro *Deos atque*, edd. Rom. 1472. et Parm.

Parenti plebis Romanæ gratiam referant] Vox *Romanæ* deest in Voss. 1. et Harl. 1. Sed in eorum priori adparet tamen margini adscripta. *Gratiam ferant* est in Lov. 2.

§ 6 *Acceptus extemplo in tumultuosam turbam*] *Inter tumult. turbam* Harl. 2. solito errore, de quo vide ad XXXVIII. 57. § 6. *et tumult. turbam* Port. a m. pr. *et in tumult. turbam* a m. sec. *in tumult. plebem* Lov. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. Forte exponendi caussa in ora cod. ad vocem *turbam* adpositum erat *plebis*, ut turba plebis intelligeretur: eaque vox deinde altera ejecta in contextum recepta est. Mox *tumultum agebat*, pro *tumultum augebat*, præfert fragm. Hav. a m. pr. 'Agere' et 'augere' aliis etiam locis a librariis commutantur. Vide quæ notantur ad XXVII. 9. § 11. Similiter etiam 'tumulus' et 'tumultus.' Vide ad VII. 34. § 9.

Veienti, Gallico, aliisque deinceps bellis] Primam vocem, quam omnes alii servant, perperam omisit Hearnii Oxon. B. Ejus loco *Volscenti* est in Lov. 4. *Veienti, Gallicoque, aliis deinceps bellis* est in Hav. trajecta in alium locum particula *que*. *Aliisque deiñ bellis*, id est *deinde*, Gaertn. Sed vide ad v. 17. § 5.

§ 7 *Multiplici jam sorte soluta, mergentibus se per sortem usuris, obrutum fœnore esse*] Quidam, pro *se per*, legunt *semper*, ut intelligamus, usuras ita multiplicatas, ac ab ipso solutas, sortem jam aliquoties æquasse: ut sit sensus, toties suppullulascentes mersisse sortem, atque ita se fœnore obrutum. Quamquam, ut usuræ mergant sortem, dubitabit aliquis *Glar.* A Pall. binis exsulat *τὸ semper*. Andreas vero edidit *se per sortem*. Plane inepte. Mergunt enim sortem usuræ, dum sors supprimitur a magnitudine fœnoris, et usuræ ampliores superent sortem. Hujus loci sententia explicare se non posse, fatetur Glareanus: in qua est hallucinatus Campanus, vir temerarii ingenii, supponendo nobis de suo lectionem frivolam *vincentibus semper sortem usuris*. Gebh. Ex hoc loco Gronovius de Pec. Vet. l. III. c. 13. in fine, et de Centes. Usur. p. 471. et Noodt de Usur. II. 4. recte colligunt, legem XII. tabularum, quæ fœnus unciarium fecerat, per avaritiam fœneratorum non fuisse servatam. *Duk. Se per sortem* in nullo apud me cod. obviam est, sed tantum in prioribus edd. ex-

Digitized by Google

stat: pro quo *mergentibus super sortem usuris* Moguntini, *mergentibus semper sortem usuris* Aldus substituit. *Super sortem* unus habet Klockianus. *To semper* deest in Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. reliqui omnes *semper* servant. Pro quo quum *sæper* scriptum fuisset; id, una in duas voces perperam divisa, a primis editoribus non ita magno errore in *se per* mutatum est. *Vincentibus* autem, pro *mergentibus*, non de se subposuisse Campanum puto, sed in codice, quem secutus est, invenisse. Certe ita ante Campanum exhibent jam codd. Lov. 5. Harl. 2. Port. et margo Oxon. N. apud Hearnium. *Vincentibus semper sorte usuris* est in Lov. 4. *ingentibus super sortem usuris* in Klockian. *mergentibus semper usuris*, voce *sortem* omissa, in fragm. Hav. a m. pr. Doujatius vulgatam scripturam *mergentibus semper sortem usuris* per metaphoram exponebat, qua sors tamquam corpus fluctuans considerabatur, quod usuris adeo gravibus, ut iis præstandis inpar debitor nihil potuerit creditori solvere, quod in sortem inputaretur, eamque minueret, quasi fluctibus semper obruebatur. Scribendum insuper conjicit *mergentibus super sortem usuris*, ut Moguntinos etiam edidisse vidimus, idque exponit superadditum sorti fœnus debitorem mersisse. Mihi vulgata lectio non displicet. Haud plane dissimili sensu pupillus dicitur *mergi*, qui inutilibus sumtibus oneratur, apud Ulpianum l. 3. princ. ff. de Contrar. Tutel. et Util. Act. 'Neque enim in hoc administrantur tutelæ, ut mergantur pupilli. Judex igitur, &c. spectabit, an tutor ex officio sumtus fecerit.' Similiter et jactura dicitur aliquem 'mergere' apud Juven. Sat. XIII. 7. 'Tum tenuis census tibi contigit, ut mediocris Jacturæ te mergat onus:' quo loco dicendo 'onus jacturæ,' unde metaphora desumta sit, simul ostendit. Ceterum, quum apud Livium usuræ dicantur 'mergere sortem,' sive, quod tantumdem est, sors 'mersa esse usuris,' inde patebit, quid sentiendum sit de eo quod Salmas. adfirmat de Usur. c. 2. p. 33. numquam reperiri 'usuris demersa plebs.' Certe si 'usuris mersa sors,' dici potuerit, rationem non video, cur similiter dicere permissum non fuerit 'usuris mersa' vel 'demersa plebs.' Paullo ante *militante, se restituente eversos penates*, pro *militantem* et *restituentem*, male præfert Klockian. Supra II. 23. 'Se militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, sed villa incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo suo tempore imperatum, æs alienum fecisse.'

§ 8 *Omnia parentum beneficia ab illo se habere*] Gebhardus ad II. 14. § 9. in duobus codd. Pall. *parentium* legi testis est, quæ eadem scriptura apud me superest in Leid. 1. Vide ad I. 9. § 15. Insuper *eique parentium beneficio* est in Lov. 3. Unde legendum esse conjici posset *omniaque parentum officia*. Sed reliqui scripti et editi stant pro vulgato, nisi quod *omnia patent ubi beneficia* sit in Gaertn. Male etiam *aberunt*, pro *habere*, præfert Leid. 1. Paullo ante *cum hora*, pro *civium ora*, dormitans dedit librarius Klockian. Vide ad v. 37. § 2.

Illi se devovere corporis vitæque ac sanguinis quod supersit] Pronomen *se* expungi debet: nam mox præcedit 'ab illo se habere:' quod hic subauditur. *Rhen.* Vet. lib. *illi se devovere*. Sigon. *Illi se devovere* etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. N. et L. 2. Contra vero pronomen ignorant Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. quibus potius credo. Recte itaque a Rhenano deletum, et perperam a Sigonio revocatum est: cui tamen posteriori nulli recentio-

Digitized by Google

rum dicto audientes fuerunt. Tum *devovere corpus* Flor. a m. sec. Hinc *piteque et sanguinis* fragm. Hav.

Quodcunque sibi cum patria, penatibus publicis ac privatis juris fuerit] *Quodcunque sibi cum parentela* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. manifesto scribarum errore. Non modo enim, quod illi voce *parentela* indicare voluerunt, Livius mox exprimit per voces *penatibus privatis*, verum ipsum etiam vocabulum 'parentela' non hujus ævi est; sed ad exemplum vocis 'clientela' formatum apud Capitolinum demum observatur, inde vero temporibus barbaris sæpe usurpatum fuit, et in legibus Salicis, Burgundicis, Longobardicis, scriptoribusque æqualibus ac posterioribus, frequenter obeurrit; ut docuit Vossius de Vitiis Sermon. III. 32. Solitos autem fuisse librarios voces barbaras, sed suo tempore usitatas, passim optimis scriptoribus obtrudere, videbimus ad VII. 21. § 3. Tum *publicis atque privatis* Port. et Hav. In verbis seqq. *cum bono omine esse*, pro *cum uno nomine*, Lov. 4. *esset* Lov. 4.

§ 9 *His vocibus instincta plebes, quum jam unius hominis esset*] Omnia hæc verba perperam deficiebant in Leid. 2. et Lov. 1. Sed pro *instincta est instructa* in Hearnii Oxon. L. 1. quomodo sæpe ab indoctis scribis ob literarum et ductuum similitudinem peccatum est in codd. manu exaratis. Vide ad IX. 40. § 7. Tum *plebs* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide ad I. 20. § 6. *plebs est* Voss. 2. Præterea vocula *jam* exsulat a Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2, Gaertn. Port. et Hav. Sed ea videtur excidisse ob ultimarum literarum vocis præcedentis similitudinem. Caste, *jam* a præcedenti *quam* interceptum esse, videbimus ad XXXVIII. 4. § 7.

Addita alia commodioris ad omnia turbanda consilii res] Fœde vitiatus locus est. Scriba, *addita alia commotioris ad omnia*, Ex convenit hoc vocabulum seditionem molienti. *Rhen. Commotioris* servant omnes scripti, nisi quod in uno Hav. sit *commodioris*, et sine sensu *comitioris* in Harl. 2, *commotioris* etiam habent primæ edd. pro quo demum Aldus *commodioris* substituit, quem præeuntem secuti sunt Colon. 1525. Cernic. Ascensius 1530. et Frobenius 1531. qui postea 1535. Rhenani emendationem *commotioris* recepit, quam receptiores omnes probarunt. Facile voces 'commotior' et 'commodior' ob soni adfinitatem commutari potuerunt. Vide ad Livii VII. 16. § 3. Præterea vox *alia* deest in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Tum *ad turbanda omnia* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. et Port. *atque turbanda omnia* Hav. cujus scriba fonte dare voluit *adque turbanda omnia*. Quod non displiceret, si codd. auctoritate firmaretur. Quod enim est 'consilium commotius ad omnia turbanda? Quod quum non intelligeret Aldus, ejus loco *commodioris* substituisse videtur. Denique vox *res* a manu interpolatrice erasa est in Flor. ut *addita alia* numero plurali intelligantur. At numerum singularem una, quæ subjungitur, *res* exigit.

§ 10 *Fundum in Veienti, caput patrimonii, subjecit præconi*] *Fundi venerunt caputque* Lov. 2. *Fundum invejerit ex caput* Leid. 1. *Fundum in Veienti ex caput* Harl. 1. *Fundum inventi caput* Leid. 2. et Lov. 1. *Fundum inveniet caput* Voss. 2. et Lov. 3. *Fundum inveniunt et caput* Lov. 4. et 5. *Fundum invecti caput* Klockian. *Fundum caput*, reliquis omissis, Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. et B. Sed recte Flor. Voss. 1. Gaertn. et fragm. Hav. servant in *Veienti*, id est, in agro Veientano. Vide ad XXII. 1. § 10. Fundum hoc vocat 'caput pa-

Digitized by Google

trimonii,' id est, præcipuam partem patrimonii, unde præcipuos reditus, quibus vitam aleret, percipere solebat; quo sensu, quod in quaque re primarium est, 'caput' vocatur. Supra v. 8. 'Nec Veiis melius gesta res, quod tum caput omnium curarum publicarum erat.' Cic. de Amic. c. 13. 'Caput enim esse ad beate vivendum securitatem.' Ad Famil. III. 7. 'An ego obviam tibi non prodirem? primum Ap. Claudio? deinde imperatori? deinde more majorum? deinde, quod caput est, amico?' Eodem sensu 'capita rerum' vocantur, quibus præcipua rerum administratio commissa est. Livius v. 27. 'Quando eos pueros, quorum parentes capita ibi rerum sint, in potestatem dederit.' XXVI. 40. 'Lævinus, qui capita rerum Agrigenti erant, virgis cæsos securi percussit.' XXVIII. 35. 'Quum caput rerum in omni hostium equitatu Masinissam fuisse sciret.' Vide Hadrianum Cardin. de Serm. Latin. p. 95. Ceterum Doujatius, qui hic auctionem, seu publicam posita hasta venditionem, somniat, a vero aberravit. Venditio enim privata erat, ideoque 'præconis' quidem mentio fit, sed non 'publici,' ut apud Cic. pro Sextio c. 26. 'Est rogatum, ut sedens, cum purpura et sceptro et illis insignibus regiis, præconi publico subjiceretur.' Non memoratur etiam posita hasta, quemadmodum in loco Cic. ex Orat. Philipp. II. (non ex Orat. I. ut inquit) c. 26. quem laudavit, et de Offic. II. 23. ex quo alterutro publicam venditionem esse patuisset. Præcones autem venditionibus privata auctoritate factis adhibitos fuisse, indicat Cicero de Offic. III. 13. 'Quid autem tam absurdum, quam si domini jussu ita præco prædicat: Domum pestilentem vendo.' Et ita Apulei. se in asinum conversum a dominis ad mercatum productum, et adhibito præcone pretium nunciante venditum fuisse refert Metam. l. VIII. p. 212. ed. Elmenh.

Neminem vestrum, inquit, Quirites, donec quidquam in re mea supererit] Et hunc locum iidem mutarunt, *Ne quem* legentes, pro *Neminem*. Sed imperfectior est sermo, et qui desideret aliquid: quasi dicat, ideo fundum meum præconi subjeci, ne quem. Manlii sunt verba, ut illa superius posita c. 11. 'Esse qui non egestatem modo atque ignominiam minentur, sed nervo ac vinculis corpus liberum territent.' *Glar.* Clara hæc sunt, licet reticentia quadam truncata. Glareanus Loritus, cujus et judicium et totum ingenium colore noctis inductum erat, caliginem et imperfectam clamitat orationem esse; ideo melius legi *Neminem vestrum inquit:* contra Mss. codd. et vetustissimas edd. *Gebh.* Accipio, quod dat Gebhardus, Glareanum imperfectam orationem agnovisse; verum inde non patet, ipsum prætulisse lectionem *Neminem vestrum*. Eam enim si meliorem judicasset, locutionem imperfectam esse dicere non potuisset. Neque etiam video, ubi ita 'melius legi' dixerit. Ceterum *Ne quem vestrum* vera est scriptura. Nam ita præferunt omnes scripti mei, nisi quod manifesto lapsu librarius Leid. 1. dederit *Ne quemi vestrum*. Primæ etiam edd. *Ne quem vestrum* præferunt, pro eo Mediolan. anno 1495. *Neminem vestrum* substituerunt, quod Veneti 1498. tum Ascensius 1513. receperunt, et præter Aldum reliqui editores servarunt usque ad Frobenium, qui 1531. priscam lectionem revocavit. Deinde *Quirites, inquit*, alio ordine, Lov. 4. Præterea vocula *in* non invenitur in Leid. 1. Sed eam elisit ultima litera præcedentis vocis *quidquam*. Vide ad I. 13. § 3. Ceterum reticentiam, quæ in his verbis est, inlustrant, quæ notavit magnus Gronov. Observ. II. 25. p. 426. et seq.

Digitized by Google

Judicatum addictumve duci patiar] Non enim *adjudicatum*. Infra c. 34. 'Fama et corpore judicati atque addicti creditoribus satisfaciebant.' Diximus alibi. *J. F. Gron.* Refellit hic vir magnus Joh. Freinshemium, qui in Indice Flori, voce 'Addicere,' legendum conjicit *adjudicatum*, quamvis tamen Nonium *Judicatum* in ea voce per 'adjudicatum' atque 'addictum' exposuisse fateatur. Et quidem recte eum refellit. Omnes enim scripti et editi *judicatum* servant. *Judicatum* autem, ut supra hoc cap. 'Centurionem, nobilem militaribus factis, judicatum pecuniæ quum duci vidisset.' Infra cap. seq. 'Quin eam deducitis a me singuli vestris beneficiis, intercedendo, eximendo de nervo cives vestros, prohibendo judicatos addictosque duci.' Ita *pecuniæ judicatus* XXIII. 14. ad quem locum videndus est Gronovius, qui et veram Livio scripturam contra Freinshem. vindicavit Observ. l. II. c. 11. p. 302. Præterea *adjectumve* fragm. Hav. 'Addicere' et 'adjicere' sæpius in Mss. commutari, vidimus ad I. 30. § 3. *Additumve* Lov. 4. et 5. Vide ad cap. seq. § 9. *addictum ne* Hav. *ne* et *ve* confundi, dictum est ad V. 28. § 5. utramque varietatem recepit librarius Gaertn. *adjectumne* exhibens. *Addictumque* scribendum conjicit vir doctus in margine ed. Curionis. Et ita habent vetustiores excusi, pro quo Aldus *addictumve* substituit, adstipulantibus reliquis Mss. Nihilominus alterum verius videtur. Ita loco ex cap. seq. laudato, *prohibendo judicatos addictosque duci*. Vide et loca, quæ Gronov. ex Cic. in Observ. loco laud. adduxit. Nam ut quis duci posset, non sufficiebat, eum judicatum esse, sed debebat etiam addici; ita ut inter utrumque triginta dies intercedere debuerint, ut constitutum erat legibus XII. tabularum, quarum hoc refert fragmentum Gellius Noct. Att. XX. 1. 'Æris confessi rebusque jure judicatis triginta dies justi sunto: post deinde manus injectio esto, in jus ducito, ni judicatum facit, aut quis endo eo jure vindicit, secum ducito, vincito.' Quæ verba ita Gellius, sive Sex. Cæcilius jurisconsultus inlustris apud eum, exposuit: 'Confessi æris ac debiti judicatis triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ caussa, quam dissolverent; eosque dies decemviri justos adpellaverunt, &c. Post deinde, nisi dissolverent, ad prætorem vocabantur, et ab eo, quibus erant judicati, addicebantur, nervo quoque aut compedibus vinciebantur.' Non ergo *judicatum addictumve*, ita enim alterutrum subficere indicaretur, sed *judicatum addictumque*. Solent autem *ve* et *que* sæpe confundi. Vide ad XXIV. 10. § 2. Singularis, sed vitiosa lectio est in Lov. 2. *nec judicatum quemquam addictumve*, vocibus prima et tertia perperam additis.

Ita accendit animos, ut per omne fas ac nefas secuturi] *Ira accendit animos* fragm. Hav. a m. pr. qui error in libris scriptis frequens est. Vide ad XXIV. 16. § 1. Præterea voces *ac nefas* omittuntur in Gaertn. quod oscitantiæ librarii adscribendum esse, satis patet.

§ 11 *Ad hoc domi concionantis in modum sermones pleni criminum in Patres*] *Ad hæc* Lov. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Male. Vide ad XXI. 52. § 10. Consentiunt etiam in vulgatum *ad hoc* scripti reliqui, et inter eos omnes optimæ notæ, atque vetustissimi typis descripti libri. Quod autem hic *concionantis in modum*, supra 'prope concionis in modum' dixit II. 23. 'Quum circumfusa turba esset prope concionis in modum.' Vide Gronovium ad IV. 13. § 8. 'Crimen' autem hic pro criminatione accipitur, de qua significatione ejus vocis vide Cortium ad Sall. Cat. c. 34. § 2. et quos ibi lau-

Digitized by Google

davit. Deinde *impalitres*, pro *in Patres*, Leid. 1.

Inter quos, cum omisso discrimine vera an falsa jaceret, thesauros Gallici auri occultari a Patribus jecit] Vox ultima mihi suspecta esse incipit: nam et insuavis est auribus ob præcedens *jaceret*, et absque illa constat oratio, si cogites, τὰ *inter quos* dici per intellectum verbi 'erat.' Ovidius Met. XIII. 164. 'et deceperat omnes, In quibus Ajacem, sumtæ falsacia vestis.' Cornelius Nepos in Miltiade c. 4. 'Creati decem prætores, qui exercitui præessent: in his Miltiades.' Qui sic sæpius. Ut et Noster. Hoc lib. c. 20. *J. F. Gron.* Simili modo Livium ex conjectura emendat Gronov. XXXVII. 23. 'Regia classis septem et triginta majoris formæ navium erat, in quibus tres hepteres et quatuor hexeres habebat:' ubi vocem *habebat* deleri jubet, et *in quibus* eodem modo accipit, ut hic *inter quos*. Neutra tamen caussa, ob quam hoc loco vocem *jecit* expungendam Gronovius judicavit, satis justa videtur. Non prior, quia infinitis locis Livius voces, quæ modo præcesserunt, paucis interjectis iterum adhibere solitus fuit. Vide ad I. 3. § 9. Non altera, quoniam, si omnia, sine quibus sensus constat, inducenda forent, infinita præsertim in Livio, cujus lacteam ubertatem omnes prædicant, expungenda essent. Servandum itaque censeo verbum *jecit*, quod in omnibus superest codd. nisi quod *jacit* præferant Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Si quid in his verbis superest, potius delendam putarem particulam *quum*, quæ non modo abesse potest, verum addita sensum turbat, ut unicuique singula adcuratius exigenti patebit. Unus etiam Lov. 5. eam non agnoscit. Ceterum *intra quos* est in Voss. 2. et Lov. 3. de quo errore vide ad v. 27. § 3. Tum *amisso discrimine* Port. sollemni scribarum lapsu, qui 'amittere' et 'omittere' sæpe confuderunt. Vide ad III. 36. § 11. Hinc *vera ac falsa* Leid. 2. *vera at falsa* Lov. 2. Præterea *jaceretur* Klockian. Vide ad XXXIX. 22. § 3. Hinc *thensauros Gallici auri* Flor. a m. pr. hic et cap. seq. § 5. Vide ad v. 54. § 5. *thesaures Gallici agri* Lov. 4. et 5. Denique *occultari ab Patribus* Port.

Nec jam possidendis publicis agris contentos esse, nisi pecuniam quoque publicam averiant] *Nec eum possidendis* Harl. 2. Tum *contẽptos esse* fragm. Hav. Sæpissime voces 'contentus' et 'contemptus,' sive 'contemtus,' errore librariorum commutantur. Vide ad XXV. 38. § 20. Deinde *pecuniam* Hav. Forte voluit scriba *ni pecuniam*. *Ni* autem sæpe in *nisi* abiit. Vide ad XXIII. 1. § 8. Hic tamen *nisi pecuniam* est in ceteris omnibus codd. Verbum autem 'avertere' interdum proprium esse de rebus illis, quas ex aliena in nostram potestatem et ditionem, ut plurimum fraude et malis artibus, redigimus, recte docet Gronov. Observ. IV. 5. Vide etiam Passerat. ad Cic. Orat. pro Cæcin. c. 6. et Lindenbr. ad Ammian. Marcell. XIV. 2.

Ea res si palam fiat, exsolvi plebem ære alieno posse] *Et res* Hav. quomodo librarii frequenter errarunt. Vide ad XLII. 5. § 7. Tum *exsolvis* idem Hav. Deinde vere *possis* Leid. 2. *exsolvi plebem ex alieno posse ære* Lov. 4. a m. pr. in quo a manu altera additæ sunt notæ, quæ docent, præpositionem inducendam esse.

§ 12 *Quæ ubi objecta spes est*] Pall. duo *adjecta*. Male vulgatum. Supra IV. 51. 'Delinimentum animis Volani agri divisionem obici.' Andreas edidit *Quæ ubi objecta res est*. Gebh. *Quem ubi objecta spes est* Leid. 1. errore scribæ, qui *quẽ*, pro *quæ*, perperam scripsit. *Quis ubi objecta spes est* Lov. 1. *Quæ adjecta spes esset* Lov. 4. *Quæ ubi adjecta spes est* etiam Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav.

Digitized by Google

quod recte displicet Gebhardo; neque melius *Quæ ubi abjecta* præfert Gaertn. Solent hæ voces commutari a scribis indoctis. Exempla obcurrunt IV. 51. § 5. hoc lib. c. 1. § 12. VII. 7. § 9. VIII. 23. § 4. et alibi. Et ita verba cum præpositionibus *ab* et *ob* composita ubique in codd. scriptis confunduntur. Vide ad II. 37. § 9. Præterea *species* Port. Vide ad III. 9. § 13. *Res*, quod in Andreæ ed. Rom. esse Gebhardo notat, exstat etiam in aliis exemplis principibus usque ad Aldum. Sed illud ex modo præcedentibus verbis hic admissum videtur, licet et alibi *spes* et *res* culpa librariorum permutentur. Vide ad V. 14. § 4. Denique verbum *est* a manu altera in fragm. Hav. inductum erat.

Quum conferendum ad redimendam civitatem a Gallis aurum fuerit, tributo conlationem factam] *Cum ferendum* Leid. 1. et Lov. 2. sed primam syllabam *reū conferendum* absorpsit vocula præcedens *cum*; quemadmodum ab eadem etiam vocem *con.* vel *cons.* sive *consul* absorberi vidimus ad II. 59. § 9. Deinde *ac redimendum* Harl. 1. Vide ad XXI. 32. § 2. Tum *a Gallis fuerit aurum* Harl. 2. Tandem *tributo et collatione facta* Lov. 4. *tributo collatione facta* Harl. 2. et Hav. Et ita Mediolanenses 1505. ediderunt, quos Ascensius 1513. et 1516. ac Parisini 1529. secuti sunt. Ita, mutata distinctione, hoc modo interpungendum foret: *quum conferendum ad redimendam civitatem a Gallis aurum fuerit tributo; collatione facta, idem aurum.* At vulgatum, aliorum omnium codd. et edd. auctoritate firmatum, præstare videtur.

Idem aurum ex hostibus captum in paucorum prædam cessisse] Pall. duo 1. ac 3. *in paucorum prædam secessisse*: ut innuat arcanam auri istius divisionem. *Gebh.* *Id aurum* Lov. 4. atque Hearnii Oxon. L. 2. et C. Vide ad X. 10. § 6. *id est aurum* Flor. et Harl. 1. Vide ad V. 4. § 5. *Idem aurum et ex hostibus captum* Lov. 2. et fragm. Hav. quasi indicare voluisset librarius, intelligendum aurum, tum quod Romani ad redimendam civitatem a Gallis contulerint, tum quod devictis Gallis insuper Romani eripuerint. Verum quum alii omnes in receptam scripturam conspirent, eam etiam veriorem esse nullus dubito. Forte librarius *et* pro *ex* scripserat, quemadmodum sæpe ea vocabula confundi videbimus ad XXVI. 45. § 1. Animadverso deinde errore, non deleto eo alterum adjecit, ut sæpissime facere consueverunt, ne lituris codicum emtores deterrerent. Præterea *secessisse*, quod Gebhardo in duobus Pall. obviam fuit, apud me tantum in solis Voss. 2. et Lov. 3. superest. Sed et hoc ex simili scribarum errore natum puto, qui quum *sedisse* pro *cessisse* scribere incepissent, prioribus jam literis exaratis, deprehenso peccato substitere, et, iis non inductis vel erasis, veram lectionem addidere. 'Cedere in prædam alicujus,' ut apud Curtium VII. 6. 'Signoque, ut puberes interficerentur, dato, reliqui in prædam cessere victoris:' quam lectionem præ *victoribus*, ut est in uno Voss. 2. firmat vicissim hic Livii locus. Tacit. Ann. XV. 45. 'Inque eam prædam etiam Dii cessere, spoliatis in urbe templis.' Livius 'prædæ cedere' dixit XLIII. 19. 'Puberes omnes interfecti sunt; conjuges liberosque eorum in custodiam dedit: prædæ alia militum cessere:' qui iterum locum vulgatam in loco Curtii scripturam adstruere videtur. Ceterum *prædam quasi dictatoris regressus ad comprimendas seditiones cessisset* habent Lov. 2. et 4. *prædam quos si dictatoris regressus ad comprimendas seditiones cessisse* Leid. 1. *prædam qui dictatoris regressus ad comprimendas seditiones cessisse* Hearnii Oxon. L. 2. et C. Sed, illa ex margine inrepsisse, non male judicat ipse

Digitized by Google

Hearnius. Pro lemmate enim olim ad hæc vel seqq. verba in ora libri notatum fuisse videtur *dictatoris regressus ad comprimendas seditiones*, quod mox cap. seq. refertur. Alia exempla lemmatum, quæ in contextum errore librariorum admissa sunt, videbimus ad VII. 40. § 4.

§ 13 *Itaque exsequebantur quærendo*] Mss. *credendo*. Lege *cerendo*. Klock. Mentem Klockii non adsequor, neque video quid notabit vox *cerendo*. Novi veteres *cereo*, pro *creo*, dixisse. Vide Scalig. ad Varr. de Ling. Lat. l. v. p. 60. et Vossium in Etymol. v. 'Creo.' Verum ea significatio huic loco convenire non potuit. An ergo, quemadmodum *cocus* pro *coquus*, et similia bene multa antiqui dixerunt, ita et hic a Livio *cerendo* pro *quærendo* scriptum existimavit? Verum ita *cærendo* dicere debuisset. Nisi si 'quærere,' ut quibusdam placet, a Græco χηρεύειν deducendum opinatus, antique etiam sine diphthongo scriptum fuisse putarit. At quis tam ineptus esse poterit, ut Livium ita scripsisse in animum inducat? Familiaris adeo hæc locutio Livio est, ut in scriptis ejus hospes esse debeat, qui de veritate ejus lectionis ac genuino sensu dubitare potest: utique postquam illam optime inlustravit δ πάνυ Gronov. ad Livii IX. 3. § 11. Miror itaque, interpretem Delphinicum, qui dicto loco emendationem Gronovii calculo suo probavit, hic tamen, quum antea vulgatam lectionem exponere conatus esset, subjecisse, Livium forte scripsisse, *Itaque hæc sequebantur quærendo;* id est, dictis Manlii postremis adhærentes ac fidem habentes sciscitabantur. Non equidem invideo ipsi delicias, quas sibi fingit; modo mihi liceat id, quod vulgo circumfertur, et, si Klockian. excipias, omnium codicum testimonio confirmatur, probare. *Exsequebatur* est in Lov. 4.

Ubi tantæ rei furtum occultaretur] Iterum lidem, *peroccultaretur*. Gebh. (Vid. Lect. Varr.) *Peroccultaretur* etiam Hearne in Oxon. C. se invenisse professus est. Præter a Gronovio laudatum Voss. 2. eique plerumque consentientem Lov. 3. nulli meorum eam lectionem firmant. *Ubi tantæ rei furta occultarentur* est in Lov. 2. cui favere videtur Leid. 1. *futura*, pro *furtum*, exhibens. Reliqui singulare probant. Deinde *occuparetur* est in Leid. 1. a m. pr. quod recte manu altera in *occultaretur* mutatum est. Interdum scribas ita errasse, videbimus ad XXVII. 3. § 8. *Ibi* etiam, pro *ubi*, habet Port. a m. pr. Vide ad XXVII. 5. § 2.

Differenteque et tempore suo se indicaturum dicente] *Differentaque et tempore suo se indicaturum dicente* Flor. a m. pr. pro quo *differenti itaque et tempore suo* a m. sec. emendatum est. At *differentique* et mox *dicenti* reliqui omnes codd. mei, et apud Hearnium etiam Exc. Pithœi. Hisne igitur an eximio Bentleio fidem habebimus, ad Horatii Od. I. 25. 17. id agenti, ut evincat, claros scriptores, qui amicitia Augusti floruerunt, ablativum singularem participiorum præsentis temporis in *e*, non in *i*, direxisse? Verum non modo tot codicibus adversari temerarium est, sed et plurima in Livio passim obcurrunt exempla, ubi eorum nominum casus sextus secundum consensum fere omnium codd. et edd. in *i* formatur, quibus invitis id mutare audax nimis et calidum foret. Ita 'anno sequenti,' vel 'insequenti,' multis locis apud Livium obcurrere, ubi nihil variant scripti vel editi, videbimus hoc lib. ad c. 21. § 1. 'discrepanti editione' IV. 23. § 2. ubi tamen nunc edidi ex Mss. *discrepante:* 'inminenti mole' obcurrit VI. 19. § 1. 'constanti pace' c. 25. § 11. ubi nuper etiam *constante* editum erat: 'continenti agmine' plerique codd. VIII. 8. § 13. 'patenti campo' XXI. 8. § 7. 'consule postulan-

Digitized by Google

ti' XLII. 33. § 2. 'vigenti editione' VII. 2. § 9. verum et hic *vigente* ex codd. et vett. edd. consensu revocavi: et quæ plura alia adferri possent. Si itaque is, quem Bentlei. credidit, optimorum scriptorum seculo Augusteo mos fuerit, eum a Livio non tanta superstitione observatum fuisse dicendum erit, quin subinde ab illo in diversa abiret. Ceterum τὸ *et* exsulat a Leid. 1. Lov. 2. et Harl. 1. At vocula illa intercidit ob similitudinem partim literæ finalis vocis præced. partim initialis vocis seq. Vide ad XXXIX. 6. § 2. Tandem *judicaturum*, pro *indicaturum*, Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. LXIII.

Eo versæ erant omnium curæ, adparebatque] *Eversæ erant* Leid. 1. *eo versa erant omnium cura* Harl. 1. Tum particula *que* non erat in fragm. Hav. a m. pr.

Nec veri indicii gratiam mediam, nec falsi offensionem fore] *Veri indicis* Voss. 1. in margine: *veri judicii* Lov. 1. 3. 5. Gaertn. Port. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad v. 26. § 7. Deinde *jam nec falsi* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Sed vocula *jam* male repetita est ex ultimis literis vocabuli præcedentis *mediam*. Similiter etiam peccabatur II. 41. § 5. Contra non raro etiam intercepta est, quod vox præcedens iisdem literis finiretur. Vide ad XXXVII. 25. § 1. Denique *opinionem* Lov. 4. et Harl. 2. Non media futura erat gratia veri indicii scilicet apud plebeios, nec falsi offensio apud patricios. 'Medius' autem hic ponitur pro mediocris. Vide ad v. 37. § 3.

CAP. XV. § 1 *Ita suspensis rebus dictator, adcitus ab exercitu, in urbem venit*] *Accitus dict. ab exer.* Harl. 2. Port. et Hav. *dictator ab exercitu accitus* Voss. 2. *dictator accitus Velitris ab exercitu* Voss. 1. voci tamen *Velitris* librarius notas addidit, quibus eam delendam indicat. Et abest etiam a reliquis omnibus. Præterea *in urbem rediit* Hav. invitis aliis Mss. quare *rediit* ex interpretis glossa natum puto. Vide ad XXXVII. 50. § 6. Insuper *Itaque suspensis rebus* habent vetustiores excusi, quemadmodum sæpissime in libris antiquis variari solet. Vide ad XXI. 53. § 7. Primus Aldus *Ita* substituit. Et recte. Eamdem enim lectionem tuentur omnes codd. nisi quod librarii aberratione sit *Ista suspensis rebus* in Leid. 1.

Satis periclitatus voluntates hominum] *Satis pericuntatus* Voss. 1. ita tamen, ut posterioris vocis literæ quartæ notam addiderit, qua eam delendam, et *percuntatus* scribendum innuere voluit, ut est in Lov. 4. Neque multum discedunt codd. qui ostentant *percunctatus*, qualis lectio superest in Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. 5. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Verum sine dubio præferenda est recepta scriptura, quam certiores ac melioris notæ codd. tenent. Supra I. 42. 'Haud dubius rex, seu Patrum, seu plebis animos periclitaretur, Romam rediit.' Plaut. in Amphitr. III. 2. 33. 'Periclitatus animum sum tuum.' Præterea *voluntatis hominum* Hav.

Discedere senatum ab se vetuisset] *Discere*, aliquot literis omissis, Voss. 2. Tum *a se* Gaertn. *ab eo* Leid. 2. *discedere senatum absuetus, sed stipatus* Leid. 1. una vel altera litera omissa, et, quod in hoc cod. frequens esse notavimus, inperite variis vocibus, quæ olim una ac continenti serie scriptæ erant, divisis.

§ 2 *Sella in comitio posita, viatorem ad M. Manlium misit*] *Sella*, id est, tribunali. Vide Rævard. lib. singul. pro tribun. c. 7. *Klock. In concione posita* ediderunt Mediolan. 1505. eamdemque lectionem in margine ostentat Ascensius 1513. et 1516. Sed nulli codd. favent. Deinde *lictorem*, pro *viatorem*, Voss. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Sed alterum recte servant ce-

Digitized by Google

teri omnes codd. nisi quod exigua aberratione *vitatorem* sit in Harl. 1. Liv. XXII. 11. 'Viatorem misit, qui consuli nunciaret, ut sine lictoribus ad dictatorem veniret.' Cic. pro Fonteio c. 13. 'Quem quum in concionem Gracchus vocari juberet, et viator quæreret, quem Pisonem, quod erant plures, cogis me, inquit, inimicum meum dicere Frugi.'

Dictatoris jussu vocatus, quum signum suis dedisset, adesse certamen] *Dictores jussu vocatos* Harl. 1. Vox *vocatus* deficit in Leid. 2. Deinde *suis signum dedisset* Lov. 4. Præterea *id esse certamen* Voss. 2. Vide ad X. 7. § 5. Mox verbis seqq. *agmine* non adparet in Harl. 1.

§ 3 *Hinc senatus, hinc plebs, &c. velut in acie constiterant*] *Hinc plebes* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad I. 20. § 6. Tum particula *velut* male deest in Leid. 1. Deinde *constiterunt* Leid. 2. et Lov. 3.

§ 4 *Tum dictator, silentio facto, Utinam, inquit, mihi*] *Tunc dictator* Hav. et vetustiores typis inpressi. *Tum* primus dedit Aldus. Et ita alii omnes codd. Vide ad II. 12. § 15. Deinde *Utinam, inquit, Malli, mihi* Voss. 2. et Lov. 3. reliquis invitis. Et sane, si Manlium nomine adpellare voluisset, dixisset potius *M. Manli*, ut mox facit § seq. et *A. Corneli*, § 9. Et ita sæpe hoc lib. c. 6. Mox *certis rebus*, pro *ceteris reb.* Harl. 1. Ita alibi non raro librarii lapsi sunt. Vide ad Livii XXXIV. 36. § 4. Vox etiam *rem* deficit in Lov. 2. quasi ex præcedentibus verbis *de ceteris rebus* repetenda foret.

§ 5 *Cui ego rei tantum abest, ut impedimento sim*] *Cui rei ego tantum abest*, trajecta una voce, Leid. 1. *Cui ego tantum rei abest* quædam vetustæ edd. pro quo jam Ascensius 1513. et 1516. *Cui ego rei tantum* dedit. Nec aliter reliqui scripti, et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Cui ergo rei* Lov. 2. 4. et Gaertn. solito lapsu scribarum. Vide ad XXXVII. 53. § 11. Deinde *ut impedimento sit* male dederunt librarii Leid. 1. Lov. 2. et Harl. 1. at vocula *ut* deficit in Lov. 4. Paullo ante *priores Patrum*, pro *primores P.* Lov. 2. Vide ad XXXVII. 43. § 10.

Ut contra te, M. Manli, adhorter, liberes fœnore plebem Romanam] Tò *ut* deest in fragm. Hav. a m. pr. *te* in Leid. 2. *Manli* in Harl. 1. desiderantur. Tum *arbitror*, pro *adhorter*, habet Gaertn. Deinde *liberes pl. Rom. fœnore* Harl. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *liberes fœnore pl. Rom. fœnore*, eadem voce bis posita Hav.

Et istos incubantes publicis thesauris ex præda clandestina evolvas] Quid in mentem venerit librariis, ut scripserint in Pall. duobus *insultantes publicis thesauris*, nondum excogitavi. Ceterum 'evolvere' verbo ita quoque usus est Petronius c. 11. 'Opertum me amiculo evolvit.' Apulei. lib. I. p. 107. ed. Elmenh. 'Me quoque evolutum et exemsum humi in universum cooperit ac tegit.' *Gebh. Insultantes* perperam etiam dant Voss. 2. et Lov. 3. *incurrentes* Leid. 1. *incursantes* Lov. 2. *incumbentes* edd. principes, quas vidi; pro quo jam Veneti 1495. tum Mediol. 1505. et plerique reliqui editores *incubantes* recte adniserunt. Verbum enim 'incubare' cum emphasi dicitur de eo, qui tam pertinaciter inhæret, ut vix ulla vi abstrahi vel avelli possit; vel etiam de eo, qui per vim et injuriam res alienas possidet. Vide Duker. ad Flori II. 6. § 57. ubi id etiam cum verbo 'incumbere' frequenter permutari monuit. Deinde *thesauris publicis* edd. vett. invitis omnibus scriptis. Quare recte Aldus trajectis vocibus dedit *publicis thesauris*. *Thesauris* iterum est in Flor. a m. pr. Vide ad cap. præc. § 11. Præterea *ex præda clandestina volvas* Leid. 1. Lov. 2. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Sed 'evolvere ex præda' Liviana est. Livium enim verbis cum

Digitized by Google

præpositione compositis eamdem præpositionem in regimine addere solitum fuisse, vidimus ad Præfat. § 11.

§ 6 *Quod nisi facis, sive quod et ipse in parte prædæ sis, sive quia*] Recte habet volumen Berbetomagense, *sive ut et ipse in parte prædæ sis.* Nec erat opus mutare. Porro et ipse M. Manlius e Patribus unus erat. *Rhen. Vet. lib. sive quod et ipse in parte prædæ sis, sive quod vanum indicium est.* Sigon. *Sive ut et ipse* est ab Rhenano, cui non abludit Andreas. Campan. *cui et ut ipse.* Alioquin Pall. tres *sive quod et ipse in parte prædæ sis.* Gebh. *Quod non facis* Hav. Deinde *sive ut ipse in parte prædæ sis* Klockian. *sive ut et ipse in parte prædæ sis,* quemadmodum Rhenanus malebat, habent Flor. et edd. vett. quas vidi. Secundum eam lectionem τῷ *ut* subjungitur *quia,* quemadmodum *quod* XXIX. 17. 'Duarum rerum gratia; unius ut coram P. Scipione, &c. agatur; alterius, quod, qualescumque sumus, tamen hæc, &c. pati non debuimus.' XXXVIII. 25. 'Frustratio Gallorum eo spectabat, primo ut tererent tempus, &c. deinde quod ipsi consuli, &c. insidiabantur.' Vide etiam locum ex XXXIX. 41. mox laudandum. Verum Aldus deinde huic lectioni substituit *sive quod et ipse.* Cui consentiunt non modo Gebhardi Pall. sed et reliqui mei, atque Hearnii Oxonienses codd. Parum interesse videtur primo intuitu, utro modo legas; si tamen diligentius adtendatur, discrimen adparebit in sensu inter hanc et illam lectionem: qui facit *ut sit in parte,* nondum particeps est, sed faciendo spem habet, se participem fore. Sed qui facit, *quod sit in parte,* jam in partem receptus est. Jam autem dictator dicebat, se existimaturum, ideo Manlium publicis thesauris incubantes ex præda evolvere nolle, non ne spem amitteret se in parte prædæ fore, sed ne partem prædæ, in quam ipse, tamquam unus ex primoribus Patrum, receptus erat, reddere cogeretur. Ob hanc itaque causam, et ob codd. plerorumque auctoritatem legendum puto *sive quod et ipse.* Neque me revocat, quod vocula *quod* modo præcesserit. Primo enim diverso sensu utroque loco adhibetur. Nam priori est pronomen, posteriori conjunctio causalis. Eodem modo particula *ut* alia atque alia significatione repetitur v. 20. 'Quum ita ferme eveniat, ut segnior sit prædator, ut quisque laboris periculique præcipuam petere partem soleat;' ubi videndus est Gronov. Deinde, sæpius Livium eamdem vocem repetere solitum fuisse, vidimus ad I. 3. § 9. Ant. Perizon. in margine cod. sui τὸ *quod* quidem probavit, sed voculam *et* tamen expunxit, legens, *sive quod ipse in parte prædæ sis.* Eam tamen non ejiciendam puto. Superest enim quum in omnibus codd. scriptis, solo Klockiano excepto, tum in editis libris. Præterea *sive quod vanum,* ut Sigonius ex vet. lib. in contextum recepit, apud me superest tantum in Lov. 2. Harl. 2. Port. et Hav. apud Hearnium vero in Mss. Oxoniensibus. Verum hic vulgatum malo. Non displicet quidem *quod* modo subjunctivo, modo indicativo jungi; id enim et alibi a Livio factum esse novi. Ut XXVI. 21. 'Exercitus Romanus iratus, partim quod cum imperatore non devectus ex provincia esset, partim quod in oppidis hibernare vetiti erant, segni fungebantur militia.' Verum sequor codd. fide digniores, qui omnes servant *sive quia vanum.* Ne quem autem offendat, voculam *quia* inferri in secundo membro, quum *quod* in priori præcesserit; adscribam locum, ubi in primo membro usurpatur *ut,* in secundo *quia,* in tertio *quod,* qui exstat XXXIX. 41. 'Non solum ut ipsi potius adiscerentur, nec quia indignabantur novum hominem censorem videre,

Digitized by Google

sed etiam quod tristem censuram exspectabant:' ad quem alia exempla videbimus. Deinde *vacuum iudicium* Lov. 2. Vide ad III. 30. § 6. *Vanum* hic est falsum. Vide ad I. 51. § 6. *Vanum judicium*, pro *vanum indicium*, Port. et Hav. sollemni scribarum errore ob literarum similitudinem. Vide ad VII. 39. § 5.

In vincula te duci jubebo, nec diutius patiar] *In vincla* Leid. 1. Lov. 1. 4. et vetustæ edd. pro quo Veneti et Mediolanenses 1495. *in vincula* dederunt; quod et recentiores excusi retinuerunt, et superest in reliquis Mss. Et recte. Potius enim contractio illa *vincla* poëtas, quam reliquos scriptores, decere videtur. Deinde *jubeo* Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Hav. Port. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. Convenire quidem videtur, *ni facis, jubeo*, at reliqui tamen, et inter eos integerrimi codd. vulgatum tuentur. Contra *ni dices, jubeo* præferendum visum est ad III. 56. § 4. Deinde *jubebo, ne diutius patiar* Leid. 1. Utraque lectio ferri potest; quæ caussa est, ut nihil mutandum censeam. Denique *fallaci concitari spe*, trajectis vocabulis, Gaertn.

§ 7 *Ad ea Manlius, nec se fefellisse*] *Am deam aï lius* Leid. 1. Ex quo monstro lectionis, si literam *m* priori loco deleas, et literas alio modo in suas voces distribuas, exit *Ad ea Manilius*, ut etiamnum præferunt Harl. 1. et Lov. 4. *Adeo Manlius* Leid. 2. De quo scribarum errore vide ad IV. 54. § 5. *Videre Manlius* Lov. 2. *Ad ea Mallium* Lov. 3. Tum *ne se fefellisse* Leid. 1. Vide ad III. 47. § 7.

Quos falsis criminibus in arma agant, sed adversus se ac plebem Romanam] *Fusis criminibus* Klockian. 'Crimen' autem hic est criminatio. Supra I. 47. 'Tum de se ingentia pollicendo, tum regis criminibus omnibus locis crescere.' III. 19. 'Non ut in republica populi Romani, sed ut in perdita domo, lingua criminibusque regnarent:' hoc lib. c. 14. 'Ad hoc domi concionantis in modum sermones pleni criminum in Patres.' XXX. 14. 'Fidem criminibus raptæ prope inter arma nuptiæ faciebant.' XL. 15. 'Hæc regnum tuum criminibus et suspicionibus replent.' c. 23. 'Hæ literæ fidem Persei criminibus fecerunt:' et alibi sæpe. Deinde *se et plebem* Hav. et edd. quas vidi vetustiores usque ad Aldum, qui *ac plebem* substituit, concinentibus aliis omnibus scriptis.

§ 8 *Jam sibi ex favore multitudinis crimen et perniciem quæri*] *Jam ŏbq ex favore multitudinis crimen et perniciem fieri* Gaertn. qui etiam paullo ante *quod* omisit, et *patricinium fœnerarum*, pro *patrocinium fœneratorum*, exhibet.

§ 9 *Offendit, inquit, te, A. Corneli, vosque, Patres conscripti*] *Offendit, inquit, te, ait, Corneli, vosque, Patres* Voss. 2. et Lov. 3. *Offendit, inquit, te, aitque Patres* Leid. 1. *Ostendit, inquis, te, A. Corneli, Patresque* Lov. 2. *perniciem quæri ostendit. Non est, inquit, A. Corneli, vosque, Patres* Lov. 4. Tò *inquit* omittitur in Lov. 5. Mox *lateri modo*, pro *lat. meo*, Lov. 2.

Quin eam deducitis a me singuli vestris beneficiis] Est in volumine Borbetomagensi *Quin eam diducitis*. Est autem 'diducere' in diversas partes ducere, quod verbi hic locum habet. *Rhen.* Sic quoque *Quin eam diducitis*, voluit Rhenanus. Interim pertinaciter Pall. Mss. tres et vetustissimæ edd. *deducitis*. 'Deducere' enim est abalienare. Sic Juvenalis Sat. III. 136. 'Et dubitas alta Chionem deducere sella:' ubi 'deducere' est loco dimovere. *Gebh.* Non tantum omnes excusi ante Rhenanum et ed. Froben. 1535. sed et omnes scripti mei constanter servant *deducitis:* nisi quod *deductus* a dormitante librario datum sit in Leid. 2. Licet autem voces 'deducere' et 'diducere' in Mss. commutentur, (vide ad XXI. 55.

Digitized by Google

§ 5.) non tamen cum Gebhardo *deducitis* probandum puto. Locus enim Juvenalis alio, quam is credidit, sensu intelligendus est, ut jam dudum interpretes ibi docuerunt. Verisimile etiam non puto, omnes libros in voce notissima *diducitis* expellenda tanta pertinacia conspirasse, ut ne in uno quidem aut Gebhardi, aut meo superesse potuerit. Quid igitur? Vocem indoctis librariis, certe eo sensu, minus notam a notissima interceptam, et olim scriptum fuisse arbitror, *Quin eam seducite a me.* Nam 'seducere' est separare. Vide Gronov. ad Senec. Consolat. ad Helviam c. 16. Ovidius Metam. IV. 371. 'ita Di jubeatis, et istum Nulla dies a me, nec me seducat ab isto:' ubi tamen Burmanno lectio, quæ ante Ciofanum vulgo exstabat, *diducat* magis placebat. Ciofanus vero *seducat* in uno, *deducat* in reliquis invenit, quod posterius ipse, prius Nic. Heinsius probarunt. Trist. Eleg. IV. 10. 119. Heinsius scribendum conjicit, 'Tu dux, tu comes es; tu nos seducis ab Istro; In medioque mihi das Helicone locum:' ubi vulgo edebatur *abducis*, sed codd. plures eodem, quo hic, errore adfiati *deducis* præferunt. Si *seducitis* displicet, vide num scriptorum lectio *deducitis* probari possit eo sensu, quo 'deducere exercitum,' 'præsidia' dicimus, pro revocare ab loco, in quo consederant. Vide Broekhus. ad Propert. Eleg. II. 19. 45. His jam scriptis demum excerpta cod. Flor. nactus sum, quæ Rhenani lectionem probant; quare ei diutius adversari nolo. Præterea *Qui*, pro *Quin*, Leid. 2. et Lov. 1. Male. De vocula *quin* vide ad I. 57. § 7. Tum pronomen *eam* deest in Port. Deinde *singulis nostris beneficiis* Voss. 2. et Lov. 3. ac 5. *singulis vestris beneficiis* Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Non sequor. Erroris hujus originem vide ad VI. 3. § 8.

Eximendo de nervo cives vestros] *De nervo cives vest. ex.* transpositis vocabulis, Harl. 2. Port. et Lov. 5. a m. sec. qui a m. pr. vocem *eximendo* omiserat. Non modo autem eadem transpositio est in Hav. verum insuper *exhibendo* legit, pro *eximendo.*

Prohibendo judicatos addictosque duci] *Prohibendoque* Harl. 2. Gaertn. et Port. Tum *adjectosque* Lov. 4. Vide ad c. 20. § 6. *additosque* Leid. 1. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Alibi hæc vocabula librariorum culpa commutari solent. Tale exemplum habuimus IV. 60. § 6. hoc lib. c. 14. § 10. Alia obcurrunt hoc lib. c. 20. § 6. c. 27. § 8. c. 34. § 2. VII. 22. § 11. c. 41. § 4. Pari modo confundi 'indictus' et 'inditus,' 'edictus' et 'editus' vidimus ad III. 65. § 4. 'Addicti' quinam sint, vide Burmann. ac Turneb. ad Quinctil. Instit. Orat. III. 6. p. 244. 'In servitutem addicere' dixit Livius III. 56. 'Liberum corpus in servitutem addixisset.'

Ex eo, quod adfluit opibus vestris, sustinendo necessitates aliorum] *Ex eoq; affluit opibus* Lov. 3. vide ad II. 41. § 8. *ex eo, quod adfluit operibus* Gaertn. vide ad VIII. 16. § 4. *ex eo, quod affuit operibus vestris* Lov. 4. vide ad XXXV. 29. § 9. et mox ad § 12. *ex eo, quod afluit opibus* Flor. Vide Burmann. ad Suet. Claud. c. 44. Præterea *vestris* deficit in Gaertn. Tum *sustinentes necessitates* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. et Hav. Insuper *necessitates eorum* Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. Sed vulgatum, quod meliores codd. tuentur, servo.

§ 10 *Sed quid ego vos, de vestro impendatis, hortor*] *Sed ego quid vos* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *de vestris* Leid. 2. quasi referendum esset ad præcedens *opibus.* Sed male. *De vestro,* quemadmodum 'de meo' apud Terent. in Adelph. I. 2. 37. 'Obsonat, potat, olet unguenta? de meo.'

Digitized by Google

Præterea *ostendam* præfert Voss. 1. pro quo manu altera in margine emendatum est *ortor*. Utramque lectionem *ostendam hortor* servant Lov. 4. et 5.

Sortem aliam ferte] Mss. et veteres edd. *sortem aliquam ferte*. An est sorte tandem aliqua contenti estote, nec eam renovate semper anatocismis? *J. F. Gron.* *Sortem aliquam ferte* etiam Flor. Voss. 2. Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. uterque, Gaertn. Port. Klockian. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. Ex edd. autem *sortem aliam* prima habuit Frobeniana 1531. 'alius' et 'aliquis' sæpe in Mss. confunduntur. Vide ad XXV. 38. § 3. Monuit autem Hearnius, Budæum alibi legisse *sortem aliquando ferte*. Admodum hic fluctuat Donjatius. Postquam enim professus esset, sententiam, quam Gronovius ex verbis Livii elicuit, satis commodam videri; addit, locum sic etiam accipi posse, ut esset, aliquam calamitatis publicæ partem a patriciis creditoribus subeundam, ut usuras ex credito deducendo sublevarent plebeios debitores. Licere etiam ita interpretari, summam principalem sive caput debiti inmutate, ut alia et minor, detractis ex ea usuris, fiat. Vel, offerte novam vel aliam summam ab ea, quam usuris adjectis multiplicastis. Vel, certam aliquam, quæ semper eadem sit, nec per accessionem usurarum in dies crescat. Sed nondum satisfacit. Si vulgatum *sortem aliam ferte* servare liceret, *sortem* hic poni putarem pro 'conditione,' quemadmodum XLII. 13. 'Videbam, quam inpar esset sors, quum ille vobis bellum, vos ei securam pacem præstaretis:' *ferte* autem exponerem 'accipite:' ut II. 47. 'Quum concedendo illi suas laudes, ipse maximam partem earum ferret.' Scribon. Larg. in Præfat. 'Multosque ex eadem caussa non mediocrem gloriam tulisse memini.' Silius Ital. XVI. 448. 'Primus equum volucrem, Massyli munera regis Haud spernenda, tulit: tulit hanc virtute secundus E Tyria, quæ multa jacet, duo pocula præda:' vs. 524. 'Galeæ fert donum insigne coruscæ.' vs. 527. 'Bina tulit patrio quatiens hastilia ferro.' vs. 583. 'Et frater thoraca tulit multiplicis auri.' Phædrus Fab. IV. 4. 16. 'quæ tulerint nihil, Qua ratione conferant pecuniam:' ubi plura notavit Burmann. 'Ferre munus' hoc sensu inlustravit etiam Broekhus. ad Tibulli Eleg. I. 1. 24. Sensus itaque hic redibit: nimia a vobis exigo, hortatus ut miseris obæratis subveniendo aliquid de ventre inpendatis. Aliam itaque non tam gravem conditionem accipite. De capite deducite, &c. Et ita jam mutanda nonnihil erit distinctio, ut nempe major interpunctio ponatur post *ferte*, ubi antea minima exstabat.

De capite deducite, quod usuris pernumeratum est: jam nihilo meo turbo] *Quod de usuris* Leid. 2. Deinde transpositis literis *permuneratum* Gaertn. Alibi in iisdem his vocibus commutandis errarunt librarii. Vide ad IX. 41. § 2. hoc lib. ad c. 6. § 16. Denique *nam nihilo* idem Gaertn. et Lov. 5. Sed hic etiam error in Mss. frequens est. Vide quæ notantur ad IX. 17. § 5. Ceterum quod Manlius volebat, ut fœneratores sponte facerent, id postea, promulgata lege, invitis extorquere tribuni conantur VI. 35. 'Promulgavere leges omnes adversus opes patriciorum, et pro commodis plebis: unam de ære alieno, ut, deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id, quod superesset, triennio æquis portionibus persolveretur.' Idem etiam Cæsar constituit, confecto bello civili, apud Suet. in ejus vit. c. 42.

§ 11 *At enim, quid ita solus*] *Ait enim* Klockian. *Ac enim* Port. Pessime. Non modo enim Livius particula *ac* ante vocem a vocali incipientem non utitur, vide ad X. 36. § 17. ve-

Digitized by Google

rum etiam elegans est particularum illarum *At enim* conjunctio in proponendis objectionibus, sæpe apud Livium obvia. Supra III. 19. 'At enim divinis humanisque obruti sceleribus legem vos hoc anno periaturos dictitatis.' c. 68. 'At enim communis res per hæc loco est pejore.' IV. 4. 'At enim nemo post reges exactos de plebe consul fuit.' XXXVII. 53. 'At enim magnificum est liberare civitates servas.' cap. 54. 'At enim quædam civitates cum Antiocho senserunt.' XXXIX. 37. 'At enim illa certe vestra sunt.' Et ita sæpe alibi. Adde quæ notavit Cortius ad Sall. Cat. c. 52. § 25. Solent autem *at* et *ac* in Mss. confundi. Vide ad III. 61. § 4. Tum *qui ita solus* Flor. Mox *ego* deest in Lov. 3. *nihil magis*, pro *nihilo magis*, habet Hav.

Quid ita solus Capitolium arcemque servarim] Mss. omnes *servaverim*. Et hi potius audiendi. *J. F. Gron.* Ita etiam præferunt omnes codd. quibus utor. Neque aliter est in vett. excusis. *Servarim* vero demum obvium fuit in edd. Mediolanensibus 1495. et 1505. et hinc in Aldina ac recentioribus. Præterea *quidem ita solus* Gaertn. Tum *solus ego Capitolium* fragm. Hav.

§ 12 *Nam quod ad thesauros Gallicos attinet, rem suapte natura facilem*] Voculam *quod* non agnoscit Voss. 2. secordia scribæ. *Ad thesauros attinet Gallicos* præfert Gaertn. Deinde *sua natura facilem* Voss. 1. et Lov. 1. ac 5. invitis reliquis scriptis, qui receptam lectionem servant; nisi quod Leid. 1. habeat *sua per te natura*. Librarius, quum una adhuc serie omnia scriberentur, exaratum crediderat *suapte*. Hinc divisis vocibus dedit *sua per te*. Vide de eo errore ad Livii XXXIX. 31. § 4. *Suapte natura* probum est. Supra IV. 22. 'Ab aversa parte urbis maxime neglecta, quia suapte natura tutissima erat, agere in arcem cuniculum instituit.' XXVIII. 25. 'Suapte natura multa majestas inerat.' XXX. 9. 'Locus quum operibus, tum suapte natura, tutus.' XXXI. 39. 'Viam, suapte natura difficilem, inexpugnabilem fecit.' Ita 'suopte ingenio.' Vide Rob. Titium ad Livii II. 30. § 4. Liv. I. 25. 'Feroces et suopte ingenio et pleni adhortantium vocibus.' XXIX. 6. 'Suopte ingenio congruentibus in eum morem:' 'suapte fortuna' ibid. c. 26. 'Suapte fortuna quadam ingentis ad incrementa gloriæ celebratus converterat animos.' Mox *cur enim Quirites*, pro *cur enim quæritis*, literis transpositis, habet Hav. Deinde *quæ scitis*, pro *quod scitis*, Lov. 2.

Cur, quod in sinu vestro est, excuti jubetis potius, quam ponatis? nisi aliqua fraus subest] Vide Lipsium ad Taciti Histor. II. 92. et Brisson. in Lexico, vocibus 'in Sinu meo habeo.' *Klock.* Locutionem 'in sinu est' exponunt Guil. Budæus et Dionys. Gothofr. ad l. 27. ff. de Probat. et Præsumt. *Cuique in sinu* Lov. 3. Vide modo hoc cap. § 9. Vox *vestro* autem deest in Harl. 2. Deinde *velitis potius* Lov. 2. at voces tres *potius, quam ponatis* exsulant a Leid. 2. Ceterum Freinshem. ad Curtii IX. 9. § 27. locum ita emendabat, et interpungebat: *excuti jubetis potius, quam ponitis; nisi aliqua fraus subest?* Interpunctionem recepi. Sed, et emendationem admitti posse, Dukerus existimabat.

§ 13 *Vereor, ne abstuleritis observantibus etiam oculos*] Si *observantibus oculis* legamus, ut habent plesique libri, simplicior erit enunciatio. Sin *oculos*, ut quidam, speciosa erit hyperbole. *Glar.* Vet. lib. *oculis*. Sigon. Est proverbii species: videnti et custodienti rem surripere. Ideo male alii legebant *oculos*. Gebh. Glareanus notat, si *oculis* legamus, ut habent plerique libri, simpliciorem fore enunciationem, si *oculos*, ut quidam, speciosam hyperbolem. Haud scio, unde acceperit *oculis*: nam id ego in sole

Digitized by Google

reperio Sigoniano; sensum autem ejus nullum exputare possum. Itaque Freinshemius conjecit *occulti*. Sed Mss. et edd. apud me omnes ab Andrea usque ad Frobenium *oculos*. Dicuntur autem fures 'abstulisse oculos etiam observantibus,' qui arte tanta egerunt in furando, ut etiam Argus aliquis in illis perderet usum luminum, et utcumque intentus, quid ageretur, non animadverteret. Quinctilianus XII. 1. 'Verum et illud, quod prima propositione durum videtur, potest afferre ratio, ut vir bonus in defensione causæ velit auferre aliquando judici veritatem.' Manetque in cœpta translatione: nam præstigiatorum proprie est 'auferre oculos spectantibus,' hoc est, fallere oculos spectantium. Sex. Empiricus adversus Mathematicos II. p. 71. Καθάπερ οἱ ψηφόπαικται τὰς τῶν θεωμένων ὄψεις δι' ὀξυχειρίαν κλέπτουσι. Gregorius Nazianzenus in Athanasium: Ἀλλὰ ταυτὸν ἦν ψήφοις τε παίζειν τὴν ὄψιν κλεπτούσαις τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως. Idem secunda in Julianum: Πολλοὺς τῶν αὐτῷ συνηθῶν καὶ γνωρίμων ἐκάλει, ὡς δράσων θαυμάσια οἷα· ἐπεὶ δὲ παρεῖεν, τοῦτο ἐκεῖνο αἱ τῶν ψήφων κλοπαὶ καὶ τῶν ὄψεων ἀπάται. Suidas in Ψηφολόγοι· Ὥσπερ οἱ ψηφολόγοι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως τῶν ψήφων ἀπατῶντες συναρπάζουσι. Ψηφοπαικτοῦσι τὸ δίκαιον Lysias apud Pollucem l. VII. c. 33. § 200. De hoc monuerunt me eodem fere tempore et in eandem sententiam coram alter, alter per literas, Rabodus Hermannus Schelius et Albertus Rubenius, ambo pectora amicitiæ, ambo summa literarum decora, ambo fato breves, et in medio honorum cursu cum luctu omnium bonorum defuncti. *J. F. Gron.* *Oculis* ex calamo exaratis præferunt apud me Voss. 2. Leid. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. ex Oxoniensibus apud Hearnium L. 2. N. et C. et ex editis ante Frobenium, Mediolanensis 1505. Ascensianæ 1513. et 1516. et Parisina 1529. quarum tres posteriores simul *oculos* in margine servant: unde patet, quos libros intellexerit Glareanus, qui semper ita priores edd. indigitat; sed simul etiam verum non esse constat, plerosque libros *oculis* habere: quum in paucissimis tantum eorum supersit. Optime Gronovius *oculos* adstruxit. Vide etiam Casaubon. ad Athen. I. 15. Et ea lectio etiam in reliquis scriptis superest. Locus, ubi Freinshemius *occulti*, pro *oculos*, scribendum monuit, exstat in notis ejus ad Curtium IX. 9. § 27. Paullo ante *Quos magis*, pro *Quo magis*, erat in Harl. 2. In verbis seqq. autem *judicem prædas*, pro *indicem præd.*, perperam legunt Lov. 4. 5. et Hav. sollemni errore ob ductuum similitudinem. Vide ad Epitom. Liv. lib. LXIII. *Indiem prædas* habet Voss. 2. Vox *vestras* deficit in Lov. 5.

CAP. XVI. § 1 *Quum mittere ambages dictator juberet*] Prima vox deficit in Lov. 4. et 5. qui etiam legunt *omittere ambages*. Neque aliter habent Hearnii Oxon. L. 2. et C. quod ex glossatoris interpretatione receptum puto. Nam *mittere ambages* hic est omittere. Livius XXXIV. 59. 'Quin mittimus ambages, inquit P. Sulpicius, qui maximus natu ex decem legatis erat.' Ita Virgil. Æneid. I. 202. 'revocate animos, mœstumque timorem Mittite:' ubi Servius notat: '*Mittite*] pro omittite. Et bene; quia præmiserat *revocate*, addit *mittite*. Est autem tropus Aphæresis, quomodo temnere pro contemnere.' 'Remittere ambages' dixit Ovid. Epist. Her. VII. 149. 'Hos potius populos in dotem, ambage remissa, Accipe, et advectas Pygmalionis opes:' ubi vide Nic. Heinsium. Tum *jubet* Lov. 4. et 5. Vide ad XL. 14. § 2.

Peragere verum indicium cogeret] Dele istud *verum*. T. Faber. Suspectum mihi *τὸ cogeret*. Sufficit enim

Digitized by Google

ad omnia, quod præcessit 'juberet.' *J. F. Gron.* Utraque conjectura Doujatio displicuit. Priorem etiam sibi displicere, Jac. Perizonius in margine codicis sui professus est, qui vulgato tuendo adscripsit locum Livii VI. 14. 'Adparebat, nec veri indicii gratiam mediam, nec falsi obfensionem fore.' Sane, ut ibi 'verum' et 'falsum indicium' obponuntur, ita etiam hic *verum indicium*, et *falso crimine insimulatus*. Codd. autem et *verum* et *cogeret* constanter servant. At *judicium* obferunt Lov. 4. et Hav. sollemni scribarum errore. Vide ad VII. 39. § 5.

Fateri facinus insimulati falso crimine senatus, oblatæque vani furti invidiæ] Sic hic dicit *oblatam invidiam*, quemadmodum Terentius 'vitium oblatum,' 'stuprum oblatum,' et 'incendium oblatum;' ac 'oblatam mortem' Cicero, quæ omnia per vim et invitis facta intelliguntur. Elegantissima locutio est. *Rhen.* Livius I. 51. 'Quia pro imperio palam interfici non poterat, oblato falso crimine insontem obpressit.' Cic. de Amic. c. 18. 'Addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis:' in Vatinium c. 10. 'In senatu confessus esset, se cum telo fuisse, Cn. Pompeio, summo et clarissimo civi, suis manibus necem obferre voluisse:' ubi vide Grævium, ut et ad Famil. IV. 12. Tacit. Annal. IV. 59. 'Ac forte illis diebus oblatum Cæsari anceps periculum auxit vana rumoris.' Ceterum quædam hic variant in scriptis. *Fateri et facinus* habent Hav. et Lov. 2. Tum *senatusque, oblatæque* Leid. 2. et denique *novi furti* Port. 'novus' et 'vanus' alibi etiam neglegentia scribarum commutari solent. Vide ad XXXVII. 42. § 1. *Vœrii furti* Lov. 2. Vide ad XXII. 7. § 4.

Negantem, arbitrio inimicorum se locuturum, in vincula duci jussit] *Arbitrio amicorum* Voss. 2. aperto scribæ errore. Tum *in vincla duci* Flor. Lov. 3. 4. Voss. 2. et Leid. uterque. Et ita se quoque in Mss. suis invenisse Gebhardus monuit ad II. 39. § 7. Vide mox ad § seq. *Ire in vincula jussit* Lov. 2.

§ 2 *Arreptus a viatore*] *Acceptus a viatore* Hav. sollemni librariorum errore. Vide ad v. 47. § 4. In verbis seqq. *Junoque Regina, et Minerva*, pro *J. R. ac Minerva*, Hav. *J. R., aut Minerva* Klockian. Vide ad XXI. 53. § 3. *Junoque Minerva ac Regina*, perperam transpositis vocibus, Leid. 1.

Ceterique Dii Deæque, qui Capitolium arcemque incolitis] *Dii Deæque Capitolium* Lov. 2. *Dii Capitolium* Lov. 3. *Dii Deæ, qui Capitolium* Lov. 5. Omnes hæ discrepantes a vulgato lectiones culpa scribarum natæ sunt; *qui* enim propter præcedens *que*, *Deæ* propter præcedens *Dii*, *que* propter sequens *qui* exciderunt.

Siccine vestrum militem ac præsidem sinitis vexari] *Sicine* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad VII. 15. § 2. iidem codd. etiam *hocine*, pro *hoccine*, scribunt c. seq. § 3. *Sic me vestrum militem* Lov. 4. 5. et Harl. 2. Sed prænomen *me* ex glossa interpretis receptum est; nisi potius natum sit ex ultimis literis *τοῦ sicine*. *Sic me p vestrum* Port. *sic me civem vestrum* Hav. Ubi similiter ex ultimis literis vocis *sicine* pronomen *me*, ex ultimis autem *τοῦ siccine* vox *civẽ*, sive *civem*, profluxit, quam utramque lectionem superstitiosa religione codicis ejus librarius conjunxit: nam *siccine civem vestrum* est etiam in Lov. 2. Præterea *militem præsidemque* fragm. Hav. *præsidium et militem* Gaertn. *militem præsidem* Lov. 2. Nota vero Manlium hic Deorum, qui Capitolium arcemque incolunt, *præsidem* vocari, id est, defensorem. Vide Vallam Elegant. v. 65. Eo sensu Cic. Orat. Agrar. II. 6. 'Est indignissimum, per tribunum plebis, quem majores præsidem libertatis custodemque esse volue-

Digitized by Google

runt, reges in civitate constitui:' ubi vide Turneb.

Hæc dextra, qua Gallos fudi a delubris vestris, jam in vinculis ac catenis erit] *Nec dixerunt*, pro *Hæc dextra*, corruptissime Voss. 2. et Lov. 3. *Hæc dextera* Lov. 1. 4. 5. Præterea *fidi* Klockian. Tum *in vinclis* Voss. uterque, Leid. 1. Lov. 1. 3. 5. et ed. Rom. 1472. quomodo se etiam in Mss. suis invenisse Gebhardus testatus est II. 39. § 7. Vide ad § præc. tum ad c. 17. § 3. § 6. c. 18. § 8. c. 19. § 2. c. 20. § 3. et alibi sæpe; etiam quæ notata sunt ad III. 56. § 4.

§ 3 *Nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant: sed invicta, &c.*] *Nullus* male est in Gaertn. Tum *ferebant indignitatem* Lov. 1. 5. et Leid. 2. Deinde *sed injuncta* Gaertn. qua ratione etiam *uictus* et *iūctus* sæpe in Mss. confundi, videbimus ad Epit. Liv. lib. LXVIII.

Adversus dictatoriam vim aut tribuni plebis, aut ipsa plebs adtollere oculos aut hiscere] *Adversus dictatoriam videlicet* Hav. Tum *aut ipsa plebs* exulat a Gaertn. Deinde *adtollere oculos ut hiscere* Leid. 2. Frequenter *aut* et *ut* a librariis in codd. scriptis confunduntur. Vide ad IV. 12. § 8.

§ 4 *Conjecto in carcerem Manlio, satis constat, magnam partem plebis vestem mutasse*] *Conjecto in carcere* edd. quas vidi, vetustiores. Ascensius deinde ter annis 1510. 1513. et 1516. primus *in carcerem* edidit, quem Parisini 1529. hinc Frobenius 1535. et tum reliqui recentiores secuti sunt. Vide ad XXXIX. 41. § 7. Deinde *M. Manlio* fragm. Hav. a m. sec. Verum prænomen hic non videtur necessario requiri, quum jam sæpius additum fuerit c. 14. et c. 15. atque hoc et seqq. capp. sæpius adhuc addetur. Natum id itaque existimari potest vel ex præcedentis vocis ultima, vel ex sequentis prima litera, præsertim quum in reliquis codd. non reperiatur. Contrario errore prænomen id excidit propter præcedentem vocem, eadem litera finientem, XXXIX. 5. § 11. propter eadem incipientem sequentem XL. 34. § 1. quibus locis videnda quæ notantur. Hinc τὸ *satis* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. quod rectius reliqui servant. Vide ad XXXVI. 35. § 8. Tum *magnam in partem* Gaertn. Sed præpositio male repetita est ex præcedentis vocis litera finali. Vide ad Livii XXXVII. 11. § 4. *magnam plebis partem* Voss. 2. Denique *testem mutasse* inepte aberrans librarius codicis Gaertn.

Multos mortales capillum ac barbam promisisse] De reorum more vestem mutandi et capillum promittendi vide Rævard. Varior. III. 6. Quando primum barba radi cœperit, vide Lipsium ad Taciti Annal. XIV. 15. Adde Gruterum Suspic. v. 7. Vide Dion. in Trajano lib. LXVIII. p. 777. *Klock.* Omnia hæc verba deerant culpa librarii in Leid. 2. Ceterum Romanos nondum hoc tempore barbam rasisse; ideoque, ex ritu sui superiorisque ævi aberrasse Livii mentem et manum, non ambigit Lipsius ad l. laud. Taciti. Livium tamen hujus culpæ absolvi posse existimo ex iis quæ dicta sunt ad II. 23. § 4. ubi nexo ob æs alienum 'promissa barba et capilli' efferasse dicuntur speciem oris. Neque ibi etiam Livius ejusdem erroris accusari potest, nisi similiter quoque Dionys. Halic. errasse dicamus, qui non aliter eumdem ob æs alienum nexum describit, *ῥάκεσι ἠμφιεσμένους, πώγωνα βαθὺν καθεικὼς καὶ κόμην*. Certe Livius ipse notavit, omnes hoc tempore Romæ barbam promissam alnisse V. 41. 'M. Papirius unus ex his dicitur Gallo barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti, scipione eburneo in caput incusso, iram movisse.' Moris hujus, quem Livius adnotatione dignum existimavit, eum et ante et postea plane oblitum fuisse, et contraria scripsisse, vix mihi verisimile videri potest.

Digitized by Google

Obversatamque vestibulo carceris maestam turbam] *Observatamque vestibulo* Lov. 4. Vide ad cap. seq. § 4. *obversatam quæ vestibulo* Harl. 1. non raro in Mss. obvio errore. Vide ad v. 22. § 3. *obversatamque constat vestibulo* Leid. 2. et Lov. 1. Sed *vestibulo constat* semel supra conspici subficit. *Obversatamque in vestibulo* Hav. Livius XXIII. 27. 'Neque elicere Pœnum ad certamen obversati castris poterant.' XXIX. 24. 'Vagati enim in urbe, obversatique prætorio erant.' XXXV. 11. 'Candinæque cladis memoria non animis modo, sed prope oculis, obversabatur.' Si tamen plures et certiores codd. præpositionem agnoscerent, recipi posset. Livius XXXIII. 47. 'Obversatus eo die in foro avertendæ suspicionis caussa, primis tenebris ad portam est egressus.' XXXVIII. 1. 'Ita inter omnes convenit, ut primo quieti, &c. in foro obversarentur.' Justin. XXXI. 2. 'Quum tota die in oculis principum legatique Romani in foro Karthaginiensium obversatus in supremum fuisset.' Tacit. Ann. III. 37. 'Ab eo, in urbe inter cœtus hominum et sermones obversante, secreta patris mitigari.'

§ 5 *Unum defuisse tantum superbiæ, quod non M. Manlius*] *Unum tantum defuisse superbiæ, quod non* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *unum defuisse tantum superbiæque non* Lov. 3. At vocula *non* male omittitur in Hav. Paullo ante verp *invidiæ magis triumphus*, pro *invidiæque m. tr.* Lov. 3. *invidiæque magis triumphum* Klockian. *invidiæque magis triumphis* Leid. 1.

§ 6 *Jamque haud procul seditione res erat*] *Itaque haud procul sed.* Lov. 4. *Jamque haud procul a sed.* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. sec. Sed plures et integriores codd. sequor. Vide ad XXIV. 28. § 1. *Haud procul sed. res aberat* Leid. 2. Infra VIII. 32. 'Nec procul seditione aberant.' XXVIII. 15. 'Nec procul vallo Romanus aberat.' Verum neque hic unico codici auscultandum arbitror adversus reliquos vulgatum servantes. Infra VII. 14. 'Jamque haud procul justo prœlio res erant.' XXIV. 28. 'Quum omnes alii alio tenderent, nec procul seditione res esset.' XXV. 3. 'Nec procul dimicatione res erat.'

Cujus leniendæ caussa, postulante nullo] Vox media deficit in Leid. 2. Eam sæpe a Livio aliisque per ellipsin omissam, a librariis vero invitis scriptoribus obtrusam esse, videbimus ad XXXI. 12. § 4. Uni tamen testi, eique interdum non optimæ fidei, credere periculosum existimo. Mox *largita*, pro *largitor*, Harl. 1. *largitior* Lov. 3.

Satricum coloniam duo millia civium Romanorum deduci jussit] Non dubito, quin apud Velleium II. 14. ubi ait, 'Sutrium post annos septem, quam capta Roma est, deductam esse coloniam,' legendum sit ex hujus loci auctoritate *Satricum*. 'Satrici' enim 'coloniæ' meminit Livius IX. 16. Nam 'coloniæ Sutrii' meminit Diodorus lib. XIV. p. 456. anno post Romam captam. *Sigonius*. Si sequimur Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. ut et Hearnii Oxonienses B. et C. qui *Sutrium* præferunt, non Vell. Paterc. ex hoc Livii loco, sed Livius ex Vell. Paterc. emendandus erit. Potius tamen est, ut *Satricum* hic servandum putemus. Nam 'Satricum colonia' memoratur hoc lib. c. 22. 'Anno insequente Satricum coloniam populi Romani, pertinaciter a colonis defensam, vi expugnarunt.' Utrum vero ex Livio Velleius corrigendus sit, alia quæstio est. Id quidem Sigonius ad h. loc. multique alii statuunt: ipse tamen Sigonius in alia fuisse sententia videtur de Antiq. Jur. Ital. II. 5. Sed vide quæ dicta sunt hoc lib. ad c. 3. § 2. Ceterum voces *Romanorum* non admittit Hearnii Oxoniensis C. Præterea *ducere jussit* legit Harl. 2. At ambæ eæ voces omittuntur in

Digitized by Google

Lov. 4. Deinde *semissas*, pro *semisses*, Leid. 1. *semissos* Lov. 5. a m. pr. *semissis* a m. sec. *sex* Lov. 4.

§ 7 *Quod quum et parvum et paucis datum, et mercedem esse prodendi M. Manlii interpretarentur*] Particulam *et* primo loco expungunt Lov. 2. Harl. 2. Port. Hav. et quædam priorum edd. Primum adparuit in Mediolan. 1495. et 1505. Veneta 1498. Ascensiana 1510. tum Mogunt. Aldina et reliquis fere omnibus recentioribus. Vide mox ad § 8. Eadem transposita *Quod et quum parvum* præfert Lov. 1. Deinde *prodendi M. Manlium* Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad XL. 49. § 1. *prodendi M.* omissa voce sequenti, Lov. 1. *interpretaretur* Voss. 2. et Lov. 3. quasi adhibitum foret passiva significatione. Sed potius librarius erravit. *Irritarentur* similiter errans Lov. 1.

§ 8 *Et jam magis insignis et sordibus et acie reorum turba Manliana erat*] Prius *et* in exemplari veteri dispunctum est: ut sit sensus, *insignis sordibus et*, id est, *facie reorum*. Rhen. *Etiam magis*, junctis duabus vocibus, Lov. 2. 3. et Gaertn. Vide ad XXXIX. 10. § 6. Ex ea scriptura natum est, quod, media voce omissa, *et magis* datum sit in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. et editis ante Aldum. Scriptum enim per compendium primo fuisse videtur *et magis*, pro *etiam magis;* posteriores autem voci *et* additam lineam omiserunt: qua ratione sæpe librarios peccasse, videndum erit ad XXII. 47. § 9. Deinde Rhenano, expuncta copula *et*, *insignis sordibus* legenti, dicto audientes fuerunt Frobenius 1535. et omnes reliqui editores. Quid in codd. suis Hearne invenerit, silet, notasse satis habens *insignis et sordibus* præferre edit. Aleriens. Romanam. At mei, solo excepto Lov. 2. reliqui omnes uno ore *insignis et sordibus*, ut ante Rhenanum legebatur, servandum clamant. Rhenanum, ut codicem præeuntem sequeretur, id præsertim movisse videtur, quod 'sordes' et 'facies reorum' non differre sibi persuaderet; ideoque, priori *et* expuncto, posterius *et* non pro particula conjunctiva, sed exegetica, acciperet, ut III. 46. 'Manus tollere undique multitudo, et se quisque paratum ad spondendum Icilio ostendere:' quasi diceret, manus tollere, id est, ostendere, manus tollendo ostendere. Apud Virgil. Æneid. I. 258. 'cernes urbem et promissa Lavini Mœnia.' Eodem modo particula *que* adhibetur II. 42. 'Largitiones temeritatisque invitamenta horrebant:' quo loco vide quæ notavi. Etiam VII. 15. 'A fallaci equitum specie agasonibusque excepti sunt:' intellige, a fallaci equitum specie, id est, ab agasonibus. Et ita hic 'facies' non vultum, os, sed in genere externam totius corporis formam, speciem notabit: quo sensu 'faciem civitatis' inlustrat Zinzerl. Promuls. Critic. c. 32. et eo sensu *vultus* adhibetur apud Ovid. Metam. I. 6. 'Unus erat toto Naturæ vultus in orbe.' Quod ita exprimit Art. Am. II. 467. 'Prima fuit rerum confusa sine ordine moles, Unaque erant facies sidera, terra, fretum.' Si quis 'sordes' et 'faciem reorum' non differre recte Rhenanum credidisse existimet, ceteris omissis, legere posset *et jam magis insignis sordibus reorum turba*. Voces enim *et facie* deerant in Gaertn. una vox *facie* in Leid. 2. et Lov. 1. Reliquorum tamen codd. consensus efficit, ut *et sordibus et facie* servandum censeam. 'Sordes' enim respiciunt vestem mutatam, 'facies' autem capillum ac barbam promissam. Sæpe autem librarii in hac orationis structura prius *et* negligere soliti fuerunt; quo etiam referenda est scriptura, quam sibi in exemplari veteri obviam fuisse Rhenanus hoc loco testatus est. Vide ad II. 44. § 3. Neque obstat, quod ita ter paucis vocibus particula *et* repetatur. Cur

Digitized by Google

enim idem non displicuit § præc.? 'Quod quum et parvum et paucis datum, et mercedem esse prodendi M. Manlii interpretarentur.' Voculam igitur *et* loco suo restitui. Præterea *et facie rerum* Voss. 2. Vide ad v. 47. § 10. Denique *turbam aliena erat* est in Leid. 1. Verum, quod in codice illo frequens est, inperite divisis vocibus, quæ una ac continua serie olim exarabantur, prima litera *τοῦ Manliana* adjuncta est voci præcedenti. Ex reliquo autem *anliana*, sive *āliana*, parva mutatione factum est *aliena*. Sed quum ita peccaretur in rationem loquendi, *turba aliena erat*, id emendatum deinde est in Lov. 2. et Harl. 1. 'Manliana turba,' ut 'Manliana imperia' IV. 29. 'Argumento est, quod Manliana imperia, non Postumiana, adpellata sint.' VIII. 7. 'Manlianaqne imperia non in præsentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum essent.' 'Manliana seditio' hoc lib. c. 18. 'Recrudescente Manliana seditione, sub exitu anni comitia habita:' 'saltus Manlianus' XL. 39. 'Clam comparatis copiis saltum Manlianum obsederunt.'

Amotusque post triumphum abdicatione dictaturæ terror] *Admotusque* fragm. Hav. frequenti scribarum aberratione. Vide ad XL. 55. § 5. Ad hoc copula *que*, quæ tamen sensui necessaria est, deest in Harl. 2. Port. Hav. Hearnii Oxoniensi B. et quibusdam ex vetustioribus edd. sed eam receperunt jam Parm. Mediolan. 1495. et 1505. Veneti 1498. Ascensius 1513. et 1516. atque inde reliqui recentiores. Deinde *τὸ dictaturæ* deficit in contextu fragm. Haverk. quod deinceps prima manus ad marginem cod. adscripsit. Eadem voce transposita *dictaturæ abdicatione* præfert Lov. 2.

Et linguam et animos liberaverat hominum] *Et linguam et hominum liberaverat animos* Leid. 2. et Lov. 1. *et linguam et animos itaque liberaverat hominum* Leid. 1. Sed vocula addita est a mala manu; quod et alibi accidit. Vide ad XXVII. 23. § 7. Nihilominus, pro *ituque*, scriptum est *iraque*, sive *iramque*, in Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. quod et sibi in Pal. 2. obvium fuisse, testatur Gebhardus hoc lib. ad c. 18. § 4. Sed *ita* et *ira* sæpissime commutantur. Vide ad XXIV. 16. § 1. 'Et linguam et animos iramque' non sapit compositionem Livianam, qui prius *et* in simili structura orationis omittit, vel dicere solitus est 'linguam animosque et iram.' Vide ad II. 30. § 1.

CAP. XVII. § 1 *Audiebantur itaque propalam voces*] Vocem *itaque* expungunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Contra male addebatur cap. præc. § ult.

Defensores suos in præcipitem semper locum favore tollat, deinde in ipso discrimine] *Semper in præcipitem locum* alio ordine Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. ambo, Gaertn. Port. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Præterea *deinde ipso discrimine* Port. Forte *deiñ*, pro *deinde*, scriptum fuerat. Et hinc jam ultima ejus vocis syllaba præpositionem absorbere potuit. Vide ad XXXVII. 31. § 4. Petron. in Satyr. cap. 80. 'Paullo ante carissimum sibi commilitonem, fortunæque etiam similitudine parem, in loco peregrino destituit abjectum.' *In primo discrimine* præfert Gaertn.

§ 2 *Sic Sp. Cassium in agros plebem vocantem*] Omnia hæc verba desunt in Voss. 2. et Lov. 3. Cui neglegentiæ librariorum occasionem dedit particula *Sic*, qua et hæc et sequentia verba incipiunt. Unde factum est, ut semel omiserint. Vide ad IX. 11. § 11. Deinde pro Cassii prænomine *Sp.* Leid. 1. præfert *sunt*, Voss. 1. et Lov. 1. *spe*. Insuper *vocantem* male deficit in Leid. 1.

Digitized by Google

Sic Sp. Mælium, ab ore civium famem suis inpensis propulsantem, obpressos] *Sp. Manlium* Leid. 2. *Sp. Mellium* Lov. 4. Harl. 2. fragm. Hav. et Port. Vide ad IV. 13. § 1. et paullo inferius ad c. 18. § 4. et § 9. Deinde *propulsante* Harl. 1. *propulsantes* Gaertn. Denique *oppressus* Port. a m. pr. *oppressum* a m. sec. quomodo etiam præferunt Harl. 2. et Lov. 3.

Mersam et obrutam fœnore partem civitatis] *Obruptam* Harl. 2. Lov. 3. et Voss. 2. eodem errore, quo sæpe etiam confuderunt librarii 'dirutus' et 'diruptus,' ac similia alia. Vide ad IX. 45. § 17. 'Obrutus fœnore,' ut c. 14. 'Se, mergentibus semper sortem usuris, obrutum fœnore esse.' XXXV. 7. 'Libero fœnore obruebant debitores.' Cic. ad Attic. II. 1. 'Me, illum ipsum vindicem æris alieni, ære, non Corintheo, sed hoc circumforaneo, obruerunt.' Ita 'obrutus sceleribus,' 'malis.' Supra l. III. c. 19. 'At enim, divinis humanisque obruti sceleribus, legem vos hoc anno perlaturos dictitatis.' V. 42. 'Nihil tamen tot onerati atque obruti malis flexerunt animum.' Præterea 'mersam fœnore,' ut 'demersam ære alieno' II. 29. 'Totam plebem ære alieno demersam esse.' Vide etiam hoc lib. c. 27. § 6.

§ 3 *Saginare plebem populares suos*] Paullo ante dixit 'defensores suos.' Hic tamen suspectum est *suos*, quod nusquam alibi pronomen 'suus' voci 'popularis' ea significatione qua hic positæ, additum inveni. 'Populares cives' recte dici possunt, ut cap. 20. 'popularem virum.' *Duk.*

Hoccine patiendum fuisse] *Hæc ut patiendum* Port. *Hocne patiendum* Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Gaertn. et fragm. Hav. *Hocine patiendum* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad I. 3. § 2. et IV. 19. § 3. Simili modo *sicine*, pro *siccine*, iidem codd. dederunt cap. præc. § 2. Tum *fuisset* Lov. 4. Paullo ante *et jugulentur*, pro *ut jugulentur*, præfert Gaertn. passim obvio errore. Vide ad XXI. 28. § 8.

Si ad nutum dictatoris non responderet vir consularis? Fingerent mentitum] *Et si ad nutum*, addita prima voce, Gaertn. *ut si ad nutum* Voss. 1. Lov. 1. 5. a m. pr. Harl. 2. Port. Hav. et apud Hearnium Excerpta Pith. *Ut si ad unum* Leid. 2. Sed ita mutanda foret interpunctio hoc modo: *Hoccine patiendum fuisse, ut, si ad nutum dictatoris non responderet vir consularis, fingerent mentitum ante, atque ideo non habuisse, quod tum responderet?* Verum optimi codd. τὸ *ut* non agnoscunt, et sine eo sensus optime constat. Deinde *non responderit* Flor. Voss. ambo, Lov. quinque, Port. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. Excerpta Pith. et edd. omnes usque ad Modii Francofurtanam. Et id dare voluisse puto librarium Gaertn. cujus tamen manus aberrans dedit *respondent*, literis *r* et *i* in *n* coalescentibus, ut alibi sæpe ob ductuum similitudinem factum est. Vide ad III. 30. § 3. Priorem lectionem revocavi. Modianum enim ex sequenti natum videtur; quemadmodum contra ibi *responderit* perperam, pro *responderet*, datum est in Lov. 1.

Fingerent mentitum ante, atque ideo non habuisse, quod tum responderet] Leg. *mentitum autem*. Plautus et Terentius ita transponunt τὸ *autem* ἐν πεύσει καὶ ἀποκρίσει. T. *Faber*. Sæpe quidem *ante* et *autē*, sive *autem*, commutantur. Vide ad XXVII. 35. § 7. hic tamen id factum fuisse, Fabro non credo. Non subficit enim monuisse, ita Plautum et Terentium τὸ *autem* transposuisse; sed, id Livio quoque in usu fuisse, demonstratum oportuerat, quod me notare non memini. Insuper non modo omnes libri vocem *ante* tuentur, sed nec video, cur displicere potuerit. *Ante* enim, id est, quum, nondum adcito ab exercitu dictatore, thesauros Gallici auri occultari a Patribus jaceret. Præterea

Digitized by Google

Fingeret edd. quas inspexi, priores; pro quo Aldus *Fingerent* substituit, consentientibus omnibus Mss. Deinde *habuisset, quod tum responderet* Flor. *habuisse, quod tum responderetur* Lov. 5. *habuisse, quantum responderet* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad IV. 49. § 8. Mox *vincla, pro vincula*, Lov. 1. et Leid. 2. Vide ad cap. præc. § 2.

§ 4 *Non obversatum esse memoriam noctis illius*] Vox initialis male omittitur in Voss. 2. Tum *observatam*, literis perperam trajectis, Voss. uterque, Leid. 2. Lov. quinque, Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Sæpius ita librarii in Mss. lapsi sunt. Vide ad I. 25. § 3. II. 36. § 6. c. 59. § 5. III. 5. § 14. hoc lib. cap. præc. § 4. XXIX. 24. § 4. XXXVIII. 1. § 8. Vide etiam Torrent. ad Valer. Max. I. 7. ex. 7. et Corte ad Porcii Latron. Declam. cap. 32. etiam ad Plinii Ep. V. 21. § 2. Adde Barm. ad Suet. Aug. cap. 94. 'animo,' 'oculis,' vel 'in animo,' 'in oculis,' et 'ante animum,' 'ante oculos obversari' apud Livium aliosque sæpissime obcurrunt. Vide ad Livii III. 5. § 14. Sed et, simpliciter 'obversari' ei frequens fuisse, docet Gronov. ad Livii XXIV. 23. § 6. Et ita Plinius Epist. II. 11. 'Obversabatur præter illa, quæ supra dixi, caussæ difficultas:' ubi similem errorem in optimo Mediceo commissum esse Cortius observavit. Præterea *rem*, pro *esse*, est in Hav.

Non speciem agminis Gallorum, per Tarpeiam rupem scandentis? non ipsius] *Agimus*, pro *agminis*, erat in contextu Port. pro quo *agminis* in margine recte emendatur. Tum *per Carpeiam rupem* Leid. 1. Deinde *scandentem* Flor. quasi ad præcedens *speciem* referendum sit. *Scandentē*. *Is non ipsius* Harl. 1. Ex quo jam intelligo, quod in Leid. 1. inveni, *scandente*. *Is non ipsius*. Nimirum *scandente* perperam ibi scriptum est pro *scandentē*, sive *scandentem*. Huic autem additur *is*, ut indicarent librarii, se alteram etiam lectionem *scandentis* in Mss. reperisse. Vide ad III. 44. § 4. Sed *scandentis*, quod reliqui servant, magis placet, ne tres voces literæ *m* finitæ, *Tarpeium rupem scandentem*, jungerentur, ob quam eandem caussam Livius etiam *scandentis* potius, quam *scandentium*, dedisse videtur.

Qualem cum armatum, plenum sudoris ac sanguinis] *Qualem armatum cum* Lov. 2. *qualem cum armatum* Lov. 3. Gaertn. Port. et Hav. infinitis locis obvio errore ob similitudinem literarum *c* et *e*, præsertim in scriptura Longobardica. Vide ad IV. 19. § 2. Tum *et plenum sud. ac sang.* Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. *plenum sud. et sang.* Leid. 2. Mox *ex hostium manibus, venissent vidissent*, addita penultima voce, Lov. 4. cujus librarius duplicem lectionem junxisse videtur.

§ 5 *Selibrisne farris gratiam servatori patriæ relatam*] *Selibrisne ferri* Lov. 2. *Sed libris farris* Lov. 3. *Sed libris ferratis* Lov. 4. *Selibris farris* Hav. *Sex libris farris* Harl. 2. Port. et fragm. Hav. a m. sec. *Sex libris nec farris* Voss. 2. et Lov. 2. *Sex librisne farris* Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Sed vulgatum optime servant præter omnes edd. etiam Flor. Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad V. 47. § 8.

Quem prope cælestem . . . fecerint] *Pro*, loco *vōv prope*, præfert Harl. 1. Deinde *fecerunt* Voss. 2. et Lov. 3. *fecerit* Lov. 2.

Pati vinctum in carcere, in tenebris, obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam] *Pacti vinctum* Leid. 1. Tum *in carcerem* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Præterea *obnoxiæ* Voss. 2. et Lov. 3. *innoxiam* Lov. 4. et 5. In verbis seqq. *nullam partem*, pro *nullam opem*, præferunt Lov. 5. et Voss. 2. in contextu, in cujus posterioris margine recte *nullam opem* emendatur.

§ 6 *Turba ex eo loco dilabebatur, refractuosque carcerem minabantur*] *Tur-*

Digitized by Google

ea eo loco, omissa præpositione, vett. edd. pro quo Aldus substituit *ex eo loco*, quod etiam præferunt omnes scripti. Et recte. Supra l. IV. c. 53. 'Prædatores ex præsidio per negligentiam dilapsi.' Illud *ex* interceptum videtur a sequenti *eo*. Deinde *dilabatur* Gaertn. *dilabebantur* Lov. 3. quomodo librarius dedisse videtur, quia *turba* collective accipiebat, et mox sequebatur *refracturosque minabantur*. Vide ad XXXV. 26. § 9. Sed nihil mutandum. Reliqui enim codd. in vulgatam lectionem consentiunt. Præterea *refacturosque* Harl. 1. et Leid. 1. qui error frequens est in codd. manu exaratis, ubi passim librarii 'factus' et 'fractus' commutare soliti sunt. Vide Gul. Canterum Novar. Lect. v. 16. viros doctos ad Valer. Flacc. VII. 583. Nic. Heinsium ad Claudian. de Laud. Stilic. II. 121. Silii Ital. II. 619. Broekhus. ad Propert. El. II. 25. 34. et Burm. ad Sueton. Aug. c. 65. etiam quæ notantur ad IX. 18. § 7. et X. 10. § 4. *Refractosque* Port. Tum *carceres* Lov. 2.

Quum remisso, id quod erepturi erant, ex senatusconsulto Manlius vinculis liberatur] Doujatius voculam *id* delendam existimat, ita enim faciliorem fore constructionem. *Remisso* autem, *quod erepturi erant* exponit: remissa et condonata sive concessa ea re, quam per vim ablaturi videbantur plebeii. Addit nihil vetare, *remisso* referri ad præcedens nomen *carcere*, et quod sequitur, *id quod erepturi erant*, per parenthesin dici. Si quid mutandum foret, legerem *remisso eo, quod* ut præferunt Voss. 2. Lov. 3. 4. Port. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. C. Verum quum optimi codd. stent a vulgata lectione, illis adversantibus eam mutatam nolim: *remisso* hic eadem forma dictum erit, qua 'palam facto' I. 41. § 6. In his subintelligitur vox *negotio*, ut docuit Jac. Perizonius ad Sanctii Minerv. III. 9. Deinde *id quod* Livio familiarissima est locutio pro simplici *quod*. Supra I. 14. 'Cum omni equitatu profectus, id quod quærebat, hostem excivit.' II. 3. 'Ceterum, id quod non timebant, per dolum ac proditionem prope libertas amissa est.' III. 26. 'Operi certe, id quod constat, agresti intentus.' IV. 8. 'Tribuni, id quod tunc erat, magis necessariam, quam speciosi ministerii procurationem intuentes.' VII. 2. 'Idem scilicet, id quod omnes tum erant, suorum carminum actor.' IX. 18. 'Id quod ex monumentis orationum patet.' XXI. 57. 'Id quod unum maxime in præsentia desiderabatur:' ubi non opus est, ut cum Gronovio *et quod unum* ex conjectura legamus. XXIII. 5. 'Ad extremum, id quod ante Cannensem certe cladem maximum fuit, civitatem nostram magnæ parti vestrum dedimus:' ubi nescio an unus codex, *τὸ quod* expungens, adversus aliorum testimonium id servantium, audiendus sit. Plura alia ad eum locum videri possunt. *Quum remisso eo, quem erepturi erant* Lov. 2. *tum remisso* Voss. 2. Lov. 3. Harl. 2. Port. et Hav. qui error in codd. scriptis frequentissimus est. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Hinc *quod erant erepturi* alio ordine Gaertn. *quod erempturi erant* Lov. 3. *quod subiturus erat* Lov. 4. Denique *vinclis liberatur* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 3. 5. et fragm. Hav. Vide hoc lib. ad cap. præc. § 2.

Dux seditioni datus est] *Dux seditionis* Lov. 2. Harl. 2. Port. et Hav. Sed recte reliqui stant pro recepta scriptura. Infra XXVI. 35. 'Ut magis dux, quam materia, seditioni deesset.' *Τὸ est* deficit in Lov. 4. Paullo ante *seditio non finita*, trajectis vocibus, ediderunt Francofurtenses 1578. quod omnes recentiores servárunt usque ad Jac. Gronovium, qui revocavit *non seditio finita*. Id etiam recepit nupera ed. Amstelæd. neque aliter est in omnibus scriptis.

Digitized by Google

§ 7 *Latinis et Hernicis, simul colonis Circeiensibus et a Velitris*] *A Velitris* dixit, ut I. 50. 'Turnus ab Aricia,' et Virgilius in Georg. III. 2. 'Pastor ab Amphryso.' *Sigon.* Supra hoc lib. c. 12. 'Ad hoc Latini Hernicique accesserant, et Circeiensium quidam, et coloni etiam a Velitris.' c. 13. 'Circeiensium quoque quidam cogniti et coloni a Velitris.' XLIII. 21. 'Ad Gentium legatos Pleuratum Illyrium exsulantem apud se, et Aputeum Macedonem a Berœa mittit:' ubi vide. Ejusdem generis est 'legati ab Ardea,' de quo vide ad IV. 7. § 4. Ex his patet, male, omissa præpositione, *et Velitris* datum esse in Lov. 2. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. Præterea *simul Latinis et Hernicis* Lov. 4. a m. pr. *Latinis, Hernicis* Lov. 5. *Latinis Hernicisque* Leid. 2. Deinde vox *colonis* deest in Oxon. L. 1. apud Hearnium. Tum *Circensibus* Voss. 2. Lov. 3. Harl. 2. Port. et Hav. *Circiensibus* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 4. 5. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. et multæ vett. edd. *Ceretensibus* Lov. 2. *Circinensibus* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide hoc lib. ad cap. 12. § 6. Mox *vellit*, pro *belli*, Leid. 1. *velli* Harl. 1. Vide ad V. 24. § 5.

Ut suis legibus in eos animadverterent, tristia responsa reddita] *In suos animadv.* Lov. 4. *animadverterem, tristia* Hav. *animadverteret, tristia* Leid. 1. *animadv. et tristia* Gaertn. et Lov. 1. Tum *tristitia responsa* Flor. et Lov. 2. Vide ad IV. 52. § 5.

Patriæ obpugnandæ nefanda consilia iniissent] *Nefaria consilia* Lov. 4. et Hearnii Oxon. N. ex scholiastæ interpretatione. Eadem varietas etiam erat IV. 17. § 6. Deinde *iniissent* primum obvium fuit in ed. Curionis, quod recentiores omnes, Sigonianis exceptis, servarunt: eademque scriptura superest in Lov. 4. Gaertn. et Hav. Sed reliqui codd. cum vetustioribus excusis *inissent* dederunt, quod quidem Sigonius revocavit, sed a nemine auditus est. Denuo igitur restitui. Vide ad XXVII. 19. § 10.

§ 8 *In quo ab sociis tamen temperaverant*] *A sociis* Lov. 1. 2. Gaertn. et Leid. 2. Præterea *tam*, pro *tamen*, Lov. 4. 5. Vide ad XXII. 59. § 13. Ejus loco *tum* dederunt Lov. 2. Harl. 2. Gaertn. et Hav. *tũ* Port. et ita edidit Ascensius 1513. et 1516. altera lectione in marginem rejecta. Sæpius compendia illa *tã*, sive *tum*, et *tĩ*, sive *tamen*, confundi in Mss. videbimus ad XXII. 17. § 5. In verbis præcedentibus *ita*, pro *itaque*, exhibet Harl. 2. Vide ad XXI. 53. § 7.

Denunciatum senatus verbis, facesserent propere ex urbe] *Denunciatum senatum verbis* Hav. De caussa erroris vide ad VI. 3. § 8. Corruptius *denunciatum senatum urbis* Leid. 2. *urbis*, pro *verbis*, etiam Lov. 1. 2. 3. et Voss. ambo. Vide hoc lib. ad c. 19. § 3. 'Quærere verbis senatus' III. 50. 'Quærerent senatus verbis, cujus jussu castra deseruissent:' ubi pari errore unus codex etiam *senatum urbis*. VII. 31. 'Denunciarent Samnitibus populi Romani senatusque verbis:' ubi etiam in uno Msto idem est error. IX. 36. 'Consulis verbis egisse de societate.' Post eodem cap. 'Denunciatum Fabio senatus verbis, ne saltum Cominium transiret.' Quid sit 'verbis alicujus nunciare,' vel 'denunciare,' vide Cortium ad Sall. Jug. c. 21. § 4. Deinde *fatiscerent* Voss. 2. et Lov. 3. *facesserant* Leid. 1. et Lov. 2. Tum *propere* exsulat a Port. Sed pro eo *prope* præfert Leid. 2. sollemni scribarum errore. Vide ad XXXIX. 31. § 4.

Ab ore atque oculis populi Romani, ne nihil eos legationis jus, &c. tegeret] *Ab ore atque oculis* Gaertn. *arbore atque oculis* Harl. 1. Tum voces *populi Romani* deficiunt in Voss. 2. Leid. 1. Gaertn. Lov. 2. 3. et contextu fragm. Hav. cujus margini tamen eædem

Digitized by Google

illæ a m. pr. adscriptæ leguntur. Sed transponuntur in Harl. 1. hoc modo, *ne nihil eos populi Romani legationis.* Deinde *τὸ ne* deest in Lov. 4. 6. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Denique *tegerent* Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *tegere* Harl. 2.

CAP. XVIII. § 1 *Recrudescente Manliana seditione*] *Seditione Manliana* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav.

Creatique tribuni militum consulari potestate Sergius Cornelius Maluginensis secundum] Antiqui libri ita: *consulari potestate ex Patribus Servius Cornelius Maluginensis II. Ex Patribus* autem idcirco dictum est, quia aliquando per hæc tempora fiebant etiam ex plebe. Cæterum non *Maluginensis II,* sed *III,* scribe. Nam proxime infra *IIII* fuisse dicitur, et jam bis ante fuisse eundem deculmus. *Sigon. Creati tribuni* sine copula vetustiores excusi, quos consului. Eam primus recepit Aldus, et servant omnes scripti. Deinde voces *ex Patribus,* quas addidit Sigonius, deerant in Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. fragm. Hav. Gaertn. et apud Hearnium in Excerptis Pith. Deinde *Sergius,* ut ante Sigonium exstabat, omnes mel. Sed frequentissime ita peccarunt scribæ. Vide ad v. 29. § 2. *Cornelius Sergius,* vocibus transpositis, Lov. 3. Denique *Maluginensis II.* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. uterque, et fragm. Hav. *Maluginensis secundo* Voss. 2. Gaertn. Port. et Hav. *Maluginensis iterum* in Mss. esse, auctor est Hearnius. Vox *secundum* deficit in Lov. 4. Sed recte *Maluginensis III.* vel *tertium,* Sigonium substituisse, constat ex illis quæ notat ad v. 36. § 12. cui ita emendanti adsentitur Pighius in Annal. ad a. CCCLXX. p. 284. Mox *Putitus,* pro *Potitus,* Flor.

M. Furius Camillus quintum, Ser. Sulpicius Rufus iterum] Legendum *M. Fur. Cam. VI.* et *Ser. Sulpitius Rufus tertium,* ut facile patet ab initio libri quinti c. 1. (nam illic primum Camillus creatur tribunus militum consulari potestate) omnia magistratuum nomina recensenti. Idem erroris, de Camillo quidem, accidit a. CCCCLXXIV. hoc lib. c. 22. in plerisque codd. ubi VII. fit tribunus militum: de Sulpitio anno sequenti CCCLXXII. c. 21. ubi fit *quartum,* etiamsi codd. reclament. Cæterum quod hic duo verba *iterum* ac *secundum* indifferenter leguntur, videtur ex numeri notis *II.* accidisse. Hæc ut pusillis ridebit fortassis quispiam, ut haud quaquam notatu digna. At nos piguit Aul. Gellium libro decimo ea de re longam texere caput, (ut non dicam anxie,) quod nos levi brachio. *Glar. M. Furius Camillus Quintus Servius Sulpicius* Lov. 3. *M. Furius Camillus, Q. Ser. Sulpicius,* vel *Q. Servius Sulpicius,* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 4. 5. Harl. 1. Pott. Hav. et fragm. Hav. *M. Furius Camillus, Ser. Sulpicius* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Gaertn. Ex sententia autem Jac. Perizonii, quæ proponitur v. 1. § 6. patet, legendum esse *M. Furius Camillus VI.* vel *sextum,* quemadmodum etiam Glareanus voluit. Quod si temerarium nimis videatur, dicam, fide quinque modo memoratorum codicum vocem *quintum* delendam esse. Similiter enim quarto Camilli tribunatui v. 26. et quinto VI. 6. nulla iterati tribunatus nota additur. Vide ad II. 16. § 7. Ceterum Doujatius admodum festinanter ac negligenter Sigonium inspexisse debuit, (quem *Camillus sextum* legendum docuisse monet,) quum ex illis, quæ ad v. 1. § 2. notaverit, pateat eum hic *quintum* servandum esse existimasse. Quod autem Glareanus conjiciat, *Rufus tertium,* pro *R. iterum,* legendum esse, ex eo factum est, quod 'Ser. Sulpicium,' qui v. 32. tribunus mili-

Digitized by Google

tum consulari potestate fuisse memoratur, censuerit esse hunc eumdem Ser. Sulpicium Rufum, quem Pighius in Annal. ad a. CCCLXII. pag. 221. Ser. Sulpicium Camerinum fuisse opinatur, qui biennio ante consul fuerat, Livio memoratus v. 29. Pighii autem opinio longe verior est. Glareanus enim, ut probare posset quod intendit, hoc lib. c. 4. § 7. pro *Ser. Sulpicius Rufus*, addit *Rufus iterum*; hoc loco, pro *Ser. Sulpicius Rufus iterum*, emendat *Rufus tertium*; et c. 21. § 1. pro *Ser. Sulpicio tertium*, rescribit *Ser. Sulpitio Rufo IIII.* quibus omnibus locis nullus codex mutanti consentit: neque mutatione opus erit, si Pighii sententiam probemus. Aliam sententiam proposuit Sigonius commentario in Fastos et Triumph. Rom. qui ad a. CCCLXIII. Ser. Sulpicium tribunum militum consularem ejus anni illum putat, qui post in tertio et quarto tribunatu Capitolino 'Prætextatus' dictus, et quem Zonaras 'Rufum' adpellat: alias enim primi ejus tribunatus locum non reperiri. Vide quæ notantur ad VI. 22. § 1. Porro duorum horum tribunorum nomina omittuntur in Hearnii Oxon. B. At post duos sequentes inseruntur in Harl. 2. Port. et Hav.

T. Quinctius Cincinnatus secundum] *Et T. Quintius* Lov. 4. Hinc *T. Q. Cincinnatus* Gaertn. quasi prænomen *Quintus*, non nomen gentile *Quinctius*, exprimere voluisset. Vide ad III. 1. § 1. Deinde *Tintinatus secundo* Port. *Cincinnatus secundo* Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. et Hav. *Cincinnatus secundus* Gaertn. *Cincinnatus II.* Flor. Leid. 1. Lov. 1. 3. 5. et fragm. Hav. ambigue. Vide ad v. 16. § 1. Vox *secundum* aberat ab una Lov. 4.

§ 2 *Peropportune externa pax data*] *Peropportuna* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. et Gaertn. Male. Supra II. 35. 'Ni peropportune tribuni diem dixissent.' XXIX. 36. 'Peropportune circa vim flexus obpositi erant:' ubi plura vide. Deinde vox *externa* deest in Leid. 2. vox *data* in Leid. 1.

Plebi, quod non avocata delectu spem cepit] *Plebisque non avocari.* Voss. 2. et Lov. 3. *plebi quod nec avocata* Gaertn. *avocato delectu* Lov. 2. Erroris originem vide hoc lib. c. 3. § 8. *advocata* Lov. 4. 5. Port. Hav. et fragm. Hav. Et ita erat etiam in ed. Mediolan. 1480. sed errore librariorum, quos ita sæpe peccasse vidimus ad I. 6. § 1. et ita mox hoc ipso §. Deinde *dilecta* Flor. Voss. 1. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Dum tam potentem haberet ducem, fœneris expugnandi] *Tum tam potentem habere ducem* Lov. 2. Singularis est lectio, quam obfert Klockian. *datam potestatem habere ducem. Habere* etiam, pro *haberet*, est in fragm. Hav. Sed nihil muto. Scriptum fuerat *dū tum*, sive, non distinctis vocibus, unica serie *dūtam*, quod, evanescente scripta linea, minima mutatione in *datam* mutari potuit. *Tam potentem* est 'admodum potentem.' Vide ad XXXIII. 45. § 4. Posset legi *spem capit, potestatem habere ducem.* Sed cui bono? Vulgatum, ut dixi, præferendum censeo, in quod reliqui codd. conspirant.

Avocarentur animi ab sanandis domesticis malis] *Advocarentur* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. a m. pr. Hav. et fragm. Hav. Vide modo ad hunc ipsum §. Præterea *a servandis domesticis malis* Gaertn. aberratione manifesta librarii. 'Sanare domestica mala,' ut 'sanare discordiam' II. 34. 'Quum et foris quieta omnia a bello essent, et domi sanata discordia.' Ita 'sanare curas,' 'sanare animos,' de quibus locutionibus vide Passer. et Broekhus. ad Propert. Eleg. I. 10. 17.

§ 3 *Quum pars utraque acrior aliquanto coorta esset*] *Tum pars utraque acr. aliq. coortatione in prop. cert. ade-*

Digitized by Google

rat Lov. 2. *quum pacis utraque aliq. acriora exorta esset* vitiose Leid. 2. *exorta* etiam Voss. 1. et Lov. 1. Quæ voces passim solent commutari. Vide ad v. 29. § 3. Ex illa deinde lectione factum ab aliis *erecti*, quod apud Hearnium erat in Oxon. L. 2. Sed *coorta* est 'simul exorta.' Et pro hac lectione stant reliqui codd. nisi quod prava orthographia *cohorta* legat Leid. 1. Vide ad II. 17. § 2. 'Acrior coorta,' ut 'infestior coorta' IV. 9. § 8. ubi vide. *Aliq. acrior coorta esset* Lov. 1. *acior coorta esset aliq.* Lov. 4.

Jam in propinquum certamen aderat] Quidam editi veteres *in propinquo*. Rectius delebitur præpositio. Sic VII. 29. 'Quum, robore juventutis suæ acciso, nulla propinqua spes esset.' XXI. 53. 'Quum ob hæc taliaque speraret propinquum certamen.' Tacitus Annal. II. 12. 'Igitur propinquo summæ rei discrimine.' Th. Helm. duo Voss. Rott. *esset, in propinquum*, sine τῷ *jam*. Nec secus Romæ Andreas. Venio in suspicionem, non hanc modo vocem inculcatam esse Livio, sed et τὸ *aderat et*, quum scripsisset, *Igitur quum pars utraque acrior aliquanto coorta esset in propinquum certamen, Manlius, advocata domum plebe.* J. F. Gron. Vocula *jam* exsulat ab omnibus, quos consului, codd. scriptis; nisi quod ex solo Flor. nihil adferatur. Eamdem se in Oxon. B. C. et Excerptis Pith. non invenisse, Hearne auctor est. Unus Klockian. *et* pro *jam* exhibet. Sed copula hæc nata est ex repetitis male ultimis literis præcedentis *esset*. Deinde *in propinquo* omnes excusi Aldo priores, qui *in propinquum* substituit, quod servant scripti, quos vidi, codd. Ita sæpe 'propinquus' ratione temporis idem est, quod instans, imminens. Cæsar Bell. Gall. IV. 36. 'Propinqua die æquinoctii, infirmis navibus hiemi navigationem subjiciendam non existimabat.' Cic. ad Attic. IX. 15. 'Erat enim spes propinqui reditus: erat hominum querela.' Insuper *certamen adhæreat* Hav. Doujatius, ne non sui similis sit, et Gronovio ubique obloquatur, primo non codd. quorumdam, ut ait, sed edd. lectionem *in propinquo* probat, neque esse pronunciat, cur id quisquam reprehendat; quum tamen, si vera audire velit, quarumdam edd. lectio tot codd. auctoritate firmatæ scripturæ præferenda non sit; præsertim quum, ut hoc loco, utraque commodum sensum præbeat. Deinde, nihil mutandum censens, vulgatum ita accipit, quasi sensus Livii foret 'certamen aderat in propinquum,' scilicet 'tempus,' quod inlustrat locutionibus 'provolant in primum,' 'in primum successisset,' quæ obcurrunt II. 10. et X. 14. quas tamen dissimillimas esse, nemo non videt. Denique si particula *et* ante vocem *Manlius*, ut Gronovio visum est, tollenda sit, nihil obesse putat, quo minus et legatur et intelligatur a quovis: *jam in propinquum certamen aderat Manlius. Advocata, &c.* Sed vellem docuisset, si *Manlius* ad verba priora referendum censet, cur voculam *et* hic ferre non potuerit, quum recte dicatur *in propinquum certamen aderat et Manlius*, id est, 'etiam Manlius.' Deleto ex fide Mss. τῷ *jam*, distinctionem, præeunte Doujatio ipso, hoc modo mutavi: *Igitur, quum pars utraque acrior aliquanto coorta esset, in propinquum certamen aderat et Manlius. Advocata, &c.* Quanta cura Doujatius Gronovii conjecturam examinarit, inde constat, quod eum præpositionem *in* aliaque verba sublata voluisse scribat, quum tamen, eum, inducto τῷ *in*, nullum præterea verbum sustulisse, vel, sublatis vocibus *aderat et*, non ejecisse præpositionem *in*, ex ipsa ejus ad hunc locum nota patere cuivis possit.

Plenior aliquanto animorum irarumque, quam antea fuerat] Vox *aliquanto* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. qui iidem etiam præferunt *quam ante fuerat*.

Digitized by Google

§ 4 *Iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto*] Alia structura Pal. 2. *Iram accenderat in animo recens ignominia.* Reliqui duo Mss. abdicant τὸ *in*. *Iram accenderat ignominia recens animo.* Porro paullo ante conjunxit 'plenior aliquanto animorum irarumque:' quod mox explicat 'simul inflatus exacerbatusque.' Unde supra Pal. 2. exhibet c. 16. in fin. 'Amotusque post triumphum abdicatione dictaturæ terror et linguam et animos iramque liberaverat hominum;' cui ex parte assentitur Camp. *Gebh. Iram accenderet* Voss. 2. *Iram accendit* vetustæ, quas consului, edd. ante Aldum, qui primus dedit *accenderat*, concinentibus reliquis scriptis. Deinde *accenderat in animo recens ignominia* Voss. 1. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *accenderat et animo recens ignominia* Leid. 2. *ignominia recens animo*, neglecta præpositione *in*, Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. Ea lectio recipi posset, ita tamen, ut jungatur *accenderat animo*, ut II. 47. 'Ea desperatio Tuscis rabiem magis, quam audaciam, accendit.' Optimis tamen meorum vulgatum servantibus, illud probare malui. Præterea *at contumeliam inexperto* Voss. 1. Lov. 1. 4. 5. et Port in marg. Et ita distinguendum foret: *Iram accenderat in animo recens ignominia: at cont. inex. spiritus dabat, &c.* Verum receptum malo. *At* et *ad* passim commutantur. Vide ad III. 17. § 3. et hoc lib. ad c. 24. § 8. 'Inexpertus ad contumeliam,' eodem modo dicitur, quo etiam τῷ *rudis* additur accusativus cum præpositione *ad*. Liv. X. 22. 'Esse præterea viros natos militiæ, factis magnos, ad verborum linguæque certamina rudes.' XXI. 25. 'Gens ad obpugnandarum urbium artes rudis.' XXIV. 48. 'Rudem ad pedestria bella Numidarum gentem esse.' XXVIII. 25. 'Scipionem bellis adsuetum, ad seditionum procellas rudem, sollicitum habebat res.' XLV. 32. 'Ut non magnificentiam tantum, sed prudentiam in dandis spectaculis, ad quæ rudes tum Romani erant, admirarentur.' Vide Burmann. ad Ovid. Epist. Heroid. VII. 122. et Trist. Eleg. III. 3. 58. Neque multum differt 'invictus ad devincenda regna' apud Justin. XXV. 4. 'invictum ad vulnera corpus' apud Ovid. Metam. XII. 167. ubi vide Nic. Heinsium: 'fortes ad prœlia turmæ' apud Propert. Eleg. II. 8. 7. ubi vide Passerat. sed inprimis Broekhus.

Spiritus dabat, quod nec ausus esset idem in se] *Spem dabat* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *spes dabat* Hav. Sed, ex scribendi compendio errorem hunc natum esse, dictum est ad IV. 54. § 8. Deinde *nec au'sus esset*, id est *aversus*, Gaertn. Contrario errore *ausus* pro *au'sus* datum esse, jam vidimus ad II. 8. § 8.

Quod in Sp. Mælio Cincinnatus Quinctius, &c. non dictator] Omnia hæc deerant in Harl. errore librarii; cui peccandi occasionem præbuit repetita vox *dictator;* unde minus adtentus scriba eam semel cum omnibus mediis transiluit. Vide ad IX. 11. § 11. Præterea *in Sp. Mellio* Lov. 4. Gaertn. et Hav. *in Sp. Manlio* Leid. 2. Vide ad VI. 17. § 2. Tum *Cincinatus* Leid. 2. Lov. 5. et Hav. Vide ad III. 12. § 8.

Abdicando dictaturam fugisset, sed ne senatus quidem sustinere potuisset] *Abdicando dictatura* Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. *abdicando se dictatura* Voss. 2. Utraque locutio proba est, et apud Livium obcurrit, 'abdicare se dictatura' et 'abdicare dictaturam.' Priori utitur Livius II. 2. 'Abdicavit se consulatu.' c. 31. 'Dictatura se abdicavit.' XXIII. 23. 'Extemplo se magistratu abdicavit:' et sæpe alibi. De altera vide ad II. 29. § 9. Receptam igitur scripturam, plurium et optimorum codd. auctoritate nisam, servo. Deinde

Digitized by Google

sed senatus quidem sunt. non pot. Lov. 2. *sed nec sen. quidem sunt.* Harl. 2. Hav. et Port. a m. pr. Male. Vide ad I. 10. § 3. Similiter et quidam codd. mox errant hoc cap. § 5. *Sed ne sen. sustinere*, una voce deficiente, Leid. 2. Ut *ne* pro 'ne quidem' ponatur. Vide ad XLIV. 36. § 9. Sed præstat potius, ut et pluribus et melioribus libris, nihil mutantibus, dicto audientes simus.

§ 5 *Per se accensos incitabat plebis animos*] *Per se accensus* Hav. et Port. a m. pr.

Quousque tandem ignorabitis vires vestras] Vox *tandem* deficiebat in contextu fragm. Hav. sed ab eadem manu in margine addita conspicitur. Et recte. Superest enim non modo in reliquis omnibus, sed singularis etiam est elegantiæ. Vide ad III. 9. § 9. Mox *non belluas*, pro *ne bellinas*, edd. Rom. 1472. et Parm.

Numerate saltem, quot ipsi sitis, quot adversarios habeatis, &c.] Livius ut manifesto multis locis expressit sententias quasdam Homericas, ita hic videtur locum ejus poëtæ adumbrasse. A multitudine numeroque, quo illi valde nobiles superabant, Quiritès excitare voluit, certamque ipsis spem victoriæ polliceri. Usus autem fuit Manlius argumento valde utili consilio suo peragendo, et animis pauperum contra nobiles commovendis. Nam Aristoteles in iis, quæ sunt causa seditionis, augentque animos popularium ad insidiandum, hoc quoque posuit, quod vocavit διὰ καταφρόνησιν; cum scilicet, spectatis viribus suis et adversariorum, incipiunt ipsos contemnere, intelligentes, se facile posse illos superare. Ut autem facilius eos persuaderet, atque id quod aiebat verum esse declararet, (vincere scilicet ipsos magnopere numero,) in memoriam ipsis redegit, quod sæpe antea animadvertere potuerant quum ipsos illos nobiles colebant, ut ipsorum præsidio in rebus suis uterentur, domique diligenter salutabant. Hoc enim ipsis rem patefacere, et quasi ante oculos ponere poterat. Homerus igitur simili quadam ratione utitur. Cum enim in Iliadis lib. II. Agamemnonem fecit exercitum, quem imperio suo regebat, allequentem, et quod decebat subiissent, quia Trojanos diuturno bello profligare non potuissent, ostendentem, ait, 'Si namque nos Græci ac Trojani, induciis factis, velimus numerum utriusque gentis recensere, Trojanosque deligere sine sociis; nos vere in decurias dividamur, summamque ex eorum numero singules, qui singulis centuriis vinum ministrent, multæ centuriæ egerent ministro. Ex quo intelligere licet, quante plures Achivi Trojanis sint.' Versus ipsius poëtæ hi sunt vs. 123. Εἴπερ γάρ κ' ἐθέλοιμεν Ἀχαιοί τε Τρῶάς τε, Ὅρκια πιστὰ ταμόντες, ἀριθμηθήμεναι ἅπαν, Τρῶας μὲν λέξασθαι ἑφέστιους ἕσσυ ἕασιν, Ἡμεῖς δ' ἐς δεκάδας διακοσμηθεῖμεν Ἀχαιοί, Τρώων δ' ἄνδρα ἕκαστον ἡλείμεθα οἰνοχοεύειν, Πολλαί κεν δεκάδες δευοίατο οἰνοχόων. Valuit autem hoc quoque multum ad rem patefaciendam inflammandosque animos Græcorum militum. Animadvertendum vero, Homerum similitudinem duxisse a re, cujus valde studiosa gens illa erat, quamque sæpius frequentabant, ut nullo negotio sibi ante oculos illam ponere, indeque facilius veritatem ipsius, quod suadebat, intelligere potuerint. Victorius Var. Lect. XIV. 4. *Quod ipsi scitis* Leid. 1. *quod ipsi sitis* Port. *quot ipsi scitis* Klockian. *quot ppli' sitis* Gaertn. Tum *quos adversarios* Voss. 1. a m. pr. *quod adversarios* Leid. 1. Infinitis locis commutantur in Mss. *quot* et *quod*. Vide ad XLIV. 1. § 1.

§ 6. *Si singuli singulos adgressuri essetis*] Omnia hæc verba desiderantur in Leid. 1. et Harl. 1. Sed vox *singuli* in Harl. 2. *Si singulis singulos* dedit scriba Hav. Sed fini veris *singulis*

Digitized by Google

perperam adhæsit prima litera dictionis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2.

Tamen acrius crederem] *Hæc tamen acrius* Harl. 2. Port. et Hav. *his tamen acrius* Leid. 1. *h' tamen acrius* Lov. 2. *hoc tamen acrius* Lov. 4. et 5.

Tot nunc adversus unum hostes eritis] Scribendum *adversus unum hostem eritis*. In *tot* subauditur 'clientes,' vel simile quippiam, puta 'milites,' vel 'viri.' *Rhen.* Quemadmodum Rhenanus emendavit, præferunt etiam codd. mei. Eadem lectio etiam in Oxoniensibus Mss. fuisse videtur, ex quo nihil hic notat Hearnius, licet ipse *hostem* edens, monuerit *hostes* esse in Alerianis Rom. aliisque edd. At in Rom. 1472. et Parm. *hostem* quoque reperi. Paullo ante *contra singulos*, pro *cinos sing.* Lov. 4.

§ 7 *Videant vos paratos ad vim; jus ipsi remittent*] *Videã vos paratos* fragm. Hav. *Hinc vim*, pro *jus*, Lov. 1. *vis* Lov. 2. Hav. Harl. 2. et Gaertn. sæpius obvia in Mss. aberratione. Vide ad III. 38. § 13. *Us* Harl. 1. nullo sensu. Deinde *ipsi rem mentent* Leid. 2. *ipse remittent* Harl. 2. et Port. qui error inde ortus est, quod librarius confuderit *remitt'et* et *remittit*. Vide ad VII. 29. § 1. *Ipse remittatur* Lov. 2. et Hav. *ipsis remittetur* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. quod accipi posset pro 'remittetur ab ipsis.' Vide ad c. 12. § 4. Verum et nunc meliores sequi præstat. Nam hic quoque error inde profluxisse videtur, quod non distinxerint librarii *remittit* et *remittet*. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. *In* verbis præcedd. *Ostendite modo bello*, pro *est. m. bellum*, Flor.

Audendum est aliquid universis, aut omnia singulis patienda] *Audiendum* male Gaertn. Ita et alibi peccatur. Vide ad III. 45. § 4. Deinde *aut omnia singulis* Leid. 1. Mox *circumexspectabitis*, pro *circumspectabitis*, Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. eodem errore, quo sæpe *exspectare*, pro *spectare*, scriptum in codd. manu exaratis obvium est. Vide hoc l. ad c. 33. § 1.

§ 8 *Ne fortuna mea desit, videte*] Satis obscurus sermo: nescitur enim mihine an vobis intelligendum: animus ipsius plane jam ruinam præsagiebat. Sed multa hujusmodi dissimulamus. *Glar.* Nullam in his verbis obscuritatem agnosco. Nam omnis ratiocinatio Manlii exigit, ut intelligamus, 'ne fortuna mea vobis desit.' Non enim sollicitus erat, ne fortuna sibi, sed ne sua fortuna populo deesset, et, quamvis summopere vellet, populo opem ferre non posset. In verbis præcedd. *Ego quippe*, pro *Ego quidem*, erat in Lov. 1. 5. Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad VII. 25. § 7.

Ipse vindex nester, ubi visum inimicis est, nullus repente fui] Donat. ad Terent. Andr. III. 4. 20. 4 Plus est *nullum esse*, quam *perisse*. Nam qui perit, vel corpus habet reliquum: qui vero nullus est, ita non est, ac si natus non sit:' ad Hecyr. IV. 4. 41. Hoc alterius est, quam *perii*: quia quum aliquis perit, reliquum vel cadaver est.' *Klouk.* Ovidius Metam. IX. 734. 'Vellem, nulla forem.' Obcurrit etiam apud Plaut. in Asin. v. 2. 72. et in Mostell. II. 1. 41., atque alibi. Ceterum *nullo repente fui* præferunt Lov. 3. Voss. 2. et Leid. 1. Tum *Ipse index nester* Lov. 3. Vide ad Epit. Liv. lib. LXIII. *Ipse vindex nestri* Lov. 4.

Vidistis in vincula duci universi eum, qui a singulis vobis vincula depulerat] *Vincla* utroque loco Leid. 2. Vide ad c. 16. § 2. Deinde *universi* deficit in Lov. 4. et 5. Male. Opponuntur enim 'universi' et 'singuli.' *Qui ab singulis vobis* Port. et Hav. *quia singulis vobis* Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. coalescentibus perperam duabus voculis, quæ erant disjungendæ. Insuper *depulerant* Harl. 1. *depulerat* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. Male. Indocti librarii non intellexerunt elegans et optimis scriptoribus

Digitized by Google

usitatum loquendi genus, 'eum, qui depuleram,' de quo vide ad XXXII. 21. § 16.

§ 9 *Si plus in me audeant inimici*] *Si plus audeant in me* Port. Sed utrumque exstat in Leid. 2. qui exhibet *si plus in me audeant in me.*

Bene facitis, quod abominamini] Donatus ad Terent. Eun. I. 2. 106. 'In consuetudinem venit *Bene facis*, et *Bene fecisti*, non judicantis esse, sed gratias agentis.' *Klock. Abominabimini* Leid. 2. et Lov. 1. *abomini* Leid. 1. *ominamini* Lov. 2. Paullo ante *Mellii*, pro *Mælii*, Lov. 4. et Gaertn. Vide ad c. 17. hujus lib. § 2.

Dii prohibebunt hæc: sed numquam propter me] *Dii prohibebunt hoc* Lov. 5. Harl. 2. et Port. *Dii prohibebunt hee* Gaertn. *Dii hæc prohibebunt* fragm. Hav. *Dii hoc prohibebunt* Lov. 4. Τὸ *hæc* deest in Voss. 2. et Lov. 3. sequens vox *sed* in Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *præter me* Klockian. Vide ad IV. 61. § 10.

Armato togatoque, ut vos a barbaris hostibus, a superbis defenderem civibus] *Armato togato*, sine copula, Hav. Tum *ab barbaris hostibus* Port. a m. pr. et Hav. Deinde *ac superbis def. civ.* Voss. 1. ac Leid. 2. Male. Vide ad XXXVIII. 18. § 12.

§ 10 *Ut semper vobis auxilium adversus inimicos satis sit*] *Aux. adv. inimicos sit* Lov. 3. *aux. adv. inimicos satis*, omissa voce *sit*, Lov. 5. *auxilii adv. inimicos satis sit* Port. a m. sec. *auxilio adv. inimicos opus sit* Klockian. Reliqui constanter vulgatum servant, quod etiam verius puto. Manlius exprobrat plebi, auxilium adversus inimicos suos illi semper satis esse, sufficere, et de hoc tantum cum Patribus contendere, quousque eorum imperium paterentur: eo contentam esse, ut aliorum auxilio ab injuriis patriciorum defendantur. 'Auxilium satis est,' ut 'senatusconsultum satis est' IV. 30. 'Controversia inde fuit, utrum populi jussu indiceretur bellum, an satis esset senatusconsultum:' ubi plura vide.

Nec ullum, nisi quatenus imperari vobis sinatis, certamen adversus Patres noveritis] Hoc loco Mss. omnes *noritis*, quod sequimur. *J. F. Gron. Noveritis* demum obcurrit in Dan. Heinsii Elseviriana. Omnes priores excusi præferunt *noritis*, neque aliter præferunt omnes scripti mei, nisi quod *moritis* sit in Leid. 1. A. Perizonius etiam in margine Livii *moveritis* scribendum conjecit. Voces 'novi' et 'movi' sæpissime in Mss. commutari, dictum est ad v. 6. § 8. Utraque locutio proba est. *Noritis certamina*, ut apud Liv. dicto loco, 'Nec finem ullum alium belli, quam victoriam, noverit.' Silius Ital. XIV. 141. 'Solaque, quod superest, secum certamina norant, Quis dextra antistet, spoliisque excellat opimis:' ubi ex mente Nic. Heinsii *certamina morunt* contra Mss. omnes in contextum recepi, et *movere certamina* pluribus exemplis ex ipso Silio adstruere conatus sum; quum tamen, vulgatum non mutandum esse, nunc agnoscam. Idem Silius I. 227. 'Inpatiens ævi spernit novisse senectam.' XIII. 257. 'Hinc sopor inpavidus, qualem victoria novit:' ita etiam eo loco olim edebatur, verum ibi, volente Heinsio, ex optimo cod. Coloniensi *movit* substitui. Apud Livium itaque unius codicis, licet melioris notæ, fide a vulgato discedere non audeo. Utrum tamen placeat, neque cum D. Heinsio *noveritis*, neque cum Perizonio patre *moveritis* legendum puto. Sæpissime enim Livius in hoc aliisque similibus verbis tempora perfecta et inde formata reliqua per contractionem proferre amavit, quod passim mutarunt indocti librarii, ac viri docti ex Mss. iterum vindicarunt. Hujus generis sunt 'cognosse,' (vide ad XXII. 3. § 2.) 'cognorit,' (vide ad XXVII. 17. § 14.) 'scisse' et 'conscisse,' (vide ad XLV. 5. § 12.) 'descisse,' (vide ad

Digitized by Google

XXIV. 45. § 2.) 'sisse,' (vide ad III. 18. § 6.) 'desisse,' (vide ad IX. 46. § 3.) 'quiesse,' (vide ad XXXVII. 11. § 5.) 'adsuerat,' (vide ad IV. 45. § 4.) 'decresset,' (vide ad II. 27. § 8.) 'nequissent,' (vide ad V. 10. § 10.) 'conquisierunt,' (vide ad XXVII. 11. § 15.) 'isse,' 'exisse,' 'adisse,' 'inisse,' 'perisse,' 'transisse,' (vide ad XXVII. 19. § 10.) 'emostis,' (vide ad XXXVII. 53. § 25.) 'admosse,' (vide ad XXXVIII. 45. § 3.) 'obtrisset,' (vide ad III. 56. § 8.) 'communisse,' (vide ad VIII. 15. § 4.) In his itaque adtendendum ad genium ac morem cujusque scriptoris; ita tamen, ut etiam fide dignis codd. locus relinquatur, ubi ex eorum testimonio constat, interdum etiam aliud placuisse. Ceterum *nec nullum* est in Klockian. Tum *nisi sed quatenus* in Gaertn. unde in mentem venire posset, Livium scripsisse *nisi si quatenus*, de quo vide hoc lib. ad c. 26. § 4. Et ita præfert Lov. 3. Verum reliqui codd. vulgatum tuentur præter Leid. 2. in quo deficit τὸ *nisi*. Insuper *quatinus* Leid. 1. Sed vide ad II. 56. § 9. Denique *imperari nobis* Voss. 1. Verum ita sæpe librarii deerrare in scriptis soliti sunt. Vide ad XXXIV. 2. § 2. *Imperari non vobis* Lov. 5. a m. sec.

Nec hoc natura insitum vobis est] *Vobis insitum est* Voss. 2. Haverk. et edd. Aldina priores. *Insitum est vobis* fragm. Hav.

§ 11 *Ut imperare illis æquum censeatis*] *Imperari illi* male Leid. 1. Tum *censeatis æquum* Gaertn.

Quia consuestis cum eis pro imperio certare] *Qua consuestis* Voss. 2. Vide ad XL. 29. § 8. *quod consuestis* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. *quia consuluistis* Gaertn. cujus librarius dare voluisse videtur *quia consueuistis*, ut exstat in edd. vett. Pro eo autem *consuestis* primus Aldus admisit, quod tuentur reliqui scripti. Vide ad IV. 45. § 4. Similes autem contractiones Livio frequentissimas esse, modo ad § præc. dictum est.

Adversus hos tentare magis, quam tueri, libertatem] *Adversos hos tentare* Voss. 2. *adversus hoc tentare* Lov. 3. *adversus hos tentari* Hav. *adversus hostem stare* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *adversus hostem temptare* Leid. 1. *temptare*, pro *tentare*, passim in codd. scriptum reperitur, sed recte id a viris doctis rejectum, et inter priorum temporum corruptam orthographiam relatum est. Vide Pierium ad Virgil. Æneid. VIII. 143. Voss. in Etym. Ling. Latin. voce 'Teneo,' et Dausquei. in Orthogr. part. II. voce 'Tempto.' Ejus autem vocis prima syllaba perperam in fine præcedentis repetita, atque ita pro *hos* datum est *hostem*. Vide ad IX. 11. § 9.

§ 12 *Tamen qualescumque duces habuistis, qualescumque ipsi fuistis*] *Tū*, pro *Tū*, sive *Tamen*, præfert Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. Voces *qualesc. duces hab.* desunt in Harl. 1. et Hav. *qualescumque ipsi fuistis, duces hab. qualescumque* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. *Dies*, pro *duces*, est in Leid. 2.

Tempus est, etiam majora conari] Vet. lib. *unde tempus est, etiam maj. con.* Sigon. Ignorant τὸ *unde* meliores libri calamo picti, vetusque ed. ejusque filia Camp. Quare delendum censui: eo magis, quod in recentissimo tantummodo pareat secundo. *Gebh.* Locum leviter corruptum Sigonii cura longe corruptiorem reddidit, adjecto τῷ *unde:* quod et sensum magis impedit, nec in aliis scriptis alicujus pretii aut vetustis edd. reperitur. Illo ergo ejecto et resecta copula, quæ ex proximo verbo substantivo redundabat, scribe *Tempus est jam maj. con.* Lib. XXI. c. 43. 'Tempus est jam, opulenta vos et ditia stipendia facere.' XXV. 32. 'Tempus esse id jam agi, ut bellum in Hispania finiretur.' *J. F. Gron.* Lectio, quam Gronovius probavit, et simul in contextum recepit, *tempus*

Digitized by Google

est jam majora, in nullo apud me, neque apud Hearnium cod. adparet. Nam, ut Sigonius in vet. lib. reperit *unde tempus est, etiam majora* præferunt meorum Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et Oxon. L. 1. B. et N. *Tempus est majora* Voss. 2. *tempus est, etiam majora*, ut olim edebatur, Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. fragm. Hav. et Oxon. L. 1. et C. Neque video, cur omnibus scriptis invitis hæc lectio repudianda sit. Eam igitur revocavi. Non opus enim, ut post *tempus est* semper addatur particula *jam*. Infra XXX. 4. 'Tempus esse, aut pacem componi, aut bellum naviter geri.'

§ 13 *Experimini modo et nostram felicitatem, et me*] *Experiamini* Hav. Præterea primum *et* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad Livii II. 44. § 2. Ceterum in multis antiquis edd. ita interpungitur: *Experimini modo et vestram felicitatem; at me, ut spero, feliciter expertum minore negotio qui imperet Patribus, imponetis*, &c. quasi jungenda forent *me feliciter expertum imponetis*. Quod a prioribus mutatum Sigonius, et postea Hearne revocarunt. Sed commodior est distinctio, ac verior etiam, quam secutus sum, et reliqui recentiores receperunt.

Quum qui resisterent imperantibus] *Queq; qui resisterent* Gaertn. *quum qui resisteret* Harl. 2. Deinde *resisterent imperatoribus* Leid. 2. et Lov. 1. Sed, vulgatum probum esse, nemo non videt.

§ 14 *Solo æquandæ sunt dictaturæ consulatusque, ut caput adtollere Romana plebes possit*] *Solo æquando dictatura cons.* Leid. 2. *Solo æquandæ dictatura cons.* Voss. 1. *S. solo æquandæ sunt dictatura cons.* Lov. 1. cujus librarius prima illa litera indicare voluisse videtur *scilicet*. Sed nullus aliorum codd. consentit. Tum *Romana urbe* Leid. 2. et Lov. 1. *Romana plebs* Harl. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et edd. antiquæ usque ad Aldum, qui *plebes* primus substituit. Et ita reliqui codd. Vide ad I. 20. § 6. Mox *adest, prohibet ejus* pro *adeste, prohibete jus* fragm. Hav.

Ego me patronum profiteor plebis] *Confiteor* Lov. 5. et Klockian. quos non audiendos censeo. Male etiam *vox plebis* exsulat a Lov. 4. In verbis seqq. *mea cura* alio ordine Hav.

§ 15 *Insigni magis imperii honorisve nomine vestrum adpellabitis ducem*] *Honorisve nomine vestro* librarii errore Gaertn. Vide hac lib. ad c. 3. § 8. Sed *vestrum* deest in Harl. 2. et Port. Ad hanc *adpellatis* Leid. 2. et Lov. 1.

Eo utamini potentiore ad obtinenda ea, quæ vultis] *Me utemini* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Deinde *potentiore obtinenda ea* Lov. 5. a m. pr. et fragm. Hav. *potentiorem ad opinionem dea* Leid. 1. *potentiore ad opinionem de ea* Harl. 1.

§ 16 *Nec, quam ad finem consilia pervenerint, sat planum traditur*] Est in antiquis *satis planum*. Rhen. *Satis planum* præferunt Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 1. Gaertn. Port. Hav. Excerpta Pith. et vetustæ edd. usque ad Aldum, qui *sat* recepit. Et cum eo faciunt reliqui accepti. Deinde *quam ad finem* Leid. 2. invitis omnibus aliis.

CAP. XIX. § 1 *At in parte altera senatus de secessione, in domum privatam, plebis*] *Ac in parte altera* Hav. Vide ad III. 61. § 4. *Ad in parte altera* Leid. 1. Vide ad III. 17. § 8. et hoc lib. ad c. 24. § 8. *At in partem alteram* Lov. 5. Harl. 2. et Port. Tum *senatus decessione* Leid. 1. *senatus de descessione* fragm. Hav. *senatus de secess. in domum privata* Harl. 1. *senatus de secess. in domum privati* Leid. 2. *senatus descensionem in domum privatam* Lov. 4.

Forte etiam in arce positam] Quid illud *forte* sibi velit, non plane video, quando non fuit dubium, M. Manlii

Digitized by Google

domum fuisse vel in Capitolio, vel in arce. Sed videtur de his duobus dubitasse Livius; nisi quis *forte* exponat pro 'casu,' aut Livium Monetæ ædem ignorasse, quod neutiquam credo, putet. Cæterum, ut Capitolium ab arce discretum, ex Livio non facile constat, sed ex Dionysio lib. x. pag. 640. ubi de App. Herdonio. *Glar.* In his Glareanum hærere potuisse, mirum est; quum nihil notius sit, quam *forte* pro 'casu' poni; et multi, licet non bene, dubitent, an pro particula dubitandi recte ponatur. Quemadmodum Capitolium et arx differant, vide Rycquium de Capitol. cap. 5. Alex. Donat. de Urb. Roma II. 1. et Famian. Nardin. Romæ Veter. v. 14.

Et inminenti mole libertati agitat] Lege *et imminentem publicæ libertati.* T. Faber. Non sequor conjecturam Fabri. Arx ipsa erat moles imminens libertati, ut quondam summa Velia, in qua ædificabat Publicola. Unde post Manlii supplicium latum ad populum est, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret cap. 20. Si quid mutandum sit, quod non puto, pro *et* tolerabilius legatur *ut*, id est 'tamquam.' *Duk.* Codd. nihil mutant, nisi quod perperam *libertatis* dederint Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. omnesque excusi usque ad Frobenium, qui a. 1531. substituit primus *libertati.* Doujatius vulgatum tuetur, et *molem inminentem libertati* interpretatur gravem ac timendam vim, quæ libertati ex illo seditioso cœtu inpendebat. 'Molis' autem vocabulum, pro molimine aut instrumento periculoso in aliquem destinato, Ciceronem posuisse existimat, sensu ab hac Livii sententia non abhorrente, Orat. in Rull. II. 33. 'Hi eamdem Capuam sedem novæ reipublicæ constituunt, molem contra veterem rempublicam comparant.' Verum, Ciceronem ibi eam vocem longe alio sensu usurpasse, quilibet per se videt. Adde quæ Turnebus ad eum locum notavit. Doujatius conjunxit *de secessione in domum privatam, et inminenti mole libertati.* Sed vide an non potius jungendum sit *in arce et inminenti mole libertati:* ut ita arcem Urbis Romæ vocet molem libertati populi inminentem. Ceterum *agit*, pro *agitat*, male Hearnii Oxon. B.

§ 2 *Magna pars vociferantur*] Ita præferunt omnes editi; itaque Livium loqui solitum fuisse, vidimus ad v. 38. § 3. Nullus tamen codd. suffragatur, nisi forte Flor. ex quo nihil notatum invenio in excerptis. Eodem etiam ducunt vestigia Lov. 4. in quo, terminationis passivæ nota omissa, *vociferant* legitur. De hoc errore vide ad x. 10. § 1. *Magna pars vociferatur* præferunt Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 5. Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses. *Magna pars vociferat* Voss. 2. et Lov. 3. Quum tamen et illi, qui primi Livium typis describi curarunt, *vociferantur* in codd. suis, ex quibus ipsum ediderunt, invenerint, et verisimilius sit, indoctos librarios collectivo singulari additum verbum plurale in singulare, quam contra, mutasse, vulgatum servandum existimavi. Adde genus loquendi adprime Livianum esse, ut docebunt quæ notabo ad XXXV. 26. § 9.

Servilio Ahala opus esse] *Servio*, pro *Servilio*, est in Harl. 2. et Port. sollemni scribarum aberratione. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXII. Similiter 'Quinctius' et 'Quinctilius' commutantur. Vide ad VIII. 18. § 13. Tum *Hala* iidem duo codd. cum Lov. 3. 4. Hav. et vetustioribus excusis. Vide ad Epit. Liv. lib. IV. *Servilio opus esse Ahala*, mutato vocabulorum ordine, Leid. 2. et Lov. 1.

Non in vincula duci jubendo irritet publicum hostem] *Non invidia duci jubendo* Gaertn. quod librarii peccatum est. Scriptum fuerat *in vicla*, unde

Digitized by Google

minima mutatione nasci potuit *invidia*. Sæpissime enim *e* et *i* in *d* coalierunt. Vide ad x. 24. § 2. *Non in vincla* Flor. Lov. 1. 3. Voss. 2. et Leid. uterque. Vide ad cap. 16. § 2. Præterea *duci jubendi* Hav. Deinde *uritet publicum hostem* Lov. 3. *incitat publicum hostem* Lov. 2. et 4. Vide ad VIII. 32. § 16. Mox *jacture*, pro *jactura*, Gaertn.

§ 3 *Vim tamen eamdem habentem*] *Tadē*, sive *tandem*, Hav. quæ diversitas sæpe in Mss. invenitur. Vide ad XXII. 2. § 11. In verbis præcedentibus *leviorem urbis* Gaertn. pro *leniorem verbis*. Priscæ etiam edd. *leviorem verbis*, pro quo Aldus *leniorem v.* substituit. Et recte. 'Lenis sententia' opponitur 'asperæ.' Liv. III. 40. 'Alia sententia, asperior in speciem, vim minorem aliquanto habuit.' Hinc 'lenire ex asperitate' dixit II. 61. 'Sed ne ut ex consueta quidem asperitate orationis aliquid leniret atque submitteret.' Sæpissime autem commutantur *lenis* et *levis*. Vide ad Livii XXXVI. 31. § 8. Præterea *leniorem urbis sententiam* etiam Lov. 2. 5. et Klockian. 'Verbis' et 'urbis' inter se confundi, paullo ante vidimus ad c. 17. § 8. Similiter 'verbi' et 'urbi.' Vide ad VIII. 12. § 4.

Ex perniciosis consiliis M. Manlii] *Ex perniciosis M. Manlii consiliis* Harl. 2. Port. Hav. et Lov. 5.

§ 4 *Tum tribuni consulari potestate, tribunique plebei*] Vet. lib. *tribuni militum cons. pot.* Sigon. Ita et ex meis Gaertn. Port. et Hav. atque Hearnii Oxon. B. Integerrimi tamen vocem additam, quam Sigonius etiam in contextum recepit, non agnoscunt. Et recte. Supra hoc lib. c. 11. 'Insequenti anno A. Manlio, P. Cornelio, T. et L. Quinctiis Capitolinis, L. Papirio Cursore iterum, C. Servilio iterum tribunis consulari potestate:' ubi vide. Et ita *tribuni consulares*, quod titulo, quo hic utitur, convenit, vocantur VI. 1. 'Quæ Romani sub regibus primum, consulibus deinde ac dictatoribus, decemvirisque ac tribunis consularibus gessere.' Præterea *Cum tribuni* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Tunc tribuni* edd. principes, cujus loco Aldus *Tum* dedit, quod servant reliqui scripti. Vide ad II. 12. § 15. Deinde *tribunique plebis* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. omnesque exeusi usque ad Jac. Gronovium, qui edidit *tribunique plebi*. Et ita est in optimis Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad II. 42. § 6. Pro ea tamen nupera ed. Amstelædamensis reposuit *tribunique plebei*, incertum qua auctoritate; qui enim illi præfuit, nullo codice scripto usus est. Ita tamen in uno fragm. Hav. invenio.

Nam et, quia eumdem et suæ potestatis, quem libertatis omnium, finem cernebant, Patrum auctoritati se dediderant] Quidam ante *nam* et post verbum *dediderant* parentheseos signa apposuerunt: alii ante *quia* et post verbum *cernebant*: alii utroque loco, alii nusquam. Sensus haud est obscurus, durum tamen habens compositionem, utcumque distinguas. Glar. Vocula *nam* deest in Lov. 2. sed *namque eandem et suæ pot., quam lib. omnium, finem cern.* est in Harl. 2. Port. et Hav. nisi quod in postremo sit *eumdem*, licet tamen *quam* servet. Alibi sæpe 'finis' genere sequiori, tum apud Livium, tum apud alios scriptores, usurpari, vidimus ad IV. 2. § 4. *Namque*, pro *nam et quia*, etiam præfert Lov. 5. Videntur autem insuper librarii dare voluisse, *nam, quia eamdem*, vel *eumdem*, quomodo est in Lov. 4. aliter enim oratio non cohæret. Sed sæpius vocula *q*; sive *que*, et q^2, sive *quia*, in Mss. libris permutantur. Vide ad v. 29. § 3. Verum meliores codd. nihil variant. Variis conjecturis tamen A. Perizonius hunc locum tentavit. Vel enim τὸ *et* priori tantum loco, vel utroque delendum

Digitized by Google

censet; vel ita scribendum opinatur: *nam quia eumdem et suæ pot. et lib. omnium finem cernebant:* vel denique, post voces *nam et* distinguens, hunc verborum sensum et ordinem esse existimat: 'nam et' tribuni plebis 'dediderant se auctoritati Patrum, quia cernebant, eumdem finem et suæ potestatis' fore, 'quem libertatis omnium:' quæ ultima sententia reliquis præferenda, atque ita nihil mutandum est. Aliam adhuc lectionem obfert Voss. 2. *namque et, quia eumdem et suæ pot. libertatisque omnium finem cernebant:* quem si recipimus, evanescit duritia, quam in compositione deprehendisse sibi Glareanus videbatur. Nihil aliud enim in ea ipsi displicuisse existimo, quam quod in eadem periodo τὸ *et* bis pro 'etiam' poneretur. Deinde *auctoritati se dederant* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. *auctoritatis ediderant* Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. *auctoritates ediderant* Harl. 1. *auctoritate se dediderant* edd. vett. nonnullæ, pro quo jam Tarvisini receperunt *auctoritati:* quod etiam supererat in edd. Rom. 1472. et Parm.

Hi tum omnes, quid facto opus sit, consultant] A. Perizonius ad marginem cod. sui adscripsit, voces *hi tum* abesse posse. Fateor equidem, sine dispendio sensus eas deleri posse; sed insuper addo, qui invitis codd. deleverit, non intellexisse, aut certe non adtendisse ad Livii aliorumque scriptorum morem, qui hoc similiaque pronomina, tamquam repetitiones nominum, quæ præcesserant, ad memoriam lectorum juvandam interponere consueverunt, quum post inceptam orationem multa inter nomen et verbum media interposuissent, ut ita manifestum fieret, quemadmodum ultima primis cohærerent. Infrà XXV. 27. 'Qui Hippocratis milites fuerant, in haud magna oppida, ceterum et situ et munimentis tuta (tria millia alterum ab Syracusis, alterum quindecim abest) eo et commeatus e civitatibus suis comportabant, et auxilia arcessebant:' ad quem locum plura dicentur. Eidem rei aliquando inservire particulas 'itaque,' 'igitur,' similesque, monuit Gronovius ad Livii II. 12. § 2. Ceterum *hii tam̄ omnes* habent Lov. 1. et fragm. Hav. *hi tamen omnes* Lov. 4. *hii tñ omnes* Gaertn. *tam̄* aut *tn̄*, id est *tamen*, et *tū*, sive *tum*, sæpius in Mss. confundi, videbimus ad XXII. 17. § 5. *Tum* hoc loco servandum: est enim repetitio ejusdem vocis, quæ in initio periodi præcessit. Deinde *facto quid opus sit* Lov. 5. *quid opus facto sit* Hav. Vide ad XXXVIII. 10. § 1.

§ 5 *Eam autem ingentis dimicationis fore adpareret*] *Ingentis dimicatoris* Gaertn. *dimicationis ingentis* Hav. Paullo ante τὸ *vim* deerat in Gaertn. spatio tamen vacuo omissæ voci scribendæ relicto.

M. Menenius et Q. Publius tribuni plebis] Legendum *Q. Publilius*, non *Q. Publius*. Nemo enim duo habuit prænomina. *Glar.* Lege *M. Mænius et Q. Publilius. Mœnius*, quia 'Menenii' patricii, et sæpe in hoc nomine erratum est: *Publilius*, ne duo prænomina coëant. Quod in hac gente fit ubique, ut ante etiam monui. *Sigon. M. Menenius* servant Flor. Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Et sane quum Agr. Menenius, qui plebem in Sacrum montem secedentem in Urbem reduxit, 'ex plebe oriundus' fuisse dicatur II. 32. necesse non est, ut, nisi alia ejus rei caussa sit, hoc nomen mutetur. Quo tempore enim vel ipse ille Menenius, vel aliquis majorum ejus inter patricios adlegebatur, reliqui ejus gentis inter plebeios substitisse potuerunt, ex quorum posteris nunc aliquis tribunatum plebis gereret. Non quidem reliqui codd. quibus usus sum, in eam lectionem consentiunt, sed

Digitized by Google

nec in illam, quam ei substitnit Sigonius. Scriptura autem, quæ in illis superest, æque suspicionem præbere potest, illam ex *Menenius*, quam ex *Mænius*, corruptam esse. Nam *Mennius* est in Leid. 1. ex quo, inserta litera *e* fit *Menenius*, erasa altera *n Menius* vel *Mænius*. Sed *Meneius* habent Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ubi linea suprascripta, hoc modo *Menēius*, omitti potuit. Quum tamen ex hac gente alius tribunus, aut alterius nominis magistratus plebeius non obcurrat, et voces *Mænius* ac *Menenius* sæpe in Mss. confundi soleant, (ut videbimus ad VIII. 13. § 1.) scripturam, quæ ante Sigonium exstitit, revocare non sustinui. Præterea *et Q. Publius* Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. et fragm. Hav. *et Q. Pliblius* Port. *c. t. q*; *Publius* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *et Quintius Publius* Hav. Verum hic recte viri docti *et Q. Publilius* restituerunt, quod et in Voss. 2. et Harl. utroque superfuit, si codd. eorum excerptis, quæ penes me sunt, fidere possim. Sæpius hæc nomina in scriptis confunduntur. Vide ad II. 55. § 4. et ad VIII. 12. § 4.

§ 6 *Quid cum plebe adgredimur eum*] Videtur legendum *Quin cum plebe*. Sigon. Male conjicit Sigonius *Quin*, idque recepit in contextum. Nam quærunt, cur aggredimur Manlium, et una etiam plebem ab ipso pendulam? *Grut.* Male Sigonius legendum ariolatur *Quin*. Nam eo modo contrarius sensus auctoris menti infertur. *Gebh.* Facilis et aperta est sententia, cum per se, tum ex his, quæ mox dicunt tribuni: 'Simul multitudo illa non secum certari viderint, et ex advocatis judices erunt.' *Quin* non habet idoneum sensum. *Duk.* Præter solum Flor. *Qui cum plebe* obferentem, vulgatum servant omnes codd. idque etiam Sigonii conjecturæ præferendum docuit Gronovius in prima ed. notarum Livianarum. Godelevæum etiam eo nomine Sigonium reprehendisse, auctor est Doujatius. In cujus farragine quum nihil horum inveniam, perperam Godelevæi, loco Gruteri, ab eo mentionem factam esse existimo. Paullo ante *civitatis est*, pro *civ. esse*, male est in Port. Deinde *civem pestiferum* alio ordine Gaertn.

Quem per ipsam plebem tutius aggredi est, ut suis ipse oneratus viribus ruat] *Tutius aggrediemur* Leid. 1. a m. pr. quod recte in *aggredi est* deinceps mutatum est. Ita XLII. 41. 'Quæ verbo objecta verbo negare sit.' XLIV. 39. 'Quanto enim facilius abire fuit, quum procul abessemus.' Vide Vechneri Hellenol. lib. I. part. II. c. 31. et Nic. Heinsium ad Nason. Art. Amat. II. 28. Deinde *ut ipse suis oneratus viribus* Lov. 2. *Τὸ ipse* abest ab Exc. Pithœi apud Hearnium, abest etiam apud me a Leid. 2. et Lov. 1. quorum prior insuper male ostentat *ut suis oner. vir. ruat*. Nihil mutandum. XXX. 44. 'Ut prævalida corpora ab externis caussis tuta videntur, sed suis ipsa viribus onerantur.'

§ 7 *Diem dicere ei, nobis in animo est*] *Diem dicere, vel nobis* Leid. ambo, Lov. 1. 2. Harl. ambo, Port. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. C. atque Excerpta Pith. unde non abeunt Voss. 1. et Lov. 4. ac 5. nisi quod *vobis*, pro *nobis*, obferant. Utramque lectionem jungens *Diem dicere ei, vel nobis* habet Hav. *Diem dicere, et vobis* Gaertn. *Diem dicere et nobis* edd. Rom. 1472. et Parm. *Diem dicere velle, nobis* Voss. 2. et Lov. 3. In verbis seqq. *nihil minus quam popularе, quam regnum est* perperam præfert Lov. 1.

Simul multitudo illa non secum certari viderint] *Si multitudo illa* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. Verum vel librarii iterum non adsecuti sunt significationem *τοῦ simul* pro

Digitized by Google

'simul ac,' de quo vide hoc lib. ad c. 1. § 6. vel prima syllaba vocis sequentis ultimam τοῦ *simul* absorpsit, quomodo *eques terror*, pro *equester*, infra in optimis Mss. erat XXVII. 42. § 2. Deinde *nec secum certare* fragm. Hav. Tandem *viderit* Harl. 2. Port. et Hearnii Oxon. B. et C. At recte reliqui *viderint* tuentur, nisi quod *videri* sit in Hav. *Multitudo* cum verbo plurali sæpius apud Livium jungi solet. Supra III. 21. 'Multitudo clamore ingenti nunc consulum nunc Patrum fidem inplorant.' cap. 50. 'Hæc Virginio vociferanti succlamabant multitudo:' ita duo ibi præferunt codd. pro *succlamabat*. VII. 30. 'Stare omnem multitudinem ad portas, viam hinc ferentem prospectantes, certum habeo.' XXII. 10. 'Supplicatumque iere cum conjugibus ac liberis non urbana multitudo tantum, sed agrestium etiam:' ubi etiam librarii, quibus genus loquendi displicebat, varie turbarunt. XXIV. 3. 'Locros omnis multitudo abeunt.' XXXI. 42. 'Jam enim et quæ per agros multitudo sparsa fuerat, receperant se in castra:' ita et eo loco plerique scripti et vetustæ edd. XXXII. 12. 'Cetera omnis multitudo frequenti agmine petunt Thessaliam.' XXXV. 27. 'Multitudo alias casas ex arundinibus textas fronde texissent.' XXXIX. 50. 'Postero die multitudo quidem integra parcendum, ac per eum remedia quærenda esse præsentium malorum censebant:' ita eo loco ex scriptis et editt. vetustis restitui. Ita et Sall. in Cat. c. 43. 'Cetera multitudo conjurationis suum quisque negotium exsequerentur.' Similiter etiam D. Lucas in Euang. c. VIII. comm. 37. Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ πλῆθος τῆς περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτῶν. Eodem modo construitur et vox *turba* hoc lib. c. 17. 'Jam ne nocte quidem turba ex eo loco dilabebatur, refracturosque carcerem minabantur.' Alia vide ad XXXV. 26. § 9. Mox *ex avocatis*, pro *ex advocatis*, perperam fragm. Hav.

Patricium reum intuebuntur, et regni crimen in medio] Non scio, cur ante hæc verba potissimum omittatur copula, quæ hic non minus emphasios habere poterat, quam ante cetera. Maxime, quod, qui non bene attendat, omnia contra mentem Livii ita conjungere possit, 'et accusatores de plebe intuebuntur patricium reum.' Nam quod ita quater repetitur *et*, id non insolens est. *Duk. Intuebimur* Gaertn. Deinde *in medium* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

CAP. XX. § 1 *Primo commota plebs est*] *Plebis est* se in Pal. 1. invenisse, atque eam ob caussam *plebes est* legere, monet Gebhardus ad II. 24. § 2. Nostri nihil mutant. Paullo ante *factum est* alio ordine verborum Lov. 2. 4. Harl. 1. Port. et Hav.

Utique postquam sordidatum reum viderunt] *Sordidatum viderunt reum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav.

§ 2 *Nec cum eo non modo Patrum quemquam*] *Necumenoq; modo* Leid. 1. Vocula *non* deficit etiam in Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *motum*, pro *modo*, est in Hav. Deinde τὸ *Patrum* omittit Voss. 2.

Sed ne cognatos quidem aut adfines, postremo ne fratres quidem] *Sed non cognatos quidem* Leid. 2. et Lov. 1. *sed nec cognatos quidem* Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad I. 10. § 3. Tum *postero* Voss. 2. et Lov. 3. *postremum* Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. Mox *A. et T. Manlicos* Leid. 1. et Harl. 1.

Quod ad eum diem numquam usu venisset] Vox *diem* exsulat ab Harl. 1. *numquam* ab fragm. Hav. a m. pr. et Lov. 3. *venissent* legit Flor. a m. sec.

Ut in tanto discrimine non et proximi vestem mutarent] *Intento discrimine* Gaertn. Deinde *non etiam proximi*

Digitized by Google

Lov. 4. 5. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad XXII. 47. § 9.

§ 3 *C. Claudium inimicum Claudiamque omnem gentem sordidatam fuisse*] *Cum Claudium* Voss. 1. *Gn. Claudium* fragm. Hav. Male. ' C. Claudius' enim vocatur III. 58. et apud alios. Deinde *Claudinamque omnem gentem* est in Lov. 2. *omnemque Claudiam gentem* in Lov. 4. Sed vocem *omnem* expungit Hav. *sordidam* autem legit Port. In verbis præcedd. *M. Manlio*, pro *Ap. Claudio*, præferunt Lov. 2. 4. et 5. a m. pr. Tum *in vincla ducto* Port. Vide hoc lib. ad c. 16. § 2.

Obprimi popularem virum, quod primus a Patribus ad plebem defecisset] *Consularem virum* Harl. 2. Port. et fragm. Hav. a m. sec. Et quidem Manlium, qui olim Capitolium servavit, et nunc adfectati regni accusatur, antea consulatum gessisse, Livius dixit v. 47. ' Namque clangore eorum, alarumque crepitu excitus M. Manlius, qui triennio ante consul fuerat.' Verior tamen est vulgata lectio. Hoc enim Manlio invidiam concitasse, plebs prætexebat, quod popularis factus ad plebem a Patribus descivisset. Supra VI. 11. ' Primum omnium ex Patribus popularis factus, cum plebis magistratibus consilia communicare.' Præterea *quod primũ a Patribus* Leid. 1. Vide ad VI. 11. § 7. Voces *ad plebem* prætermiserunt scribæ Leid. 2. et Lov. 1.

§ 4 *Præter cœtus multitudinis, seditiosasque voces, et largitionem, et fallax indicium*] Omnia hæc verba, quæ in reliquis Mss. supersunt, non comparent in Harl. 1. *multitudini* est in Hav. Sed literam sibilantem finalem intercepit prima vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Tum *et largitiones* Leid. 2. reliquis adversantibus. Denique *fallax indicium* Lov. 4. 5. Gaertn. Port. et Hav. Vide ad VII. 39. § 5. Paullo ante *Tum dies venit*, pro *Cum d. v.* Lov. 5. a m. pr. et Gaertn. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem.

Pertinentia propria ad crimen regni ab accusatoribus objecta sunt reo] Scribe *objecta sint reo*. Rhen. Quid si *sint* legas? ut sit ordo, Quæ pertinentia proprie ad regni crimen ab accusatoribus objecta sint reo, apud neminem auctorem invenio. *Glar. Objecta sint reo* etiam omnes mei uno consensu; nisi quod voces *ab accusatoribus objecta sint reo* non adpareant in Port. et *sunt res* habeatur in uno Lov. 4. Præterea *pertinentia propria ad crimen regni* Voss. 2. et Lov. 3. Voces seqq. *apud neminem* omittuntur etiam in contextu Port. adscripta sunt tamen in margine.

§ 5 *Quum damnandi mora plebi non in caussa*] *Secum damnandi* Leid. 1. *eum damnandi* Hav. quæ varietas ob literarum similitudinem in scriptura Longobardica frequentissima est. Vide ad IV. 19. § 2. Mox *etiam* deficit in Lov. 2. *sed* sæpe pro ' sed etiam ' poni, vidimus ad II. 6. § 1. Hic tamen reliqui omnes codd. vulgatum tuentur.

§ 6 *Sine fœnore expensas pecunias tulisset*] De hoc loco agunt Salmasius de Usuris c. 2. p. 32. et Gronovius in Mantissa Pecun. Vet. c. 1. *Duk. Etulisset* Harl. 1. Mox *duci additos*, pro *d. addictos*, fragm. Hav. a m. pr. Vide hoc lib. ad c. 15. § 9. *duci aditos* Harl. 2. *duci adjectos* Lov. 4. Vide hoc lib. ad c. 14. § 10. et c. 15. § 9. Paullo ante *venire* deficit in edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 7 *Dona imperatorum ad quadraginta: in quibus insignes duas murales coronas, civicas octo*] De eodem Manlio Capitolino Plinius VII. 28. ' Primus omnium eques coronam muralem acceperat, sex civicas, triginta septem dona, triginta tres cicatrices adverso pectore exceperat:' et Aurel. Vict. de Vir. Illustr. c. 24. ' Triginta septem militaribus donis a suis ducibus ornatus, triginta tres cicatrices in pectore habuit.' Alium numerum coronarum Livius edit, alium Plin.

Digitized by Google

us; alium etiam donorum militarium, quam memorant idem Plinius et Aurelius Vict. Verum, quod adtinet ad dona, in his Livius more historicorum, qui non semper omnia subtiliter exsequi solent, numero rotundo usus est; idque ut indicaret, adhibuit etiam voculam *ad*, quæ 'circiter,' 'plus minus,' notat, ut Gronov. monet ad Livii x. 46. § 5. et Grævius ad Suet. Cæsar. c. 20. Sæpissime autem ea vocula hoc sensu tum apud alios, tum etiam apud Livium sumi solet. Et ita accipienda in locutione illa 'ad duo millia et trecenti occisi,' similibusque pluribus, de quibus vide ad x. 17. § 8. Ejusdem generis est 'tigni ad tricenos pedes longi' XLIV. 5. De coronarum tamen numero inter Livium et Plinium non convenit, aliosque hic, alios ille auctores secuti videntur. Ceterum vox *dona* male deerat in Gaertn. Tum *at*, pro *ad*, et hic et in verbis præcedentibus præferunt Voss. 2. et Lov. 3. sollemni errore. Vide ad Livii III. 17. § 3. Eorum prior codex præterea *dona imperatorum at x. insignes duas* male præfert: alter *at x* etiam, pro *ad quadraginta*. Neque melius *mirabiles coronas* Voss. 1. et Lov. 1. 4. ac 5. *mortales coronas* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et Harl. 1. Insuper in præcedentibus *decora quoque bello*, pro *dec. q. belli*, est in Voss. 2. Deinde *non commemorasset tantum, sed protulisset etiam conspiciendo* Lov. 5. *non commemorasse tantum, sed protulisset etiam inspicienda* Lov. 4.

§ 8 *Ad hoc servatos*] Vet. lib. *Ad hæc*. Sigon. Ita et quidam ex meis: idque verius videri posset, quod similiter § præc. *Ad hæc* præcesserit. Alteram tamen lectionem servant Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 4. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. Vide ad XXI. 52. § 10.

Servatos ex hostibus cives produxit] Suspicor verbum *produxit* ab exponente postea additum. Quod tamen subaudiri potest aptius, quam verbum 'protulisset,' quod inanimatis rebus convenit. Alioqui melius legatur *produxisse* cohærente oratione. Quod vero sequitur 'precatumque esse,' aut subaudiendum aliud verbum, puta 'aiunt,' sive 'ferunt,' aut scribendum *precatusque*. Rhen. Omnes omnino, quibus utor codd. servant *produxit*, nisi quod nihil in excerptis meis de lectione Flor. notatum videam, unde suspicio fit, recte exhibuisse *produxisse*. Contra *produxit* superesse in Oxon. suis L. 1. 2. B. C. et Excerpt. Pithœi testatur Hearne. Verior itaque est altera Rhenani conjectura, *produxisse* legendum, quam totam vocem deleudam esse. Erroris caussa fuisse videtur, quod librariis displicuerit oratio diutius suspensa, qui eam in partes dividendi occasionem, quamcumque poterant, quæsiverunt, neque adtenderunt ita etiam sequentia mutanda fuisse.

Inter quos C. Servilium magistrum equitum] Tὸ *inter* abest ab Voss. 2. in *quos* præfert Leid. 2. Sed, sæpissime ita librarios errasse, videbimus ad XXXVIII. 57. § 6. Deinde *Servilii* prænomen deficit in Harl. utroque. *P. Servilium* vocat Plinius VII. 28. Ad quem locum Harduinus, hoc discrimen notans, nos remittit ad alium locum, quasi ibi ea de re acturus, ubi tamen nihil simile obeurrit. Sed unum tantum circa hæc tempora Servilium magistrum equitum invenio, memoratum hoc lib. c. 2. Ubi pleriique librarii partim ejus prænomen omiserunt, partim ita corruptum exhibuerunt, ut illud non *Publius*, sed *Caius* fuisse adpareat.

Quum ea quoque, quæ bello gesta essent] Pronomen *quæ* exsulat a Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Gaertn. Verum id interceptum est a præcedenti vocula *que*. Vide ad XXIX. 6. § 8.

Oratione etiam magnifica, facta dictis æquando, memorasset] Sallust. Cat. c.

Digitized by Google

3. ' Quod facta dictis sunt exæquanda :' vide ibi Rivium et Wassium, et Cerdam ad Virgil. Æneid. II. 362. *Duk. Oratione magnifica,* omissa media voce, Leid. 1. *oratione et magnificentia* Hav. Deinde *memor esset* Leid. 1. Similes errores in Mss. admodum frequentes sunt. De iis vide ad XXIII. 29. § 16. Paullo ante *fastidio,* pro *fastigio,* Lov. 5.

Nudasse pectus insigne cicatricibus bello triginta tribus acceptis] Ita plerique habent codd. Alii numerum sustulerunt, tamquam ex Plinio subditicium, quod ego non credo : quamquam neutrum, cur vel negem, vel affirmem, sat habeo. Cæterum nec cum Plinio nec cum Cicerone in Manlii donis Livius probe convenit; sed non in hoc solum, de Dentato ac aliis idem accidit. *Glar.* Voces *triginta tribus,* licet Glareanus id non credat, omnino subpositítias esse, evincunt codd. quibus usus sum ; in quorum nullo eas inveni. Neque exstant etiam in excusis, nisi in Ascensianis 1513. 1516. et Parisina 1529. quos plerorumque codicum nomine indicare debuit Glareanus, quum tamen longe plures exstarent, quo tempore is adnotationes in Livium ederet, in quibus non invenirentur. Ceterum Ascensius, sive quicumque *triginta tribus* contextui Liviano addidit, secutus est vulgatam Plinii lectionem, in quo recte Hardninus VII. 28. ex omnibus Mss. *XXIII. cicatrices,* pro *XXXIII. cicatrices,* restituit. Eodem enim numero servato olim semper in Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. c. 24. editum est ' Viginti tres cicatrices in pectore habuit,' usque dum Schottus ex Plinio *triginta tres* substitueret. Præterea *cicatricibus in bello acceptis* Hav. Sed frustra. Supra hoc lib. c. 14. ' Et ipse tumultum augebat, cicatrices acceptas Veienti, Gallico, aliisque deinceps bellis ostentans.' Infra XLV. 39. ' Nudasse deinde se dicitur, et, quo quæque bello vulnera accepta essent, retulisse.'

§ 9 *Precatumque esse*] Ita præferunt Flor. Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. Excerpta Pith. et Neapol. Latinii. Ex Voss. autem utroque nihil in excerptis adnotatum invenio, ut *precatusque* habuisse videantur, quemadmodum erat in ed. cum qua commissi sunt. Et ita legendum esse Rhenano ad § præc. visum fuerat; *precatumque* enim ex eo, quod præcessit, ' dicitur,' pendere non posse. Addebat insuper, forte, si vulgatum servandum sit, aliud verbum, ' aiunt,' ' ferunt,' vel simile ad illud subintelligendum esse. Quo minus enim ' dicitur precatum esse' eodem modo accipi possit, quo similia alia, de quibus egi ad 1. 31. § 8. illud obstat, quod præcesserit ' spectans;' ita enim etiam *spectantem* dici oportuisset. Paullo ante *Deosque alio,* pro *D. alios,* erat in Voss. 2.

Quam mentem sibi Capitolinam arcem protegenti] *Protegentem* Port. et Hav. ut referatur ad præcedens *mentem.* Nisi forte librarius, *protegentem* scribens, eumdem errorem commiserit, quem jam notavi hoc lib. ad c. 3. § 8. sed *protegendi* est in Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Verum, ex minus distincte verba præeuntis pronunciatione hanc lectionis varietatem natam esse, existimo. Ejusdem erroris alia exempla vide ad VII. 16. § 3. Hic nihil mutandum puto.

Eam populo Romano in suo discrimine darent] *Eam populo PR. in suo* Leid. 1. Id vitiosum videntes nasutiores, qui in similes codd. inciderant, dederunt *eam pop. Rom. præsenti in suo discrimine,* quomodo præferunt Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. vel *eam pop. Rom. in præsenti suo discrimine,* ut habent Hearnii Oxon. N. et Neapol. Latinii. Sed, vocem *præsenti* a mala manu esse, nullus dubito.

Digitized by Google

Universosque, ut Capitolium atque arcem intuentes, ut ad Deos inmortales versi] *Universosque, ad Capit.* Harl. 1. Port. et Hav. *universosque Capit.* Lov. 4. Sed ita sensus Livii pervertitur, qui, ea lectione recepta, hic foret, Manlium orasse singulos universosque, qui jam tum Capitolium atque arcem intuebantur; quum potius oraverit, ut ea loca intueri vellent. Displicuit indoctis hominibus particulæ *ut* repetitio, quæ tamen elegans est, et sæpe apud Livium obcurrit. Vide ad XL. 39. § 8. Deinde *ad Deos immortales vñ* Gaertn.

De se judicarent] *De se vindicarent* Leid. 2. lapsu librariorum, qui in scriptis frequens est. Vide ad XXXIX. 47. § 2.

§ 10 *Quum centuriatim populus citaretur, et reus ad Capitolium manus tendens*] *Centuriatum* Leid. 2. quod foret 'citaretur, ut in centurias divideretur;' quod ab hoc loco alienum est, ubi *centuriatim* est 'in comitiis centuriatis.' Ita *tributim*, pro 'in comitiis tributis,' est III. 55. 'Legem centuriatis comitiis tulere, ut, quod tributim plebes jussisset, populum teneret:' ubi videndus est Sigonius. Deinde *reus id Capit.* Hav.

Ab hominibus ad Deos preces avertisset] *Ad Deos inmortales preces* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Sed vocem *inmortales* librarii ex præcedenti § male etiam hic repetierunt. Deinde *advertisset* iidem codd. cum Lov. 5. Vide hoc lib. ad c. 23. § 8. Præterea *ab omnibus* habet Hav. sollemni aberratione scribarum. Vide ad III. 54. § 6.

Adparuit tribunis, nisi oculos quoque hominum liberassent ab tanti memoria decoris] *Aperuit tribunis* Leid. 1. quas voces sæpe librarios commutasse, videbimus ad XLIV. 28. § 10. Tum *oculis quoque hominum* Hav. *hominum quoque oculos*, inverso vocabulorum ordine, edd. vett. usque ad Aldum, qui primus ita edidit, ut nunc exstat; quod reliqui etiam codd. probant. Deinde *liberasset* Hav. *lib. tanti mem. decoris* sine præpositione edd. vett. cum codd. Flor. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Supra III. 19. 'Instare Claudio, ut collegæ Deos manes fraude liberaret.' *A tanti memoria decoris* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. fragm. Hav. a m. sec. et Gaertn. atque ita Aldus eumque secuti recentiores usque ad Gronov. ediderunt, qui substituit *ab tanti memoria*, quod in reliquis codd. obtinet. Infra XXXVI. 17. 'Quamquam is quoque egregius titulus esset, liberatam a Philippo ante nunc ab Ætolis et Antiocho liberare:' ubi plura vide.

Numquam fore in præoccupatis beneficio animis vero crimini locum] Præpositionem *in* nôn agnoscunt Leid. 2. et Lov. 1. ut ita absolute *præoccupatis beneficio animis* ponatur. At reliqui eam constanter servant. In uno etiam Port. a m. interpolatrice deficit τὸ *vero*: cujus loco *non* recepit Lov. 4.

§ 11 *Ita prodicta die*] *Ita prædicto die* Neapol. Latinii, et Flor. a m. sec. qui antea exhibuerat *prodicto die*. Verum in his potius Livius genus sequius adhibere amavit, quod etiam reliqui codd. servant. Vide ad XXVII. 16. § 16. *prædicta die* fragm. Hav. *producta die* Leid. 2. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. C. atque omnes, quas vidi, edd. usque ad Gronovium, qui a. 1665. ei substituit *prodicta die*. Id autem superest in Voss. utroque, Leid. 1. Lov. 1. Harl. 1. et Klockian. Idem tamen Doujatio displicuit, qui *producta die* legendum contendit, quia sensus Livii est, judicium in aliam diem dilatum fuisse, et *prodicta dies* idem valet, ac 'prædicta,' quod hic non convenit. At vide quæ notantur ad III. 57. § 6. quo loco non modo, ut et alibi, 'diem prodicere' patienter tulit, sed et recte exposuit, caussæ dicendæ tem-

Digitized by Google

pas ad certam diem prorogare sive differre. Voces *Ita prodicta die in Petelinum lucum* desunt in Lov. 8. cui neglegentiæ occasionem dedit similitudo vocum *lacum* et *lucum*.

In Petelinum lucum extra portam Frumentariam] Sincera ac vetus lectio *extra portam Flumentanam*. Rhen. Ex hoc loco omnes colligunt, 'lucum Pœtilinum' extra portam Flumentanam in campo Martio fuisse, vel in pratis Flaminiis. Attamen Rufus, Varro, et Victor in regione illum quinta Esquilina collocant. Huic difficultati a Rufo obviam itur, qui in octava Circi Flaminii regione alium recenset lucum Pœtilinum. 'Lucus Pœtilinus,' inquit, 'major:' ad quem commodius, quam per Flumentanam portam, exiri non potuit. Verum ego, licet eo contentus esse potuerim, ex ejusdem auctoris additamentis adulterinis efficacius adhuc indicium expiscatus sum. Quod si enim duo fuere 'luci Pœtilini,' major autem antiquior, et a tempore usque Manlii, quid, quæso, Livium, Varronem, Victoremque movit, ut de altero ex his, velut unico, absque ulla 'majoris,' qua distingueretur, additione locuti sint? Cur nec Rufus ipse alteri 'minoris' titulum addidit? Quod si cui de solo 'majore' vulgata loquendi consuetudo distinctionem hanc usurpasse videatur, absque designatione alterius per cognomentum 'minoris;' Livium hic ego simpliciter de 'minore,' non autem de 'majore' loqui responderim, adeoque nec per Flumentanam portam ad id concilium exiri potuisse. Ad hæc catalogus, quæso, lucorum apud Victorem, observetur quem in fine subjiciat: unum enim tantum illic nominatum videbimus 'lucum Pœtilinum.' Quare alter ille 'major' merum illius hominis somnium est, qui, quum in Livio legisset, ad 'Pœtilinum lucum' porta iri solitum Flumentana, alium sibi ea parte lucum talem imaginatus, liberaliter illum nobis sub 'majoris Pœtilini' nomine, quo major ei fides haberetur, largitus est. Sed quid interim Livio faciemus? erroremne illum arguemus, quod 'Flumentana' illuc itum dicat? In meo codice scriptum invenio, *extra portam Frumentariam*; quæ ubi fuerit, ignorare me fateor: at *Flumentanam* male vulgo legi, dubium mihi nullum est. Nam quum Livius portam illam nominet, velut singularem ad 'Pœtilinum lucum' exitum præbentem, aperte satis remotiorem eam a Capitolio fuisse demonstrat, duxisseque ad locum, unde nequaquam conspici Capitolium possit. Contra vero Flumentana sub ipso sita Capitolio, ac præsertim sub ipsissima illa Capitolii parte, quam Manlius tutatus fuerat, non aliorsum, quam in pratorum Flaminiorum ducebat campique Martii late patentem planitiem; quæ ad pontem usque Milvium Capitolio subjecta semper illud in conspectu habebat, qui paucissimis, aut forte nullis, tum temporis ædificiis impediebatur. Nec in omni Urbis ambitu locus ullus erat, ubi collis ille melius conspici posset. Sed quid verbis opus? res ipsa luce meridiana clarius ex ipsius Livii, quæ præcedunt, verbis liquet: 'In campo Martio cum centuriatim populus citaretur, et reus ad Capitolium manus tendens,' &c. Prius concilium in campo Martio fuit, in conspectu Capitolii: alterum longe inde remotum extra portam, unde conspectus ille non esset, 'in luco Pœtilino:' ergo nec in campo Martio, ubi major ille lucus fuisse fingitur, neque 'extra portam Flumentanam,' quæ in campum Martium ducebat, et ad loca conspectui Capitolii quam maxime opportuna. Verum, inquiet aliquis, lucus ipse conspectum Capitolii oculis adimebat, objectis arboribus. Sed leve hoc. Neque enim tam grandis ille lucus fuit, ut universum populum

Digitized by Google

continere potuerit: nec inter arborum impedimenta haberi concilium, exercerive judicium potuit: et, ut id concedatur, cur Livius addidit 'extra portam Flumentanam,' qua jam pridem exitum fuerat? Verba sane illius historici necessario indicant, sequenti die alia egressum ex Urbe porta, quam priore; adeoque diversa a 'Flumentana' ad 'lucum' itum 'Pœtilinum,' quo concilium indictum fuerat. Quare pro *Flumentanam* levi correctione *Numentanam* repono; errorem ex affini figura literarum *N* et *Fl* ortum conjiciens. Porta vero 'Numentana' a Capitolio remotissima fuit, duxitque in eum locum, cui agger Servii Tullii omnem Capitolii ceterorumque Urbis collium conspectum adimebat. Rursum objici poterit, quum 'lucus Pœtilinus' in Esquiliis fuerit, cur 'porta Numentana' exitum fuerit, quæ in colle Quirinali erat; cur non potius e viciniore? Verum e foro, unde magistratus et populus Romanus ad concilium ibant, Numentana ceteris omnibus commodior erat et propinquior: quæ luci Pœtilini vicinitas ad portam Numentanam mihi persuasit, ut eum non in Esquilino fuisse existimem, sed in Viminali; ita tamen qua hic Esquilino proximus. Sed nimium fortasse longe videbor exspatiatus. Quidquid tamen attuli, non, ut emendationem hanc certam esse affirmare velim, dixi; verum potius, ut aliis in re dubia certiorem promendi conjecturam ansam præbeam, quibus pro sua eruditione liquidior forte veritas apparebit. *F. Nardinus* Rom. Vet. lib. IV. c. 4. Gruchius de Comit. 1. 5. observat, comitia centuriata semper in campo Martio habita fuisse, præterquam in hoc judicio: et in Præfatione libri, comitia centuriata hic vocari 'concilium populi.' Livius 1. 36. 'Concilia populi, exercitus vocati, summa rerum, ubi aves non admisissent, dirimerentur.' J. F. Gronovius exponit 'comitia curiata,' 'tributa,' 'centuriata.' Dubitari potest, an his verbis etiam 'comitia tributa' comprehendantur: nam ea non auspicata fuisse docuit Gruchius de Comit. II. 4. *Duk. In Petilium lucum* Leid. 2. et Neapol. Latinii: *in Petilinum lucum* Lov. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *in Petelinum lucum* servant reliqui, eamque scripturam probare videtur Sigon. ad VII. 41. § 3. Per diphthongum *lucus Pœtilius* vocatur Varr. de Ling. Lat. l. IV. p. 15, altera scriptura *lucus Petillius* in margine hærente. An forte scribendum *in Pœtelinum lucum?* ut nomen acceperit a gente Pœtelia, de cujus vera orthographia vide ad III. 35. § 11. *In Petelinum locum* habent Voss. 2. et Leid. 1. *in Pettelinum locum* Lov. 1. Sed 'locus' et 'lucus' sæpe confunduntur a librariis. Vide ad XXI. 48. § 4. Deinde *extra portam Frumentariam*, ut ante Rhenanum edebatur, præferunt Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Leid. 2. *extra portam Frumentanam* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. ac 3. literis *r* et *i* in unam *n* contractis. Vide ad III. 30. § 3. *Extra portam Flumentanam*, ut Rhenanus in suo reperit, Flor. Voss. 2. et Harl. 1. *extra portam Numentanam*, ut Nardinus conjecit, Klockian. quæ tum dicenda erit *Nomentana*, quum *Numentana* sit recentiorum. Vide ad III. 52. § 3. Et hanc scripturam in contextum recepi, quum altera manifeste vitiosa sit.

Unde conspectus in Capitolium non esset] *Conspectum* Klockian. quasi hoc nomen esset ex numero eorum, quæ olim ad normam secundæ et quartæ declinationis formata sunt, de quibus vide ad IV. 9. § 6. Uni tamen codici tantum tribuere non audeo, ut ejus testimonio lectionem illam genuinam esse existimem. Mox *consilium populi* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Male.

Digitized by Google

Indicantur enim 'comitia centuriata,' quæ non *consilium*, sed *concilium*, vocari debent. Vide Gronov. ad Liv. XLIV. 2. § 5. Tum *inditum*, pro *indictum*, Voss. 1. quæ verba sæpe librarii in Mss. commutarunt. Vide ad III. 65. § 4.

Ibi crimen valuit, et obstinatis animis triste judicium invisumque] *Ubi crimen valuit* Lov. 2. et fragm. Hav. quæ varietas in scriptis passim obvia est. Vide ad XXVII. 5. § 2. *Ibi crimen maluit* Hav. Vide ad XXXVII. 54. § 2. Deinde *triste judicium jussum est, etiam judicibus factum* Voss. 2. et Lov. 3. 'Jussus' et 'iniusus,' sive 'invisus,' parum differunt, et facile commutari potuerunt. Eadem ratione 'iusserit' et 'iusserit,' id est 'inusserit,' commutari, videbimus ad IX. 3. § 13.

§ 12 *Sunt, qui duumviros*] Ex voluminibus Mss. antiquius habet et emendatius *Sunt qui per duumviros*. Quare sic lego et distinguo: *Sunt qui per duumviros, qui de perd. anquirerent creatos, auctores sint damnatum. Trib. de saxo Tarpeio dej.* Sensus est Livii: quidam dicunt, damnatum ab ipso populo, quidam a duumviris. Hoc vero constat, quod tribuni illum de saxo Tarpeio dejecerint. *Rhen.* Faërnus ita totum hunc locum legebat, interpungebatque: *Sunt qui per duumviros, qui de perduel. anquirerent, creatos, auctores sint, damnatum tribuni, &c.* Ursinus. Faërnus, referente F. Ursino, totum hunc locum ita legebat, interpungebatque: *Sunt qui per duumviros, qui de perd. anquirerent, creatos, auctores sint damnatum tribuni.* Verum obscurius multo intricatiusque vulgata lectione. Pal. 1. æque mendose habet, *Sunt, qui per divini viros, qui de perd. inquirerent, creatos auctores sint.* Pal. 2. *Sunt qui duumviros, qui perduellionem inquirerent, creatos auctores sint.* Quid Rhenanus conatus sit, in propatulo est. *Gebh.* Duo Pall. Th. duo Voss. Helm. *Sunt qui per duumviros.* Ex quo apparet, recte Rhenanum τὸ *damnatum* a sequenti periodo ad hanc retraxisse. Nisi intelligas, per duumviros *judicium factum*. J. F. Gron. *Sunt qui duumviros* apud me tantum superest in Lov. 2. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Reliqui, et inter eos etiam integerrimi, *Sunt qui per duumviros* præferunt, nisi quod τὸ *viros* desit in Leid. 1. Etiam Hearne, qui præter excerpta Pithœi quinque codd. Oxoniensibus usus est, unum tantum cod. B. memoravit, qui præpositionem *per* non agnoscebat, ut reliquos eam exhibuisse verisimile sit, quemadmodum etiam exhibet Neapol. Latinii. Utrum vero cum Gronovio ex præcedenti 'judicium factum' intelligas, an potius ex sequenti periodo 'damnatum' huic jungas, ut Rhenano visum fuit, haud multum interesse existimo; quum Doujatius putet, si posterius placeat, sensum Livii clariorem fore, ac melius intelligi. Ceterum, quis sensus ex Faërni interpunctione emersurus sit, non intelligo; nisi forte operæ in notis Ursini excudendis errarint, et eodem modo Faërnus legendum atque interpungendum censuerit, quo Rhenanus.

Qui de perduellione anquirerent, creatos] Vocula initialis *qui* deficit in Lov. 2. *qui perduellionem acquirerent* legit Lov. 4. *qui perd. acquirerent* fragm. Hav. a m. pr. *qui de perd. quærerent* a m. sec. quod posterius exstat etiam in Lov. 5. Harl. 2. et Port. *qui de perd. acquirerent* Gaertn. *qui de perd. añ q̃rerent*, sive *ante quærerent*, Leid. 2. *qui de duellione antequererent* Lov. 1. *qui et perduellionem inquirerent* Hav. *qui de perd. inquirerent* Voss. 2. Lov. 3. et Hearnii Oxoniensis C. Sed vulgatum rectum est, quod ex meis servant Flor. Leid. 1. Harl. 1. et Voss. 1. Librarios sollemni errore 'anquirere,' verbum vulgo minus notum, passim in 'acquirere' et 'inquirere' mutare solitos fuisse, monuit Gifanius in Indice Lucret. voc. 'Anquirere.'

Digitized by Google

Vide Delr. Comm. ad Senec. Hippol. vs. 1274. viros doctos ad Cic. de Amicit. c. 21. Lips. et Pichen. ad Tacit. Hist. II. 59. Ryckium ad Tacit. Ann. XIV. 22. Gebhard. ad VI. 26. § 10. Dukerum ad Flori IV. 12. § 12. Cortium ad Sall. Jug. c. 13. § 6. Vide etiam, quæ notata sunt ad II. 52. § 5. et notabuntur ad VIII. 33. § 17. Deinde *citatos* Lov. 1. 4. 5. Voss. 1. et Leid. 2. Ita et alibi peccarunt librarii. Vide ad II. 64. § 2. Mox *deicerent*, pro *dejecerunt*, Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. *dejecere* a m. sec.

Locusque idem in uno homine et eximiæ gloriæ monimentum] *Locusque deiñ*, transpositis literis, Port. et Hav. ex quo *locusque deinde* factum est in Harl. 2. *locusque quidem* Leid. 2. et Lov. 1. quomodo et alibi librarii lapsi sunt. Vide Corte ad Plinii Epist. III. 20. § 2. Id autem hoc loco tanto pronius ipsis fuit ob similitudinem præcedentis voculæ *que*. Deinde *et gloriæ eximiæ*, aliter compositis vocabulis, Harl. 2. Præterea *munimentum* Gaertn. De hoc errore vide ad IV. 10. § 6. *monumentum* scribunt Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 3. 4. 5. Hav. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. Parm. ac quædam aliæ. Ceterum hunc locum expressit, ut in margine Livii Jac. Perizonius observavit, Plutarch. in Camill. p. 148. Τὸν αὐτὸν τόπον ἔσχε καὶ τῶν εὐτυχεστάτων ἔργων καὶ τῶν μεγίστων ἀτυχημάτων μνημεῖον.

§ 13 *Ubi nunc ædes atque officina Monetæ est*] Vide Livium VII. 28. Plutarch. in Camill. p. 148. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ κατασκάψαντες ἱερὸν ἱδρύσαντο θεᾶς, ἣν Μονήταν καλοῦσι. In verbis præcedd. *una, quæ quum*, pro *una, quod quum*, obferunt edd. vett. quas vidi, usque ad Mediol. 1505. quæ ita, ut nunc editur, dedit, succinentibus omnibus scriptis. Post eam nihilominus vulgatum Ascensius servavit, Moguntini *una, qua* ediderunt. Aldus demum recte præeunti obtemperavit: et hunc plerique reliqui secuti sunt.

Latum ad populum est, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret] *Latum est*, mediis vocibus omissis, Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *in arce aut in Capitolio* Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Ita quidem Livius sæpe loqui amavit. Vide hoc lib. ad c. 28. § 6. Hic tamen vulgatum tuentur codd. meliores. Idem autem, quod Livius, etiam refert Plut. in Camill. p. 148. Τὸ λοιπὸν ἐψηφίσαντο, μηδένα τῶν πατρικίων ἐπὶ τῆς ἄκρας κατοικεῖν.

§ 14 *Quod gentis Manliæ decreto cautum est, ne quis deinde*] *Quidem gentis* Hav. Tum *gentis Manliæ decreto quoque cautum est*, addita una voce, Leid. 2. Deinde *catum est* Harl. 1. *captum est* Lov. 1. Denique *ne quis inde* Voss. 2. et Harl. 2. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Sed voculam *deinde* ignorant, quas consului, edd. usque ad Aldum, qui primus adjecit.

Marcus Manlius vocaretur] Alii tollunt nomen *Manlius*. Ego tantum transponendum putarim levi emendatiuncula *Marcus Manliis vocaretur*. Grut. Nihil mutantibus libris vulgatum servari posse puto. Et ita Cic. etiam locutus est Philipp. I. 13. ‘Propter unius M. Manlii scelus, decreto gentis Manliæ, neminem patricium M. Manlium vocari licet:’ ubi, teste Ferrario, in scriptis erat *patricium Manlium vocari*, unde ipse *patricium Marcum vocari* emendabat, Guilielmius vocibus transpositis *patricium Manlium Marcum vocari* apud Gruterum legebat. Quum autem Gruterus hic levi emendatiuncula transponendum dicat, similiter et in Livio legendum censuisse videtur, sed perperam deinde *Marcus Manliis* addidisse, pro *Manlius Marcus*. Verum neque in Cic. aliquid innovandum puto. Nam in Mss. illis, quos Ferrarius vidit, prænomen Manlii *Marcus*, quod unica litera *M.* notari solet, excidit neglegentia librariorum, quoniam vox sequens similiter a litera *M.* incipiebat.

Digitized by Google

Alia ejusdem erroris exempla videbimus ad Liv. XL. 34. § 1. Mox *vir ubi in libera civitate*, pro *vir nisi in libera civitate*, perperam præfert Gaertn.

§ 15 *Populum brevi, postquam periculum ab eo nullum erat, per se ipsas recordantem virtutes, desiderium ejus tenuit*] Similia plane narrat Curtius lib. VII. initio de Philota. Elegantissimus locus est apud Diodorum lib. XVII. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναγνοὺς τὴν ἐπιστολὴν χαλεπῶς μὲν ἤνεγκεν ἐπὶ τῇ τ' ἀνδρὸς τελευτῇ, καὶ πόλλακις ἐπεξήτησε τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ· καὶ παρόντι μὲν οὐ χρησάμενος, ἀπόντα δὲ ποθήσας, ὅτε οὐδὲν ὄφελος ἦγεν τὴν καλοκαγαθίαν ἀνδρὸς ἐκ τῆς τῶν διαβαλόντων κακίας. *Gebh.* Vir doctus ad marginem ed. Curionis legebat *per seipsum*. Sed vulgatum, quod firmat omnium codicum consensus, verius est: ordo enim est, 'per se recordantem ipsas virtutes.' Ceterum *periculum ab eo missum erat* legit Lov. 2. in contextu, altera lectione in marginem rejecta. *Periculum a M. Manlio erat* Lov. 4. qui etiam *recordantes* præfert.

Pestilentia etiam brevi consecuta] *Pestilentia jam brevi* fragm. Hav. a m. pr. *pestilentia brevi*, omissa media voce, Leid. 1.

§ 16 *Violatum Capitolium esse sanguine servatoris*] E Pal. 1. videtur legendum esse *violatum fuisse Capitolium etiam sanguine servatoris*. Gebh. Omnes nostri in vulgatum conspirant, nisi quod in solis sit Voss. 2. et Lov. 3. *violatum Capit. etium sanguinis servatoris*. Receptam lectionem servandam puto. Nam languet illud *etiam*, et nullam emphasin habet.

Nec Diis cordi fuisse pœnam ejus oblatam prope oculis suis] *Dis* Flor. Vide ad V. 14. § 4. *Ne Diis cordi fuisse pœnam ejus* Leid. 1. *nec Diis cordi fines se pœnam ejus* Gaertn. Deinde *pœnam ejus contra oblatam* Voss. 2. et Lov. 3. An 'contra oblatam' eodem modo capiendum erit, ut 'contra intueri' I. 16. § 6.? Verius tamen puto, vocem *contra*, quæ abest a reliquis scriptis, a mala manu profectam esse. *Ablatam* habet Leid. 1. errore in scriptis sæpe obvio. Vide ad VIII. 16. § 8. Insuper vocem *suis* omittit Hav. pro qua *sint* erat in Gaertn.

A quo sua templa erepta e manibus hostium essent] E Pall. tribus et Camp. ed. scribendum *a quo sua templa erepta man. host. essent*. Gebh. Eadem lectio superest in plerisque meorum. Certe eam præferunt Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. eamdem etiam Hearnius in Oxon. B. invenit. Ita V. 50. 'Aurum, quod Gallis ereptum erat.' In solo tantum Flor. et Harl. 1. perstat *erepta e manibus*, quomodo et primi editores in codd. suis (unde Livii scripta partim primi ediderunt, partim ab aliis edita emendarunt,) reperisse censendi sunt, nisi quod Campanus, ex quo Gebhardus *erepta manibus* profert, in cod. similiter depravatum, ac plerique scripti, inciderit. Et quidem Leid. 1. erroris hujus originem indicare videtur, obferendo *ereptæ manibus hostium:* ut primo præpositio fini vocis præcedentis adcreverit, deinde a nasuto, qui lectionem similem aperte vitiosam videret, expuncta sit. 'Eripere e manibus hostium,' ut 'eripere ex hostibus' XLI. 14. 'In provinciam redire, et coloniam ex hostibus eripere.' Livium vero solitum fuisse præpositiones, quibuscum verba composita erant, in regimine repetere, vidimus supra ad Præfat. § 11. Ceterum *erecta* est in Gaertn. errore sæpius in membranis vetustis obvio. Vide ad III. 5. § 7.

CAP. XXI. § 1 *Pestilentium, inopiam frugum, et vulgatam utrinsque mali famam*] Mss. *Pestil. inopia frugum;* subaudi 'excepit:' et recte. *Sigon.* Leve omnium jam ab Andrea librorum vitium. Scribe, *Pestil. inopia frugum*,

Digitized by Google

et vulgatum. Nam et prorsus ita IV. 52. 'Pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, ut plerumque fit, excepit.' Notavimus olim: nunc video confirmatum ab utraque membrana Voss. et Rott. *J. F. Gron. Inopia frugum*, præter Voss. utrumque, ex meis codd. quoque præferunt Lov. 1. 3. 4. 5. Leid. 2. Harl. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quomodo etiam Hearne in Oxoniensibus sibi obviam fuisse testis est. *Inopiam* autem non tantum inveni in Port. sed insuper in Flor. Leid. 1. et Harl. 1. ut pateat, optimos codd. interdum vitiatos, ac malam manum passos esse illis locis, ubi reliqui, bonitate longe inferiores, erroris immunes sunt. Insuper *Pestilentia, inopia frugum*, præferunt male Gaertn. et Lov. 5. Tum *et volgatum* Flor. a m. pr. et Leid. 1. Vide ad XXXIX. 53. § 2. Vocula *et* deerat in Lov. 2. Denique *utrüque mali* Gaertn. *utrisque mali* Leid. I. et fragm. Hav. a m. pr. in *utrinsque mali famam* Lov. 5. In verbis seqq. *anno insequenti*, pro *anno insequente*, habent Harl. 2. Port. et Hav. Quemadmodum, Livium ablativum singularem participiorum temporis præsentis non modo in *e*, sed etiam in *i*, formasse, vidimus hoc lib. c. 14. § 13. ita etiam sine discrimine modo *sequenti* et *insequenti*, modo *sequente* et *insequente* dixit. 'Insequenti' et 'sequenti' habes III. 2. § 1. c. 10. § 5. IV. 23. § 1. c. 59. § 6. c. 61. § 3. VI. 11. § 1. c. 22. § 1. § 4. et alibi, quibus omnibus scripti nihil mutant. Contra *insequente* editur IV. 49. § 7. ubi tantum levioris fidei codd. *insequenti* substituunt: at *insequenti* circumfertur vulgo IV. 12. § 1. c. 47. § 8. XXXVIII. 24. § 5. quibus tamen omnibus meliores libri *insequente* præferunt: pro qua scriptura quum etiam hoc loco stent optimæ membranæ, eam servandam puto.

L. Valerio quartum, A. Manlio tertium, Ser. Sulpicio tertium, L. Lucretio] Hic locus satis convincit, a. CCCLXVI. initio hujus libri c. 1. § 8. *A. Manlium* legendum esse, non *Manilium*, quod ibidem etiam adnotavimus. Fuit autem M. Manlii frater, ut Titus, quemadmodum paullo ante c. 20. habetur. Legendum etiam hoc loco *Ser. Sulpitio Rufo IIII.* quippe qui ter antea fuit, et *L. Lucretio Tricipitino tertium*, qui antea bis fuit. *Glar. L. Valerio quarto* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. *L. Valerio M.* Voss. 2. et Lov. 3. sed litera *M.* inde nata est, quod scriptum fuerit per notas numerales *L. Valerio IIII*, ut præfert Leid. 1. *L. Valerio IIII°.* habet fragm. Hav. Sed iterati honoris numerum omisit Hearnii Oxon. L. 1. Tum *Aulo M.* Voss. 2. *Aulo III°.* fragm. Hav. a m. pr. *Aulo Manlio III°.* a m. sec. et Lov. 2. *A. Manlio tertio* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. *A. Manlio M.* Lov. 3. Deinde *Ser. Sulpicio tertium* non agnoscunt Lov. 5. Harl. 2. Port. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. Quin et Leid. 2. ac Lov. 2. non ejus tantum, sed et insuper trium sequentium tribunorum nomina omittunt. Pro eo *Servilio Sulpicio M.* habet Lov. 3. *Servilio Sulpicio tertio* Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. jam sæpius notato errore. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXII. Glareanus non tantum interponit cognomen Servilii *Rufo*, sed et *tertium* mutat in *IIII.* utrumque male. Nam nullius tribunorum ex collegio hujus anni cognomen Livius retulit, neque etiam illud *Rufo* ullus codex admittit: *tertium* etiam, vel *tertio*, vel *III.* constanter servant scripti. Unde vero factum fuerit, ut *IIII.* pro *tertium*, scribendum esse Glareanus existimarit, dictum est ad c. 18. § 1. Denique *L. Tito Lucretio* Hearnii Oxon. C. invitis ceteris membranis, quæ nihil mutant. Quare neque hic audiendus est idem Glareanus, qui non modo Lucretii prænomen *Tricipitino* adje-

Digitized by Google

cit, sed et repetiti honoris nomen *tertium*. Existimat autem eumdem hunc esse 'Lucretium Tricipitinum,' qui tribunatum consularem adeptus narratur v. 32. et VI. 4. A Glareano dissentit Pighius in Annal. ad a. CCCLXXI. p. 236. qui Lucretium hoc anno tantum iterum tribunum fuisse existimat, eumque, qui v. 32. memoratur; 'L. Lucretium Flavum' nominat, et biennio ante consulem referri apud Liv. v. 29. conjicit. Verum, utra etiam sententia verior sit, repetiti honoris notam non addendam esse arbitror, quod Livius eam sæpius omittat, etiam ubi collegis addit. Vide ad II. 16. § 7.

L. Æmilio tertium] *Lucinio Æmilio* Voss. 2. et fragm. Hav. *Licinio Æmilio* Gaertn. Vide ad Liv. VI. 27. § 2. At prænomen omittit Leid. 1. Deinde *tertium* deficit in Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr.

§ 2 *Hostes novi, præter Volscos*] Primam vocem non agnoscit Hav. *Hostes novos præter Volscos* perperam dedit Port. Mox haud melius *datus*, pro *datos*, Leid. 1. et Harl. 1. *datas* Lov. 3. Sed vox illa deest in Lov. 2. qui etiam *in æternum prope* alio ordine exhibet.

Circeiosque et Velitras colonias jam diu molientes defectionem] *Cerceiosque et Velitras colonias* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hav. *Circeusque et Velitras coloniæ* Leid. 1. *Cereusque et Velitras coloniæ* Harl. 1. *Cercesque et Vellitras colonias* fragm. Hav. in quo *Cerceiosque* a m. sec. emendatur. *Cereosque et Velitras colonias* Voss. 2. et Lov. 3. *Ceretresque et Velitres coloniæ* Lov. 2. *Ceretes et Velitres coloniæ* Gaertn. *Cercei et Velitres coloniæ* Harl. 2. et Port. *Circeios et Velitres coloniæ* Lov. 4. *Circeios et Velitras colonias* Lov. 5. Vide ad c. 12. hujus lib. § 6. Deinde *tam diu molientes* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Sed error hic in scriptis sæpe obcurrit. Vide ad XXI. 11. § 12.

Lanuvini etiam, quæ fidelissima urbs fuerat, subito exorti] *Lavinii etiam* Lov. 4. 5. Harl. 2. et Port. *Lavinum etiam* Lov. 2. *Lavinium etiam* Hav. *Lavinii et Lameĩ fidelissima* fragm. Hav. a m. pr. *Lavinii et quæ fidelissima* a m. sec. *lavi nūq̃ etiam quæ fidelissima* Gaertn. Vulgata scriptura proba est. *Lanuvini* sunt incolæ urbis Lanuvii: at Lavinii incolæ 'Laurentes' Livio dicuntur I. 1. 14. VIII. 11. XXXVII. 3. et alibi: quamvis alii tamen Laurentum et Lavinium distinguant, ac duo diversa oppida fuisse tradant. Vide Pighii Annal. ad CDXV. p. 315. et Cluver. Ital. Ant. III. 3. qui p. 882. 'Laurentum,' et p. 889. 'Lavinium' describit: aliis 'Laurentes Lavinates' adpellantur. Vide ad Livii I. 14. § 1. notata. Displicuit librariis quibusdam compositio 'Lanuvini fidelissima urbs,' et hinc *Lavinium* dederunt. Sed quomodo tum convenire poterit, quod sequitur, *subito exorti*? De genere loquendi vide quæ notantur ad XXXVIII. 29. § 9. *Lavinium* autem et *Lanuvium* passim in Mss. commutari solent. Vide ad III. 29. § 6. et ad VIII. 8. § 5. Præterea *quæ fedissima urbs fuerat* Voss. 2. Sed librarii manus aberrans dare voluisse videtur *fidissima*. Alibi hæ voces commutari solent. Vide ad XXXVII. 7. § 9. Quia tamen alii omnes codd. receptam lectionem tuentur, alteram ex glossemate natam puto. Denique *urbs fidelissima* transpositis vocibus Harl. 2. Port. et Hav.

§ 3 *Contemtu accidere, quod Veliternis civibus suis*] *Contemtu accipere* male Leid. 1. *accidereq; Veliternis* Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8. Deinde *Voliternis* Voss. 2. *Velliternis* fragm. Hav. *Velitrinis* Leid. 2. Lov. 2. et Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 36. § 1. Vox *suis* deficit in Lov. 5.

Decreverunt, ut primo quoque tempore ad populum ferretur] *Decrevere* Gaertn. *decreverit* Lov. 3. Tum *ferretur ad pop.* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav.

Digitized by Google

afferretur ad pop. Leid. 2. et Lov. 1. *deferretur ad pop.* quædam priorum edd. Sed vulgo notum est, sollemnem in hac re locutionem esse 'ferre ad populum.' Vide Brisson. de Formul. l. II. p. 220. Infinita ex Livio exempla dari possent. Ita cap. præc. 'Latum ad populum est, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret.' Mox hoc cap. 'Ut bellum juberent, latum ad populum est.' Plura adscribere abstineo. Mox in verbis seqq. *de bello indicendo*, exsulante media voce, Leid. 2. *de bello ejus indicendo* Hav. *ut de bello eis indicendo* Lov. 2.

§ 4 *Quo paratior plebes esset*] *Plebs* Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad I. 20. § 6. Insuper vox *esset* deficit in Leid. 2.

Quinqueviros Pomptino agro dividendo] *Agro Pontino* Voss. 1. et Lov. 5. *agro Pontiano* Leid. 2. *Pontino agro* Lov. 1. 4. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. *Promptino agro* Lov. 2. *Promtinio agro* Gaertn. Vide ad II. 34. § 4. *Pomptino agrum dividendo* Leid. 1. *Pomptino acrem dividendo* Harl. 1.

Triumviros Nepete coloniæ deducendæ creaverunt] Vet. lib. et ratio, quam ante attuli, docent *Nepet* legendum esse. *Sigon.* Ex meis Sigonio adsentiuntur tantum minoris auctoritatis codd. Harl. 2. Port. a m. pr. et Hav. Reliqui *Nepete* servant, nisi quod *Nepte* sit in Gaertn. et *Nepetat* in Leid. 1. et Harl. 1. Vide hoc lib. ad c. 9. § 3. Tum *creaverant* est in Hav.

§ 5 *Latum ad populum est: et nequidquam dissuadentibus tribunis*] *Latum est ad pop.* Lov. 1. 5. Voss. 1. et Leid. 2. *legatum ad pop. est* errore librarii Flor. Tum *ut nequicquam dissuad.* Harl. sec. *et nec quicquam dissuad.* Port. *et nequaquam dissuad.* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. sæpius obvio errore. Vide ad XXVII. 26. § 2. Paullo ante *bellum ut juberent* alio ordine Lov. 5. Ceterum A. Augustinus sive Octav. Pantagathus apud Ursinum ad I. 43. § 12. existimat, Livium, non habita temporis ratione, dixisse *omnes tribus bellum jusserunt*, pro *omnes centuriæ bell. juss.* vel, voce *tribus* omissa, *omnes bellum jusserunt*. Cujus censuram veram esse puto. De bello enim Veliternis indicendo actum fuit in comitiis centuriatis, ut ex eo patet, quod senatus decreverit, ut de ea re 'ad populum' ferretur; deinde quod non alii, quam tribuni consulares, ferre potuerint, legem dissuadentibus tribunis plebis. Ut autem tribuum in comitiis centuriatis mentio fieret, nondum hujus temporis esse, Pantagathus ibidem docuit.

§ 6 *Et magna hominum pars eo, ut legatio supplex Romam mitteretur, inclinabat*] Duo priores voces deficiunt in Harl. 1. quas tamen retinent alii libri. Tò *pars* exsulat a Leid. 2. pro quo *par* est in Leid. 1. Deinde *quod legatio* habet Gaertn. *Roma mitteretur* Hav. Sed ultima litera τοῦ *Romam* intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. Tunc *inclamabat* Lov. 5. Paullo ante *Adpar. eo bellum anno est* transpositis vocibus habebat Port. Deinde *ea cunctatio*, pro *eaque cunct.* edd. vett. Alterum primus substituit Aldus, cum quo faciunt omnes Mss.

§ 7 *Ni privato (ut fit) periculo publicum implicitum esset*] *Nisi privato* Lov. 1. 4. 5. Voss. 1. Leid. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Sed reliqui codd. vulgato adhærent, nisi quod τ *privato* præferat Hav. *in privato*, literis transpositis, Harl. 2. quomodo et alibi peccatur. Vide ad XXXVIII. 50. § 1. Receptum itaque servo. Sæpius ni et nisi commutari solent. Vide ad XXIII. 1. § 8. Tum *publicum cum implicitum esset* fragm. Hav. a m. pr. Sed *cum* recte a m. sec. deletum est, tamquam iteratum ex ultima syl-

Digitized by Google

laba vocis præced. Vide ad IX. 17. § 9. *Publicum inplicatum esset* Klockian. Vossius Gramm. v. 20. monet, quatuor hæc a 'plico' composita 'adplico,' 'complico,' 'explico' et 'inplico' duplex habere præteritum, ac duplex supinum; formari enim in 'ui' et 'itum,' atque in 'avi' et 'atum,' idque posterius apud Cic. frequentius obcurrere. Ex illis tamen, quæ notantur ad v. 31. § 7. ubi eadem lectionum varietas obcurrit, patet, Livium potius *inplicitum*, quam *inplicatum*, dixisse. Et huic scripturæ favent reliqui codd. Similiter *explicui*, non *explicavi*, in optimis Mss. et antiquis edd. obcurrere apud Plinium Ep. IV. 27. § 3. auctor est Corte; quomodo idem Plinius etiam loquitur Epist. VII. 4. Vide etiam ad XXXVII. 29. § 8. In his itaque ratio loquendi cuique scriptori propria respicienda est. Hinc *adplicuerunt* in contextum recepi XXXVII. 12. § 10. ubi recentiores dederant *applicaverunt*. Hæc non eo dico, quod credam, eamdem formam Livio ubique placuisse, aut ubique ita repositum velim. Contra enim 'explicatis ordinibus' dixit III. 60. 'agmen explicavernnt' XXX. 5. et forte similia alibi. Ubi quum in eam scripturam conspirent omnes codd. scripti et excusi, his invitis illam mutandam non existimo. *Ni privato (ut fit) periculo publicum supplicium esset* Leid. 1. et Harl. 1. *supplicium* etiam Lov. 2. 4. 5. *ni privato (ut fit) periculo publicum inplic. eis esset*, addita penultima voce, Harl. 2. Port. et Haverk. Mox *defectionis a Romanis*, pro *def. ab Romanis*, Gaertn. et fragm. Hav.

Crimini subjecti, piacula iræ Romanorum dederentur, avertissent colonias a consiliis pacis] *Crimini subjecti piáculi* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. eodem errore, quem notavimus ad III. § 8. Deinde *dederent* Lov. 2. et Hav. de quo lapsu vide ad X. 10. § 1. *dederetur* Harl. 2. Tum *advertissent* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide hoc lib. ad c. 28. § 8. *averterunt* Lov. 4. et Harl. 2. Hinc *colonas* Hav. quasi dare voluisset *colonos*. Sed 'Circeios et Velitras' quum alibi, tum supra etiam hoc cap. 'colonias' vocat. Denique *ab consiliis* Port. et Hav.

§ 8 *Neque in senatu solum per eos legatio inpedita est*] Gebhardus ad II. 14. § 4. ex Mss. vel vett. edd. probare videtur *in senatum*, certe ita in iis invenisse. Eadem lectio mihi quoque obvia fuit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. quinque, Harl. 2. Gaertn. Hav. omnibusque, quas vidi, edd. usque ad Frobenium, qui 1531. *in senatu* dedit. Et recte. Quamvis enim 'esse in potestatem' ac similia optimis scriptoribus in usu fuisse ad d. l. Liv. dictum sit, hic tamen *in senatum solum* ex errore scribarum profectum puto, et quidem ex eodem fonte, ex quo eorum quosdam in verbis præcedentibus *crimini subjecti piaculi* dedisse monuimus. Insuper *in senatum neque solum* Lov. 1.

Pars plebis incitata, ut prædatum in agrum Romanum exirent] *Plebis pars incitata* Lov. 1. *pars plebis incitati, ut prædati* Gaertn. Ex his *incitati* ferri posset, si plurium codicum testimonio, Livium ita scripsisse verisimile fieret, quum sæpe ita locutus sit. Vide ad XXVII. 1. § 11. At *prædati* certissimus scribarum lapsus est, et ultima pars τοῦ *prædatum* intercepta est a vocula proxima. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Insuper *in agrum Romanorum* Leid. 2. Sed vulgatum, reliquorum codd. consensu firmatum, verius est. Supra I. 22. 'Forte evenit, ut agrestes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano prædas in vicem agerent.' III. 6. 'Pergit inde infestus in agros Romanos.' c. 30. 'Sabinum exercitum prædatum descendisse in agros Romanos.' c. 38. 'Sabini magna manu incursionem in agrum Romanum fecere.' IV. 17.

Digitized by Google

'Hostes ex agro Romano trans Anienem submovere.' VI. 31. 'Popularique passim Romanum agrum adtnlere.' XXIII. 42. 'Si in Romano vagarentur agro.' Similiter 'ager Karthaginiensis' XXIX. 30. 'Regulus cum tutore et exigua Masæsylorum manu in Karthaginiensem agrum perfugit:' ubi alia vide. Denique *exiret* Port. ubi iterum vulgatum præfero. Supra v. 38. 'Ut multo major pars Veios in hostium urbem, &c. quam recto itinere Romam ad conjuges ac liberos fugerent:' ad quem locum plura notantur.

Hæc nova injuria exturbavit omnem spem pacis] *Perturbavit* Leid. 2. et Lov. 1. *deturbavit* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. Sed nihil muto. Hac nova injuria spes pacis non tantum perturbata, deturbata, sive disturbata, sed plane exturbata est. Valer. Max. VI. 3. ex. 5. 'Ipse ad exturbanda latrocinia, quibus provincia vastabatur, ne quis telum haberet, edixerat.' Justin. XV. 3. 'Omni ex animo hujus facti memoria exturbata:' quo utroque loco viri docti *exstirpare* loco τοῦ *exturbare* reponere conati sunt. Sed vide quæ Gronov. et Scheffer. ad Justin. notarunt.

§ 9 *Eo anno primum fama exorta*] *Fama orta* Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hearnii Oxon. B. Sæpius ita variant codd. scripti. Vide ad IV. 45. § 7. Hic vero et pluribus et melioribus codd. adhærendum censeo. Infra X. 11. 'Alterius belli fama Picentium novorum sociorum indicio exorta est.' c. 13. 'Quum comitia consularia instarent, fama exorta, Etruscos Samnitesque ingentes conscribere exercitus.'

Arguentibusque eos Tusculanis, et Gabinis, et Labicanis] Vet. lib. *Lavicanis*. Sigon. *Labicanis* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 4. 5. Harl. uterque, Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. *Labuanis* Gaertn. Sed *Lavicanis* præfero. Vide ad II. 39. § 4. Copulam *que* male omittit ed. Veneta 1498. Mox in verbis seqq. *excursatum*, pro *incursatum*, dedit Lov. 5. Vide ad VIII. 38. § 6.

Ita placide ab senatu responsum est] *Ita placite* Hav. sollemni aberratione operarum. Vide quæ notavi ad Silii I. 11. *a senatu* Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. Harl. 2. et fragm. Hav. Ceterum omnia hæc verba librariorum neglegentia omittuntur in Leid. 1. et Harl. 1.

Quia nollent ea vera esse, adpareret] Pall. duo 1. ac 3. *quia nollent tam vera esse*. Gebh. *Quia nollet* Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Hav. et apud Hearnium Excerpta Pith. et Oxon. B. Sed frustra: nam 'ab senatu, quia nollent' eodem modo dictum est, ut IV. 58. 'Tarditatis causa in senatu magis fuit, quam in tribunis, qui, quia summa vi restare nunciabantur, parum cogitaverunt:' ubi plura exempla vide. *Nolent* est in utroque Harl. Præterea *tam vera esse* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *adparet* Leid. 2. et Lov. 1. Scriptum fuerat *adpar'et*. Sed notam male librarius neglexit. Vide ad XL. 14. § 2.

CAP. XXII. § 1 *Insequenti anno Sp. et L. Papyrius duo novi tribuni militum*] Ita habent vetustiores aliquot codd. Quidam mutarunt ita: *Sp. et L. Papyrii novi tribuni militum*. At ego cognomen appositam suspicor vel *Crassi*, vel *Cursores*, pro illo *us duo*, et a. CCCLXXV. Papyrium ex his duobus alterum fuisse. *Glar. In sequenti* duabus vocibus quædam ex edd. principibus: pro quo *Insequenti* substituit Ascensius 1516. quod mox secuti sunt Mognnt. Ald. Cervic. Paris. 1530. et deinde reliqui. Neque aliter habuerunt edd. Rom. 1472. et Parm. Similiter in quibusdam codd. erratum erat III. 2. § 1. IV. 23. § 1. Vide Burmann. ad Sueton. Cæs. c. 29. De voce 'insequens' vide ad IV. 30. § 12. Deinde *Sp. et L. Papilius*, Voss. 1. et Lov. 1. ac 5. *Sp. et L.*

Digitized by Google

et Papirius Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. *Sp. et L. Papirius novi tribuni* Flor. Leid. uterque, Lov. 4. Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. et C. Idem Hearne etiam auctor est, se lectionem illam in ed. Rom. principe reperisse. At, quidquid vetustorum typis descriptorum consului, *Sp. et L. Papirius duo novi tribuni* obtulerunt usque ad Aldum, qui vocem *duo* primus omisit. Idem postea non modo Frobenius fecit 1531. (inter enm enim et Aldum medii vocem *duo* servarunt) sed etiam *Papirius* in *Papirii* mutavit: qua forma loquendi Livius sæpissime usus est. Supra IV. 58. 'Insequenti anno P. et Cn. Corneliis Cossis, Num. Fabio Ambusto, L. Valerio Potito tribunis militum consulari potestate:' hoc lib. c. 19. 'Postremo ne fratres quidem A. et T. Manlios:' infra hoc cap. 'Additi collegæ A. et L. Postumii Regillenses:' cap. 27. 'Creatis tribunis militaribus in insequentem annum P. et L. Valeriis, L. quintum, P. tertium:' cap. 30. 'Ex Patribus creati P. et C. Manlii cum L. Julio.' cap. 32. 'Tribunos etiam militares patricios omnes coacta principum opibus fecit L. Æmilium, &c. L. et C. Quinctios Cincinnatos.' cap. 36. 'Creatique tribuni militum L. Furius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, Ser. Cornelius, P. et C. Valerii.' Ibidem: 'Ante novi creati sunt tribuni militum Q. Servilius, C. Veturius iterum, A. et M. Cornelii, Q. Quinctius, M. Fabius.' c. 42. 'Creati A. et M. Cornelii iterum, M. Geganius, P. Manlius, L. Veturius, P. Valerius sextum.' XXXVII. 47. 'Prætores exinde facti duo Q. Fabii, Labeo et Pictor:' et sæpius aliis locis. Glareano, existimanti in illo *us duo* vel *Crassi* vel *Cursores* cognomen latere, consentire nequeo. Potius credo, primos Livii editores, qui *Sp. et L. Papirius duo novi tribuni* vulgarunt, in codd. suis *II*, pro *duo*, invenisse; eos autem illud *II* male pro notis numeralibus habuisse. Similiter fere infra frequenter errarunt. Vide ad XXXVI. 43. § 11. Ita autem scribendo librarios indicasse puto, se duplicem lectionem *Papirius* et *Papirii* in codd. suis invenisse: passim enim librarios lectiones, quæ et in contextu et in margine exstabant, simul recepisse; verum ita, ut non semper utramque vocem integram scriberent, sed alterutrius vel priorem vel posteriorem partem, in qua hujus et illius lectionis discrimen consisteret, vidimus ad III. 44. § 4. Præterea *novi tribuni pl. militum* Leid. 1. Sed et hujus codicis librarium duplicem lectionem male conjunxisse arbitror: licet et alia hujus peccati ratio dari possit. *Novi tribuni consulari potestate* media voce omissa Lov. 4. invitis reliquis, quos sequor; licet alibi Livius eos simpliciter 'tribunos consulari potestate' adpellaverit. Vide hoc lib. ad c. 11. § 1.

Velitras legiones duxere] *Eduxere Velitras legiones*, inmutato vocabulorum ordine, Harl. 2. Verum prima litera *τοῦ eduxere* perperam adsumta est ex fine vocis præcedentis *potestate*. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Tum *Vellitras* fragm. Hav.

Servio Cornelio Maluginensi III.] Quidam pro *tertium* legunt *quartum*. Sed ildem tertio hinc antea anno legunt *iterum*. Hic igitur *tertium* legendum, quippe qui proximo anno non fuit in magistratu. Nisi quis a. CCCLVIII. pro *Publius, Servius* legendum existimet, quod ego non puto. *Glar.* Hæ voces cum sequentis tribuni prænomine Q. deficiunt in Lov. 4. *C.* et *Cn. Cornelio* præfert Hearnii Oxon. N. *Servilio Cornelio* Port. et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXII. *Sergio Cornelio* Leid. 2. et vetustiores excusi, pro quo Cervic. Ascensius 1530. et reliqui recentiores *Ser. Cornelio* recte ediderunt. Vide ad V. 29. § 2. Deinde *Maluginensi*

Digitized by Google

est in Flor. Voss. utroque, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. utroque, Port. Hav. et Gaertn. Neque aliter præferunt edd. vett. usque ad Frobenium, qui a. 1531. recte substituit *Maluginense*, quod omnes recentiores servarunt. Et ita, vel ambigue etiam *Malugineñ*, est in reliquis codd. Priscian. lib. VII. p. 760. fine: 'Sciendum tamen, quod si inveniantur propria appellativis similia in i finientibus ablativum, illa per e proferunt eum, ut Juvenalis proprium a Juvenale, Martialis similiter a Martiale, Annalis ab Annale.' Adde Voss. Gramm. IV. 11. Alibi similiter erratum est. Vide ad IV. 21. § 1. Tandem *III* ex meis exhibent Leid. 2. Lov. 1. et Harl. 1. quod et obferunt edd. principes. Sed *IIII*, vel *quarto*, vel *quartum* reliqui codd. quemadmodum Aldus, tum Frobenius, et deinde recentiores ediderunt. Et recte. Neque tamen necesse est, ut, qui ita scribunt, supra a. CCCLVIII. sive apud Livium v. 16. § 1. pro *P. Cornelius*, legant *Ser. Cornelius*; sed, adhibita eadem medicina, Livio subcurrunt a. CCCLXV. sive v. 36. § 12. Canssam pluribus Sigonius ad eum locum dedit.

Q. Servilio, Ser. Sulpicio] *Ser. C. Sulpicio* Lov. 2. prioris prænomen omittit etiam, ut modo dictum est, Lov. 4. *Q. Servi C. Sulpicio* Voss. 1. et Lov. 1. *Q. Sergio Sulpicio* Voss. 2. *Q. Seř. C. Sulpicio* Leid. 1. *Q. Servio et Sulpicio* Leid. 2. *Q. Servilio C. Sulpicio* Harl. 1. cum editis omnibus usque ad Gruterum. *Q. Servio C. Sulpicio* Lov. 3. et Gaertn. *Q. Servio Cn. Sulpicio* fragm. Hav. *Q. Servilio M. Sulpicio* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Posteriori huic etiam *Marci* prænomen tribuit Lov. 4. Sed, *Q. Servilio, Ser. Sulpicio* legendum esse, docuit Pighius ad a. CCCLXXII. p. 287. quod deinde Gruterus in ultima ed. et postea reliqui recentiores in contextum receperunt. Ratio emendationis illa est, quia in fragm. Capit. ad annos CCCLXXXII. et CCCLXXXIV. Ser. Sulpicii Prætextati tertius et quartus tribunatus consularis reperiuntur. Primus autem et secundus in iisdem Fastis temporum injuria periere. Sed secundus refertur in a. CCCLXXVII. et memoratur Livio VI. 32. ubi tamen, ut Livius sæpissime fecit, cognomen et iterati honoris nota omissa sunt. Nullus vero annus est, in quem primus commodius referri possit, quam in hunc, qui ceteroquin apud Livium omissus foret. Aliam viam institit Sigon. in comment. in Fast. et Triumph. Rom. Nam ad a. CCCLXXI. hoc loco apud Livium servat *C. Sulpicius*; ut autem primum Ser. Sulpicii Prætextati tribunatum inveniat, eum quæsivit in a. CCCLXII. ubi apud Livium v. 32. 'Ser. Sulpicius' tribunus consularis memoratur, quem Sigonius 'Prætextatum,' a Zonara etiam 'Rufum' dictum Annal. VII. 24. Pighius autem 'Camerinum,' ab hoc 'Prætextate' diversum, opinantur. Verum, quemadmodum eo loco, ita et hic, probabilior Pighii sententia esse videtur. Librariis enim similitudo nominum 'Servilius' et 'Servius,' quæ passim ab iis confusa esse modo vidimus, fraudi fuisse verisimile est, atque inde evenisse, ut quidam, voce *Servilio* omissa, sequentem *Servio* pro nomine gentili habuerint; alii contra, *Servilio* servantes, τὸ *Servio* præterierint, et sequenti tribuno Sulpicio vel nullum prænomen, vel *C.* vel *Cn.* vel *M.* tribuerint, quæ codd. inconstantia hic ulcus latere satis indicat.

Tribunis ad præsidium urbis] Muretus inducit τὸ *tribunis*. J. F. Gron. Eadem vox etiam deest in Lov. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. et N. At optimi servant.

Et si qui ex Etruria novi motus nunciarentur (omnia enim inde suspecta erant)] *Et sequi* Lov. 4. *ut et si qui* Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. a

Digitized by Google

m. sec. Tum *nunciaretur* Harl. 1. ut forte librarius dare voluerit *si quid ex Etr. novi motus nunciaretur:* vel *si qui ex Etr. novus motus nunciaretur.* Infra VI. 32. 'Ut, si qui alibi motus exstitisset, ad subita belli mitti posset.' IX. 27. 'Si qui motus occasionem aperiret.' Verum reliqui *nunciarentur* servant. Deinde *ibi*, pro *inde*, Harl. 2. Port. et Hav. Tandem *suspectaverant* Harl. 2. De quo errore ago ad XXIII. 29. § 16.

§ 2 *Ad Velitras adversus majora pene auxilia Prænestinorum*] *Ad Velictas* Lov. 1. *ad Vellitras* fragm. Hav. *ad Velitra* Leid. 1. et Harl. 1. *Velitris* Hearnii Oxon. L. 1. Voculam autem *pene*, quæ aberat a vetustissimis excusis, primus addidit Aldus. Et recte. Eamdem enim in omnibus scriptis inveni. Mox in verbis seqq. *τὸ est* non adparet in Hav. quod tamen alii omnes servant.

Ita ut propinquitas urbis hosti et caussa] *Hostis* errore scribarum Leid. 1. et Harl. 1. pro eo *hostibus* habet Hearnii Oxon. C. Sed nihil muto. Vide ad V. 50. § 2. Vocula *et* deficit in Flor. Mox *est*, pro *esset*, perperam Harl. 2.

§ 3 *Quia et anceps erat, nec in perniciem coloniæ pugnandum censebant*] *Quod et anceps erat* fragm. Hav. a m. sec. priori scriptura cum omnibus vestigiis erasa. *Quod anceps erat* Lov. 4. 5. Port. et Harl. 2. *Quod* et *quia* sæpius in Mss. commiscentur. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. *Τὸ pugnandum* deficit in fragm. Hav. a m. pr.

Acriores in Prænestinum, quam in Veliternum hostem, missæ] *Acrioresque* edd. principes. Sed copulam primus omisit Aldus, deinde Frobenius, quos recentiores omnes recte secuti sunt. Non modo enim melius abest, sed etiam in nullo cod. scripto comparet. Tum *quam Veliternum* Harl. 2. Port. et Hav. Verum optimi præpositionem retinent, quam Livius repetere amavit. Vide hoc lib. c. 28. § 6. *Τὸ in* itaque interceptum est ab ultima litera vocis præced. Vide ad X. 13. § 3. *Quam in Velitrinum hostem* Leid. 2. et Gaertn. *quam in Veletrinum hostem* Lov. 2. *quam in Veliternum hoste* Harl. 2. Sed ultima litera vocis *hostem* excidit ob primam vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. Paullo ante *Literæ ad senatum Romam*, in alium ordinem digestis vocabulis, edd. antiquiores Aldina, quæ ita edidit, ut nunc vulgo exstat, et omnes præferunt codd.

§ 4 *Qui conjuncti Volscis anno insequente Satricum coloniam, &c. vi expugnarunt*] *Quia conjuncti Volscis* Hav. Male. Prænestinis enim anno præcedente hanc ob caussam bellum indici non potuit, quod demum anno sequente coloniam expugnarint. *Qui* et *quia* sæpissime confunduntur. Vide ad XXXVI. 33. § 5. *Qui conjunctum Volscis* Leid. 1. An librarius dare voluit *cunjunctim Volscis?* Sed *qui conjunctis Volscis* habent Lov. 1. 5. Voss. 1. et Leid. 2. Tum *anno insequenti* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Sed, vulgatum servantibus reliquis Mss. iis fidem habendam censeo. Vide ad cap. præc. § 1. Deinde nomen *vi* deficit in Lov. 2. Denique *expugnaverunt* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. Harl. 1. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et edd. Aldina priores. Alibi quidem Livius ita sæpe loquitur secundum omnes codd. ubi potius primi editores contractiones sectati sunt; (vide ad XXIX. 37. § 1.) sæpius tamen evenit, ut contractiones, quas Livius amavit, librariis ejus displicuerint, et ab illis mutatæ sint. Vide ad XXI. 44. § 7. Nihil itaque mutandum puto. In verbis præcedd. *Itaque et senatusconsulto*, pro *itaque ex senatusconsulto*, fragm. Hav. et edd. quæ Aldina priores sunt. Frequenter ita in libris scriptis variari, videbimus ad XXVI. 45. § 1.

Fœdeque in captis exercuere victoriam] Vet. lib. *fœdamque in captivis exer.*

Digitized by Google

vict. Sigon. Male isthæc mutavit, libris suis auctoribus, Sigonius, quum lectio prior nihil habeat vitii. *Grut.* Pal. 2. *fœdamque in captivis exercuere victoriam.* Quam lectionem, licet novitiam nuperam, etiam in Campani ed. reperies. *Gebh.* Non modo nihil habet vulgata vitii: sed etiam vitiosa est, quam supponit Sigonius, *fœdamque in captivis.* Etenim 'fœdam victoriam exercere' fóret uti victoria, quæ turpiter parta est: et ponit hoc genus loquendi crimen in acquirenda victoria; de usu ejus indifferenter sonat: quod abhorret a Livii mente: is enim paratam quidem *victoriam* significat vi et optima ratione belli, deformatam autem crudelitate, dum exercetur. Sall. in Jug. de L. Opimio c. 16. 'Acerrume victoriam nobilitatis in plebem exercuerat.' Vide Observ. IV. 5. *J. F. Gron. Fœdamque* servant etiam Lov. 5. Hav. Port. et Hearnii Oxon. L. 2. et N. *fidamque* Gaertn. et Lov. 4. Reliqui *fœdeque exercuere* habent, quod recte Gronovius probavit, et inlustravit. Sall. in Cat. c. 38. 'Utrique victoriam crudeliter exercebant:' ubi videndus est Cortius. Similis lectionum varietas obcurrit apud Valer. Max. v. 1. ex. 5. 'Unus tibi Romanorum videlicet Quinctius placet, in quo sceleste exerceas arma:' ita nonnulli ibi codd. alii vero *scelesta.* Vide Torren. ad eum loc. Locutione 'exercere victoriam' utitur II. 55. 'Incerti quatenus Volero exerceret victoriam:' 'exercere injuriam' dixit XLII. 1. 'Injuria consulis, etiamsi justa, non tamen in magistratu exercenda:' 'exercere suas simultates' XXXIX. 5. 'Ne suas quidem simultates pro magistratu exercere boni exempli esse.' Tum *in captivis* Sigonii vet. lib. consentiens Hav. Reliqui *captis* tuentur. Similem lectionum varietatem invenerunt viri docti in Mss. Vopisci in Aurel. c. 20. Vide etiam ad v. 16. § 8. et ad XXXVIII. 11. § 4. Proprie quidem 'captæ' sunt res, 'captivi' homines. Ea tamen distinctio sæpissime neglegitur. Ovid. Ep. Her. IX. 104. 'Et tulit e capto nota tropæa viro.' vs. 125. 'Non venit incultis, captarum more, capillis.' Sabin. Epist. I. 105. 'Non Telamone satum capta de conjuge Teucrum.' Ovid. ex Pont. Epist. III. 2. 73. 'Spargit aqua captos lustrali Graia sacerdos.' Epist. 3, 109. 'Barbara jam capti poscunt insignia reges.' Contra *captivæ res* apud Liv. II. 48. 'Captivum agrum plebi quam maxime æqualiter darent.' VII. 14. 'Partim captivis, partim ægrorum armis ornatos inponit.' X. 2. 'Captiva navigia armatis complent.' Vide ad XXI. 33. § 11. *In captivis exercuit,* pro 'in captivos.' Quomodo fere v. 2. 'Hoc neque inportunos decemviros injunxisse servitutis, ut perennem militiam facerent, quod tribuni militum in plebe Romana regnum exercerent.' XXVIII. 43. 'Illud nec tibi in me, neu mihi in minoribus natu sit:' ubi plura vide.

§ 5 *M. Furium Camillum septimum tribunum militum creavere*] In sinceriore codice est *M. Fur. Cam. VI. tr. mil. creavere.* Rhen. Vet. lib. *VI.* ut ante ostendi: et recte. *Sigon.* Ita prima edd. quas vidi, habet Cervic. et inde reliquæ. Priores præferunt *Camillum III.* quod vitiosum esse nullus dubitat, quamvis etiam omnes mei et Hearnii codd. similiter legant *Camillum tertium,* vel *Camillum tertio,* vel *Camillum III.* nisi quod in Lov. 2. *Camillum II.* in Flor. et Harl. 1. *Camillum VI.* fuisse videatur. Et ita reponenti Sigonio consentit etiam Pighius in Annal. ad a. CCCLXXIII. p. 237. Sane licet concederetur, potius hunc sextum, quam septimum, Camilli tribunatum militarem consulari potestate fuisse, nihilominus tamen *septimum* ex hypothesi Livii legendum esse, evincunt quæ notata sunt ad v. 1. § 2. *Creaverunt* est in Gaertn.

Additi collegæ A. et L. Postumii

Digitized by Google

Regillenses] *A. et L. Postumius* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Harl. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Neque aliter Gaertn. nisi quod a m. pr. habuerit *Aulius et L. Postumius*. Deinde *Regilienses* Flor. et Lov. 5. *Religiensis* Lov. 2. *Religienses* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad Livii IV. 49. § 7. Utrique huic tribuno notam secundi, Lucretio autem tertii tribunatus addendum esse, Pighius monet in Annal. ad a. CCCLXXIII. p. 237. Verum, id non necesse esse, patebit ex illis quæ dicta sunt ad II. 16. § 7.

Cum L. Lucretio et M. Fabio Ambusto] *Gn. Lucretius et M. Fabius Ambustus* fragm. Hav. a m. pr. Vox *Fabio* deest in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 6 *Adjutor ex tribunis sorte L. Furius datur*] *Forte* Lov. 4. Port. et Hav. Vide ad I. 4. § 4. et ad XXXVIII. 40. § 13. Deinde Furii prænomen *L.* deesse in Oxon. L. 2. Hearne monuit. Deerat etiam in Lov. 4. Paullo ante *decretum extra ordinem* trajectis vocibus Harl. 2. et Port.

Non tam e republica, quam ut collegæ materia ad omnem laudem esset] *Non tam ere captus, quam ut coll.* Lov. 2. *non tam ereptus, quam ut coll.* Leid. 1. *non tam meritus, quam ut coll.* Leid. 2. Lov. 1. et Voss. 1. qui errores tum ex non intellecto compendio scribendi *e repu:* tum ex repetita ultima litera *rοῦ tam* nati videntur. *Ex republica* habent Port. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. in quo ultimo etiam vocula *ut* ab eadem manu deerat. Præterea *ad omnium laudem* Hav. Eodem errore *omnium hostium agrum*, pro *omnem h. agr.* habuimus III. 3. § 10. *omnium multitudinem*, pro *omnem mult.* IV. 59. § 7. *omnium juventutem*, pro *omnem juv.* V. 18. § 10. *omnium rem*, pro *omnem rem*, VII. 42. § 3. Contra *omnem opinionem*, pro *omnium op.* II. 56. § 2. Vide etiam ad XLV. 19. § 13.

Et publice, quod rem temeritate ejus] Vocula *et* non adparet in Leid. 1. Lov. 2. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Verum ea excidit ob ultimam syllabam vocis præced. *esset*. Vide ad XXXV. 41. § 7. Vel etiam librarii, subficere existimantes eam semel legi 'publice et privatim,' dedita opera hic omiserunt. Vide ad II. 44. § 3. Sed et infra ante *privatim* eam omiserunt Lov. 2. et 4. In edd. principibus deficit *τὸ quod*. Ascensius deinde 1513. et 1516. edidit *et publice, rem enim temeritate ejus;* quod et Moguntini servarunt, pro quo deinde Aldus substituit id, quod nunc editur, et etiam superest in omnibus Mss. nisi quod *publiceq;* *rem* dederit librarius Lov. 2. qui eodem errore *primumq;* infra exhibet. Præterea *temeritate civis* Lov. 4.

Gratiam potius ejus sibi, quam suam gloriam petiit] *Τὸ sibi* deest in Leid. 2. Deinde *gloriam petit* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. errore scribarum sollemni. Vide ad XXXVII. 45. § 2. Tandem *gloriam suam petiit* vetustiores typis descripti usque ad Aldum, qui *suam gloriam* dedit, vociferantibus scriptis.

§ 7 *Exactæ jam ætatis Camillus erat*] *Exacta jam ætatis* Leid. 1. unde æque *Exacta jam ætate* scripsisse videri posset. Utrumque enim dicitur. Vide ad II. 40. § 11. Quum tamen reliqui vulgatum servent, eos sequor, et unius cod. scribam aberrasse arbitror.

Comitiisque jurare parato in verba excusandæ valetudinis solitæ consensus populi restiterat] In antiquis libris legitur *valetudini*. Conjicio scripsisse Livium *in verba excusandæ valetudini solita:* id est, quibus solebat excusari valetudo per juramentum. *Rhen. Excusandæ valetudini solita* restituit Rhenanus, cum alias tam in antiquis edd. quam in Pal. 2. Ms. restaret *in verba excusandæ valetudinis solitæ*. Pal. 1. ac 3. *in verba excusandæ valetudinis*

Digitized by Google

licet cons. pop. rest. Gebh. Primo *vè que* deest in fragm. Hav. a m. pr. Deinde *in verba excusandæ valetudinis*, vel *valitudinis, solitæ* servant Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Verum ultima litera vocis *valetudinis* adsumpta est ex principio sequentis. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *in verba excusandæ valitudinis solitæ* Lov. 1. *in verba excusandæ valetudinis lite* Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. in qua lectione excidit litera *o*, et eam præcedens litera male adcrevit voci proximæ. In similem cod. ineidentes librarii, quum in illo *lite* sensum non esse viderent, pro eo *licet* substituerunt, quod nec ipsum commodum sensum efficit. Ita vero præter codd. duos Gebhardi, præferunt etiam Voss. 2. Lov. 3. et Hearnii Oxon. L. 2. *in verba excusandæ valetudini solitæ*, ut Rhenanus ex suis profert, exhibent Flor. Voss. 1. Leid. 2. et Port. pro quo recte *excusandæ valetudini solita* substituit. Et huic ejus conjecturæ Hearne codicem Oxon. N. suffragari monuit. Tacit. Histor. v. 8. 'Fugas civium, urbium eversiones, fratrum, conjugum, parentum neces, aliaque solita regibus ausi.' Valer. Max. IV. 8. ext. 3. 'Quos in Academiam perductos solito sibi, id est, modico adparatu, et admodum parvulis copiis excepit.' Si tamen malis *in verba excusandæ valetudinis solita*, nec illud damnem. Supra III. 38. 'Hostibus belloque gratiam habendam, quod solitum quidquam liberæ civitatis fieret.'

Vegetum ingenium in vivido pectore virebat, vigebatque integris sensibus] Ita duo verba transpono. Quid enim? Livione dignum est, *vegetum ing. viget?* deinde, *virebat sensibus integris*, non ita placebat. *T. Faber.* Non ægre se ad Fabri, verba transponentis, sententiam accedere Doujatius testatur. Verum codd. omnes huic trajectioni pertinaciter adversantur, neque ei admittendæ ullam rationem video; non minus enim Livium decere existimo *ingenium vegetum vigebat*, quam *virebat:* in Lov. 5. et Gaertn. *vigebat, vigebatque* inveni, solito errore scribarum, qui 'vigere' et 'virere' sæpius confuderunt. Vide N. Heins. ad Ovid. Fast. v. 574. et eumdem ac Burmann. ad ex Pont. Ep. II. 2. 109. *Urgebat virebatque* præfert Lov. 4. *vigebat, virebat quoque* Flor. Præterea *vivido pectore*, omissa præpositione, est in fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. N. *invido pectore* in Leid. 1. et Lov. 5. *in invido pecto* in Gaertn. Sed ob literarum *in* et *ui* similitudinem summam, partim sequens *ui* præcedens *in*, partim præcedens *in* sequens *ui* eliserunt, partim inter se commutantur; de quo posteriori vide ad III. 49. § 6. 'Vividum pectus,' ut 'vividum ingenium' apud Livium II. 48. 'Evanescere vividum quondam illud Kæsonis ingenium,' apud Valer. Max. III. 8. ext. 7. 'Non ergo fastidioso aditu virtus excitata ingenia vivida ad se penetrare patitur:' ubi etiam plures codd. simili errore *ingenia invida*. 'Vividus animus' apud Tacit. Ann. XIII. 3. 'Nero puerilibus statim annis vividum animum in alia detorsit.' Denique *integris sensibus* Lov. 4.

Et civiles jam res haud magnopere obeuntem bella excitabant] Vocula *jam* deest in fragm. Hav. a m. pr. Tum *ac*, pro *haud*, Klockian. sed negatio illa deest in Lov. 2. Deinde *magno opere* Leid. 1. et Lov. 1. Vide ad XXVIII. 18. § 4. Insuper *excitebat* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr.

§ 8 *Exercitu indicto ad portam Esquilinam in posterum diem*] *In portam* Leid. 2. *per portam* Hav. Deinde *Equilinam* Port. *Exquilinam* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. Hav. et fragm. Hav. Utroque modo scriptum fuit *Esquilina* et *Exquilina*. Vide ad XLV. 15. § 6. *Esquiliam* Lov. 5. Tum in

Digitized by Google

posteram diem Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et, una Parm. excepta, omnes, quas vidi, edd. usque ad Jac. Gronovium, qui quum a. 1678. adhuc *posteram* vulgari curasset, ejus loco anno sequenti *posterum* substituit, quod etiam nupera Amstelæd. servavit. Et ita fuisse videtur in Harl. 1. ex quo in excerptis nihil notatum video, licet cum eadem illa Amstelæd. ed. conlatus fuerit. Certe ita exstabat in Lov. 4. Vide ad I. 12. § 1.

Ibi eum expugnatores coloniæ haud quaquam perculsi] Τὸ *ibi* deerat in fragm. Hav. a m. pr. *cum*, pro *eum*, habent Voss. ambo, et Lov. 3. ac 5. Vide ad IV. 19. § 2. Hinc particula *haud* deficit in Harl. 1. *haud quamquam* præferunt Leid. 1. Lov. 1. 3. 5. et Gaertn. Præterea *perpulsi* Flor. Lov. 1. 4. Voss. 1. Harl. 1. et editi vetustiores. Veneti deinde 1495. et 1506. *perculsi* dederunt, quod postea Ascens. etiam recepit, ita tamen, ut 1513. et 1516. alterum in margine servarit, in quo eum Paris. 1529. imitati sunt. *Perculsi* etiam receperunt Moguntini, Ascensius 1530. Frobenius, et omnes recentiores. Solent autem 'perculsus' et 'perpulsus' confundi. Vide ad III. 30. § 5. Corruptius *propulsi* est in Leid. 1. Harl. 2. Port. et fragm. Hav. a m. pr.

Quo aliquantum præstabant, obperiebantur] *Quæ aliquantum* Lov. 2. *quo aliquantulum* Harl. 2. Lov. 4. et Port. quæ varietas in scriptis sæpe obcurrit. Vide ad VII. 36. § 5. Deinde *operi cedebantur* male Leid. 1. *opere præcedebant* Lov. 2. et 4.

§ 9 *Extemplo in aciem procedunt, nihil dilaturi, quin periculum summæ rerum facerent*] *Exemplo* Harl. 1. Tum præpositio *in* non adparet in Leid. 1. *in acie* habet Lov. 5. Præterea *nihil dilatū* Leid. 2. *nihil moraturi* antiquitus excusi; quod, ex alterius expositione natum, in nullo codice superest. Recte igitur pro eo Aldus *nihil dilaturi* restituit. Insuper *quasi*, pro *quin*, tamquam varia lectio adscribitur oræ Voss. 1. Denique *fecerunt* Hav.

Ita paucitati hostium nihil artes imperatoris unici, &c. profuturas esse] Ex Pal. 2. et Campani ed. forte non frivola mihi protrahetur lectio, tali interpunctione adhibita: *ita paucitati hostium nihil (certum!) artes imperatoris unici.* Est autem interjectio quædam τὸ *certum*, ut apud Plautum, Ciceronem, aliosque 'malum.' *Gebh.* A codd. Gebhardi non multum in diversa abeunt quidam meorum, nisi quod una adhuc voce auctiores obferant *nihil certum, nisi artes imperatoris.* Ita autem est in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Nollem Gebhardo Msti. et edit. suæ lectionem placuisse, quæ Livio indigna est, et melius Floro, similibus interjectionibus gaudenti, quam ipsi convenire videtur. Ceterum *hastes imperatos unici* vitiose habet Klockian. *artes imperatoris uinci* Lov. 3. literis male transpositis. Male etiam vir doctus ad marginem ed. Curionis monuit, legendum esse *rati paucitati hostium.* Omnes enim libri, scripti et excusi, particulam *ita* servant.

Quibus solis confideret] Antiqua lectio *quibus solis confiderent.* Subaudi 'hostes ipsi.' *Rhen. Confiderent* non tantum multi meorum codd. et forte etiam omnes Hearnii Oxonienses præferunt, sed ita etiam dederunt Mediol. 1495. et 1505. Veneti 1498. Ascensius 1513. et 1516. atque Mogunt. pro quo iterum Aldus priorum edd. lectionem *confideret* revocavit. Intellige, ipse unicus imperator. Et ita apud me legunt Leid. ambo, Lov. 1. 2. Harl. 1. Gaertn. et apud Hearnium excerpta Pithœi; quorum auctoritate inductus id forte verius esse existimo. Præterea *quibus solum* Gaertn. Sed alterum recte servant

Digitized by Google

omnes alii codd.

CAP. XXIII. § 1 *Idem ardor et in Romano exercitu erat*] Tò *et* omittitur in Leid. 1. Deinde *in futuro exercitu erat* habet Voss. 2. *in exercitu Romano erat* Lov. 4. *in Romano exercitu al' militè erat* Leid. 2. Illud *al' militè* glossema est, quod olim margini adscriptum ab indocto deinde librario in contextum receptum est. Vide ad III. 44. § 4. Contra *exercitus*, pro *miles*, librarii dederunt III. 2. § 10.

Occasionem juvandarum ratione virium trahendo bello quærebat] *Juvandarum ratione Romanarum virium* Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. C. atque in margine pro varia lectione N. Male. Supra I. 15. 'Ibi, viribus nulla arte adjutis, tantum veterani robore exercitus, rex Romanus vicit.' Deinde *trahendo bellum* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 2 *Eo magis hostis instare, nec jam pro castris tantum suis explicare aciem*] *Et magis* Harl. 2. et Port. Præterea trajectis vocibus *pro suis castris tantum* Hav. Sed vox *suis* non comparet in Leid. 1.

Sed procedere in medium campi] *Producere* Hearnii Oxon. L. 1. Male. Livius IV. 18. 'Utrimque acies inter bina castra in medium campi procedunt.' XXXVII. 38. 'Quinto die Romani processere in medium campi.' I. 23. 'Cum paucis procerum in medium duces procedunt;' ubi vide quæ notantur, et ad V. 48. § 7.

Vallo prope hostium signa inferendo superbam fiduciam virium ostentare] Donatium hæc exponentem, admovendo vallo quam proxime ad Romanorum castra, aliud egisse, quisque videt. 'Valla prope signa inferre' est, vallum prope invadere, ad vallum quam proxime accedere, quasi invasurus esset, aut oppugnaturus. Vide ad II. 58. § 1. Caterum *probe*, pro *prope*, Klockian. Alibi sæpe ita scribæ lapsi sunt. Vide ad XXXVII. 49. § 2. Insuper *signa hostium inferendo* Harl. 2. Port. et Hav. Deinde vox *virium* deerat in edd. vett. Eam primus Aldus addidit, et, una vel altera excepta, recentiores edd. servarunt. Recte. Superest enim in omnibus scriptis.

§ 3 *Id ægre patiebatur Romanus miles*] *Aut ægre* Leid. 1. qui mox etiam *alter exteř militum*, pro *alter ex tribunis militum*, præfert ex non intellecto scribendi compendio.

Ferox tum ætate et ingenio, tum multitudinis] Antiqua lectio *cum æt. et ing. tum mult.* Rhen. Tradunt grammatici, *cum* et *tum* in eadem periodo se subsequi, si prius aliquid generale sit, posterius aliquid speciale; vel si prius quiddam minus, posterius quiddam majus contineat; adeoque *quum*, sive *cum*, et *tum* idem notare, ac 'non modo,' 'verum etiam:' *tum* autem geminari ac multiplicari, quum res sunt pares, adeoque fere eamdem vim habere, quam habet geminatum *τὸ et*. Vide Vallam Elegant. II. 22. Sunt tamen et alii, qui docuerunt, hanc differentiam aut non, aut non nimis religiose, ab antiquis scriptoribus observatam, et sine discrimine *cum tum* et *tum tum* adhibitum esse. Certe tanta harum particularum in Mss. ob ductuum similitudinem, quæ inter literas *c* et *t* præsertim in scriptura Longobardica intercedit, confusio est, ut vix de usu earum certæ regulæ præscribi possint. In Livio autem, ubi similes locutiones passim obcurrunt, tantum non semper codd. variant. Illud tamen in genere observavi, in Mss. integerrimis et antiquissimis potius *quum tum*, quam *tum tum* reperiri. Inter eos, quos in curanda hac parte Livii consului, omnino numero Flor. Leid. 1. et Harl. 1. quorum illi fere ubique, hic infinitis locis, ita præferunt. Loca non enumero, ne tædio sim. Et quidem omnes reliqui hic *tum, tum* servarunt, at Flor. Harl. 1. Leid. 1. et Gaertn.

Digitized by Google

Rhenano consentiunt, ex cujus sententia priores ita etiam ediderunt. Similiter emendavit sæpius alibi idem Rhenanus, quem vide ad II. 56. § 6. c. 60. § 2. v. 34. § 2. hoc lib. et cap. § 7. c. 25. § 4. Gronovius etiam fatetur, se complura hujusmodi, sine mentione, arbitratu veterum correxisse ad XXV. 8. § 2.

Multitudinis, ex incertissimo sumentis animos, spe inflatus] Dicit fretum fuisse voluntate ac cupiditate multitudinis militaris, quæ animos ex incertissimo sumit initio. Stabiliturque hæc lectio ed. vetustissima. Vitio alliti sunt Pall. duo: *mult. ex incert. sumptis animis spe inflatus*. Pal. 2. paullo sincerius *ex incertissima sumentis*. Gebh. *Ex incert. sumtis animos* Leid. 1. manifesto errore, quem emendaturi alii magis corruperunt legendo *ex incert. sumtis animis*, quemadmodum præferunt Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *Ex incertissima sumentis animos* præferunt etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Port. et Hav. Reliqui vulgatum tuentur, nisi quod *submĕtis*, pro *sumentis*, habeat Klockian. Si *sumtis animis* legas, dicet Livius Furium spe multitudinis inflatum animos ex incertissimo sumsisse; at si *sumentis animos*, naturam vulgi tanget, quæ ex incertissimo animos sumere solet.

§ 4 *Per se jam milites incitatos insuper instigabat*] *Insuper insistebat* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. errore scribarum. Terent. in Andr. IV. 2. 9. 'Age, si hic non insanit satis sua sponte, instiga.' *Instigat* habent, præter Rom. 1472. et Parm. edd. vetustæ usque ad Aldum, qui alterum restituit consentientibus ceteris scriptis. Tò *insuper* deest in Lov. 2.

Elevando, qua una poterat] *Et elevando* Voss. 1. et Leid. 2. *elevando una, qua una poterat* fragm. Hav. et Lov. 4.

Juvenibus bella data, dictitans, et cum corporibus vigere et deflorescere animos] Tò *dictitans* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Et posset etiam expungi, si certiorum codicum consensus accederet. Ejusdem enim potestatis verba sæpius a Livio omissa esse, videbimus ad XXIII. 45. § 6. Nunc vero, quum alii omnes tò *dictitans* servent, ipsi controversiam movendam non esse existimo, præsertim quum Livius id verbum amaverit. Vide ad III. 20. § 8. Copula *et* post vocem *dictitans* exsulat a Lov. 3. Præterea *vigerent defloresces animos* Voss. 2. et Lov. 3. *vigerent et deflorescere animos* fragm. Hav. a m. pr. *vigere deflorescere animos* Gaertn.

§ 5 *Et qui advenienc castra urbesque primo impetu capere sit solitus*] In antiquis libris est *rapere sit solitus*. Rhen. Probe monuit, sed frustra, Rhenanus, legendum hic *rapere*: cui subscribunt Pall. duo meliores. *Gebh.* Non Berbet. modo, sed et duo Voss. Helm. Pall. Chiflet. Buslid. Rott. *rapere*. Florus III. 20. 'Nihil tale exspectantis ducis subito impetu castra rapuere.' Idem IV. 12. de Arminio et Germanis: 'undique invadunt, castra rapiunt.' *J. F. Gron.* Prima vocula *et* abest a Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *quia advenienc* præferunt Leid. 1. et Harl. 1. Sæpe scribarum errore *qui* et *quia* in scriptis commutari solent. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Id autem hic tanto facilius, quod ultima litera adsumi potuerit ex initio vocis seq., quemadmodum sæpe factum est. Vide ad XL. 7. § 8. Similiter etiam errabatur in quibusdam codd. IV. 37. § 4. Tum vox *impetu* deficit in Voss. 2. quam recte reliqui servant. Vide hoc lib. ad c. 4. § 9. Insuper *capere*, quod olim legebatur, apud me tantum superest in Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Reliqui et cum illis Hearnii Oxon. L. 1. 2. et B. *rapere* tuentur; quod verbum celeritatem indicat, qua castra urbesque expugnarit, et optime convenit *τοῖς* 'adve-

Digitized by Google

plens primo impetu.' Vide Grævium ad Flor. II. 6. § 2. quamvis tamen, ut recte Dukerus observavit, *raptus* ibi potius pro 'vi ereptus,' quam 'celeriter occupatus,' ponatur. Ita 'rapere nuptias,' pro summa festinatione eas celebrare, Liv. XXX. 14. 'Fidem criminibus raptæ prope inter arma nuptiæ, neque consulto neque exspectato Lælio, faciebant:' ubi, 'raptum' eleganter dici quidvis raptim factum, observat ὁ πάνυ Gronovius. Ita 'rapere tempus,' pro non neglegere oblatam occasionem, sed ea celeriter uti, dixit Silius Ital. I. 569. 'tempore Martis Utendum est rapto, et grassandum ad clara periclis:' 'rapere viam,' pro celeriter ire, IX. 38. 'Dux sibi quisque viam rapito, quum spargere primis Incipiet radiis Gargana cacumina Phœbus.' Vide quæ ad utrumque locum notavi. 'Rapere fugam' Ovid. Fastor. III. 867. 'Utque fugam rapiant, aries nitidissimus auro Traditur.' Sæpissime vero 'rapere' et 'capere' ab indoctis librariis in libris scriptis commutari solent. Vide ad I. 11. § 4. c. 12. § 8. II. 47. § 8. V. 6. § 2. VI. 12. § 7. c. 33. § 10. VII. 1. § 9. VIII. 25. § 6. XXII. 39. § 13. XXIX. 17. § 16. XXXVIII. 27. § 7. c. 49. § 8. XXXIX. 47. § 2. XL. 35. § 11. Epit. Liv. lib. LXXX. Adde Bentl. ad Horat. Od. II. 18. 30. Duker. ad Flori I. 1. § 10. et quæ notavi ad Silii Italic. XV. 659. Similiter confunduntur 'acceptus' et 'arreptus,' (vide ad Livii V. 47. § 4.) 'præcipere' et 'præripere.' Vide ad Livii XXII. 41. § 9.

Eum residem intra vallum tempus terere] *Residens* Voss. 2. *residere* Lov. 2. 4. 5. Port. et Hav. Vocabulum *reses* vulgo minus cognitum librariis illis fraudi fuisse videtur. Eo tamen passim Livius usus est. Vide ad Livii II. 32. § 5. Deinde *terrere* Flor. et Leid. 1. alibi sæpe obvio errore. Vide hoc lib. c. 8. § 10. 'Residem tempus terere,' ut 'desides tempus terere' III. 7. 'Quid in vasto ac deserto agro inter tabem pecorum hominumque desides sine præda tempus tererent:' ubi locutionis 'terere tempus' plura exempla vide.

Quid accessurum suis, decessurumve hostium viribus speranti] Τὸ *suis* male deest in Harl. 2. *spectanti* legit Port. a m. pr. Vide ad XXXIV. 27. § 4.

§ 6 *Quem insidiis instruentem locum*] Mss. *ingruentem*, ex quo legendum videtur *congruentem;* id est aptum insidiis locum. *Sigon.* Videtur forte rectius *instruendis*. Pendent enim hæc omnia a verbo 'sperantem,' nempe Camillum; quam sperantem occasionem, quod sperantem tempus, quem locum instruendis insidiis? XXIII. 35. 'In sacrificio apparando, et inter id instruendæ fraudi alio quanto intentior.' *J. F. Gron.* Scholium hoc Sigonii post mortem ejus prodiit demum in edit. Veneta 1592. Ceterum *ingruentem* etiam Hav. et fragm. Hav. Reliqui omnes servant *instruentem*, nisi quod Port. a m. sec. præferat *insidiis instruere locum*. Gronovianum *instruendis*, quod et in contextum ab eo receptum est, non displiceret, si codicum testimonio probaretur. Aliud tamen verius non obcurrit. VII. 14. 'Instructo jam vani terroris adparatu:' ubi vide.

Frigere ac torpere senis consilia] *Fugere ac torpere* Lov. 4. et prisca edd. pro quo Veneti 1495. et 1506. ac deinde Ascensius omnesque recentiores recte *frigere* substituerunt. Ita enim et scripti uno ore. Deinde *frigere auctor pesenis consilia* Leid. 1. inperitia librarii, qui voces continua serie *actorpësenis* scriptas inscite in vocabula divisit, interposita una litera, et omisso suprascripto compendii signo. 'Torpere consilia,' ut I. 41. 'Si tua re subita consilia torpent, at tu mea sequere.'

§ 7 *Sed Camillo tum vitæ satis, cum gloriæ esse*] In antiquis libris est

Digitized by Google

quum vitæ satis, tum gloriæ. Rhen. *Cum vitæ satis, cum gloriæ esset* Lov. 2. *tum vitæ satis, tum gloriæ esset* Flor. *quum vitæ satis, tum gloriæ esse* Leid. 1. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. et apud Hearnium Excerpta Pithœi, quorum auctoritatem secutus sum. Vide hoc cap. ad § 3. *Sed Camillorum vitæ* habet Hav.

Quid adtinere, cum mortali corpore uno] Vir doctus ad marginem ed. Curionis scribendum conjiciebat *quid adtineret.* Sed omnes codd. *adtinere* tuentur. Et recte. Supra II. 41. 'Quid adtinuisse, Hernicis, paullo ante hostibus, capti agri tertiam partem reddi?' Et ita sæpe in his locutionibus infinitivus placuit. Vide Gronov. ad X. 13. § 10. *Mortali pectore* Hav. Millenis locis vocabula *corpus* et *pectus* librarii in Mss. confuderunt. Vide quæ notavi ad Silii XVI. 478. et adde Burmann. ad Nason. Art. Amat. II. 474. et ad Metam. VI. 236. Hic nihil mutandum. Infra XXVIII. 28. 'Ne istuc Jupiter optimus maximus sirit, Urbem, auspicato Diis auctoribus in æternum conditam, fragili huic et mortali corpori æqualem esse.' Præterea *esse deerat*, pro *esse deceat*, perperam Gaertn.

§ 8 *His sermonibus tota in se averterat castra*] Pal. 1. ac 2. *adverterat.* Andreas edidit *in se avertit.* Campanus vero *tota in se verterat castra.* Gebh. *In se avertit* editi ante Aldum: *in se animadverterat* Hav. Voces 'animadvertere' et 'advertere' confundi, vidimus hoc lib. ad c. 2. § 10. *adverterat* autem præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. Port. et fragm. Hav. 'Avertere in se,' ut I. 40. 'Dum intentus in eum se rex totus averteret.' X. 14. 'Totam belli molem in Samnium averterunt.' XXIX. 7. 'Dum ipse, aversis omnibus in eum tumultum, ab tergo urbem incautam adgrederetur.' XXX. 18. 'Omnes retro in aciem suorum averterunt.' XXXII. 24. 'Dum in unam partem oculos animosque hostium certamen averterat.' XXXVI. 7. 'In universi belli cogitationem regem atque eos qui aderant, tali oratione avertit.' XXXVIII. 30. 'Lacedæmonii deinde eum in sua certamina averterunt.' XL 42. 'In regem Illyriorum Gentium latrocinii omnis maritimi causam avertit.' c. 57. 'Romanis aversis in Bastarnarum bellum, recuperaturum se in Græcia, quæ amisisset.' Similiter jungitur cum præpositione *ad.* XXVI. 13. 'Si ad cubilia et catulos eorum ire pergas, ad opem suis ferendam avertas.' XXXV. 31. 'Solliciti ne Ætoli partis alicujus animos ad Antiochum avertissent.' Eodem modo 'avertere Veios' est V. 18. § 12. ubi etiam unus codex *advertere* præfert. Est autem similis locutio, atque 'avolare Romam,' aliaque, de quibus egi ad I. 57. § 8. Plenius alibi non modo 'in quem,' vel 'ad quem' aliquis 'avertitur,' sed etiam 'a quo.' Ita 'a ceteris in se averterant oculos' II. 5. 'invidiam rei a tribunis in consulem averterant' III. 1. 'in comitiorum disceptationem ab lege certamen averterant' c. 24. 'averterat in se a curru ora' IV. 20. 'cogitationes a foro ad domum avertit' c. 52. 'ab hominibus ad Deos preces avertisset' VI. 20. 'gentem ab societate regia ad Romanam amicitiam avertendi' XXXII. 19. 'consules ab exercitu ad conjurationis vindictam avertit' XXXIX. 8. et passim. Soliti autem fuerunt librarii, verba 'avertere' et 'advertere' in Mss. sæpissime inter se commutare. Vide ad Præfat. § 5. I. 40. § 7. III. 5. § 14. c. 7. § 2. IV. 20. § 3. c. 52. § 3. V. 24. § 5. c. 48. § 4. VI. 34. § 8. VII. 5. § 7. c. 17. § 5. IX. 39. § 10. X. 4. § 3. c. 14. § 3. XXXII. 24. § 2. XXXV. 31. § 1. XXXVI. 7. § 1. XXXVII. 11. § 14. c. 53. § 3. XXXVIII. 51. § 12. XXXIX. 8. § 1. et infinitis aliis locis. Similiter etiam commutantur 'aversus' et 'adversus.' Vide ad II. 31. §

Digitized by Google

5. Et ita pleraque alia verba cum præpositionibus *a* et *ad* composita. Vide ad XL. 55. § 5.

Quum omnibus locis posceretur pugna] *Peteretur pugna* Voss. 2. Lov. 2. 3. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. Vide ad VIII. 27. § 9. *Potiretur pugnam* Leid. 1. Mox cap. seq. 'Hæc est, inquit, milites, pugna, quam poposciştis.' II. 45. 'Frequentes in prætorium conveniunt, poscunt pugnam, postulant, ut signum detur.' VII. 15. 'Ubi illi clamores sint arma poscentium, ubi minæ, injussu imperatoris prœlium inituros?' c. 32. 'ut vero castra Romana viderunt, ferociter pro se quisque signum duces poscere.'

Sustinere, inquit, M. Furi, non possumus militum inpetum] *Sustinere, inquit, Murce, non possumus* Lov. 4. Sed vide hoc lib. ad c. 12. § 10. *Sustinere, inquit, M. Furi Camille* Lov. 3. Sed ultima vox ex glossa interpretis addita videtur. *Sustistere, inquit L. Furius* Hearnii Oxon. C. Sed reliqui, et scripti et editi, vulgatum defendunt, quod eam ob causam etiam servo. L. Furium insuper esse, qui loquitur, satis ex præcedentibus patet; neque id addi necesse erat. Solet autem Livius in initio orationis verbo *inquit* subjicere nomen ejus, ad quem verba fiunt. Supra c. 6. 'Te, inquit, P. Valeri, socium imperii, consilii, legiones mecum adversus Antiatem hostem ducere placet.' c. 24. 'Hæc est, inquit, milites, pugna, quam poposcistis?' c. 26. 'Soli adhuc, inquit, Tusculani, vera arma verasque vires invenistis.' c. 29. 'Videsne tu, inquit, A. Semproni, loci fortuna illos fretos ad Alliam constitisse?' Et ita sæpe. Tum *possimus* Leid. 1. Deinde *inpetum militum*, transpositis vocabulis, Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

Et hostis, cujus animos cunctando auximus] *Ex hostibus* Leid. 2. Deinde *cujus animum* idem Leid. 2. Lov. 5. Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. N. Ceteri vulgatum servant, nisi quod *animus* errore librarii sit in Leid. 1. Supra hoc cap. 'Multitudinis, ex incertissimo sumentis animos, spe inflatus.' Recte autem *animos: hostis* enim hic collective milites Volscos notat, quamvis *animi* numero plurali pro 'audacia,' 'ferocia,' etiam de uno dicatur. II. 39. 'Adnisurum, ut adpareat, exsilio sibi irritatos, non fractos, animos esse.' VI. 7. 'Neque enim dictatura mihi umquam animos fecit, ut ne exsilium quidem ademit.' XXII. 26. 'Pecunia a patre relicta animos ad spem liberalioris fortunæ fecit:' et mox, 'Postremo et prætura perfunctus jam ad consulatus spem quum adtolleret animos.' Deinde *cantando* Leid. 1. Tum *auximus* Voss. 1. pro quo inter versus recte emendatur *auximus*. Sæpe verba 'augere' et 'angere' confunduntur a scribis. Vide ad IV. 51. § 6. *Cujus cunctando animos auximus* alio ordine Lov. 4.

Jam minime toleranda superbia insultat] *Minima toleranda superbia* Gaertn. et Lov. 2. *jam minime toler. in sup. insultat* Harl. 1. Fontem erroris indicavi ad II. 34. § 9. et III. 2. § 9. Mox *Tu cede unus*, addito pronomine, Lov. 1. a m. pr. Verba autem *ut mat. bello vincas. Ad ea C., quæ bella suo* perperam omittebantur in Leid. 2.

§ 9 *Aut consilii sui, aut fortunæ pœnituisse*] *Petiuisse* Hav. In quem errorem facile librarius incidere potuit, si concipiamus scriptum fuisse *pẽituisse*. Ceterum per *æ pœnituisse* scribit optimæ notæ codex Flor. quomodo et in aliis integerrimis Mss. exaratum reperitur. Sed frustra. Vide Voss. in Etymol. Ling. Lat. voce 'Pœna,' et Dausquei. in Orthogr. part. sec. voce 'Pœnitentia.' Mox *jure imperio parem*, omissa copula *que*, Gaertn. *in re imperioque parem*

Digitized by Google

Lov. 4. Vox *jure* exsulat ab edd. vett. quam revocarunt Mediol. 1505. Tum *vigore ætatem*, pro *vig. ætatis*, Lov. 2.

§ 10 *Se, quod ad imperium attineat, regere consuesse, non regi*] *Sed*, pro *se*, Leid. 1. solito errore. Vide hoc lib. c. 6. § 10. et ad x. 18. § 9. Tum *quoad exercitum attineat* Lov. 2. *quod ad exercitum attingat vel attineat* Gaertn. cujus librarius duplicem lectionem in contextum admisit. Præterea *regē consuesse*, pro *reg'e*, sive *regere cons.* Leid. 2. *regē consuesce* Hav. *regere consuescere* Lov. 5. *regere consuevisse* edd. Aldina priores. Sed vide ad IV. 45. § 4.

Diis bene juvantibus ageret, quod e republica duceret] Τὸ *ageret* deficit in Gaertn. Deinde, male divisis vocibus, quæ olim una serie scribi solebant, *quo de republica* Leid. 1. pro quo *quod de republica* dedit librarius Voss. 2. quamvis etiam prima litera præpositionis ex vocis præced. fine repetita esse possit. Vide ad XXXVII. 29. § 8. *Quæ de republica* Lov. 2. *quod e re Romana* Hav.

§ 11 *Ætati suæ se veniam etiam petere, ne in prima acie esset*] Τὸ *etiam* hoc loco stare posse haud putem. Lege *veniam eam petere*. Quasi dixerit *Hanc mihi veniam dabis*. T. Faber. Omnia hæc verba deerant in Leid. 2. *Ætatis suæ* legunt Leid. 1. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Sed ultima litera vocis *Ætatis* male adhæsit ex principio vocis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Tum *se* deest in Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. quam vocem præcedens *suæ* intercepisse videri potest. Fabri conjectura adstrui posset loco Horat. in Art. Poet. vs. 11. 'Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim.' Eam tamen nullus codicum firmat. Admodum autem displicuit Doujatio, cui longe melius videbatur illud *etiam*, vel si codd. variarent, Inpuere enim Camillum, tantum abesse, ut majoris ætatis ratione velit sententiam suam tueri, ut potius ætati veniam dari postulet. *Se etiam veniam petere* alio ordine excusi usque ad Aldum, qui vocabula transposuit, mutationi ejus adstipulantibus omnibus meis. Insuper *Ætati suæ sed etiam veniam petere* ed. Parm. Mox *ne in prima acie. et quæ senis* Lov. 2. et Leid. 1. Verum *esset* per compendium scribi in Mss. solet *ēet*. Postea prius *e* intercidit, elisum ab ultima litera vocis proximæ; et ita solum *et* superfuit. Hinc *senis munera*, pro *sen. munia*, Lov. 1. et 2. Vide ad XXXVI. 31. § 12. Præterea *in bello fuit*, pro *in bello sint*, Gaertn. facili scribarum lapsu ob similitudinem literarum *s* et *f*, atque *in* et *ui*, ut alibi sæpe notavimus.

Id a Diis immortalibus precari] *Ab Diis immort. deprecari* Harl. 2. Port. et Hav. Sed optimi stant pro vulgato.

Ne qui casus suum consilium laudabile efficiat] *Ne quis casus* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. contra *laudabile efficiant* fragm. Hav. Neutrum necessarium est, præsertim adversantibus melioribus membranis. Locutio 'ne qui casus efficiat' inlustratur ex illis quæ notantur ad III. 10. § 7. Etiam *laudabile consilium* alio ordine Lov. 2.

§ 12 *Nec ab hominibus salutaris sententia, nec ab Diis*] *Nec ab omnibus* Leid. 2. infinitis locis obvio errore. Vide ad III. 54. § 6. Deinde *nec a Diis* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Voss. 1. Leid. uterque, Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Similiter etiam omnes excusi usque ad Jac. Gronovium, qui primus *ab Diis* substituit.

Aciem auctor pugnæ instruit] *Actor pugnæ* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. et fragm. Hav. sollemni scribarum errore. Vide ad I. 26. § 5. Mox *subs. Cam. firmat, validam stat. pro portis opponit* fragm. Hav. omissa particula copulante *que*, quam reliqui omnes

Digitized by Google

codd. servant.

Spectator intentus in eventu alieni consilii constitit] *Intentus in eventum* Gaertn. Et ita ediderunt etiam Mediolanenses 1505. quod deinde Ascensius 1513. et 1516. adoptavit. Ita VII. 19. 'In bellum Etruscum intentam civitatem legati Latini ad Volscos convertere.' IX. 24. 'Fore, ut minus intentæ in custodiam urbis diurnæ stationes ac nocturnæ vigiliæ essent.' XXII. 15. 'Fabius pariter in suos haud minus quam in hostes intentus.' XXXV. 42. 'Intentis in adparatum novi belli Romanis, ne ab Antiocho quidem cessabatur.' IV. 27. 'Intentos homines in eventum periculi alieni, pro se incautos, neglectis vigiliis stationibusque est adortus:' ubi alia vide. Sed nec vulgatum, quod reliqui codd. manu et typis descripti tuentur, temere mutandum. Nam *in eventu alieni consilii* non necesse est, ut referatur ad 'intentus,' quum et possit ad præcedens 'spectator.' Locum vel ita capiendum, vel *in eventum* emendandum esse, etiam Doujatius monuit. Præterea verbum *constituit* negligentia scribæ omissum est in Voss. 2. Paullo ante *edicto loco*, pro *edito loco*, Lov. 1. Vide ad XXI. 62. § 7.

CAP. XXIV. § 2 *Lenis ab tergo clivus erat inter aciem et castra*] Addita voce una, *nam lenis* Lovel. 4. 5. Harl. 2. Portug. Gaertn. Haverk. fragm. Haverk. a m. sec. in margine, et Hearnii Oxon. B. Quum tamen integriores codd. constanter hanc voculam ignorent, verius puto, illam hoc loco additam esse ab iis, qui sine ea orationem Livianam male cohærere existimarunt. Vide ad X. 17. § 10. Deinde *legis clivus* Leid. 1. *levis clivus* Voss. ambo, Lov. 1. 3. 4. 5. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. in quo recte a m. sec. *lenis* emendatur. Supra II. 50. 'Duxit via in editum leniter collem:' ubi plura dicta sunt. Vide etiam mox hoc cap. ad § 7. Tum *a tergo* Flor. Voss. 2. Lov. 4. 5. Gaertn. et edd. omnes usque ad Gronov. qui *ab tergo* substituit; quod reliqui scripti servant, nisi quod Leid. 1. scribæ aberratione *ad tergo* præferat.

Aliquot validas cohortes in castris armatas instructasque reliquerant] *Aliquod validas* Leid. 1. Harl. 1. et Voss. 1. a m. pr. Facillime hic error committi potuit a librario, qui alterum verba præeuntem sequebatur, quod in sono nullum foret discrimen. Ita peccabatur III. 9. § 3. c. 23. § 4. VI. 38. § 4. VII. 2. § 8. et alibi. *Aliquas validas cohortes* Voss. 1. inter versus a m. sec. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXXII. 10. § 12. Deinde *in castris armatis instructisque* Lov. 5. *in castris armatis instructasque* fragm. Hav. a m. pr. pro quo *armatas* recte a manu altera emendatur. Sæpe 'armatus' et 'instructus,' nunc hoc ordine, nunc transpositis vocabulis, junguntur. Infra IX. 39. 'Instructos deinde armatosque nox obpressit.' XXVI. 48. 'Advenit Livius peditum omnibus copiis, ad conserendum extemplo prælium instructis armatisque.' XXIX. 2. 'Postero die armati instructique omnes aciem ostendere.' Denique *reliquerat* Harl. 2. Port. et Hearnii Oxon. L. 1. et B. quorum librarii ita scripsisse videntur, quod præcessit 'hostis pedem retulit.' Sed male. Nam *hostis* etiam ut conlectivum consideratur, et verbo plurali jungitur. Infra XXI. 41. 'Nec est alius ab tergo exercitus, qui, nisi nos vincimus, hosti obsistat, nec Alpes aliæ sunt, quas dum superant, comparari nova possint præsidia:' ubi plura vide. Certiores itaque codd. sequi placet. In verbis præcedd. conjunctio *et* deerat in Lov. 3.

Quæ inter commissum jam certamen, &c. erumperent] *Quo inter commissum jam certamen* edd. quas vidi, vetustiores: ita *quo* accipiendum pro *ut*: quemadmodum II. 1. 'Quo plus virium in senatu frequentia etiam ordinis faceret.' XLII. 42. 'Quo in propin-

Digitized by Google

quo multo ante debita vota persolverem, Delphos sacrificandi caussa ascendi.' Verum Aldus, pro *quo*, dedit *quæ*, quod reliqui servarunt. Et recte. Ita enim omnes codd. nisi quod unus Hav. præferat *qua*. *Quæ inter emissum jam certamen* Lov. 4. qui error inde ortus esse videtur, quod per compendium scriptum fuerit *emissum*. Deinde *adpropinquaret*, pro *adpropinquasset*, Lov. 4.

§ 3 *Novo hoste, et supina valle Romanam inclinavit aciem*] Haud dubie hæc retulit ad verba præcedentia paulo superius, 'Lenis a tergo clivus erat inter aciem et castra.' At nihilominus locus obscurus est, mihique suspectus. *Glar.* Duas causas affert, quibus Romana acies exterrita inclinata est. Novum hostem et supinam vallem, quam paulo ante 'lenem a tergo clivum' appellavit. Itaque locum integrum esse censeo, contra atque censet Glareanus. ['Glareanus non ait corruptum locum, sed obscurum ac suspectum.'] *Sigon.* Si cogites præcedentia 'Lenis ab tergo clivus erat inter aciem et castra,' non obscurus est locus, multo minus suspectus esse debet, ut Glareano visum. Ait enim Romanos territos et inclinatos, quod et loco subissent acclivi, et ab recente hoste desuper incumbente exciperentur. 'Supina vallis' est, quibus est a tergo, qui ex valle in collem succedunt. Lib. VII. cap. 24. 'Pepulistis a castris, supina valle præcipites egistis.' *J. F. Gron.* Supra IV. 46. 'Loco iniquo sub hostium castris, quum, quia simulato metu receperat se hostis ad vallum, spes vana expugnandi castra eo traxisset, repentino impetu Æquorum per supinam vallem fusi sunt:' 'Supinam vallem' esse, quæ alio nomine 'aversa vallis' vocatur, monuit Gronovius ad II. 31. § 6. Paullo ante in verbis præcedd. vox *fuit* exsulabat a Lov. 2.

§ 4 *Instant Volsci recentes, qui e castris impetum fecerant: integrant et illi pugnam*] *Qui castris inp. fec.* omissa præpositione, Leid. 1. Tum *integrantque et pugnam* Leid. 2. *integrant et illi pugnant* Gaertn. Deinde *censerant fugam*, pro *cesserant fuga*, Leid. 1.

Inmemor recentis ferociæ veterisque decoris] *Memor recentis ferociæ* Lov. 3. *inmemor præsentis ferociæ* priscæ edd. pro quo Aldus substituit *recentis*. Et ita habent omnes codd. Deinde *veterisque terroris* perperam Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante *recupiebat*, pro *recipiebat*, Leid. 1. Præterea *miles Romanus* alio ordine Lov. 4. In verbis autem seqq. *dabat, et effuso cursu* Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. *dabatque effuso cursu* Leid. 1. Sed prima syllaba *τοῦ atque* intercepta est ab ultima vocis præced. *dabat*.

§ 5 *Quum Camillus, sublatus a circumstantibus in equum*] Pall. Mss. tres *subvectus* unanimi consensu, non *sublatus*. Gebh. Scribe cum Thuaneo et Chiflet. *subjectus*. Quo aurigantur tres Pall. duo Voss. Helm. qui habent *subvectus*. Virgilius Æneid. l. XII. vs. 287. 'et corpora saltu Subjiciunt in equos.' Nosterque Livius l. XXXI. 37. 'Saluti fuit eques, qui raptim ipse desiluit, pavidumque regem in equum subjecit.' Statius Thebaid. II. 203. 'Correptumque injecit equo.' *J. F. Gron.* *Subjectus* ex meis etiam Flor. Leid. 1. Lov. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. et fragm. Hav. cui voci pro expositione in margine olim adscriptum fuerat a scholiaste *sublatus*, quod deinde, ut notius hoc sensu, ab ineptis librariis in contextum admissum est, altero ejecto. Præter codd. Gronovio memoratos, *subvectus* etiam servant Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. nec non Hearnii Oxon. L. 1. et 2. At duplici lectione juncta *subvectus sub latus eorum* habet Harl. 1. Quemadmodum hic 'subjectus' et 'subvectus,' ita et 'trajectus' et 'travectus' facile commutari posse, Gronov. docuit ad Livii XXXII. 6. § 1. De significatione verbi 'subjicere' pro sursum jacere,

Digitized by Google

de qua hic Gronov. vide etiam Scalig. ad Virgil. Ceir. vs. 7. Passerat. ad Propert. Eleg. I. 2. 9. et Heinsium ac Burmann. ad Albinov. Eleg. ad Liviam vs. 256. Adde Nonium Marc. in voce 'Subjicere.' Eodem modo 'submissæ dextræ' sunt sublatæ, sursum emissæ dextræ. Vide quæ notavi ad Silium Ital. XII. 640. Ceterum tum *Camillus* Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem.

Subsidiis oppositis, Hæc est, inquit, milites, pugna, quam poposcistis] *Subsiduis impositis* Lov. 5. *subsidiis impositis* Leid. 2. *subsidiis uppositis* Klockian. Deinde *popascitis* quidam codd. meorum, et ex Hearnii Oxon. N. C. et alii, aperto errore scribarum. Similiter aberrant operæ typographorum, non modo in quibusdam vetustioribus edd. quemadmodum Rom. 1472. Parm. Tarvis. utraque, et Basileensi Curionis, verum etiam in Gronoviana 1667. quod deinceps subsecutæ 1678. et 1679. et Clerici Amstelædamensis fideliter servarunt. Mox *Quis habeo*, pro *Quis homo*, Voss. 2. et Lov. 2. Deinde *quis decus est*, pro *quis Deus est*, Lov. 3. *Tò est* non adparet in Lov. 2.

§ 6 *Et, quod ductu meo soletis, vincite*] Vet. lib. *et, ut ductu meo soletis, vincite*. Sigon. Pal. 2. Campani ed. *et, ut ductu meo soletis, vincite*. Ceterum duo Pall. alii meliores *et, quo ductu eos soletis, vincite*. Longe oratione honestiore: quippe vulgata videtur aliquid arrogantiæ spirare. *Gebh. Et, ut ductu meos soletis, vincite* Lov. 4. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Neque aliter Harl. 2. nisi quod *ducto*, pro *ductu*, habeat. Vide ad I. 15. § 7. *Et, quo ductu eos soletis, vincite* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *et, quo ductu eo soletis, vincite* Lov. 2. fragm. Hav. a m. pr. ubi ultimæ literæ *τοῦ quod* et *τοῦ eos* absorptæ sunt a primis vocum sequentium. Vide ad XXXVII. 29. § 5. *Et, quod ductu meo soletis, eos vincite* Hearnii Oxon. C. *et, quo ductu meo soletis, vincite* Lov. 5. Sed nihil muto. Reliqui enim codd. et cum illis integerrimi, vulgatum servant, nisi quod, male divisis vocabulis, *et, quod ductu eo soletis, vincite* habeat Leid. 1. Neque obstat, vulgatum aliquid arrogantiæ spirare, quod Gebhardus objecit: si enim aliquem, certe in hoc casu ea Camillum decebat, quo invito et meliora monente prælium initum erat. Quin et arrogantia hac ac confidentia opus in primis erat, ut Camillas militibus adverso prælio perculsis animum erigeret. Neque mutata ex sententia Gebhardi lectio ejusdem arrogantiæ liberari poterit propter verba præcedentia, 'Secuti alium ducem, sequimini nunc Camillum.' Paullo ante *sequamini* Port. et Hav. quod, si certiores codd. consentirent, recipi posset: ut *sequamini* et *vincite* hic eodem modo jungerentur, quo 'imitamini' et 'peccetis' III. 21. § 6. ubi vide Dukerum. Nunc tamen horum solorum auctoritas mihi levior est, quam ut eam sequi vellem.

Quid vallum et castra spectatis] *Exspectatis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. et apud Hearnium Oxon. N. cum Exc. Pithœi. Verum, sæpius ita libraries peccare solitos fuisse, videbimus hoc lib. ad c. 32. § 1.

Neminem nostrum illa, nisi victorem, receptatura sunt] Vet. lib. *receptura*. Sigon. Recte quidem Sigonius *receptura sunt* legendum decuit, verum ita non modo omnes præferunt codd. mei, (nisi quod in solo Gaertn. sit *recepturi sunt*) sed et typis excusi; ut mesciam, ubi Sigonius *receptatura* invenerit. Ceterum *neminem illa vestrum* Leid. 1. at *τὸ illa* deficit in Leid. 2.

§ 7 *Inde, ut circumagi signa, obvertique aciem viderunt in hostem*] Deest vox una ad sententiam complendam, quæ est in veteribus libris, in quibus ita legitur: *ut circ. signa, obvertique*

Digitized by Google

aciem viderunt ruunt in hostem. Sigon. Verbum *ruunt* est Sigoniani, hoc est, stigmatis spleniisque nimis interstincti codicis. Tu vero restitue lectionem antiquam: *inde, ut circ. signa, obvertique aciem vid. in host., et dux, &c. inter prima signa se offerebat, increpare singuli se quisque et alios.* Jam dabant terga, sed castigatio Camilli pudorem incussit, ut starent: mox ut signa quoque circumagi, et versus hostem reflectere se jam primos ordines videre, ut videre venerabilem tot meritis imperatorem inter primos discrimini sese offerentem; ultro se invicem sunt hortati, et animos resumpsere. Quod Sigonius addidit, intelligi Livius voluit a prudenti lectore, dum ipse properat ad alterius ducis, equiti segnitiem excutientis, curam: de qua postquam explicuit, tum conjunctim de utrisque: 'nihil, neque apud duces, neque apud milites, remittitur a summo certamine animi.' Vide illud 'ruere in hostem,' quod supra putaverunt desiderari. *J. F. Gron.* Verbum *ruunt,* quod Sigonius addidit, admittunt etiam Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. quorum plerosque sæpe Sigonianis codd. consentientes supra habuimus, et Hearnii Oxon. B. et C. At reliqui omnes, certe mei Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. illud a Sigonio interjectum non agnoscunt; quod et nexum orationis Livianæ respuere, recte Gronovius docuit. 'Obverti in hostem' ut IX. 21. 'Tum totam aciem in Samnites obvertit.' c. 35. 'Flectit paullulum in clivos agmen, inde signa in hostem obvertit.' Insuper *inde et circĭvagi signa* male Hav. *inde et circumagi signa* Lov. 2. Paullo ante etiam *tenuit effuso* male Flor. 'Effusi' autem sunt, quos modo 'effuso cursu castra repetere' dixerat.

Præterquam quod tot insignis triumphis, etiam ætate venerabilis] Suppleri potest 'erat,' et e præcedentibus repeti 'ut.' XXX. 26. 'Annonæ vilitas fuit, præterquam quod omnis Italia pace erat aperta, etiam quod magnam vim frumenti ex Hispania missam, &c. populo descripserunt.' Ibid. cap. 40. 'Qui gloriæ ejus certamen cum Scipione, præterquam quod iniquum esset, etiam impar futurum cernebat:' si hoc non placet, tollendum videtur *quod.* V. 14. 'Præterquam majestate petentium, religione etiam attoniti homines.' XXV. 23. 'Syracusarum oppugnatio ad finem venit, præterquam vi ac virtute ducis exercitusque, intestina etiam proditione adjuta.' XXII. 53. 'Quod malum, præterquam atrox, super tot clades etiam novum, quum stupore ac miraculo torpidos defixisset:' ubi itidem inculcaverant *quod.* Vide ibi J. F. Gronovium. *Duk.* Voculam *quod* neglexerunt primæ edd. Eam addidit Aldus, et servant omnes scripti, excepto Leid. 1. in tamen ejus loco est *quot* sollemni errore scribarum. Vide ad XLI. 1. §1. Verum illud *quod* interceptum est a præcedentis vocis ultima syllaba *quam,* ut sæpe alibi factum est. Vide ad XXXVII. 54. § 4. Deinde vocula *tot* deest in Harl. 2. quam pariter præcedens *quod* elisit. *In tot signis triumphis* habet Gaertn. *insignis tot triumphis* Hav. Præterea *et ætate ven.* Lov. 4. *etiam acta ven.* Leid. 1. *etiam actu ven.* Harl. 1. *etiam acta ætas ven.* Lov. 2. *etiam exacta ætate ven.* Gaertn. et Hearnii Oxon. C. *etiam et exacta ætate ven.* Lov. 3. Voss. 2. et fragm. Hav. Sed vulgatum sufficit, quod in reliquis scriptis superest.

Ubi plurimus labor periculumque erat] *Plurimus error* Lov. 3. Tum *erant* Port. Sæpius quidem ita Livius locutus est: quum tamen alii codd. in vulgatum conspirent, eam lectionem potius a librario hujus codicis, quam a Livio, profectam esse censeo. Vide ad XXXVII. 27. § 6. Mox *se efferebat,*

Digitized by Google

pro *se offerebat*, Lov. 2. Pronomen *se* non adparet in Lov. 4.

Increpare singuli se quisque et alios] *Increpavere* ed. Rom. 1472. Male autem divisis vocibus *increpare singulis equis que et alios* Leid. 1. quod in hoc cod. frequens est. Similiter fere *increpare singulis equosque et alios* Lov. 2. *increpare se singuli se quisque et alios* Lov. 4. 5. Harl. 2. Hav. et Port. a m. pr. in quo posterius *se* alia manus postea expunxit. *Increpare singuli se et quisque et alios* Voss. 1. et Lov. 1.

Et adhortatio in vicem totam alacri clamore pervasit aciem] Vocula *et* exsulat a Port. Deinde *pua aciem* Klockian. *iuasit aciem* Gaertn. Infra XXVI. 15. 'Murmur ab tribunali totam concionem pervasit.' Supra v. 7. 'Famaque ea forum atque urbem pervasisset.' XXXVIII. 30. 'Terror tamen omnem maritimam oram pervasit.' XLV. 10. 'Victoriæ Romanæ fama quum pervasisset in Asiam.

§ 8 *Ad quam rem leviorem auctorem eum culpæ societas fecerat*] *At quam rem* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad III. 17. § 3. et Noris. ad Cenotaph. Pisan. Diss. IV. 2. § 2. pag. 453. Alia similis erroris exempla vide hoc l. ad c. 18. § 4. c. 19. § 1. c. 26. § 1. VII. 4. § 5. IX. 8. § 9. cap. 27. § 14. Adde Burmann. ad Sueton. Cæs. c. 29. Tum *leniorem auctorem* Voss. 2. Lov. 3. 4. et Port. solito scribarum errore. Vide hoc cap. ad § 2. *Leviorem auctorem* illustravimus I. 16. § 5. Paullo ante *Nam alter*, pro *Neque alt.* Lov. 4. Tum *missus ab collega* Port. et Hav. *missus ad collegam restituentem* Lov. 4.

Ad preces versus orare singulos universosque] *Ad preces versus ore sing. universos* Hav.

Ut se reum fortunæ ejus diei crimine eximerent] *Rerum*, pro *reum*, Port. et ed. Tavis. prior. Vide ad V. 47. § 10. Deinde *reum fortunæ ejus die* Voss. 2. quod a Livii manu profectum fuisse videri posset, si plures codd. consentirent. Vide ad IX. 37. § 4. Unius tamen fide subnixum probare non audeo. Denique *crimine exonerarent* Harl. 1. quod omnino ex interpretis marginali expositione in contextum receptum existimo. 'Eximere crimine,' ut 'eximere noxa,' de quo vide ad VIII. 35. § 5.

§ 9 *Temeritatis me omnium potius socium, quam unius prudentiæ dedi*] *Temeritatos* Harl. 1. *temeritate* Leid. 2. *temeritati* Voss. 1. Harl. 2. Lov. 1. 4. 5. Port. et Hav. quod eodem modo dictum foret, quo 'amicus,' 'inimicus,' 'socius populo Romano,' 'hostis Karthaginiensibus,' et similia alia, de quibus vide ad XXXIX. 47. § 11. quo etiam 'comes consiliis' apud Plautum obcurrit in Pseud. I. 1. 14. 'nam tu me antidhac Supremum habuisti comitem consiliis tuis.' Quamvis itaque Livium ita hoc modo loqui potuisse constet, utrum tamen ita locutus sit, ut dubitem, facit reliquorum et inter eos integerrimorum codd. in receptam lectionem conspiratio. Deinde vox *socium* deficit in Lov. 4. Sine quo licet sensus constare possit, reliquis tamen vocem hanc servantibus, quam uni eam tollenti, accedere malo. Præterea *quam minus prudentiæ* Leid. 2. errore librarii.

Ni restituitur pugna (*quod miserrimum est*) *fortunam cum omnibus, infamiam solus sentiam*] *Ni restituatur pugna* Harl. 2. et Hav. Et ita se in Oxon. L. 2. et C. reperisse, Hearne auctor est. Vulgatum tamen mutari necesse non puto. Supra II. 45. 'Decretum est, non dare signum, nisi, victores se redituros ex hac pugna, jurant:' ubi ita, pro *jurent*, ex melioribus codd. restituimus. Vide quæ eo loco notantur. Deinde *quod est miserrimum* Gaertn. Tandem *sentiam solus* Lov. 4. *solus censeam* Hav. aberratione scribæ. Solent autem verba 'censeo' et 'sentio' in Mss. con-

Digitized by Google

fundi. Vide ad v. 20. § 6. *Solus sententiam* sine sensu est in Harl. 1. Ceterum consideretur lectio cod. Flor. *infamiam solus sentiam omnium:* sive *sentiam. Omnium optimum visum est:* quæ, præsertim si priori modo distinguatur, ob ejus auctoritatem non videtur spernenda, licet nullus præterea cod. accedat.

§ 10 *Optimum visum est, in fluctuantem aciem tradi equos*] Hæc obscure dicta sunt. Nam, de qua acie intelligendum sit, ignoratur. Verum cum ipsi pedites in certamen ibant, non equites, fortasse equos fortunæ commisisse commode quis exponat. *Glar.* Non tantum obscure dicta sunt hæc, sed etiam omnino male. Nam equos fortunæ commisisse equitem, ut exponi commode censet Glareanus, quid, quæso, ipsum est? Scribe *inter fluct. aciem.* Interea dum hæret fluctuatque ambigua utrimque acies, equitem descendere ad pedes, equos tradere, 'lixis' puta vel 'calonibus' custodiendos. VIII. 39. 'Dictator, ubi respectantes hostium antesignanos, turbataque signa, et fluctuantem aciem vidit, tum adhortari.' *Tradi equos*, est 'relictis equis.' VII. 7. 'Consulto prius dictatore equites, permissu deinde ejus, relictis equis, clamore provolant ante signa.' 'Omissis equis' IX. 39. Virgilius Æneid. XI. 709. 'at illa furens acrique incensa dolore Tradit equum comiti, paribusque adsistit in armis.' *J. F. Gron.* Conjectura Gronovii Doujatio displicuit, qui existimat, sensum, quem Gronovius verbis Livii inesse putabat, sine dubio verum, at ex verbis per vim expressum esse; nam Virgilium quidem de Camilla dixisse *Tradit equum*, sed addidisse *comiti*; non vero, ut hic Livius, inpersonaliter locutum esse: deinde *fluctuantem aciem*, non plures acies, sed unam, significare, Romanorum scilicet. Ipse itaque legendum censet *transdi equites*, id est, transmitti ad sustentandam pedestri certamine nutantem peditum aciem: 'transdere' enim non solum dixisse veteres pro tradere, sed et pro transferri, eoque sensu apud Terent. in Prolog. Phorm. obcurrere 'transdere hominem in otium.' Verum inter utramque locutionem magna est in sensu differentia. Nam 'transdere,' sive 'tradere hominem in otium' notat quidem transferre hominem in otium, sed ita ut eo indicetur, efficere ut homo sit otiosus: at menti Livii convenire nequit, ut 'transdere equites in aciem fluctuantem' accipiatur, pro efficere, ut equites sint acies fluctuans, ut acies equitum fluctuet. Præferendam itaque censeo conjecturam Gronovii, *inter fluctuantem aciem tradi equos*, atque exponendum; interea dum fluctuat acies Romana, et, signa in hostem obvertens, nondum consistit. Elegans usus est præpositionis *inter* hoc sensu, et Livio admodum frequens. Ita I. 41. 'Tanaquil inter tumultum claudi regiam jubet.' cap. 55. 'Inter principia condendi hujus operis.' II. 46. 'Pilis inter primam trepidationem abjectis temere magis, quam emissis.' c. 58. 'Volscum Æquicumque inter seditionem Romanam est bellum coortum.' IV. 18. 'Inter dimicationem castra Romana adgrederentur.' c. 19. 'Inter prœlium et ad castra Romana pugnatum est.' Ante hoc ipso cap. 'Inter commissum jam certamen, ubi vallo adpropinquasset hostis, erumperent.' XXVI. 38. 'Armis inter tumultum captis, eruptionem tentaverunt.' XXXVI. 20. 'Inter ipsum pugnæ tempus decem naves regiæ cum præfecto Isidoro ad Thronium in sinu Maliaco stabant.' cap. 36. 'Ludos, quos prætor in Hispania inter ipsum discrimen pugnæ vovisset.' XXXIX. 1. 'Natus ad continendam inter magnorum intervalla bellorum Romanis militarem disciplinam erat:' ubi vide. Eodem sensu et apud alios scriptores obcur-

Digitized by Google

rit. Ita 'inter cœnam,' 'inter epulas.' Cic. ad Quint. Fr. III. 1. 'Hæc inter cœnam Tironi dictavi.' Sueton. Aug. cap. 71. 'Inter cœnam lusimus γεροντικῶς et heri et hodie.' Sallust. in Jug. cap. 66. 'Eos omnis, præter Turpilium, inter epulas obtruncant:' ubi vide Cortium. Florus I. 6. 'Inter Tarquinii mortem, adnitente regina, substitutus in locum regis.' Vide modo laudatum Cortium ad Sall. Jug. c. 40. § 4. Adde Vorst. de Latin. Falso Suspect. cap. 21. Facillimus autem lapsus est librariorum, ut *in* et *inter*, quæ præpositio per compendium *int'* scribi solet, confundant, quem sæpius notavimus. Vide ad XXXVIII. 38. § 6. Ceterum codd. scripti nihil mutant, nisi quod præpositio *in* desit in Leid. 2. *aciem* in Harl. 1. *trudi* autem, pro *tradi*, legat Lov. 4.

Pedestri pugna invadere hostem] *Invadere hostes* edd. principes, pro quo Aldus substituit *hostem*, ut exhibent omnes scripti. Vide ad v. 50. § 2. At insuper *invadere in hostem* Lov. 3. de qua constructione dixi ad II. 47. § 6. Sed sequor hic consensum aliorum codicum, qui præpositionem ignorant. Mox *insignis armis* Leid. 1. Tum *copias nitent*, pro *cop. vident*, Gaertn. Deinde *ab summo certamine* Port. et Hav.

§ 11 *Sensit ergo eventus virtutis enixe opem*] Legendum *Sensit ergo ev. virt. enixæ opem*. Rhen. Illud *enixe* dubitationem habet, sed tolerabilem. Itaque quidam libri *enixæ* legunt, ultima cum diphthongo. *Glar.* Dubitatio apud me nulla superest, quin recte Rhenanus emendarit *virtutis enixæ*. Tolerabile enim non puto 'enixe sentire.' At 'virtus enixa,' quemadmodum 'virtus eniti' dicitur apud Curtium VII. 11. 'Nihil tam alte Natura constituit, quo virtus non possit eniti.' In Mss. nullum discrimen librarii inter diphthongum *æ* et simplicem vocalem *e* observarunt. Sub oculis tamen habeo codd. in quibus diserte *enixæ virtutis* legitur. Ceterum *anixe* est in Voss. 2. *annixæ* in Lov. 3. *igitur* autem, pro *ergo*, in Harl. 2. et Hav. quæ varietas lectionis sæpias in membranis vetustis obvia est. Vide ad XXI. 11. § 6. *Eventu*, pro *eventus*, Klockian. quasi displiceret librario, 'sentire' de re inanimata atque incorporea dici. Sed ita IX. 37. 'Vastationem sub Ciminii montis radicibus jacens ora senserat.' XXVI. 12. 'Capua etsi nihil segnius obsessa per eos dies fuerat, tamen adventum Flacci sentit.' Apud poëtas nihil frequentius est. Ovid. Met. XIII. 785. 'Senserunt toti pastoria sibila montes, Senserunt undæ.' XV. 823. 'Pharsalia sentiet illum, Æmathiaque iterum madefacti cæde Philippi.'

Et Volsci qua modo simulato metu cesserant: eunt in veram fugam effusi] Mendum hic est plane pudendum. Nam *ea* adverbium quispiam in verbum *eunt* mutavit, ignorans adverbialiter *ea* dici, sicut 'eadem,' ac referri ad *qua*. Proinde sic scribe ac distingue sententiam: *Et Vol. qua modo sim. metu cesserant, ea in ver. fug. eff., magna pars et in ipso cert., et post in fugu cæsi.* Rhen. Eamdem, quam hoc loco, emendationem Rhenanus etiam proposuit ad Tacit. Hist. III. 8. Ipsi autem consentiunt omnes scripti, nisi quod *eam* sit in Lov. 2. Harl. 2. et Gaertn. ex quo deinde *eunt*, quod in edd. principibus erat, factum fuisse videtur. Sed ultima litera τοῦ *eam* adsumta est ex similitudine vocis seq. *in*. Vide ad III. 48. § 5. Vel *eam* datum est, ut conveniret cum sequenti *in veram fugam*. Vide hoc lib. ad c. 3. § 8. Conveniunt potius, ut Rhenanus observavit, *qua*, *ea*; pro quorum priore male *quo* habet Port. Supra v. 43. 'Qua signa ferri videbant, ea, robore virorum obposito, scandere hostem sinunt.' Alibi 'eadem, qua' junguntur. IV. 39. 'Interclusi equites nec perrumpere eadem, qua transierant, posse.' Interdum

Digitized by Google

alterum *ea* omittitur. Infra IX. 44. 'Qua duci proxime potest, expeditas legiones ad collegam ducit.' I. 38. 'Muro lapideo urbem, qua nondum munierat, cingere parat.' Interdum præmittitur alia vox, cui *qua* nec genere nec numero convenit. Supra v. 47. 'Vigiles ejus loci, qua fefellerat adscendens hostis, citati:' ubi plura notantur. Posset itaque hac ratione lectio, quæ ante Rhenanum exstabat, probari, ut *ea* per ellipsin omissum esset. Verum non modo aliud suadent codd. scripti, sed etiam *eunt in fugam effusi* admodum languet, et potius Livius, si ellipsis illa placuisset, quovis alio verbo usus fuisset. Ceterum *cessarant* est in Lov. 4. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Contra *cessit*, pro *cessat*, olim perperam apud Silium editum fuisse, observant viri docti ad ejus XII. 306.

Magna pars et in ipso certamine, et post in fuga cæsi] *Magnam pars* præfert Flor. sed ultima litera τοῦ *magnam* deinde erasa est. An forte legendum *magnam partem?* ut verba cohæreant 'Volsci, &c. in veram fugam effusi, magnam partem, &c. cæsi' sunt. Vide ad XLI. 6. § 6. Verum nihil mutandum. Vulgata enim lectio elegans et vere Liviana est. 'Volsci, magna pars cæsi,' pro Volscorum magna pars cæsi, vel cæsa. Liv. XXX. 24. 'Onerariæ pars maxima ad Ægimurum, aliæ adversus urbem ipsam ad Calidas aquas delatæ sunt.' XXXV. 11. 'Jam inermes sedentesque pars maxima spectabant.' c. 36. 'Pauci armis abjectis, pars Tegeam, pars Megalopolim perfugiunt.' XLIV. 28. 'Equi pars in mari fractis navibus absumti, partim nervos succiderunt in litore Macedones.' Vide Sanctium in Min. IV. 8. p. 709. et quæ Perizon. ibidem notavit, ubi priorem locum Livii aliaque plura ex eo adtulit. Ceterum prius *et* perperam deest in Voss. 2. et Hav. Vide ad II. 44. § 8. Tum *in fugam cæsi* Voss. 1. a m. pr. Lov. 5. fragm. Hav. a m. pr. et Port. a m. sec. *occisi in fuga* Lov. 4. Contra vero mox *cæsi sunt*, pro *occisi sunt*, Port. sed a m. pr. Nam ultimæ voci notæ, quibus librarii aliquid expungendum esse indicant, subjiciuntur.

CAP. XXV. § 1 *Ubi in recensendis captivis*] *Ubi recensendis captivis* Hav. Verum, quum *Ubi ĩ recensendis* scriptum fuisset, illud ĩ excidit ob similitudinem ultimæ literæ vocis præced. Vide ad XXXVII. 41. § 8. Omnes autem reliqui codd. præpositionem servant, nisi quod, literis inperite in voces divisis, atque una litera mutata, *Ubi inde censendis captivis* sit in Gaertn. Sæpe autem *D* et *R* in Mss. commutari solent. Vide ad IX. 10. § 6. *Ubi in recedendis captivis* sine sensu præfert Lov. 5.

Secreti ab aliis ad tribunos adducuntur] *Separati ab aliis* in margine cod. Oxoniensis N. esse, observat Hearnius; quæ potius interpretis expositio marginalis, quam codicum varia scriptura, habenda videtur. Tà *ab aliis* desunt in Gaertn. Male. Supra III. 36. 'Inpotentibus instructi consiliis, quæ secreto ab aliis coquebant.' XXXIX. 10. 'Hæc amoris pignora quum essent, nec quidquam secretum alter ab altero haberet.' IV. 27. 'Locum maxime secretum ab tumulta petit.' Eodem sensu 'secernere' hoc lib. c. 10. 'Mitti tamen ad principes eorum placuit, ut secernerent se ab Etruscis:' ubi plura vide. XXXIV. 44. 'Ut loca senatoria secernerent a populo.' Deinde *ad tribunos militum* Hearnii Oxoniensis C. Verum, reliquis omnibus ultimam vocem ignorantibus, eam etiam ex interpretum interpolatione aut glossa receptam puto. Denique *abducuntur* fragm. Hav. a m. pr. Alibi sæpe ita peccatur in Mss. Vide ad XXVII. 29. § 1.

Percunctantibusque fassi, publico consilio se militasse] Alia orthographia *perconctantibus* in optimo Flor. legi,

Digitized by Google

ejus excerpta docent. Verum, vel sine *c percontari*, vel ea litera adsumta *percunctari* scribendum esse, etymologia ostendit, prout vel a *contus* vel a *cunctus* deducatur. Vide Festum in voce 'Percunctatio' et Donat. ad Terent. Hecyr. I. 2. 2. quorum loca laudarunt Voss. in Etym. Ling. Lat. voce 'contus,' et in voce 'cunctus:' et Dausquei. in Orthogr. part. II. in voce 'Contor,' et in voce 'Percontor.' Quorum posterior etiam priori loco laudat Nonium Marc. in voce 'Percontari.' Præterea *se publico consilio militasse* Hav. Sed pronomen *se* deest in Harl. 2. Port. et vetustis edd. Id alibi apud Livium omitti vidimus ad I. 23. § 5. Quum tamen in reliquis codd. quibus potius, quum ob numerum, tum ob integritatem, fidem habeo, supersit, recte ab Aldo additum esse puto. Ceterum *faxit*, pro *fassi*, est in Lov. 1. *fas sit* in Leid. 1. An forte scribendum *fassi sunt?*

§ 2 *Cujus tam vicini belli metu Camillus motus*] *Cujus causam* Hav. *cujus causa* Harl. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Quasi foret 'metu motus caussa vicini belli.' Verum ob similitudinem literarum *c* et *t* commutarunt potius librarii compendia scribendi *tā*, sive *tam*, et *cā*, sive *causa*. Vide ad VIII. 14. § 1. *Camillo* dedit scriba Leid. 2.

Extemplo se Romam captivos ducturum, ait, ne Patres ignari sint] *Exemplo* Leid. 1. sæpius obvio errore. Vide ad XXXIV. 33. § 8. Deinde *ducturum, ut ne Patres* Leid. 1. Lov. 2. et Harl. 1. De illo *ut ne* vide ad X. 27. § 2. Hic vero τὸ *ut* natum videtur ex vocula *ait*. Utramque lectionem *ducturum ait, ut ne Patres* simul receperunt Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *ignarus* in Leid. 1. Verum prima litera τοῦ *sint* perperam adcrevit præcedenti voci *ignari*, ultima autem intercepta est ab initiali sequentis *Tusculanos*. Alio errore *ignaris sint* ab initio scriptum fuerat in Flor. ultima litera vocis *ignaris* non bene adsumta ex initio vocis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Verum recte postea litera sibilans erasa est. *Ignari essent* Lov. 2. 4. Harl. 2. Port. et Hearnii Oxoniensis C.

Tusculanos ab societate descisse] *A societate* Voss. 2. Tum *desiisse* Lov. 4. *desisse* Hav. de quo errore vide ad XXX. 3. § 5. De verbo *descisse* vide ad XXIV. 45. § 2.

Castris exercituique interim, si videatur, præsit collega] *Castris exercituque* Lov. 4. et Hav. Quod more antiquo dictum videri posset. Vide ad XXIV. 19. § 6. Sed, paucis codd. his fidem habere, pene temerarium puto. Deinde *si videtur* fragm. Hav. Utrumque autem vocabulum deest in Leid. 2. sed culpa librarii. Sunt enim maxime sollemnia apud Romanos, ne quid odiose imperare crederentur, præsertim collega collegæ. Infra XXXIV. 46. 'Nuncium ad collegam mittit, ut, si videretur ei, maturaret venire.' Eadem formula in submovendo populo utebantur tribuni plebis II. 56. 'Si vobis videtur, discedite Quirites:' ubi tamen Appius, infensissimus tribunorum plebis inimicus, eam male calumniatus, tribunos pro imperio submovere populum non posse, inde efficere conatur; eodem modo ac Q. Fulvius Flaccus ex ea in senatusconsulto adhibita liberum sibi arbitrium datum interpretabatur XXVI. 16. 'Quia adscriptum in senatusconsulto fuerit, si ei videretur, integram rem ad senatum rejiceret, interpretatum esse, quid magis e republica duceret, æstimationem sibi permissam:' ex quo loco etiam illam in senatusconsultis usurpatam fuisse patet.

§ 3 *Documento unus dies fuerat, ne sua consilia melioribus præferret*] *Documento unius dies fuerat* Gaertn. Tum *nec sua consilia* Harl. 1. Deinde *meliora præferret* male iterum Gaertn. ex eodem fonte promanante hoc errore, quem indicavi hoc lib. c. 3. § 8.

Digitized by Google

ex eodem mox § 4. datum *secundum decus omne*, pro *secundæ d. om.* § 7. *propinquis itineribus*, pro *prop. itineris.* Deinde *melioribus præferrentur* fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxoniensis N. in margine. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

Nec tamen aut ipsi, aut in exercitu cuiquam] *Nec tū aut ipsi* Lov. 4. et Gaertn. qui error in Mss. sed præsertim in posteriori illo, frequentissimus est. Vide ad XXII. 17. § 5. Deinde *aut in exercitum* fragm. Hav. a m. pr. Denique *cuique* Port. Vide ad v. 29. § 6. *cuipiam* Lov. 4. Vide ad XXXV. 42. § 8. Mox *respresset*, pro *respub. esset*, Leid. 1.

§ 4 *Et tum in exercitu, tum Romæ constans omnium fama erat*] In antiquis libris legitur *cum in exercitu, tum Romæ.* Rhen. Codd. Rhenani ex meis consentiunt Leid. 1. Harl. 1. Flor. Gaertn. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxoniensis B. et Exc. Pithœi. Horum fide etiam ita edi curavi. Alibi sæpius eo modo peccari, vidimus hoc lib. ad c. 23. § 3. Adde mox hoc cap. § 6. Vocula *tum* autem posteriori loco abest a fragm. Hav. Sed ibi intercepta est ab ultima syllaba præcedentis dictionis *exercitu.* Ceterum tota hæc periodus *et tum in exercitu, tum, &c. gesta res esset* deficit in Hav. cui errori occasionem dederunt voces *resp. esset*, quæ proxime præcesserunt. Vide ad IX. 11. § 11. In illis autem verbis *gesta esset*, omissa media voce, exhibet Harl. 1. *gesta res* Lov. 3. *res gesta esset*, dictionibus transpositis, Gaertn. et Lov. 1. 4. ac 5.

Adversæ pugnæ fugæque in L. Furio culpam, secundæ decus omne penes M. Furium esse] *Fugæ* neglegentia scribæ omittitur in Voss. 2. *culpam* in Gaertn. Deinde *secundum decus omne* Voss. 2. Vide ad § 3. hujus cap. *in L. Furio culpam sedere, decus omne penes M. Furium esse* exhibent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxonienses B. N. et C. Ultima vox *esse* exsulat a Lov. 2.

§ 5 *Introductis in senatum captivis*] *In senatu* Leid. 1. et fragm. Hav. Tum *bello persequendo*, pro *bel. persequendos*, Leid. 1. *censerent*, pro *censuissent*, Leid. 2. et Lov. 1.

Camilloque id bellum mandassent] *Ad bellum mandassent* Flor. *id ad bellum*, utraque lectione in contextum recepta, Leid. 1. *Camilloque id bella mandassent* Voss. 2. et Lov. 3.

Adjutorem sibi ad eam rem unum petit] Præpositio exsulat a Port. a m. pr. qui etiam *periit* a m. pr. *petiit* a m. sec. præfert. Et hoc posterius Hearne quoque in Oxoniensi B. reperit. Vide ad XXXVII. 45. § 2.

Ut ex collegis optaret, quem vellet] Duæ priores voces omissæ sunt in Leid. 1. prior etiam deest in Lov. 2. qui insuper loco secundæ *e* præfert. Deinde *quæ vellet* ostentat Hav.

§ 6 *Quum collegæ levavit infamiam, tum sibi gloriam ingentem peperit*] *Tum collegæ levavit inf.* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Gaertn. fragm. Hav. Hearnii Oxoniensis N. et priscæ edd. usque ad Aldum, qui *cum collegæ* substituit. Aldo vero concinunt reliqui scripti, et inter illos fidissimi. Vide modo ad § 4.

Nec fuit cum Tusculanis bellum: pace constanti vim Romanam arcuerunt] Val. Max. VII. 3. manifeste fatetur 'consilii acumen' fuisse in Tusculanis. Sed mirum, Romanos tam facile ignovisse, imo civitatem eis dedisse. An vicinitas terruit? Cæterum scire velim, ut cum captivis actum: neque enim hoc recitat Livius: et suspectam rem faciunt nec minus dictatoris Tusculani verba. Sed hæc longius prosequi, non est hujus instituti. *Glar. Nec fuit tum Tusc. bell.* Leid. 2. Hinc *pacem constituit Rom.* Leid. 1. *pacem constituunt Rom. habere, quam armis non poterant* Lov. 2. Deinde *arguerunt* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Verum passim hæc verba in

Digitized by Google

scriptis commutantur. Vide Burmann. ad Nacen. Metam. II. 505. et eumdem aliosque viros doctos ad Metam. XV. 73. Adde hoc lib. c. 33. § 5. VII. 35. § 6. VIII. 29. § 14. et alibi. Causa esse potest similitudo literarum *C* et *G*; unde *crassator* datum pro *grassator*; vide ad II. 12. § 15. *vagatio* pro *vacatio*; vide ad v. 8. § 2. *cessi* pro *gessi*; vide ad XXXVII. 52. § 3. *negante* pro *nec ante*; vide ad IV. 6. § 3. *Fulginius* pro *Fulcinius*; vide ad IV. 17. § 2. *adcredi* pro *adgredi*; vide ad VIII. 16. § 10. *eligere* pro *elicere*; vide ad c. 21. § 3. *agminis* pro *ac minis*; vide ad IX. 14. § 12. *cæsum* pro *gæsum*; vide ad IX. 36. § 6. *necare* pro *negare*; vide Corte ad Plin. Ep. v. 6. § 4. Alia exempla habet Carrio ad Val. Flacc. Argon. I. 583. IV. 141. V. 152. et pluribus locis. Adde Munker. ad Lactant. Narr. Fabul. XIV. 10. Idem vero pronunciationem ejus rei caussam fuisse existimat ad Hygin. Fab. CCXLVI.

§ 7 *Intrantibus fines Romanis, non demigratum ex propinquis itineri locis*] *Intrantibus in fines* Hav. Sed sequor reliquos omnes, qui præpositionem excludunt. Infra hoc lib. cap. 34. 'Nupta in domo, quam nec honos nec gratia intrare posset:' ubi plura vide. Deinde *propinquis itineris locis* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. ambo, Port. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et edd. antiquæ. Neque multum abeunt reliqui scripti Lov. 2. Gaertn. et Hav. qui *propinquis itineribus locis* præferunt eodem errore, quo *penatibus* pro *penatis*, *terroribus* pro *terroris*, et similia plura in Mss. passim reperiuntur. Vide ad XXII. 8. § 7. Vel *itineribus* datum, ut conveniret præcedenti *propinquis* ac sequenti *locis*. Vide paullo ante ad § 3. *Itineri* in nullo cod. superest. Ex editis autem ita primum inveni in Mediolan. a. 1505. quod deinde receperunt Ascensius 1513. et 1516. Mogunt. Colonienses. 1525. et reliqui recentiores. Utrumque commode ferri potest, quare præeuntes codd. sequi præstat. *Propinquis itineris locis* eodem modo, quo 'solitum quidquam liberæ civitatis' III. 38. § 9. Fateor tamen, si codd. ita voluissent, fore, ut magis probassem *itineri*; ita enim 'propinqua foro loca' V. 41.

Commeatus exercitui comiter in castra ex urbe et ex agris devehitur] *Commeatus exercitus* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. Deinde *ex agris defertur* Lov. 2. *ex agris vehitur* Gaertn. qui et male in verbis præcedd. *rogati*, pro *togati*.

§ 8 *Camillus castris ante portas positis*] *Tum Camillus* edd. vetustæ. Primus Aldus τὸ *Tum* expunxit, quem Frobenius et inde recentiores secuti sunt. Eorum autem lectionem firmant omnes codd. scripti. Mox *in agris ostentabatur*, pro *in agr. ostentaretur*, Leid. 2.

§ 9 *Patentes januas et tabernis apertis proposita omnia in medio vidit*] *Et tabernas apertas* Hav. et fragm. Hav. Tum *proposita omnia in medio foro vidit* Harl. 2. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. *fuit* autem, pro *foro*, erat in Port. Verum Livius innuit, non modo tabernas, quæ in rebus tristibus ac tempore bellico claudi solebant, apertas, sed etiam in pergulis omnia venalia exposita fuisse: *in medio* itaque est in omnium conspectu: quo sensu 'in medio esse,' 'e medio recedere,' similesque locutiones ubique obviæ. De voce 'proponere' hoc sensu vide Jac. Gothofred. ad l. 2. C. Theod. de Veter. et J. F. Gronov. in Diatr. Stat. c. 6. 'Venale proponere' Cic. dixit in Verrem II. 32. 'Fidem quum proposuisses venalem in provincia, valuit apud te plus is, qui pecuniam majorem dedit.'

Et ludos literarum strepere discentium vocibus] Pall. duo *et vicos literas strep. disc. voc.* notabili differentia.

Digitized by Google

Gebh. Eamdem lectionem servant etiam Voss. 2. et Lov. 3. *ac ludos literarum* Leid. 2. *et ludos terrarum* Lov. 5. *dicentium* autem præfert Flor. sed suprascripta inter versus litera *s*, ut sit *discentium*. Utraque verba sæpius confusa in Mss. fuerunt. Vide Burmann. ad Nason. Fastor. III. 326. *Discentum* habet Harl. 2. Paullo ante *intentos opifices*, pro *intentosque opif.* erat in Harl. 2. Port. et Hav.

Ac repletas semitas inter vulgus aliud puerorum et mulierum] Neque id genus locutionis plane assequor, tametsi sensus non est usque adeo difficilis. Forte autem anastrophe est *vulgus inter repletas semitas*. Glar. *Inter vultus* aberrans dedit librarius Flor. *inter vulgus puer. aliud ac mul.* Leid. 2. *inter vulgus puer. aliud et mul.* Lov. 1. Ceterum non opus est, ut cum Glareano anastrophen in his verbis statuamus. Sola distinctione loci sensus clarior evadet, si, quemadmodum J. F. Gronovius 1665. eumque secutus Doujatius, atque olim Moguntini fecerunt, interpungamus *ac repletas semitas, inter vulgus aliud, puerorum et mulierum*. Alibi quidem *repletus* cum casu secundo nondum vel ex Livio, vel ex aliis scriptoribus prolatum memini: quum tamen idem casus passim verbis 'complere,' 'explere, 'inplere' jungi soleat, analogia certe non adversatur, ut genitivus τοῦ *replere* addatur. Id autem in Livio tanto tolerabilius, quod verbis copiæ potius genitivum, quam ablativum, adposuerit. De voce 'plenus' vide ad III. 25. § 6. et ad XXVII. 40. § 8. de verbo 'inplere' ad XXIX. 14. § 2. de voce 'opulentus' ad XXXV. 1. § 11. de voce 'adfatim' ad XXXIV. 26. § 10.

Qua quemque suorum usuum causæ ferrent] *Qua quæque suorum usuum causæ* Lov. 4. *quam quemque suorum usuum* Harl. 1. *quaque suorum usuum* Gaertn. Verum, τὸ *quem*, sive *quē*, a sequenti *que* interceptum esse, docet reliquorum codicum in vulgatam scripturam consensus. Deinde *causa ferret* edd. principes, pro quo Aldus dedit *causæ ferrent*. Et recte. Aldo enim adstipulantur omnes, quos consului, codd. scripti.

§ 10 *Sed ne mirantibus quidem simile*] *Se ne mirantibus* Leid. 2. *sed ne intrantibus* Gaertn. Deinde *simul* Voss. 2. et Lov. 3.

Circumspiciebat omnia, inquirens oculis, ubinam bellum fuisset] Lege *anquirens*. De quo verbo vide Crepund. III. 3. et notas meas ad Tuscul. Cic. II. 10. et alibi. Sic legendum docet XXV. 29. 'Sedato tandem tumultu, anquirentibus sciscitando mercenariis,' Lipsius Epist. Quæst. IV. 10. *Gebh.* De verbo *anquirere* supra vide hoc libro ad cap. 20. § 12. Hic tamen invitis libris, qui omnes vulgatum tuentur, nihil mutandum arbitror. Ceterum *conspiciebat* est in Leid. 2. *inspiciebat* in Lov. 2. qui idem etiam vocem *oculis* omisit: *ubi jam* in fragm. Hav. a m. pr. sed *nam* et *jam* sæpius confunduntur. Vide ad IX. 17. § 5. Voces *bellum fuisset* deficiunt in Port. solius librarii neglegentia.

§ 11 *Nec amotæ rei usquam, nec oblatæ ad tempus vestigium ullum erat*] Male divisis in voces literis *nec amoter ejus quam* habet Leid. 1. *admotæ* est in Port. a m. pr. et Hav. Vide ad XL. 55. § 5. *Nec āmotæ rei unquam* Lov. 4. Vide ad XXXIX. 31. § 5. *Amore rei* Leid. 2. qui etiam *ad tempus vest. ullum ad tempus erat*, duabus vocibus perperam repetitis, præfert: in quo posteriore ei concinit Lov. 1.

Sed ita omnia constante tranquilla pace] Lege *constabant*. Virgilius Æn. III. 518. 'Postquam cuncta videt cœlo constare sereno.' *T. Faber*. At τὸ *tranquilla* hic positum est pro plurali neutro, ut c. 34. 'Prosperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant.' *J. Gron.* Vulgatum etiam Doujatius adversus Fabrum defendit. Neque ego aliquid mutandum puto, nisi quod *constanti*, pro *constante*, rescripserim.

Digitized by Google

Ita enim codd. omnes præter Harl. 1. *constantia tranquilla pace* præferentem. *Constanti tranquillaque pace* habent Lov. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. 'Omnia tranquilla' erant 'constanti pace,' ut hoc cap. 'Nec fuit cum Tusculanis bellum: pace constanti vim Romanam arcuerunt, quam armis non poterant.' *Constanti pace* præferunt etiam omnes excusi ante Gronov. Vide hoc lib. ad cap. 14. § 13. Mox *ut eo nec fama*, pro *ut eo vix fama*, Lov. 2. Tum *videri possit*, pro *vid. posset*, Leid. 2.

Cap. xxvi. § 1 *Victus igitur patientia hostium, senatum eorum vocari jussit*] *Victus igitur patientiâ* Leid. 1. *Victus ergo patientia* Lov. 4. Vide ad xxi. 40. § 6. Deinde *vocare jussit* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 4. 5. et Harl. 1. Mox *athuc*, pro *adhuc*, Flor. et Leid. 1. *Ad* et *at* passim in Mss. confunduntur. Vide ad iii. 17. § 3. et hoc lib. ad c. 24. § 8.

Quibus ab ira Romanorum vestra tutaremini] *Vos tutar.* Harl. 2. et Port. *vos tuaremini* Lov. 4. 5. et Hav. *vestra uter omini* Leid. 1. *vestra veremini* Harl. 1. Videri posset Livius *tueremini* scripsisse; sed *tutaremini* reliqui servant, et est etiam verbum Livio frequens. Vide ad v. 32. § 4.

§ 2 *Æstimabunt Patres, utrum plus ante pœnæ, an nunc veniæ meriti sitis*] *Extimabunt Patres* Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. *Patres extimabunt* fragm. Hav. *existimabunt Patres* editi ante Aldum, qui *æstimabunt* substituit. Infinitis locis 'æstimare' et 'existimare,' sive, ut indocti librarii scripserunt, 'extimare,' inter se confundi solent in membranis antiquis. Vide ad xxxiv. 2. § 5. Deinde *utrum plus ante, an nunc veniæ* Klockian. *utrum plus an pœnæ an veniæ* fragm. Hav. *utrum plus ante pœnæ, aut nunc veniæ* Leid. 2. *utrum plus ante pœnæ, an nunc nemine* Gaertn. Denique *meruistis* Leid. 2. Infra xxiv. 45. 'Tum consultandum, utrum defectio prior plus merita sit pœnæ, an hic reditus veniæ.'

Non præripiam gratiam publici beneficii] Scribe *non præcipiam.* Quod verbum Livio peculiare esse, multis jam locis monuimus. *Rhen. Præripiam* tantum servant Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. idque vir doctus ad oram ed. Curionis probabat. Verius tamen est, ut cum Rhenano, cui reliqui Mss. consentiunt, nisi quod *præcipuam* sit in Lov. 2. *præcipiam* legamus. 'Præcipere' est ante alium capere. Vide Torren. ad Val. Max. ii. 8. ex. 3. et quos ibi laudavit. Infra x. 26. 'Tanta lætitia ac gratulatio fuit, ut præciperetur victoria animis.' xlii. 61. 'Ex eo, quod acciderat, spem futuri præcipientes.' Nolebat Camillus Tusculanis hoc beneficium tribuere, ut culpam commissam donaret, ne gratias sibi potius, quam senatui, agerent: quo facto gratiam senatui debitam et fructum beneficii publice tribuendi præcepisset. Solent autem 'præcipere' et 'præripere' passim in membranis permutari. Vide ad xxii. 41. § 9. Præterea *aio*, id est *animo*, *præripiam*, pro *non prær.* Lov. 5.

Precibus eventum vestris senatus, quem videbitur, dabit] Et id genus oratio notanda: num *quem videbitur* dixerit, pro *qui videbitur*, malens cum casu antecedente conformare relativum, quam cum suo verbo? quod apud Græcos est frequens, et Latini non omnino fugerunt. *Glar.* Supplendum est 'dandum esse.' lib. xxix. cap. 20. 'Sibi placere, &c. consules decem legatos, quos iis videretur, ex senatu legere:' scilicet legendos esse. Et sic compluribus aliis locis Livius: quæ eodem modo dicuntur, ut 'creditur,' 'traditur,' 'dicitur,' cum infinitivo et accusativo, pro nominativo, de quibus egi ad Florum ii. 6. § 45. *Duker.* Locutio hæc in uno Livio sæpissime obcurrit.

Digitized by Google

Infra XXIII. 34. 'Eam legionem primo quoque tempore in Sardiniam trajiciendam curaret, mitteretque cum imperio, quem ipsi videretur.' XXXI. 3. 'Decrevitque frequens senatus, ut P. Ælius consul, quem videretur ei, cum imperio mitteret.' c. 8. 'Consuli a Patribus permissum, ut, quem videretur ex iis qui extra senatum essent, legatum mitteret ad bellum regi indicendum.' XXXIII. 26. 'Consules legiones singulas ex quatuor ab se scriptis, quas videretur, ei darent, decretum est.' XXXIV. 56. 'Ut L. Cornelius consul in provinciam proficiscens, in oppidis agrisque, qua iturus esset, si ques ei videretur, milites scriberet.' XLIII. 15. 'Decrevere Patres, ut C. Sulpicius, M. Clandius prætores ex his, quas scripsissent, legionibus, quas videretur, consuli darent.' XLIV. 18. 'Ut is in Macedoniam, ques L. Æmilio videretur, legaret.' Similiter et Cic. locutus est in Verr. III. 7. 'L. Octavio et C. Cottæ consulibus senatus permisit, ut vini et olei decumas et frugum minutarum, quas ante te quæstores in Sicilia vendere consuessent, Romæ venderent, legemque his rebus, quam ipsis videretur, ediceremt:' ubi vid. Hotomann. ad Attic. XII. 28. 'Et velim aliquando, quum erit tuum commodum, Lentulum puerum visas, eique de mancipiis, quæ tibi videbitur, adtribuas.' Non hanc enallagen casuum esse, sed locutionem ellipticam, hoc modo integrandam, 'eventum, quem dandum esse videbitur, dabit,' docet Vossius Gramm. VII. 19. Ceterum verba *sen., quem vid., dabit. Postq. Rom. Tusc. ven.* deficiebant in Leid. 2. cujus librario inposuit similitudo vocum *senatus quem* et *senatusque*: unde factum ut media omnia omitteret. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 3 *Mœstus in vestibulo curiæ est conspectus*] *In vestib. curiæ mœstus* Harl. 2. Port. et Hav. Insuper τὸ *est* exulat a Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Paullo ante etiam *Romam postquam Tusculani*, transpositis vocibus, præferunt Voss. 1. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav.

Vocari eos jam tum hospitaliter magis, quam hostiliter, jussere] *Vocari eos jam tũ*, sive *jam tamen*, solito errore præfert Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. *Jam tum*, ut I. 41. 'Jam tum comprehensis sceleris ministris.' Deinde voces *magis, quam hostiliter* deficiunt in Leid. 2. Denique *jussemnt* Lov. 4. *jussêrt* Gaertn.

§ 4 *Quibus bellum indixistis, intulistisque, Patres conscripti*] *Induxistis* Hav. Vide ad X. 38. § 4. et mox ad § 7. Tum *intulisque*, syllaba ob præcedentis similitudinem omissa, Leid. 2. et Harl. 1. Denique *Patres conscripti consulti* Voss. 2. et Lov. 3. Nempe indocti librarii alibi notas *P. C.* sive *P. Cons.* reddiderunt *Patres consulti*. Vide ad III. 52. § 6. VIII. 5. § 3. IX. 9. § 10. Nasutiores itaque alii, ne errarent, utramque expositionem junxerunt. Paullo ante *Dict. Tusculanis ita verba fecit* Lov. 4.

Sicut nunc videtis nos stantes in vestibulo curiæ vestræ] Secunda vox non erat in Gaertn. *instantes* autem præferunt Leid. 1. Lov. 2. et Harl. 1. Verum illud *in* ex eo natum est, quod librarii, voce *stantes* omissa, sequentia exarare inceperint, et, tum demum errore animadverso, quod præterierant, addiderint, altero non deleto. Vide ad V. 29. § 2. et cap. seq. § 1. Mox vocabulum *vestris* in verbis seqq. exsulat a Voss. 2.

§ 5 *Hic noster, hic plebis nostræ habitus fuit, eritque semper*] *Hic vester, hic plebis vestræ* Gaertn. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Deinde *fuit habitus eritque* idem Gaertn. *habitus fueritque semper* Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. *habitus fuerit qui semper* Harl. 1.

Nisi quando a vobis proque vobis arma acceperimus] Repone *nisi si quando*.

Digitized by Google

Rhen. *Nisi quando* habent Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 2. 3. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. et C. Si tamen excerptis codd. aliorum fidere possum, *nisi si quando* superfuisse videtur in Flor. Lov. 1. et Harl. utroque; certe collati sunt cum excusis emendationem Rhenani exhibentibus, et tamen ex illis nulla scripturæ varietas adfertur, quemadmodum etiam Hearne de reliquis Oxoniensibus tacuit. Et sane illud *si* facile ab ultima syllaba præcedentis *nisi* elidi potuit. *Nisi si* autem apud omnes scriptores admodum frequens est. Ita apud Terent. in Andr. I. 5. 14. 'Repudiatus repetor: quamobrem? nisi si id est, quod suspicor.' In Adelph. IV. 3. 3. 'Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero.' Apud Ovid. Epist. Heroid. IV. 3. 'Præposuit Theseus (nisi si manifesta negamus) Pirithoum Phædræ, Pirithoumque tibi.' Metam. v. 615. 'Vidi præcedere longam Ante pedes umbram, nisi si timor illa videbat.' Apud Plinium Hist. Nat. XIV. 17. 'Nisi si quis naturæ opus esse credit aromatiten.' XVII. 22. 'Aquoso cœlo vel sicco solo maleolos serere autumno, nisi si tractus ratio mutavit:' ubi in nuperrima ed. J. Harduinus, nescio quam ob causam, ne lectore quidem monito, vocalem *si* omisit. XXI. 7. 'Animalium nullam odoratum, nisi si, de pantheris quod dictum est, credimus.' Apud Quinctil. Instit. Orat. III. 10. 'Caussa tamen una est, nisi si conditio personarum quæstiones variaverit.' l. IV. c. 1. p. 314. ed. Burm. 'Nisi si cui divina illa pro Ligario ironia displicet.' c. 3. p. 354. 'Nisi si excursus ille vel quasi finis narrationis, vel quasi initium probationis est.' Declam. XIII. 11. 'Damnum accepisti. Erat lex, forum, judex; nisi si vos jure vindicari pudet.' Multa videantur apud Nic. Heinsium ad locum Ovidii prio-

rem, ubi præsertim similia plura ex Colum. laudavit. Sed et alia apud eum restant; plurimum enim hac locutione delectatus est. Ita I. 7. 'Nisi si cœli major vis aut prædonis incessit:' et iterum, 'Numquam non ex agro plus sua cuique cura reddidit, quam coloni: numquam non etiam villici, nisi si maxima vel negligentia servi, vel rapacitas intervenit.' II. 22. 'Vetant quoque lanarum caussa lavare oves, nisi si propter medicinam:' ita optimus cod. Sangerm. Vulgo editur *lavari*, et *si* omittitur. III. 13. 'Nisi si tamen scaturigo palustris obvia plus quam sesquipedem prohibeat infodere:' ita et hic idem cod. Vulgo erat *nisi tamen si*. IV. 10. 'Nobis neque angusta putatione coërcenda semina videntur, nisi si admodum invalida sunt.' cap. 24. 'Nisi si jugo superjecta vitis desiderabit ab inferiore parte revocari.' cap. 33. 'Nisi si dumosi glareosique montes glandem magis, quam castaneam, postulabunt.' Neque etiam ipsi Livio hoc genus loquendi insolitum fuit. Infra VIII. 28. 'Ne quis, nisi si qui noxam meruisset, donec pœnam lueret, in compedibus aut in nervo teneretur:' ita ibi Gebhard. legendum censuit, ac simile ex Livio exemplum adduxit. Adde Jac. Gronovium ad XXVIII. 31. § 2. Ceterum *a nobis proque vobis* Voss. 2. et Lov. 1. ac 2. *a vobis proque a vobis* Hav. Tum *arma sumpserimus* Leid. 2. in contextu, in cujus margine pro varia lectione *acceperimus* adscriptum exstat. *Arma accepimus* Lov. 2. Vide ad XL. 14. § 10.

Gratias agimus et ducibus vestris et exercitibus] *Gratiam agimus* Voss. 2. et Lov. 3. Mox prius *et* deficit in Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad II. 44. § 3. In verbis seqq. *credidē*, sive *credidere*, pro *crediderunt*, Gaertn.

Ubi nihil hostile erat, ne ipsi quidem fecerunt] Vocula *ubi* a m. pr. deerat in

Digitized by Google

Port. Deinde *nec ipsi quidem* Lov. 4. 5. Harl. 2. et Port. idem a m. sec. Vide ad Livii I. 10. § 3. *neque ipsi quidem* erat in editis vetustis, pro quo Aldus substituit, ut nunc editur. Et ita servant alii omnes scripti.

§ 6 *Bellum eo, sicubi est, avertatis, precamur*] *Aversitatis* Voss. 2. ex scribæ aberratione.

Si patiendo experiundum est, inermes experiemur] *Sed patiendo* Gaertn. Tum *experiendum est* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Port. et Hav. Vide ad XXVI. 36. § 1. Insuper *experiemur inermes*, mutato ordine dictionum, iidem septem codd. cum Harl. 2.

Dii immortales facient, tam felix, quam pia] Ita Jac. Gronovii edd. 1678. et 1679. præferunt, sed sine dubio scribarum errore, quem tamen nupera Amstelædamensis servavit. Omnes non modo priores excusi, sed et scripti *faciunt*. Est enim optantis, non adfirmantis. Ceterum *tam felix, tam pia* male est in Voss. 1. et Leid. 2. *tam felix bellum, tam pia* in Lov. 1. a m. pr. Sed voci *bellum* addita erant stigmata, quibus librarii indicant, aliquid per errorem scriptum esse.

§ 7 *Quod ad crimina adtinet, quibus moti bellum indixistis*] *Quod ad ea crimina adtinet*, una voce auctiores, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Tum *bellum induxistis* Gaertn. a m. pr. et Harl. 2. Vide paullo ante ad § 4.

Etsi revicta rebus verbis confutare nihil adtinet] Vet. lib. *nil attinet*. Sigon. *Et revicta rebus* Lov. 3. *etsi res victa rebus* Harl. 2. et Hav. *etsi re victa rebus* fragm. Hav. *etsi re victa*, voce *rebus* omissa, Leid. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. Nihil mutandum. Infra XL. 16. 'Ut omnibus adpareret, noctis proximæ crimen facile revictum.' Τὸ *nihil* autem omnes nostri constanter servant. Vide ad c. 40. § 3.

Vel fateri nobis ea, quum tam evidenter pœnituerit, tutum censemus] *Fateri vobis ea* Lov. 5. *fateri ea nobis* Harl. 2. et Port. Deinde *dum tam evidenter pœnituerit* Lov. 4. Harl. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. Male. Vide ad I. 40. § 7. *Quum jam evid. pœnit.* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXI. 11. § 12. *Quum fame videnter pœnit.* Flor. *quum tam evid. potuerit* Leid. 2.

Peccetur in vos, dum digni sitis, quibus ita satisfiat] Et hic sensus admodum obscurus est, præcipue vero ultimorum verborum. Videtur autem senatui Romano blandiri de justitia; et sermo est adulationi proximus. *Glar. Peccetur in nos* Voss. 2. *In vos peccetur* Lov. 4. *Peccemur in vobis* Lov. 3. Tum *dum sitis digni* Gaertn. et Lov. 4. *cum digni sitis* ed. Rom. 1472.

§ 8 *Pacem in præsentia, nec ita multo post civitatem etiam, impetraverunt*] Pall. duo *Pace impetrata, nec ita multo post:* quod non superat vulgatæ lectionis elegantiam et concinnitatem. *Gebh.* Eadem quoque lectio mihi in Voss. 2. et Lov. 3. obvia fuit. Sed recte vulgatum Gebhardus prætulit. Non modo enim τὸ *in præsentia* Livio in deliciis fuit, et ab eo sæpius adhibitum est, (ut partim vidimus ad II. 44. § 2. partim etiam videbimus ad XXXIII. 13. § 13.) verum etiam, quemadmodum nunc ei opponitur *nec ita multo post*, ita passim alia similia. Sic 'postmodo' II. 43. 'Nec illos, &c. publicum in præsentia dedecus, postmodo periculum, &c. cogere potuit, gradum adcelerare:' 'in perpetuum' II. 44. 'Victam tribuniciam potestatem, &c. in præsentia re ipsa, exemplo in perpetuum.' VII. 37. 'Milites, qui in præsidio fuerant, duplici frumento in perpetuum, in præsentia singulis bobus donati:' 'in posterum' VIII. 7. 'Manlianaque imperia non in præsentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum essent:' 'mox' XXIV. 29. 'Levaverunt modo in præsentia velut corpus ægrum, quo mox in gravi-

Digitized by Google

orem morbum reciderent.' XXXIII. 13. 'Ætolis non in præsentia modo gravia auditu, sed mox belli etiam caussæ fuerunt:' 'in futurum' XXXIII. 27. 'Id ægre et in præsentia hi passi, et in futurum etiam metum ceperunt.' Præterea *civitatem et impetraverunt* Voss. 2. Varietas hæc lectionis sæpe in Mss. reperitur. Vide ad XXII. 47. § 9. Paullo ante *ferre verborum*, pro *fere verb.* fragm. Hav. Hinc *a Tusculanis* Lov. 4. et 5.

Ab Tusculo legiones reductæ] Vet. lib. *deductæ*. Sigon. *Deductæ* etiam Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. atque Hearnii Oxon. B. et C. 'Deducere Romam' vel 'deducere ex provincia' ubique in Livio obviæ sunt locutiones. Infra VIII. 2. 'Extemplo inde exercitus Romanus deductus.' c. 17. 'Eo ex agro Sidicino exercitus Romanus non est deductus.' c. 36. 'Ita deductus ex Samnitibus exercitus.' X. 30. 'Suis legionibus deductis ad urbem, de Gallis Etruscisque ac Samnitibus triumphavit.' XXVIII. 9. 'Decedere se inde, ac deduci exercitum consularem posse.' Eodem cap. 'Exercitus Livianus deductus Romam venisset, Neronis deduci non potuisset de provincia.' XXXV. 8. 'Deduceret eum secum Romam:' ubi vide J. F. Gronovium, et Jac. Gronovium ad Liv. XXVIII. 9. § 3. Et ita Livius infinitis locis locutus est. Sed nec alterum apud eum minus frequens est. Infra hoc lib. c. 33. 'Recuperato ab hostibus Tusculo, exercitus Romam est reductus:' ubi alia exempla videri possunt. c. 38. 'Prius circumactus est annus, quam a Velitris reducerentur legiones.' Quum itaque utrumque *reductæ* et *deductæ* defendi possit, et certiores et plures codd. audiendos arbitror, contra quam Sigonio placuit, qui *deductæ* in contextum recepit. Passim vero 'deducere' et 'reducere' in Mss. commutantur. Vide ad II. 21. § 7. V. 27. § 15. VI. 33. § 12. IX. 24. § 14. X. 10. § 5. XXVIII. 9. § 3. XXXVII. 19. § 3. XXXIX. 2. § 9. XL. 41. § 6. Epit. Liv. lib. XI. et alibi. Quin et passim verba cum voculis *de* et *re* composita inter se commutata fuerunt. Aliorum verborum exempla vide ad IX. 10. § 6. Ceterum *a Tusculo* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Gaertn. et fragm. Hav.

CAP. XXVII. § 1 *Camillus, consilio et virtute in Volsco bello*] *Camillo consilio* Gaertn. *Camillus in consilio* Harl. 2. Vide ad cap. præc. § 4. *Felicitate etiam Tusc.* pro *felicitate in Tusc.* Port. et Hav.

§ 2 *Creatis militaribus tribunis in insequentem annum*] Vet. lib. *creatis tribunis militaribus*. Sigon. Similiter etiam omnes mei. Deinde *in sequentem annum* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. atque Hearnii Oxon. B. C. L. 2. Male. Vide ad IV. 30. § 12.

L. et P. Valeriis, Lucio quintum, Publio tertium] *L. P. Valeriis* Voss. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *L. et P. Valerius* Leid. 2. et Lov. 2. 3. ac 5. *L. et P. Valerio* Harl. 1. cum edd. vetustis. Male. Vide hoc lib. ad c. 22. § 1. *L. et P. Valeriis*, quod reliqui scripti probant, primum inveni in Mediolan. 1505. tum in Ascensianis 1513. et 1516. atque hinc in recentioribus. Deinde *Quintio*, pro *quintum*, Hav. Denique *Pollicio*, pro *Publio*, Leid. 1. et Lov. 2.

C. Sergio tertium] Hujus Sergii nomen in magistratibus antea semel duntaxat, videlicet a. CCCLXVIII. (VI. 5.) invenitur, et prænomine tamen *Cnæo*, non *Caio*. Sed suspicor a. CCCLXX. c. 11. ubi iterum fuit, omissum nomen, atque hoc loco tertium factum, quod constanter omnes Livii habent codd. *Glar. G. Sergio* Flor. *Gaio Sergio* Leid. 1. Harl. 2. et fragm. Hav. *Gaudio Sergio* Harl. 1. *Galba Sergio* Lov. 2. Sed, *C. Sergio* legendum, eumque tertium hoc anno tribunum fuisse, recte viri docti monu-

Digitized by Google

videtur, quia præcedens 'senatus,' non *nolint*, sed *noluit* requirere putabant. At male. Sæpe enim *τῷ senatus* tamquam nomini conlectivo verbum plurale addi, dictum est ad IV. 58. § 4. Voces deinde *summam æris* desunt in Port. *Summæris* præfert Flor. *summam ejus alieni* Lov. 5.

Quæ indicatura sit, demersam partem a parte civitatis] *Quæ judicatum sit* Gaertn. *quæ judicatura sit* Lov. 4. 5. et Hav. Vide ad V. 26. § 6. Hinc *damnosam partem a parte* Lov. 4. 5. et Harl. 2. *damnosam partem ab parte* Port. Non recte. Supra II. 29. 'Totam plebem ære alieno demersam esse:' ubi vide Gebhard. hoc lib. c. 17. 'Sic M. Manlium, mersam et obrutam fœnore partem civitatis in libertatem ac lucem extrahentem, proditum inimicis.'

Quum interim obæratam plebem objectari aliis atque aliis hostibus] *Tum interim obæratam* Lov. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Quum interim obrutam* Lov. 4. Infra XXVI. 40. 'Mixti ex omni colluvione exules, obærati, capitalia ausi plerique.' Doujatius monet, expeditiorem sententiam fore demto illo *quum*, cui nullum postea verbum respondet, nisi *objectari* dicatur pro *objectaretur*. Similiter mox hoc cap. § 10. Gronovius particulam *quam* in oratione infinita delendam esse censet, ejusdemque emendationis alia exempla adfert. Ceterum *aliis atque quæ aliis hostibus* sine sensu dedit Harl. 1.

§ 7 *Passim jam sine ullo discrimine bella quæri*] *Passim nam* Harl. 2. Vide ad IX. 17. § 5. Deinde *sine ullo discrimine bellari* Klockian.

Ab Satrico Velitras, inde Tusculum legiones ductas] Tres priores voces aberant in antiquioribus edd. Eas primi Mediolan. addiderunt a. 1505. quorum exemplum Ascensius 1513. et inde reliqui secuti sunt. Supersunt etiam in omnibus meis codd. nisi quod *a Satrico* habeant Lov. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Mox addita conjunctione *Latinis Hernicisque Prænestinis* Leid. 1. *Latinis Hernicis Prænestinisque* Harl. 2.

Civium magis, quam hostium, odio, ut in armis terant plebem] *Audio*, pro *odio*, Leid. Tum *et in armis* Hav. Sed *τὸ ut* omittitur in Leid. 1. qui et *steterant*, pro *terant*, præfert. *Stantem* Lov. 2. *teranť* Lov. 5. *tereant* Hav. *teneant* Port. Vide ad III. 7. § 3. *Tĕtant ac teneant* Gaertn. Quales errores in hoc codice obvios esse, vidimus ad IV. 55. § 5. Vulgatum verum est. Supra hoc lib. c. 8. 'Cohortatus milites, ne, tamquam Veios obpugnantes, in opere longinquo sese tererent.'

Meminisse sinant, aut consistere in concione] *Meminisset sinant* aberrans manus librarii dedit in Flor. Deinde *considere in concione* Harl. 2. Port. et Hav. Sed 'in concione,' 'in foro consistebant,' non 'considebant.' Supra I. 28. 'Hi novitate etiam rei moti, ut regem Romanum concionantem audirent, proximi constitere.' IV. 4. 'Cur non sancitis, ne vicinus patricio sit plebeius? ne eodem itinere eat? ne idem convivium ineat? ne in foro eodem consistat?' Verba autem 'consistere' et 'considere' sæpissime in membranis permutantur. Vide quæ notantur ad Epit. Liv. lib. LXV. Alio ordine *aut consist. in conc., aut per ot. libert. mem. sinant* est in Lov. 4. Paullo ante *respirare in urbē* Gaertn. et Lov. 2.

Vocem tribuniciam de levando fœnore et fine aliarum injuriarum agentem] *Vocem tribuniciam ab lev. fœnore* Lov. 2. *vocem tribunici adlevando fœnore* Leid. 1. et Harl. 1. 'Levare fœnus' ut hoc lib. c. 32. 'Tantum abesse spes veteris levandi fœnoris.' VII. 21. 'Novi consules fœnebrem quoque rem, &c. levare adgressi.' Deinde *et in finem al. inj. ag.* Gaertn. *et finem aliarum injur. agentem* Flor. Leid. uterque,

Digitized by Google

Voss. uterque, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Et ita Aldus edidit, pro quo tamen inter errata *fine* reponendum monuit. Neque aliter fuit in Harl. 1. si excerptis ejus fidere licet.

§ 8 *Se nec addici quemquam civem Romanum*] *Abdici* Lov. 2. *adici* Gaertn. quod foret *adjici*, ut est in Lov. 3. Sed ubique hæc verba commutantur. Vide ad I. 30. § 3. *Additi* Hav. Verum, ita etiam librarios sæpe peccasse, dictum est hoc lib. ad c. 15. § 9. Dein *quemquem* Port. Sed vox illa exsulat a vetustioribus inpressis. Primus addidit Aldus: et habent omnes codd. Insuper *civium Romanum* Leid. 2. ut librarius dare forte voluerit *quemquam civium Romanorum*. Sed alios nihil mutantes audiendos arbitror. In verbis proxime præcedentibus *animus plebis*, pro *animus plebi*, legunt Lov. 2. et Gaertn.

Neque delectum haberi, donec inspecto ære alieno] *Dilectum haberi* Flor. Voss. 1. Lov. 1. et Harl. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7. et mox ad § 10. *delictum haberi* transpositis literis Hav. Vide Gebhard. ad Liv. III. 30. § 3. Postea *icōspecto ære alieno* Port. in qua scriptura duplicem lectionem *inspecto* et *conspecto* latere arbitror, quam librarii hoc modo sæpe indicare soliti fuerunt. Vide ad III. 44. § 4. Posterius autem adsumtum videtur ex ipso hoc cap. supra: 'Quia nolint conspici summam æris alieni.' 'Inspicere' autem, ut 'cernere' XXXV. 7. 'Libero fœnore obruebant debitores. Cujus cernendi quum ratio quæreretur:' ubi videndi viri docti. Mox literis transpositis *ratione muniendi*, pro *rat. minuendi*, perperam præferunt Lov. 3. et Hav. Vide etiam ad V. 40. § 4. Hac ratione *minuunt*, pro *muniunt*, datum erat in uno etiam codice III. 55. § 4. *comminuere*, pro *communiere*, IV. 26. § 4. Similia alia vide ad III. 48. § 7.

Supersit sibi liberum corpus, an id quoque nervo debeatur] Pronomen *sibi* deficit in Lov. 4. Harl. utroque, Port. et Hav. quod partim ab ultimis præcedentis, partim ab initialibus literis seq. vocis interceptum est.

§ 9 *Proposita confestim seditionem excitavit*] *Propositam conf. sed. exc.* Flor.

Nam et addicebantur multi, et ad Prænestini famam belli novas legiones] Priori loco copulam omittunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad II. 44. § 3. Deinde *addiciebantur* Leid. 1. *adicebantur* Lov. 2. et Gaertn. *adjiciebantur* Lov. 4. Vide modo ad § præc. *abjiciebantur* Hav. Secundum *et* non exstat etiam in Voss. 2. Insuper *novas* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Mox in verbis seqq. *censuerant Patres*, in alium ordinem digestis dictionibus, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Præterea *quæ utroque simul*, pro *quæ utraque simul*, Lov. 4. 5. et Port.

§ 10 *Neque juniores nomina dabant, quum Patribus minor præsens cura, &c.*] Sive antecedentia, sive consequentia consideres, apparebit τῷ *quum* hic locum nullum esse. Neque enim ratio datur, cur detrectaverint juniores militiam, quæ si ad hanc quæstionem applicaretur, contrarium potius efficeret; neque si ab eo novam incipias periodum, plena est oratio, aut decenter præcisa. Flagitium ingens oblatum huic loco sic abolendum videtur: *nam neque duci addictos tribuni sinebant, neque jun. nom. dabant. Patribus minus præs. cura creditæ pec. juris exs. quam del. esse: quippe jam a Pr. profectus hostis in agro Sabino consedisse nuntiabatur.* A Mss. est *profectus hostis*. Sic VIII. 22. 'Pestilentiæ, quæ Romanam urbem adorta nuntiabatur.' XXII. 54. 'Cum duobus consulibus exercitus amissi nuntiabantur.' Cæsar VII. 59. 'Jam Cæsar a Gergovia discessisse audiebatur.'

Digitized by Google

Præterea scripsimus *minus præsens*, pro *minor præs.* Non tam urgens. Lib. VIII. c. 2. ' Injuriæ Samnitium, quam beneficii Romanorum, memoria præsentior erat.' Cætera, vides, quam bene sibi constent: et ne quid temere nos adfirmasse putes, hujus generis alia quædam subjungemus. Par omnino vitium sustulit Rhenanus IV. 39. ' Quod ubi est factum, interclusi equites nec perrumpere eadem, qua transierant, posse:' ubi ante pessime *cum possent*. Prorsus ita simile nos, ubi dissimilis sibi Rhenanus, XXVI. 50. ' Quum adolescens simul pudore gaudioque perfusus dextram Scipionis tenens Deos omnes invocaret ad gratiam illi referendam:' sic ille e suo libro hic certe corrupto: nam Put. et omnes nobis visi, *Adolescens, &c. Deos omnes invocare.* Proxima vero nova periodus ibi incipit, *Parentes inde:* itaque et distinctionem mutabis. Lib. V. c. 15. ' Prodigia interim multa nuntiari:' ubi male Rhenani liber *nuntiavere:* male ipse *nuntiata fuere.* Lib. XXII. c. 15. ' Numidæ alii atque alii occurrantes refugientesque ad castra prope ipsum cum fatigatione equorum atque hominum pertrahere:' sic Put. Petav. Reg. Mem. Vulgo, *pertraxere.* Lib. XXIII. c. 47. ' Dein libero spatio inter se ludificantes sine vulnere pugnam extrahebant.' Put. *extraherebant.* Dele augmentum librarii hæsitantis, et habebis verum *pugnam extrahere.* Lib. XXVII. c. 50. ' Matronæ, &c. per omnia delubra vagæ suppliciis votisque fatigare Deos:' ita iidem omnesque alii, non *fatigavere.* J. F. Gron. *Nominubant*, pro *nomina dabant*, perperam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Deinde *minores*, pro *juniores*, Gaertn. Vide ad II. 28. § 6. III. 57. § 9. Infra ad cap. seq. § 4. VII. 9. § 6. c. 11. § 5. X. 4. § 3. Alibi *minor*, sed alio sensu usurpatum, abiit in *junior* ex librariorum glossa. Vide hoc lib. ad c. 34. § 6. Ceterum Gronovio, *dabant. Patribus minus præsens cura, &c. esse* emendanti, adversatur Doujatius; qui, vulgatum defendens, particulam *quum* non vacare existimat: per eam quippe rationem reddi, non quidem cur juniores nomina non darent, sed cur id senatui ægre esset. Verum non illo *quum*, sed potius sequenti *quippe* ratio redditur, cur ægrius senatus ferret, juniores nomina non dare, quam tribunos non sinere addictos duci. Neque emendatio Gronoviana Clerico placuit, qui legendum conjicit *dum Patribus, &c. esset:* quo tantum abest, ut loco male adfecto consultum esse putem, ut contra mendo mendum addidisse dicendus sit. Sæpius enim Gronovius supra monuit, *dum esset* hoc sensu σολοικίζειν. Vide quæ notantur ad I. 40. § 7. Gronovio favet cod. Hav. qui, licet *quum* servet, attamen *esse*, pro *esset*, ostentat. Sæpe etiam librarii orationes infinitas, quæ quum aliis historicis, tum in primis Livio placuerunt, non intelligentes variis modis corruperunt. Vide superius dicta ad I. 50. § 5. Nihilominus, quum omnes libri, solo Hav. excepto, constanter *quum Patribus, &c. esset* servent, a recepta lectione recedere religioni fuit. Sola distinctione locum juvandum arbitror hoc modo: *nomina dabant. Quum Patribus minor præs. cura creditæ pec. juris ex., quum del., esset; quippe jam a Pr. prof. host. in agro Sabino cons. nunciabatur; interim trib. fama ea ipsa irrit. magis, &c.* Omnis ratiocinatio Livii hæc redit: quum Patribus præsentior cura delectus esset, quia jam a Prænestе profectos hostes nunciabatur; interim tribuni eam ipsam ob famam ab incepto certamine minime destiterunt. Præterea *minor præsens cura* superest in omnibus membranis. Videndum itaque, an id dictum sit eodem exemplo, quo apud Senec. de Clement. I. 20. ' Ut non minorem agi rem pericli-

Digitized by Google

tantis, quam judicis sciat :' ad quem locum videndus est ipse Gronov. qui locutionem exemplis inlustravit, et Erasmum aliosque refellit, qui *ut non minus* substituerant. Adde Bentl. ad Terent. Heautont. II. 3. 113. Denique *dilectus* Flor. Leid. 1. Lov. 1. Voss. 1. et fragm. Hav. Vide hoc cap. ad § 8.

Jam a Prænestе profectos hostes in agro Sabino consedisse nunciabatur] Pall. 1. ac 3. *profectus hostis in agro Sabino cons. nunc.* Neque multum aliter Campani ed. *Gebh. Profectos hostes* servant Voss. 1. Leid. 2. Lov. 2. 4. 5. Flor. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. quod dictum erit ad exemplum eorum, de quibus vidimus ad I. 31. § 8. *profectos hostis* Leid. 1. et Harl. 1. ut *profectus hostis* in paucis tantum meorum, neque in pluribus, quam in Voss. 2. Lov. 1. 3. et fragm. Hav. superfuit; quod tamen Clericus in contextum recepit, unde iterum ejeci: Præterea *quippe jam aut Prænestе* Hav. Tum *nunciabantur* Harl. 1. et Voss. 1. a m. pr. ut forte librarii dare volnerint *profecti hostes nunciabantur.* Sed melius id in *nunciabatur* postea mutatum est. Ceterum recte Jac. Gronovius in scholis domesticis, ut ex adnotationibus auditorum ejus didici, observavit *agrum Sabinum* in hac historia locum habere non posse, utpote qui ultra Anienem situs fuerit, quum nunc agatur de Latio: legendum itaque videri *in agro Gabino*, qui ut et ipsa urbs Gabii inter Prænestе et Romam media fuerunt. Agros Gabinum ac Prænestinum jungit Livius III. 8. 'Vastavere agros Prænestinum Gabinumque.' Fines autem Gabinos triennio ante pariter incursaverant Prænestini hoc lib. c. 21. 'Arguentibusque eos' (Prænestinos) 'Tusculanis et Gabinis et Lavicanis, quorum in fines incursatum erat.' Et eam lectionem, licet nullius codicis auctoritate nisam, in contextum tamen recipiendam putavi.

§ 11 *Interim tribunos plebis fama ipsa irritaverat*] Castiga *fama ex ipsa irr.* Rhen. *Fama ea irrit.* Hearnii Oxon. B. et meorum Harl. 2. Port. et Hav. *fama ipsa irr.* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. L. 1. et C. Et ita Aldus ediderat, pro quo Rhenanus priscarum edd. lectionem *fama ea ipsa* revocavit: quam etiam recte hoc loco tuentur Flor. Voss. 1. Harl. 1. et Lov. 1. ac 5. Vide ad II. 5. § 5. Alibi sæpe librarii alterum horum prænominum, et quidem præsertim prius, expungere soliti fuerunt. Vide ad V. 48. § 4.

Magis ad susceptum certamen, quam deterruerat] Omnia hæc negligentia amanuensium deficiunt in Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. B. Contra *magis ad susceptum certamen magis* præfert Voss. 1. *defuerat* etiam, pro *deterruerat*, habet Hav. Olim videtur per compendium scriptum fuisse *det'ruerat;* id autem parva mutatione in *defuerat* corrumpi potest.

Neque aliud ad seditionem exstinguendam in urbe, quam prope inlatum mœnibus ipsis bellum, valuit] *Neque aliquid* Hav. sollemni scribarum errore. Vide ad XXV. 38. § 3. Tum *ad exting. sed. in urbe* Lov. 5. *ad sed. exst. in urbem* Leid. 1. *ad sed. exting. in urbes* Gaertn. Deinde vox *prope* non comparet in Leid. 1. et poterat etiam abesse. Num Prænestinos 'ad portam Collinam signa intulisse' mox cap. seq. Livius tradit. Interdum etiam librarii hanc vocem nunc de suo adjecerunt, nunc perperam omiserunt. Vide ad III. 67. § 3. V. 18. § 9. IX. 2. § 12. XXXVIII. 45. § 3. et alibi. Præstat tamen, ut plures eam vocem servantes sequamur. Tandem *inl. man. bellum ipsis* Voss. 2.

CAP. XXVIII. § 1 *Nullum exercitum conscriptum Romæ*] *Nullum ex. scriptum* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Vide mox ad § 5. Paullo ante *quum esset Præn. in his nunciatum* Flor. Verum

Digitized by Google

τὰ in his perperam repetita sunt ex ultimis literis vocis præced. In verbis seqq. *Patres ad plebem* habet Hav. pro *Patres ac plebem*. Ita sæpe obfenderunt librarii. Vide quæ notantur ad XXI. 32. § 2. Vox *versos* deerat in Lov. 5.

§ 2 *Raptim agmine facto, pervastatis protinus agris, ad portam Collinam signa intulere*] *Acto* videtur legendum, quo genere loquendi sæpe utitur Livius. *Sigon.* Pall. tres *acto*. Interim lectionem nihili cudit Sigonius nescio e quibus libris. Certe edd. primariæ propugnant vulgatam quoque. *Gebh.* Scripsimus e Mss. *acto*. Ut apud Virgil. Æn. VII. 804. et XI. 433. 'Agmen agens equitum.' Liv. VII. 37. 'Relictis impedimentis castrorum raptim agitur agmen.' Auctor de Gall. VIII. 7. 'Sin majores copias ageret, in eo loco permanere:' ita optimæ membranæ. Vulgo *adduceret*. J. F. Gron. Omnes quidem codd. quos consului, etiam integerrimi et optimæ notæ, in receptam lectionem *facto* conspirant. Sed *agmine acto* se in Oxon. L. 1. et B. invenisse auctor est Hearnius. Ita XXIII. 36. 'Præter arma nihil secum miles, raptim acto agmine, extulerat.' XXV. 9. 'Ipse raptim agmine acto quindecim ferme millium spatio castra ab Tarento posuit:' quemadmodum eo loco Sigonius et J. F. Gronovius ex conjectura legendum docuerunt, ubi hic etiam alia ejus locutionis exempla adtulit. XXVII. 16. 'Dies noctesque cursim agmine acto, quum, festinans ad opem ferendam, captam urbem audisset.' XLII. 66. 'Qui phalangem arcesserent, propere misit: qua et serius, quam res postulabat, et raptim acta, turbati cursu adversus instructos et præparatos erant adventuri.' Curtius V. 4. in fine: 'Craterus quoque raptim agmine acto supervenit.' IX. 14. 'Ne levius quidem ægri sequi poterant; quippe agmen raptim agebatur.' Frontin. IV. 7. ex. 13. 'Protinus inde raptim acto Lacedæmonem versus agmine.' Et ita 'agere agmen' est II. 58. 'Si citius agi vellet agmen, tardius sedulo incedere.' XXV. 36. 'Nunc agendo, nunc sustinendo agmen, quum aliquamdiu haud multum procederetur.' Ut autem hic *raptim acto agmine*, sic 'raptim ducto exercitu,' et 'raptim ducere phalangem' alibi dixit. Ita V. 37. 'Quibus, velut tumultuario exercitu raptim ducto, ægre ad undecimum lapidem obcursum est.' XLII. 66. 'Phalanx, abs trepido nuncio adcita, quum raptim duceretur.' Solent autem passim voces *actus* et *factus* a librariis in membranis vetustis permutari. Vide ad II. 21. § 4. III. 3. § 9. et 10. c. 5. § 1. IV. 3. § 7. V. 14. § 6. Epit. Liv. lib. VII. XXII. 9. § 6. XXIII. 25. § 1. XXXVIII. 7. § 7. et aliis locis. Adde Nic. Heinsium ad Nason. Epist. Heroid. VIII. 44. et Epist. Her. XIX. 33. Præterea *ad portam Colinam* Lov. 5. et Hav. *ad portam Collatinam* Leid. 2. Paullo ante *occasione rati*, pro *occasionem rati*, Leid. 1. *occasiones rati* Gaertn.

§ 3 *Concursumque in muros atque portas est*] Voss. 1. *et portas*. Forte *in m. adque p. est*. J. F. Gron. Eadem mihi quoque lectio insuper obvia fuit in Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. et Hav. Neque displicet Gronovii conjectura *in muros adque portas*. Solet enim Livius passim præpositiones repetere, et quidem modo easdem, ut mox videbimus hoc cap. ad § 6. modo alias. Supra II. 46. 'Jam pugna in manus, jam ad gladios, ubi Mars est atrocissimus, venerat.' IV. 56. 'Seu Carventana arx in spem, seu Verrugine amissum præsidium ad iram compulisset.' V. 8. 'Ut diversæ legiones, aliæ adversus Capenatem ac Faliscum, aliæ contra eruptionem oppidanorum pugnarent:' hoc lib. c. 8. 'Terroremque non in primam tantum aciem, sed etiam ad subsidiarios perlatum.' c. 34. 'Potentis viri quum

Digitized by Google

inter sui corporis, tum etiam ad plebem.' VII. 13. 'Quis tandem succenseat, milites nos esse, non servos vestros? ad bellum, non in exsilium missos?' X. 39. 'Intentiorque Carvilius, quo majore discrimine res vertebatur, in Aquiloniam, quam ad Cominium, quod obsidebat, erat.' XXIII. 5. 'Et ex Africa et a Karthagine jura petere.' XXVI. 13. 'Quemadmodum in defectione præsidium, quod poterat emitti, per cruciatum et ad contumeliam necavimus.' XXVII. 50. 'Numquam per omnes dies, &c. aut senator quisquam a curia atque ab magistratibus abscessit, aut populus e foro:' ubi male Rhenanus præpositionem e delebat. XXIX. 13. 'Consules delectum habere instituerunt, et ad novas scribendas in Bruttios legiones, et in ceterorum exercituum supplementum:' ubi præpositio in vulgo ante Gronovium omittebatur. XXXVIII. 10. 'Tum illam tempestatem coortam, quæ ad Antiochum eos, sicut in scopulum, intulisset.' Vide ad III. 36. § 5. IV. 25. § 11. Epit. Liv. l. VII. et Gronov. ad IX. 5. § 9. Solent autem voculæ *at* et *ad* in Mss. confundi. Vide ad III. 17. § 3. Ceterum *concursumque ad muros atque portas est* habet Gaertn. quod et ipsum verum esse posset.

Tandemque ab seditione ad bellum versi] *Tantumdemque* Hav. Tum *a seditione* Lov. 4. et Gaertn. *ab obsidione* Voss. 2. Deinde *ad bellum viñ* Gaertn.

§ 4 *Magistrum equitum A. Sempronium Atratinum dixit*] *Magistratum equitum* Leid. 2. Hinc *Sempronium Attratinum* Leid. 1. et Gaertn. *Sempronium Attracinum* Port. *Sempronium Atracinum* Voss. 2. Lov. 3. 5. Harl. 2. et Hav. *Sempronium Atracinium* Lov. 4. *Sempronium Aratinum* Lov. 2. *Sempronium Tratinum* Leid. 2. Vide ad IV. 7. § 1.

Tantus ejus magistratus terror erat] Vocem *terror* omittit Gaertn. Mox *simul et hostes* addita conjunctione Hav. Tum *recesserunt*, pro *recessere*, Gaertn.

Et juniores Romani ad edictum] Freinshemius *Romam*. Non sine magna specie. Sic enim XLIII. 14. 'Hoc edicto literisque censorum per fora et conciliabula dimissis, tanta multitudo juniorum Romam convenit, ut gravis Urbi turba insolita esset.' Sed tum latius patebat Romana civitas. Hunc ex plebe præsente conscriptum exercitum verisimilius est. Itaque potest vetus scriptura tolerari. *J. F. Gron.* Lipsius quoque de Milit. Rom. I. 3. hæc verba describens *Romam* habet. *Duk.* Freinshemius ita emendandum credidit in indice Curtiano voc. 'Juniores.' *Romæ* est in Lov. 5. Sed *Romani* in reliquis scriptis superest, idque Gronovius recte vindicavit. At *minores*, pro *juniores*, præfert Gaertn. Vide ad cap. præc. § 10.

Ad edictum sine detrectatione convenere] Lectio hæc in nullo mihi codice obvia fuit. Nam *sine retractione* habent edd. Rom. 1472. et Parm. tum Mss. Voss. ambo, Leid. ambo, Flor. fragm. Hav. et Port. a m. pr. in quo a m. sec. repositum est *sine retrectatione*. Et ita legunt Harl. ambo, Hearnii Oxon. N. L. 2. et Excerpta Pith. *Sine retractatione* Gaertn. Lov. quinque, et Hav. Antiquiores reliqui, quos vidi, excusi præferunt similiter. Pro eo Veneti 1495. *retractione* dederunt, Ascensius 1513. *detractione*, Moguntini tandem *detrectatione*, quod, Aldo excepto qui *retractatione* vulgavit, recentiores servarunt. Veterem lectionem revocavi. Vide ad III. 49. § 2.

§ 5 *Dum conscribitur Romæ exercitus*] *Dum scribitur* Leid. 1. Eadem varietas erat hoc cap. § 1. et VII. 19. § 6. Ita sæpe 'scribere milites' apud Livium obcurrit. Infra X. 25. 'Quatuor millia, inquit, peditum et sexcentos equites dumtaxat scribere

Digitized by Google

in animo est.' XXXV. 2. 'Quum militem ab se ipse scriptum ex senatusconsulto adjecisset.' Eodem cap. 'Placere tumultuarios milites extra Italiam scribi a prætore.' XL. 1. 'Scribere præterea jussi septem millia peditum sociorum ac Latini nominis.' Mox eodem cap. 'Sociorum septem millia peditum cum trecentis equitibus scribi jussa.' Ita 'scribere legiones' mox c. 31. 'Legionibus novis scriptis, placuit duos exercitus in agrum Velscum legionibus divisis duci.' XXIX. 13. 'Ad novas scribendas in Bruttios legiones, et ceterorum exercituum supplementum:' 'scribere supplementum' XXXVII. 50. 'Ut supplementum scriberet, permissum:' ubi vide Gronov. Quin et 'scribere exercitum' est hoc lib. c. 32. 'Obtinere, ut, &c. tres exercitus scriberent.' VIII. 6. 'Duobus scriptis exercitibus per Marsos Pelignosque profecti.' XLII. 10. 'Postulantibus deinde, ut novos exercitus scribere, aut supplementum veteribus liceret, utrumque negatum est.' Ceteri tamen omnes codd. in receptam lectionem uno consensu conspirant. *Roma conscribitur* edd. principes. Aldus primus voces transposuit, adstipulantibus Mss. quos adhibui.

Castra interim hostium haud procul Allia flumine posita] *Castra interea* Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad IX. 9. § 13. Tum *haud prope Allia* scribæ aberratione Port. Vide ad XXXV. 15. § 5. *haud procul Alia* Voss. 1. Lov. quinque, et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. v. et § seq. Mox *late agrum populantes*, serie vocabulorum mutata, Harl. 2. Port. et Hav.

Fatalem se urbi Romanæ locum cepisse] *Cœpisse* Gaertn. *accepisse* Voss. 1. a m. pr. et Hearnii Oxon. N. in margine. Sed nihil mutandum. Infra IX. 21. 'Tutam aciem dictator habuit, quia locum haud facilem ad circumveniendum cepit:' ubi pariter variat unus codex. XXXV. 14. 'Castra metari primum docuisse: ad hoc neminem elegantius loca cepisse, præsidia disposuisse.' c. 28. 'Erat autem Philopœmen præcipuæ in ducendo agmine locisque capiendis solertiæ atque usus.' Et mox, 'Quem locum ipse capturus esset, cogitando aut quærendo exsequebatur.' Veget. de Re Mil. I. 22. 'Cavendum etiam, ne meus sit vicinus altior, qui ab adversariis captus possit obsicere.' Plenius 'locum castris capere' dixit Liv. eodem lib. XXXV. c. 28. 'Castris quoque quem locum caperet, quantum munimento amplecteretur loci.' Curtius VII. 5. 'Ex iis, qui præcesserant ad capiendum locum castris, duo obcurrunt.' Frontin. II. 7. ex. 12. 'Quum metatores ejus per imprudentiam ita castris locum cepissent.' Tacit. Ann. XII. 55. 'Trosobore duce montes asperos castris cepere.'

§ 6 *Similem pavorem inde ac fugam fore, ac bello Gallico fuerit*] Vox *inde* exulat a Lov. 4. Tum *bello Gallico fuit* habet Hearnii Oxon. L. 1. Sed quum *fu'it* scriptum fuisset, librarius additam notam vel non vidit, vel perperam omisit. Vide ad XL. 14. § 10. *Fuerat* editi ante Aldum, qui illud reposuit, quod nunc vulgo exstat. Id autem in reliquis scriptis constanter superest.

Si diem contactum religione insignemque nomine ejus loci timeant] *Diem contractum religione* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 1. Gaertn. Port. a m. pr. et fragm. Hav. Sed male. Solent autem sæpe librarii has voces confundere. Vide ad IV. 15. § 8. VII. 6. § 11. IX. 13. § 12. XXIX. 18. § 12. XXXI. 8. § 11. XXXVIII. 55. § 5. Simili modo etiam permutantur voces simplices 'tactus' et 'tractus.' Vide ad Livii v. 22. § 5. Præterea vox *ejus* non adparet in Leid. 1. Lov. 2. 5. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Denique *tenent* Port. *teneant* Leid. 1. Lov. 2. 5. Hav. et fragm. Hav. Librarios etiam hoc

Digitized by Google

modo peccare solitos fuisse, vidimus ad v. 22. § 6.

Quanto magis Alliensi die Alliam ipsam] Tollendum omnino istud *Alliensi die:* quod quasi glossema adscriptum fuerat τῷ 'contactum religione diem.' Est autem ineptum. Nam per 'contactum religione diem' intelligebant Prænestini isti omnes omnino dies, qui clade aliqua nobilitati fuerant; non autem particulariter de die Alliensi. *T. Faber.* Immo de solo die Alliensi: apertum est ex eo, quod addit Livius, 'insignemque nomine ejus loci,' quod non nisi de Alliensi die accipi potest. Verba *die Alliensi* ideo suspecta esse possunt, quod in hac narratione nihil est unde constet, hæc die illo dicta, aut gesta esse; et quod dictator Romanus c. 29. Prænestinos loci fortuna fretos ad Alliam constitisse dicit, nec de die quidquam addit; quod tamen videtur facturus fuisse, si etiam de diei fortuna sensissent, eique itidem, ut loci fortunæ, spes suas delegassent hostes. His, credo, inductum Fabrum verba *Alliensi die* pro insiticiis habuisse. Sed *quanto magis Alliensi die* est, 'quanto magis, quam Alliensem diem.' Catullus Carm. LXV. 100. 'Quantum sæpe magis pallore expalluit auri.' *Duk.* Ad verba Livii non adtendit Faber, quum voces *Alliensi die*, quæ constanter in omnibus libris supersunt, pro glossemate haberet, et ex contexta tollendas putaret. Præcedentia enim 'diem contactum religione, insignemque nomine ejus loci,' docent Prænestinos non intellexisse omnes omnino dies, qui clade aliqua nobilitati fuerant, sed particulariter diem Alliensem, qui 'ejus loci,' id est, Alliæ, 'nomine insignis' erat. Indicant igitur Prænestini fore ut Romani magis Aliam ipsam reformidaturi sint, quam diem Alliensem, quem tamen tantopere timeant, ut eam insignem rei nulli publice privatimque agendæ fecerint, ut Livius retulit hoc lib. c. 1. Fabrum non adsecutum fuisse mentem Livii, vidit etiam Doujatius. Ceterum vox *magis* deerat in Voss. 2. Tum *Alliensi* Voss. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. et Hav. et deinde *Aliam* Voss. 2. Leid. 1. Lov. quinque, et Hav. Vide ad § præc. Insuper *Alliam ipsa* Flor. sed ultimam literam τοῦ *ipsam* intercepit prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. *Alliam ipsum* Port. Quæ lectio firmaret eorum opinionem, qui omnia fluviorum nomina, quacunque terminatione finiantur, generis masculini existimant. Sed vide Voss. Gramm. III. 10. qui verisimilius docuit, illa ejus esse generis, quod terminatio requirit; sin autem juxta terminationem fuerint fœminina aut neutra, ac nihilominus in masculino usurpentur, id per synthesin fieri, quia respicitur 'fluvius,' vel potius 'amnis:' hinc, se judice, pene συλλαμβάνειν qui *damnatus Allia* dicere ausit. Scripturam itaque, quam hic obfert Port. errori scribæ tribuendam censeo.

Species profecto his ibi truces Gallorum sonumque vocis] Habent omnes codd. Mss. et inpressi, *Species prof. hic sibi truces Gall.* quod recte a doctis emendatum in *his ibi.* Gebh. *Profecto hic sibi* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *profecto his sibi* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. Harl. 1. Gaerts. Hav. et excusi usque ad Mogunt. Sed ultima litera pronominis *his* perperam in initio seq. vocis erat repetita. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Vocem *ibi* omittunt Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hearnii Oxon. B. Denique *sonusque vocis* habent edd. Rom. 1472. et Parm. *sonosque vocis* vetustiores eas sequutæ; pro quo Aldus *sonumque* substituit, concinentibus libris scriptis.

In oculis atque in auribus fore] *In oculis atque auribus* Lov. quinque, (nisi quod *in bello atque auribus* sit in Lov. 2.) Voss. uterque, Leid. uterque,

Digitized by Google

Gaertn. fragm. Hav. Hearnii Oxon. C. excerpta Pith. et edd. principes, cujus loco Aldus vulgavit, ut nunc exstat; cum quo faciunt reliqui calamo exarati: id autem verum esse puto. Passim enim Livius in illis locutionibus, ubi duæ res per conjunctionem similesve particulas copulantur, præpositiones iterare solitus est, quas plerumque librarii modo horum modo illorum codicum posteriori loco expunxerunt, sufficere credentes si semel legeretur, vel alio modo interpolarunt. Ita I. 57. 'Gens, ut in ea regione atque in ea ætate, divitiis præpollens.' III. 25. 'In Lavicanum agrum, inde in Tusculanum hostili populatione veniunt.' c. 47. 'Sævite in tergum et in cervices nostras.' v. 41. 'Quos in Capitolium atque in arcem prosequebantur.' c. 52. 'De sacris loquimur et de templis.' VI. 25. 'Commeatus exercitui comiter in castra ex urbe et ex agris devehitur.' VII. 32. 'Promtos nunc ad ferenda, nunc ad arcessenda adversus se auxilia.' VIII. 1. 'Nec in fide populi Romani, nec in ditione essent.' c. 11. 'Ex Latinis et ex Volscis juventute propere excita.' X. 7. 'Certatum inter Ap. Claudium maxime ferunt et inter P. Decium Murem.' XXII. 53. 'Ad P. Scipionem admodum adolescentem et ad Ap. Claudium summa imperii delata est.' XXIII. 34. 'Ad senatum aut ad consules quam primum deportare.' c. 38. 'Dum hæc in Lucanis atque in Hirpinis geruntur.' Alia exempla vide ad XXVIII. 8. § 3. et XL. 33. § 6. Adde Abrah. Gronovium ad Justin. III. 3. § 6. et Torrentium ad Valer. Max. II. 7. in princ. ut et, quos memorat Corte ad Plinii Ep. VI. 2. § 2. Similiter Livius præpositiones repetiit in locutionibus, quæ connectuntur per particulas 'magis' et 'quam,' similesque. Ita IV. 58. 'Tarditatis caussa in senatu magis fuit, quam in tribunis:' ubi alia vide. Eodem modo in locutionibus, quæ conjunguntur voculis 'non modo' et 'sed.' III. 6. 'Ut non modo ad expeditiones, sed vix ad quietas stationes viribus subficerent:' ubi etiam quædam dixi. Non aliter etiam in locutionibus *ἀσυνδέτοις*. Vide ad XXXVIII. 18. § 12. Denique in illis, quæ duplici conjunctione *et* cohærent. Vide ad XLV. 8. § 4.

§ 7 *Has inanium rerum inanes ipsas volventes cogitationes*] *Inanes ipsi* fragm. Hav. a m. sec. *inanes ipsa* Harl. 1. Deinde *volentes cogitationes* Flor. sollemni errore, de quo vide ad IV. 49. § 16. *Volutantes cogitationes* edd. Mediolan. 1495. et Veneta 1498. 'Volutare cogitatione' dixit IX. 17. 'Tanti regis ac ducis mentio, quibus sæpe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium.' Verum et reliqui excusi et scripti vulgatum servant. Id itaque præferendum arbitror, quamvis utrumque, 'volvere animo' non modo et 'in animo,' sed et 'volutare animo' et 'in animo,' in usu sit, ut vidimus ad Livii II. 49. § 5.

Fortunæ loci delegaverant spes suas] Eleganter utitur verbo 'delegare,' quod non simpliciter aliquid alicui mandare notat, sed id mandare, quod is, qui mandat, facere ipse debebat, ut docet P. Manutius ad Cic. ad Fam. VIII. 1. Indicat igitur, Prænestinos spem victoriæ, quam in se ac viribus suis habere debuerant, in fortuna loci, qui olim Romanis infelix fuerat, posuisse. *Delegaverunt* est in Lov. 4.

Ubicumque esset Latinus hostis, satis scire eum esse] Debet esse *satis scire eum esse.* Rhen. Nescio, quid Rhenanus indicare voluerit: quemadmodum enim scribendum monuit, in omnibus editis superest. An itaque credidit, legendum esse *satis se scire?* Sed pronomen tuto abesse potest, et in nullo etiam exstat scripto. Ceterum *τὸ satis* deest in Gaertn. Male.

Digitized by Google

Supra I. 9. 'Satis scire, origini Romanæ et Deos adfuisse.' XXXIX. 49. 'Priusquam adpropinquare urbi satis scirent.' XL. 39. 'Saltum Manlianum, per quem transiturum exercitum Romanum satis sciebant, obsederunt.' Alibi autem in variis locutionibus Livius illo *satis* uti gavisus est. Vide ad XXVI. 51. § 2. et XXXVI. 35. § 8. Præterea trajectis vocabulis *scire esse eum* Harl. 2. *eum esse scire* Gaertn. Tum *ubic. esset Latinis hostis* male Leid. 1. et Lov. 2. Mox *ad Regulum lacum* Leid. 2. *ad Regillum lacum* Leid. 1. Sæpe duo hæc verba in Mss. permutantur. Vide ad VIII. 5. § 10.

Centum annorum pace obnoxia tenuerint] *Pace obnoxia* Voss. 1. a m. pr. *obnixa* a m. sec. quomodo etiam præferunt Leid. 2. Lov. 1. 2. et Harl. 2. Alibi sæpe ita variant librarii in scriptis et inpressis libris. Vide hoc lib. ad c. 12. § 8. Vulgatum verius est. Intelligitur pax cum Latinis inita, Sp. Cassio iterum et Postumo Cominio consulibus, cujus meminit Liv. II. 33. Ex quo tempore quum paullo plures, quam centum anni effluxerint, numero rotundo Livius usus fuisse censendus est. 'Per annos prope centum' dixerat hoc lib. c. 2. 'Terror accesserat defectione Latinorum Hernicorumque, qui, post pugnam ad lacum Regillum factam, per annos prope centum numquam ambigua fide in amicitiam populi Romani fuerant.' Quum autem jam eo tempore ex fœdere cum Latinis icto plures quam centum anni numerarentur, illud *prope* habita ratione Hernicorum additum esse, ibidem vidimus. In hoc fœdere 'nihil esse, quo bellare, cum quibus ipsi velint, prohibeantur' Latini, ipsi Romani fatentur VIII. 2. Ex illis tamen, quæ ibidem c. 4. et c. 5. sequuntur, patet Romanos sub umbra fœderis æqui servitutem Latinis inposuisse. Inter alia autem legibus hujus fœderis cautum erat, ut, si Romanis bellum gerendum foret, Latini ad id milites, quot petiti forent, submitterent. Infra VII. 12. 'Solatio fuit pax Latinis petentibus data, et magna vis militum ab iis ex vetusto fœdere, quod multis intermiserant annis, accepta.' Ob similes itaque leges, quæ in componendo fœdere convenerant, pax illa *obnoxia* vocatur: quoniam per illam Latini quasi in potestatem Romanorum venerint, et sub ditione eorum fuerint. Hinc 'subjectus' et 'obnoxius' junguntur Livio VII. 30. 'Amici forsitan pariter ac nunc, subjecti atque obnoxii vobis minus essemus:' ubi vide. Paci huic obnoxiæ, sive qua populus in ditionem alterius transit, obponitur 'æqua pax,' sive 'æquum fœdus.' Livius IX. 20. 'Inpetravere, ut fœdus daretur: neque ut æquo tamen fœdere, sed ut in ditione populi Romani essent.' Vide Livium ipsum XXXIV. 57. Vocem autem 'obnoxius' multis inlustrarunt Salmas. ad Solin. p. 23. Gronov. ad Senec. de Ira III. 8. et Schulting. ad Quinctil. Declam. I. 6. Præterea *tenuerunt* est in Lov. 2.

§ 8 *Ne qua terra sit nefasta victoriæ suæ*] *Ne qua transit nefasta* Lov. 2. 5. et Voss. 2. Per compendium scriptum fuerat *t'ra sit*, et hinc factum est *transit*. Eodem errore pro *terras*, sive *t'ras*, scriptum erat in uno codice *trans* V. 33. § 9. *Ne qua terra sit ne fata* Gaertn. *ne qua certa sit nefasta* Lov. 2. Præterea *nefastâ victoria sua* Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. Port. et fragm. Hav. Ea lectio si vera esset, *victoria sua* foret 'victoria de se parta,' victoria qua Romani superati erant. Ita 'amor noster' est, quo ego amor ab alio, amor alterius erga me, apud Ovid. Epist. Her. XVII. 204. 'cum ventis noster abibit amor.' Vide ad XL. 2. § 6. *Terra* autem *nefasta victoria sua* esset 'infelix,' 'ominosa propter victoriam de se partam,' eodem modo, quo 'dies nefastus' pro religioso, in-

Digitized by Google

fausto ponitur apud Sueton. in Tib. c. 53. 'Quum diem quoque natalem ejus inter nefastos referendum suasisset.' Id 'prave et perperam' fieri existimat Gellius Noct. IV. 9. 'Religiosi enim dies dicuntur tristi omine infames inpeditique, in quibus et res divinas facere, et rem quampiam novam exordiri temperandum est, quos multitudo imperitorum prave et perperam nefastos adpellant.' An ergo eorum imperitorum numero adcensendus etiam erit Horatius? qui similiter loquitur Od. III. 13. 1. 'Ille et nefasto te posuit die.' Ita et 'locus nefastus' apud Statium Theb. I. 278. 'Arcades hic tua (nec pudor est) delubra nefastis Inposuere locis:' et Theb. XI. 267. 'juvat ecce nefasto Stare loco, regimenque manu tractare cruentum.' Si hoc loco vulgatum placet, *terra nefasta victoriæ suæ* notabit 'terram, qua sibi non licebat, nefas erat vincere,' ut apud eumdem Statium Theb. IV. 517. 'Et triplicis mundi summum quem scire nefastum est:' quo modo et 'nefastum' pro inlicitum est apud Curtium VII. 5. 'Nihil ulti nefastum in Bessum interfectorem regis sui videbatur:' in quam lectionem tantum non omnes codd. a viris doctis excussi consentiunt. Plinius XIV. 19. 'Prohibare Dis nefastum habetur vina, præter inputatæ vitis, fulmine tactæ.' Donjatius exponebat: ne, etiamsi dies nefastus sit, terra tamen nulla sit ubi sibi nefas vincere. Verum 'diei nefasti' non meminit Livius, sed tantum 'loci nefasti.' Vox *suæ* deficit in fine in Harl. 1. Paullo ante *imitaturum*, pro *irritaturum*, Lov. 5. *invitaturum* Lov. 4. Vide ad I. 15. § 1.

§ 9 *Quin ipsi Galli si obferantur*] [Vid. Lectt. Varr.] Pall. tres et edd. priscæ *Quin ipsi sibi Galli si offerantur*. At Sigonius in vetusta lectione germanæ lectionis vestigia ait contineri, *Quin ipsi sibi Galli se offerant*. Unde putat legendum, *Quin ipsi si ibi Galli se offerunt*. Gebh. Invenio in scriptis et primis edd. *ipsi sibi Galli*. Sigonianus amplius *offerant*. Forte interpunctio tantum mutanda, hoc modo: *Quin ipsi sibi Galli si offerantur illo loco, se ita pugnaturos, ut Romæ pugnaverint*. J. F. Gron. *Quin ipsi Galli se offerantur, illo loco se* Leid. 2. *Quin ipsi sibi Galli si offerant illo loco se* Harl. 1. *Quin ipsi sibi Galli si offerantur, se illo loco se* Gaertn. *Quin ipsi sibi Galli si conferant illo loco se* Hearnii Oxon. C. *Quin ipsi sibi Galli si conferantur illo loco* Lov. 4. *Quin ipsi sibi Galli si offerantur illo loco, se* Leid. 1. Lov. 2. 3. Hav. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. L. 2. Exc. Pithœi, et edd. vetustæ usque ad Frobenianam 1531. quæ prima τὸ *sibi* omisit. Eam deinde recentiores secutæ sunt. Et ita reliqui Mss.

Ut Romæ pugnaverint in repetenda patria, ut postero die ad Gabios] *Romæ ut pugnav.* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Gaertn. *Romæ ut pugnav.* Hav. *ut Romæ pugnav.* Lov. 2. Deinde *ut postero ad Gabios* Leid. 2. Mox *tum quum effecerint*, pro *tunc q. eff.* Port. Hav. et fragm. Hav. Vide ad Livii II. 12. § 15. *Tum, quum effecerunt* Lov. 2. *tum, quum fecerint* Lov. 4.

Ne quis hostis, qui mœnia Romana intrasset, nuncium secundæ adversæque fortunæ domum perferret] *Ne quis hostis mœnia Rom. intr.* Voss. 2. *qui Rom. mœnia intr.* Leid. 2. et Lov. 2. *Tum nuncium adv. secundæque fort.* Lov. 2. *nuncium fœdæ adversæque fort.* Lov. 4. 5. et Hearnii Oxon. N. Male. Nam per 'secundam fortunam' intelligitur victoria ad Alliam reportata, et, qui fructus ejus fuit, Romæ expugnatio; per 'adversam' autem 'fortunam,' quod Roma iterum ejecti, et ad Gabios occidione occisi sint. Scriptum per compendium fuerat *secd'æ*, sive *secundæ*, inde parva mutatione *fœdæ*, sive *fædæ*, datum est. Denique *perferet* Harl. 1. et fragm. Hav. *perferrent* Port. a m. pr. *præ-*

Digitized by Google

ferret Lov. 5. *proferret* ed. Rom. 1472.

CAP. XXIX. § 1 *His utrimque animis ad Alliam ventum est*] *Utrique* edd. Rom. 1472. et Parm. *utrumque* Voss. a m. pr. Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXI. 45. § 1. *ad Aliam* Voss. 2. Leid. 1. Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. et Hav. atque ita mox hoc § et § 5. præferunt iterum Flor. Leid. 1. Hav. et Lov. 2. 3. 4. ac 5. Vide ad Epit. Liv. lib. v. *Ad Gallicam* Gaertn.

Postquam in conspectu hostes erant instructi intentique] *Postquam hostes in conspectu erant* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *postquam in conspectu omnes erant hostes* Hearnii Oxon. L. 1. *postquam in conspectu hostis erat instructi intentique* Lov. 2.

Videsne tu, inquit, A. Sempreni, loci fortuna illos fretos ad Alliam constitisse] *Inquit D. A. Semproni* Harl. 1. Tum vox *loci* deerat in vetustioribus excusis; quam quum servent omnes exarati, eadem recte ab Aldo interposita est: non enim Quinctius ideo Prænestinos culpat, quod 'fortuna tamquam constantissima re freti' sint, (ut de C. Sempronio consule Romano supra refert Liv. IV. 37.) sed quod 'loci fortuna, inani re,' confidant. Supra cap. præc. 'Fortunæ loci delegaverant spes suas.' Vide Gronov. ad IX. 11. § 5. Deinde *constitisse*, duarum literarum repetitione neglecta, Harl. 1. *consedisse* Lov. 4. Vide h. lib. ad c. 27. § 7.

Nec illis Dii immortales certioris quidquam fiduciæ, majorisve quod sit auxilii, dederint] *Nec in illis Dii* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Hav. et a m. pr. fragm. Hav. *nec illis Diis* Harl. 2. *nec illis Diis Dii*, utraque lectione juncta, Lov. 5. *nec illis Di* Flor. Vide ad V. 14. § 4. Tum *quidquid fiduciæ* Port. qcq̄ ī *fiduciæ* Hav. *quidquam fortunæ* Port. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. Sed eam vocem ex præcedd. verbis mala a librariis repetitam puto. Denique *majorisve quod sit auribus terruit*, nescio quid cogitans, dedit scriba Gaertn. *Majori suaque sit auxilii dederint* Lov. 3.

§ 2 *Fretus armis animisque, concitatis equis invade mediam aciem*] *Armisque animis* Flor. Tum *invade meniam aciem* Harl. 1.

In turbatos trepidantesque inferam signa] *Inturbatus trepidantes qui feram signa* corruptissime dedit librarius Leid. 1. *in turbatos trepidantes inferam signa* Lov. 5. *feram*, pro *inferam*, dederunt etiam scribæ in Lov. 2. 4. Harl. 2. Port. et Hav. Infra IX. 23. 'Ferte signa in hostem.' Sed reliquorum consensus in vulgatum potior est. Vide ad II. 53. § 2.

Expetite pœnas debitas] *Expedite pœnas* Harl. 1. et fragm. Hav. confusis literis *d* et *t*, de quo vide ad VII. 16. § 3. 'Expetere pœnas' rectum est. Supra I. 23. 'Magnumque Deorum numen, ab ipso capite orsum, in omne nomen Albanum expetiturum pœnas.' XXVI. 13. 'Tanta aviditas supplicii expetendi, tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis.' Vide Gronov. ad XXX. 18. § 9. Mox *scilicet vobis*, pro *simul vobis*, Lov. 4.

§ 3 *Non equitem, non peditem sustinuere Prænestini*] *Sustinere* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. fragm. Hav. et apud Hearnium Excerpta Pith. Tum *non peditem, non equitem* Lov. 2. Sine discrimine modo equites, modo pedites prime loco memorari, videbimus ad XXXIV. 26. Reliquorum itaque codd. auctoritas suadet, ut nihil mutemus.

Primo inpetu ac clamore dissipati ordines sunt] Vox *primo* non adparet in Voss. 2. *inpetu e clamore dissipati* habent Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Sed ultima litera *reō ac* intercepta est ab initiali vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. Illa *primo inpetu ac clamore* illustrantur ad cap. 4. hujus lib. § 9. *Primo inpetu et clamore* Lov. 2. Tum *dissipati sunt ordines* Gaertn.

Digitized by Google

Dein, postquam nullo loco constabat acies, terga vertunt] *Deinde* Flor. Voss. uterque, Leid. 2. Lov. quinque, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et omnes excusi usque ad Jac. Gronovium, qui *Dein* substituit, quemadmodum in Leid. 1. fuisse videtur. Vide ad III. 3. § 6.

Præter castra etiam sua pavore prælati] *Perlati* legendum est potius: alioquin *præter* vacat, ut in v. 26. 'Effusa fuga castra sunt prælati.' *Sigon.* Etsi *præ* in *prælati* habet vim τοῦ *præter*, tamen non minus recte dicitur 'præter castra prælati,' quam 'castra prælati.' Vide Gronovium ad XXIX. 32. § 8. Eadem ratio est in 'trajicere trans' XXI. 26. et XXV. 14. et in 'perrumpere per' III. 70. *Duk.* Scholion hoc Sigonii demum apparuit in posthuma ejus ed. 1592. et ideo minoris est auctoritatis. *Perlati*, quemadmodum Sigonius emendandum censebat, obfert solum fragm. Hav. Sæpe ita variant scribæ in codd. manu exaratis. Vide ad lib. XXXVIII. c. 28. § 8. Hic tamen nihil mutandum. Eadem enim locutio etiam obcurrit VII. 24. 'Præter castra etiam sua fuga prælati arcem Albanam petunt.' Et ita 'præter fasces prævectus' XXIV. 44. Neque magis in his τὸ *præter* vacare censendum est, aut, si vacat, magis displicere debet, quam τὸ *ante* in illo XXI. 20. 'Præoccupatos jam ante ab Hannibale Gallorum animos esse:' vel τὸ *prius* in illo eodem lib. c. 32. 'Quamquam fama prius præcepta res erat.' Quibus locis plura similia videnda sunt. Et sane si *præter* additum τῷ *prælatus* Sigonius ideo mutandum censuit, quia *præ* in *prælatus* sensu τοῦ *præter* adhibetur; quomodo ferre potuit, præpositionem, cum qua verbum compositum est, eidem in regimine addi? Id tamen Livio frequens esse, vidimus ad Præfat. § 11. Vulgatam lectionem Sigonii conjecturæ præferebat etiam Gebhardus ad II. 14. § 7. Ceterum Clericus ad hunc locum 'præter castra præferri,' sive 'præter castra fugere,' proverbium militare esse existimabat, cujus, si per librarios licuisset, exemplum haberemus apud Terent. in Phorm. v. 2. 3. 'Ita fugias, ne præter castra, quod aiunt:' ubi scripserunt nunc *ne præter casam*. Verum, præterquam quod viri docti ex Mss. nullam hic lectionis varietatem agnoverint, (nisi quod Bœcler. in duobus invenerit *causam*) *casam*, non *castra*, hic legit jam Donat. sive quisquis est, qui Donati nomine circumfertur, ita inter alia notans: 'Hoc est, ne prætereas casam tuam, quæ sit tibi tutissimum receptaculum.' Iis itaque adversantibus vulgatum mutari audacius est, quam ut placere possit; certe si in vulgato commodus sensus sit, quem Gujet. Bœcler. et alii dare conati sunt. Vide etiam Erasmum in Adag. Titulo 'Modestia modusque' p. m. 1300. Ceterum *et jam*, pro *etiam*, Lov. 3. Insuper *præter castra etiam suo pavore prælati* perperam obferunt Lov. 2. 4. et Hav. Mox *sistant*, pro *sistunt*, Leid. 1.

§ 4 *Locum, quem tumulluario opere communirent, capiunt*] *Cominuerant* Hav. *communiverant* Flor. et Lov. 2. *communierant* Port. a m. sec. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. nec non Neapol. Latinii. Verum non ceperunt locum, quem jam communiverant, sed quem communituri erant. Rectius ergo *communirent*, pro quo simplex *munirent* obfert Hearnii Oxon. B. quem non audio. Vide ad III. 42. § 3.

Extemplo ureretur ager] *Ureretur extemplo ager* Leid. 1. Harl. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *uteretur extemplo ager* Port. a m. pr. qui *agero* ex interpolatione exhibet. *Extemplo uteretur ager* Lov. 5. Mox *depopulatusque*, pro *depopulatisque*, Leid. 2. *delatisque* Lov. 5. Tum *inferetur*, pro *inferretur*, Voss. 1. *infertur* Gaertn.

§ 5 *Sed, postquam, direptis ad Alliam castris*] Τὸ *postquam* deficit in Leid.

Digitized by Google

2. Tum *ad Allam* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. et Hav. Vide hoc cap. ad § 1. Præterea *directis castris* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXVII. 31. § 5.

Id quoque monimentum relictum: et vix mœnia tuta rati] *Hii quoque* Gaertn. qui voluisse videtur *hic quoque*. Sed *id* servant reliqui: *idque* Port. et Harl. 2. Vide ad v. 27. § 1. Deinde *monimentum* Leid. 1. *monumentum* Voss. 1. et Lov. 4. ac 5. Vide ad IV. 10. § 6. *munimen* Hav. Vide ad II. 10. § 2. Hinc *tuta rapti* Voss. 1. et Lov. 4. ac 5. Tum *Prænesti* Lov. 2. Male. Vide ad lib. c. 9. § 8. In verbis seqq. *includunt*, pro *inchodunt*, habet Port.

§ 6 *Octo præterea oppida erant sub ditione Prænestinorum*] [Vid. Lectt. Varr.] Codd. nihil mutant, nisi quod *propterea* legant Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Ita sæpe *præter* et *propter* in Mss. commutantur. Vide ad IV. 61. § 10. Eundem errorem commiserunt etiam fuerat librarius Lov. 3. Sed, prima syllaba vocis *propterea* jam exarata, (se falli animadvertens,) ea tamen non deleta veram lectionem adscripsit, unde in eo nunc *Octo pro præterea oppida* superest. Fabri conjectura displicuit Doujatio, qui *per ea tempora* non necessarium putabat; quoniam, non de suo tempore id Livium prædicasse ex τῷ *erant* satis intelligitur: ideo vero Livium *præterea* dixisse addit, ut innuat octo oppida fuisse sub Prænestinorum ditione præter ipsum Præneste ceterorum caput. Non aliter τὸ *præterea* accepisse videtur Faber, sed eam ipsam ob caussam vulgatum damnasse, quod ita Quinctius non novem, ut mox § 9. dicitur, sed decem oppida cepisset. Verum omnino decem oppida subegisse, novem vi cepisse, Præneste per deditionem recepisse, ipse Livius § 8. tradit. Et tamen in monumento a Quinctio in Capitolio fixo 'novem' tantum 'oppidorum captorum' mentio fit, quod Livius eam mutilam adduxerit, et forte aliquid de Præneste desideretur, quemadmodum J. F. Gronovius ad § 9. existimavit. Nisi potius dicendum sit, per 'novem oppida' intelligi illa quæ erant ditionis Prænestinorum, de quibus victis proprie hoc monumentum positum erat. Velitræ enim, decimum oppidum, colonia erat Romanorum.

Velitras exercitus ductus] *Excitus ductus* Hav. Sed quum *ex'citus ductus* per compendium scriptum foret, additam notam librarius male omisit. Vide ad X. 33. § 1. Paullo ante *deinceps*, sine copula *que*, Lov. 3. et edd. Rom. 1472. ac Parm.

§ 7 *Eæ quoque expugnatæ: tum ad caput belli*] *Hee quoque expugnatæ* Voss. 1. Leid. 2. et Gaertn. *Hæ quoque expugn.* Port. et Hav. *Ea quoque expugnata: tum* Voss. 2. et Lov. 3. *Ea quoque expugnavere: tum* fragm. Hav. a m. pr. *Eas quoque expugnavere* Hearnii Oxon. N. in margine. *Eo quoque expugnato, tum ad caput belli* Oxon. L. 2. *Eoque oppugnato, cum ad caput belli* Lov. 4. *Iñ*, sive *inde*, pro *tñ*, sive *tum*, est in Lov. 2. facili lapsu ob ductum similitudinem. Sed vulgatum, quod in melioribus codd. superest, loco non movendum.

Id non vi, sed per deditionem, receptum est] *Id non vis et per ded.* Leid. 1. Sed quum olim *set*, pro *sed*, scriptum fuisset, ut sæpius in Mss. invenitur, ejus prima litera perperam voci præcedenti in fine accessit. Deinde *per ditionem* Flor. et Leid. 1. Sæpius ita peccasse librarios, videbimus ad XXVI. 21. § 17.

§ 8 *T. Quinctius, semel acie victor, binis castris hostium, novem oppidis vi captis*] Quinctii prænomen *T.* deficit in Hearnii Oxon. L. 2. Tum *semel aciem victor* Leid. 1. qui insuper *binis castris otium opp.* perperam dedit; *binis castris ocius, novem opp.* Lov. 2. in contextu, vulgata lectione margini adscripta.

Digitized by Google

Romam revertit] *Romam vertitur* Leid. 2. *Romam revertitur* Voss. 1. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. et C. Nihil muto; sed *revertit* accipio tempus perfectum. Passim enim Livius hujus verbi perfectum et inde declinata alia forma activa extulit. Ita VII. 17. 'Præda ingenti parta victores reverterunt:' ubi etiam codex unus *revertuntur*. XXVI. 50. 'Intra paucos dies ad Scipionem revertit:' hic etiam alii *revertitur*. XLI. 6. 'Per eos dies Ti. Sempronius Gracchus et L. Postumius Albinus ex Hispania Romam quum revertissent.' c. 12. 'Claudius duarum gentium uno anno victor Romam revertit:' et alibi sæpe. Soliti autem fuerunt librarii verbis activis perperam terminationem passivorum addere. Vide ad XXXIX. 22. § 8. In verbis præcedd. *in deditionem recepto*, pro *in ded. accepto*, est in Lov. 4.

Triumphansque signum, Præneste devectum, Jovis Imperatoris in Capitolium tulit] *Triumphatis* et *duxit* Lov. 1. *Triumphantisque signum, Pr. dev., Jovis imperator in Capit. duxit*, a reliquis dissentiens, Leid. 2. ut innuat, Quinctium, quem nomine 'imperator' indicat, Prænestе Romam tulisse signum Jovis non cognominati 'Imperatoris,' sed 'Triumphantis.' Verum male. Vulgatum enim, quod reliqui omnes codd. defendunt, firmatur etiam testimonio P. Victoris, qui in libro de Region. Urb. Romæ in reg. VIII. memorat 'Signum Jovis Imperatoris Prænestе devectum.' A Livio in diversa abire videtur Cic. qui Jovis Imperatoris signum illud non a T. Quinctio Cincinnato Prænestе, sed a T. Quinctio Flaminino ex Macedonia Romam devectum, et in Capitolio positum fuisse, refert in Verr. IV. 58. 'Tria ferebantur in orbe terrarum signa Jovis Imperatoris uno in genere pulcherrime facta: unum illud Macedonicum, quod in Capitolio videmus: alterum in Ponti ore et angustiis: tertium quod Syracusis ante Verrem prætorem fuit. Illud Flamininus ita ex æde sua sustulit, ut in Capitolio, hoc est, in terrestri domicilio Jovis, poneret.' Dissensus hic Ciceronis ac Livii viros doctos in varias opiniones abire coëgit. Lipsius ad Plinii Panegyr. Trajani c. 5. existimat, id signum 'T. Quinctii' nomine inscriptum fuisse et dedicatum, haud addito cognomine, atque alium alio traxisse; Livium et P. Victorem retulisse ad T. Quinctium Cincinnatum, Ciceronem ad T. Quinctium Flamininum. Vide etiam Syllog. Epist. quas Burm. edidit, tom. I. epist. CCCCXXIX. et CCCCXXX. Duo Jovis Imperatoris signa in Capitolio fuisse, alterum a T. Quinctio Cincinnato Prænestе, alterum a T. Quinctio Flaminino ex Macedonia devectum, statuit Just. Rycquius de Capitol. c. 24. et similiter etiam Alex. Donatus de Urbe Roma II. 7. Addit autem Rycq. ideo alterius simulacri nullam mentionem fecisse Ciceronem, quod Prænestinum illud Græco isto longe vilius fuerit. Et sane Cic. non simpliciter memorat 'tria Jovis imperatoris, quæ in orbe terrarum ferebantur, signa,' sed insuper 'uno in genere pulcherrime facta.' Inter pulcherrime facta igitur hoc Prænestinum referri non potuit. Chishull in Antiquit. Asiat. docet quosdam fuisse, qui pro *Jovis Imperatoris* apud Cic. legendum censent *Jovis Imbricitoris*, eum enim indicari, qui Græcis ὄμβριος vocatur. Ipse vero, quum Jupiter hic forma pueri effictus sit, conjicit, Ciceronem per compendium scripsisse *Jovis Imp.* pro *impuberis*, ex quo deinde oscitantes librarii fecerint *Jovis Imperatoris:* quæ iterum conjectura viris doctis, qui Acta Erudit. Lipsiæ edunt, displicuit in a. MDCCXXIX. p. 146. quoniam, vocem *impuberis* compendiaria illa scriptura sic expressam alibi obcurrere sibi persuadere nequeant; et facilius sit literas IMP. exponere *Im-*

Digitized by Google

peratoris, quemadmodum in Inscript. et nummis eo sensu fere semper leguntur, quam *Impuberis;* ideoque verisimile non sit, compendio illo in hac re ibi usum fuisse Ciceronem. Ipsi vero credunt, minore negotio in Cicerone legi posse *Jovis Temperatoris*, quod Jupiter Οὔριος sit, qui, ut Horatius inquit Od. III. 4. 45. 'mare temperat ventosum.' Vel etiam locum Cic. integrum esse, et Jovem Οὔριον *Imperatorem* dici potuisse, quod imperium habuerit in ventorum rabiem et indomitas undas. Quidquid est, in eo inter ipsos et Rycquium ac Donatum convenit, duo diversa fuisse signa Jovis, alterum Imperatoris a T. Quinctio Cincinnato Prænestе Romam adlatum, alterum Jovis Οὐρίου sive *Imperatoris*, quod T. Quinctius Flamininus ex Macedonia advexit; utrumque autem in Capitolio dedicatum fuisse. Prioris istius Romam translationem verbis Livianis describens Pighius in Annal. ad a. CCCLXXIV. p. 240. vocat 'signum Jovis Induperatoris:' quod qua auctoritate fecerit, non adparet. Antiquissimos Latinos *Induperator* vel *Endoperator*, pro *Imperator*, dixisse, nullum est dubium; Livium tamen similibus antiquatis usum fuisse, nisi ubi ipsas antiquarum formularum voces in medium adfert, nemo mihi persuadebit. Vide ad XXXVI. 2. § 2. Dukerus observarat etiam loca Lipsii et Rycquii, iisque addiderat sequentia: 'De his signis etiam alia tradiderunt doctissimi et antiquitatis Romanæ peritissimi viri, quæ non carent scrupulo. Veluti, quod Nardinus Rom. Vet. v. 16. scribit, incertum esse, an signum Prænestinum Jovis Imperatoris apud P. Victorem idem sit, atque illud de quo agit Cic. Or. Cat. III. 8. et 9. et an in arce vel alibi in Regione VIII. Urbis positum fuerit: item, quod Donat. de Urb. Rom. II. 7. dicit, de signo Macedonico Jovis Imp. agere Cic. d. Or. Catil. III. et Obsequentem de Prodigiis c. 122. ac denique quod Lipsius ad Plin. d. l. adfirmat, signum Macedonicum ad ætatem Plinii et infra eam durasse, negant Rycquius l. d. et Hotomannus ad Cic. in Verr. IV. 58. Sed, ea hic pluribus excutere, ab hoc loco et instituto nostro alienum est.' Hæc notarat vir celeberr. quæ hic etiam conspici, ex re esse duxi.

§ 9 *Dedicatum est inter cellam Jovis ac Minervæ*] *Dedicatumque est* Lov. 4. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. Deinde *inter Jovis cellam et Min.* Hav. *inter Jovis cellam Min.* Port. *inter cellam Jovis et Min.* Harl. sec. et edd. Aldina priores. Mox *monimentum*, pro *monumentum*, Leid. 1. et Lov. 2.

His ferme incisa literis fuit: Jupiter atque Divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida novem caperet] Animadvertat lector, inscriptionem istam in Livio valde imperfectam atque mutilam exstare. Id quod ex Sex. Pompeio de Verb. Signific. in voce 'Triens' cognoscitur, qui ex Cincii Mystagogicon libro secundo ex eadem inscriptione plura adducit, quæ docent partem illam a Livio citatam esse male detruncatam, et librariorum, ni fallor, magis errore, quam Livii ipsius oscitantia. 'Non tam enim admiratione et Capitolina dedicatione dignum est, dictatorem populi Romani novem oppida Prænestinæ ditionis haud potentis cepisse; quam novem diebus oppida novem cepisse. Quod quidem ipsum in dicta T. Quinctii tabula Capitolina pulchre expressum fuit: coronamque auream, victoriæ caussa duarum librarum pondo et trientis Jovi donum dedisse: quemadmodum Cincius illius tabulæ verba exponit. Quod etiam in Livio non reperitur. Igitur monumentum vetustum rerum a T. Quinctio gestarum hoc, tam ex Livio, quam ex Festo, in hunc fere modum suppleri potest:

Digitized by Google

IVPITER. ATQ. DI. OMNES. HOC. DEDER.
VT. T. QVINCTIVS. DICT. OPPIDA. NOVEM
DIEBVS. IX. CAPERET. X. PRAENESTE. IN
DEDITIONEM. RECIPERET. EARVM
RERVM. ERGO. TRIENTEM. TERTIVM
PONDO. CORONAM. AVREAM
IOVI. D. D.

Pighius in Ann. ad a. CCCLXXIV. p. 240. *Ferme* ait Livius: non igitur necesse, ut totum illum titulum verbis omnibus, quibus conceptus fuit, retulerit. Certe nullis in libris antiquis reperitur, præterquam, *Jupiter atque Divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida novem caperet:* quæ mutila esse, atque in iis desiderari, 'novem' vel 'totidem diebus,' forte et aliquid de Præneste, non iverim inficias. Meminit ejusdem tituli Festus: 'Trientem,' inquit, 'tertium pondo coronam auream dedisse Jovi donum scripsit T. Quinctius dictator, quum per novem dies totidem urbes, et decimo Præneste cepisset.' Itaque Pighius monumentum T. Quinctii tam ex Livio quam ex Festo ita instaurari posse censuit: 'Jupiter atque Divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida novem diebus novem caperet, decimo Præneste in deditionem acciperet. Earum rerum ergo trientem tertium pondo coronam auream Jovi donum dedit.' Non improbo conatum. Sed hoc totum in exemplaria Livii contra omnes veteres libros a Grutero relatum esse, id vero probare non possum, inque eo tanti viri providentiam vehementer desidero. Hæc enim vis est, quæ ad quidvis audendum fenestram patefaciat. Quid autem indignius, quam ut princeps civis, instar exoleti e pædagogio, pannis et coloribus et fasciis alienis male conspectus incedat? Ille quidem paupertate sua involvi, et, quod attulit vetustas, magno animo ferre liber ac suus multis partibus mavult. Itaque nos ea delevimus, facile concedentes aliquid ingenio ad emendandam veterum scripturam, dummodo ad sententiam ea, ut aqua in usum, molliter ducatur, non trahatur, aut trudatur. Adsnere, et versus integros, nec necessarios, ob verbum elegans interponere, aut ab aliis interpositos, ubi prohibere possumus, pati, nec pudoris est, nec sæculi nostri. *J. F. Gron.* Sententiam Pighii recte ex usu, quem in lingua Latina habet adverbium *ferme*, refellit Gronovius: quod indicio est, inscriptionem ab ipso Livio in panca contractam. Nam *ferme* et *fere* sæpe summa et præcipua capita rerum denotant. *Livius* I. 15. 'Hæc ferme Romulo regnante domi militiæque gesta.' XXIII. 34. 'In has ferme leges fœdus ictum.' Suetonius in Cæs. c. 25. 'Gessit autem novem annis, quibus in imperio fuit, hæc fere.' *Duk.* Vox *inciso* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *Jupiter ac Dii omnes* Lov. 4. *Jupiter atque Dii omnes* Lov. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. fragm. Hav. a m. sec. et edd. vetustæ. Pighius etiam *Jupiter atque Di omnes* restituebat. Sed vulgatum præfero, quod primus Frobenius 1735. in contextum recepit, et reliqui codd. tuentur. *Divus* autem et *Diva*, pro *Deus* et *Dea*, in vetustis formulis passim reperiuntur. Infra VII. 26. 'Si Divus, si Diva esset, qui sibi præpetem misisset, volens propitius adesset.' XXV. 12. 'Nam is Divus exstinguet perduelles vestros, qui vestros campos pascunt placide.' XXIX. 27. 'Divi Diveque, inquit, maria terrasque qui colitis, vos precor quæsoque.' Et ita sæpe. Insuper *τὸ hoc* deficit in Voss. 2. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *hæc dederunt* obfernnt vetustæ edd. usque ad Aldum, qui, concinentibus reliquis scriptis, dedit *hoc dederunt*. Vide ad XXI. 52. § 10. Tum *ut Quinctius dictator*, omisso

Digitized by Google

prænomine, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxonienses L. 2. et C. An forte legendum *dederunt*, *T. Quinctius dictator oppida novem cepisset?* Videntur enim librarii illud *ut*, quod necessarium putabant, partim formasse ex ultimis litteris præcedentis *dederit*, partim ex prænominis Quinctiani litera *T.* Similiter fere Sueton. in Cæsar. c. 30. 'Hoc voluerunt, tantis rebus gestis Cæsar condemnatus essem.' Sed nec vulgatum, pro quo stant reliqui codd. damno. Ceteram, quæ Gruterus in contextum postremæ ed. ex mente Pighii receperat, recte inde iterum Gronovius expulit. Neque muto sententiam, licet videam etiam Just. Rycquium de Capit. c. 24. Pighii emendationem probasse.

§ 10 *Die XX. quam creatus erat, dictatura se abdicavit*] Nihil emendatius hac esse oratione videtur; cum tamen, si veteres libros attendamus, turpissime depravata sit, in quibus ita est: *Duodevicesimo, quam creatus fuerat, dictatura se abdicavit.* Item, *Duodevicesimo, quam creatus fuerat, die dictatura se abdicavit.* Quod magis probatur: prior enim syllaba vocis *dictaturæ* in errorem impulisse librarium videtur, ut vocem *die* omiserit. Hæc autem si germana lectio est, accipiendum est dictum esse *duodevicesimo die*, pro *XXII. die*; sic enim antiquos locutos esse docet Nonius his verbis: 'Duodevicesimo, ita ut, Duodecimo. Varro Human. Rerum lib. XVI. 'Mortuus est anno duodevicesimo: rex fuit XXI.' Cato I. IV. Originum: 'Deinde duodevicesimo anno post dimissum bellum, quod IIII. et XX. annos fuit.'' Quamquam Gellius V. 4. superius exemplum ex Fabii Annalibus profert ita: 'Mortuus est anno duo et vicesimo. Rex fuit annos viginti et unum.' [' Ne hic Sigonius ostendit, se quoque errare posse: cum Livius I. 40. de Tarquinio Prisco dicat, 'duodequadragesimo ferme anno, ex quo regnare cœperat Tarquinius,' quis nescit, pro trigesimo octavo anno dictum?'] *Sigon.* Breviter describit hanc victoriam cum triumpho Eutropius in Breviario historiæ Romanæ II. 2. 'T. etiam Quinctius Cincinnatus,' inquit, 'Prænestinos, qui usque ad' (alias V. C. *adusque*) 'urbis Romæ portas venerant, bello persequutus ad flumen Alliam vicit, et civitates,' (V. C. itidem *et octo civitates*) 'quæ sub ipsis agebant, Romanis adjunxit. Ipsam Prænestæ aggressus in deditionem accepit. Quæ omnia ab eo gesta viginti diebus, triumphusque ipsi decretus.' Eadem fere Livius de celeritate ejus expeditionis hic tradit, T. Quinctium die XX. quam creatus erat, dictatura se abdicasse scribens. Quocirca non assentior iis, qui ex veteribus libris ipsum duodevicesimo die, id est, vigesimo secundo, ut interpretantur, abdicasse opinantur. *Pighius* in Annal. ad a. CCCLXXIV. p. 240. Pal. 2. *Duodevicesimo die, quam creatus fuerat*: de qua emendatione videantur Sigonii scholia. *Gebh.* Pall. *Duo de vicesimo die.* Perinde ut Sigoniani, nisi quod vox *die* transposita est. Sed miror id eum interpretari vicesimo secundo, contra quam fert ratio sermonis, auctoritate Nonii, quæ et ipsa jam dudum a viris doctis spreta est: præsertim cum afferat ex Fabii annalibus, 'mortuus est anno duo et vicesimo.' Aut igitur intelligendus octavus decimus dies, aut scribendum, *Duo et vicesimo, quam creatus erat, die dictatura se abdicavit.* Viginti diebus hæc omnia ab illo gesta narrat Eutropius: sed potest ille rotundum numerum videri secutus. Chiflet. *Duo vicesimo.* J. F. Gronov. *Deumcesimo, quam creatus erat, dictatura* Harl. 1. *Duodevicesimo, quam creatus erat, dictatura* Hav. *Duovicesimo, quam creatus erat, dictatura* Leid. 1. *Duo die vigesimo, qua creatus erat, dictatura* Lov. 2. *Die vicesimo*, vel *Die*

Digitized by Google

vigesimo, quam creatus erat, dictatura Voss. ambo, Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. et Gaertn. *Die vicensimo, quam creatus erat, dictatura* Flor. Vide ad v. 54. § 5. *Die vicesimo creatus erat, dictatura* Leid. 2. *Die vicesimo, qua creatus erat, dictatura* fragm. Hav. Sed *quam* hic ponitur pro 'postquam,' quod Livio aliisque admodum frequens est. Vide Hadrian. Cardin. de Serm. Lat. p. 68. Adde Burmann. ad Suet. Cæs. cap. 35. Abrah. Gronovium ad Justin. XXVI. 1. § 10. et quæ notantur ad Liv. XXVIII. 16. § 14. Ceterum quum omnes membranæ *vicesimo* genere digniori præferant, ita etiam restitui. Vide ad VIII. 11. § 15. Recentiores editores dederant *Die vigesima*, secuti Gruterum, qui ita primus in postrema ed. vulgavit. Priores omnes per notas numerales dederunt *Die XX. quam creatus erat*, nisi quod Cervic. habeat *Die vigesimo*, Ascensius a. 1530. *Die vicesimo*. Tandem *Duodevicesimo*, quod non nisi in ambiguæ fidei Mss. obviam fuit, licet optimæ notæ libri Doujatio vocentur; sive, ut Gronov. conjecit, *Duo et vicesimo*, probare ausus non sum. Nam *Duo et vicesimo* pro *Secundo et vicesimo* non videtur stili Liviani esse. *Duodevicesimo* autem foret decimo octavo, ut Gronov. docuit; ita enim 'Duodequadragesimus' Livio est trigesimus octavus I. 40. ut Doujatius observat. Jam autem, si Quinctius duodevicesimo post die, quam creatus erat, se iterum dictatura abdicasset, Eutropius, celeritatem victoriæ ab eo partæ prædicaturus, non numero rotundo majore usus fuisset: ita enim celeritatem illam multum inminuebat. Tandem *se dictatura abdicavit* Lov. 4.

CAP. XXX. § 1 *Comitia inde habita tribunorum militum consulari potestate*] In mentem venire posset, uno ambitu hanc et sequentem periodum hoc modo jungendam esse: *Comitiis inde habitis tribunorum militum consulari potestate, quibus æquatus patriciorum plebeiorumque numerus, ex Patribus creati, &c.* Verum codd. nihil mutant, nisi quod convulso verborum ordine *Comitia tribunorum militum inde habita consulari potestate* habeat Voss. 2. et *æquatus patriciorumque numerus*, una voce perperam deficiente, Port. Locus itaque non sollicitandus est. Vide hoc lib. ad cap. 4. § 7.

§ 2 *Ex Patribus creati P. et C. Manlii cum L. Julio*] *P. A. C. Manlii* Port. *P. et C. Manlius* Lov. 4. et 5. *P. et C. Manlio ius* Harl. 1. Cujus librario fraudi fuit, quod aliis fuisse vidimus hoc lib. c. 22. § 1. Reliqui vulgatum recte servant, nisi quod *P. et C. Manli* sit in Flor. Leid. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVIII. 27. § 8. *P. et C. Mallii* Gaertn. Vide ad XXXIV. 52. § 2. Deinde præpositio *cum* non est in Leid. 2. *M. Julio* autem præferunt Leid. 2. Lov. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. atque Exc. Pithœi. Τιβέριος Ἰούλιος vocatur Diod. Sicul. Biblioth. lib. XV. pag. 484. qui multum a Livio differt in recensendis tribunis consularibus hujus anni.

Plebes C. Sextilium] *Pleb̄* ambigue dedit Leid. 2. *plebis* Harl. 2. *plebs* Lov. 1. 2. 4. 5. Port. et Hav. Vide ad I. 20. § 6. *et C. plebes C. Sextilium* Gaertn. *plebes est Sextilium* Voss. 2. et Lov. 3. Sed librarii neglegentes se *ē*, sive *est*, scriptum videre crediderunt pro litera *C.* qua *Caius* notari solet.

M. Albinum] Vet. lib. *M. Albinum;* optime. Est enim e plebe. *Sigon.* E Pal. 2. atque ed. Campani *M. Albinium* edendum curavi. Occupavit autem monere Sigonius. Vulgo *M. Albinum.* Gebh. *M. Albinum*, ut ante Sigonium passim edebatur, tenent Voss. 2. Lov. 4. 5. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. Neque aliter Lov. 2. nisi quod insuper omittat prænomen *M.* Illo nomini juncto *Malbinium* exhibet.

Digitized by Google

Harl. 1. Vide ad XXXVIII. 35. § 2. Reliqui recte *M. Albinium* ostentant. Non raro 'Albinus,' pro 'Albinius,' corrupte a librariis datum est. Vide ad v. 40. § 9.

§ 3 *Dedit. Manliis, quod genere plebeios, gratia Julium anteibant, Volsci*] Omnia hæc verba deerant in Leid. 2. *Malliis* præfert fragm. Hav. *Malleis* Gaertn. Vide ad § præc. Tum *quod genere plebeio* Voss. 2. Leid. 1. et Harl. 1. sine sensu: neque melius *quod genere quod plebeio* Lov. 1. *genere plebeios*, voce priori *quod* omissa, Lov. 3. Deinde *gratiam Julium anteibant* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. *gratiaque Julium anteibant* Harl. 2. Port. et Hav. *gratiaque quod Julium anteibant* Gaertn. *gratia ante Julium ibant* fragm. Hav. *gratia Julium anteibat, et Volsci* Harl. 1.

Volsci provincia sine sorte, sine comparatione, extra ordinem data] *Volscorum provincia* Harl. 2. Port. et Hav. Male. Supra v. 12. 'Valerio Potito Volsci provincia evenerat:' ubi iidem codd. eodem modo peccabant. *Volscique provincia* Gaertn. Mox *extra ordinem datam* fragm. Hav.

Cujus et ipsos postmodo et Patres, qui dederant, pœnituit] Vet. lib. *postmodum*. Sigon. *Cujus et ipsas post me* Lov. 1. *cujus et ipsum postmodo* Lov. 2. *cujus et ipsos postea* Leid. 2. *cujus et ipsos postmodum* Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. L. 1. et C. Supra II. 1. 'Ne postmodum flecti precibus aut donis regiis possent.' Quum tamen certiores codd. vulgatum *postmodo* servent, eos potius sequor. Vide ad XXV. 38. § 12.

§ 4 *Inexplorato pabulatum cohortes misere*] *Inexplorato paulatim cohortes* Lov. 5. a m. pr. *Inexplorato pabulatu* Leid. 2. Sed male: *inexplorato* enim adverbialiter Livio ponitur. Infra XXI. 25. 'Ibi exexplorato profectus in insidias præcipitatus.' XXII. 4. 'Inexplorato postero die, vix dum satis certa luce, angustiis superatis, id tantum hostium, quod ex adverso erat, adspexit.' XXVII. 26. 'In quæ inexplorato euntes Romani quum incidissent.' 'Pabulatum mittere' ut Cæsar Bell. Civil. I. 40. 'His pontibus pabulatum mittebat.' 'Pabulatum ire' X. 19. 'Gellius Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat.' XL. 25. 'Pabulatum lignatumque milites irent.' c. 30. 'Pone castra utrique pabulatum et lignatum ibant.' Insuper *cohortes missæ* Neapol. Latinii: *cohortes miserat* Lov. 2.

Quum id falso nunciatum esset] *Quom illud falsum nunciatum esset* Gaertn. *id falsum* Voss. 2. Leid. 1. fragm. Hav. et Lov. 2. ac 3.

Ipsi in insidias præcipitavere] Τὸ *ipsi* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. Tum *ipsi insidias præcipitavere* præfert Hav. *ipsi insidias præcipitaverunt* Gaertn. Sed præpositionem *in* intercepit prima syllaba vocis seq. ut sæpe alibi factum. Vide ad I. 14. § 7. II. 30. § 13. c. 51. § 5. et III. 43. § 5. Vide alia ad VIII. 33. § 6. *Se ipsi insidias præcipitavere* Lov. 2. Librario male displicuit, τὸ *præcipitare* hic οὐδετέρως poni, quod tamen Livio frequens est. Vide ad XXV. 11. § 6.

§ 5 *Dum iniquo loco sola virtute militum restantes*] *Dum loco iniquo* Harl. 2. Lov. 4. 5. Port. et Hav. Tum *virtute militum restatur* Harl. 2. *virtute militum restant* Port. a m. pr. quasi id pendeat a particula *dum*, ad quam potius sequentia 'cæduntur, cæduntque' referuntur, ut ita locus aptius cohæreat, qui ceteroquin divellendus et post ea verba interpunctione dividendus foret. *Virtute militum resistentes* Lov. 4. et edd. principes, cujus demum loco Froben. a. 1535. *restantes* subposuit. Et recte. Ita enim reliqui omnes codd. Vide ad IV. 58. § 4.

Cæduntur, cæduntque] *Cæduntur* deest in Leid. 1. *cædunt*, reliquis omissis, legit fragm. Hav. a m. pr. *cæ-*

Digitized by Google

duntur, exsulante etiam voce sequenti, Voss. 1. a m. pr. (cujus margini *cæduntque* a m. altera adscriptum est,) Voss. 2. Lov. 3. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. et C. neque aliter se quoque in duobus Pall. invenisse, auctor est Gebhard. ad IV. 58. § 4. qui addit, Campani editionem id inversum exhibere *cadunt cæduntque*. Et ita erat etiam in Flor. Mox *castra licentia*, pro *cast. jacentia*, perperam Port. Tum *in altera parte*, pro *ab altera p.* Lov. 3. et *invaserunt*, pro *invasere*, Gaertn.

§ 6 *Ab ducibus utrobique proditæ temeritate atque inscitia res*] Vet. lib. *prodita*. Sigon. Pal. 1. *utroque prod. t. atque stultitia res*. Pal. 2. quod et ex suo protraxit Sigonius, male *prodita*, contra morem Latini sermonis. *Gebh.* Primo *A ducibus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Gaertn. et fragm. Hav. Tum *utrum sibique*, pro *utrobique*, Flor. *utroque* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Vide ad XXXIII. 15. § 12. Illud *utrobique* magnas tenebras interpreti Delphinico obfundit, qui, sciens utrique Manlio eandem provinciam datam fuisse, ut non duobus locis prodere vel perdere rem Romanam potuisse videantur, ambos quidem Manlios adversus Volsces missos fuisse existimat, sed tamen propria quemque exercitu; idque ex eo conjicit, quod mox addatur 'revocati etiam inde exercitus et duces.' Verum, ut de posteriori illo prius videamus, fundamentum hujus conjecturæ admodum est infirmum. Quod enim *revocati* numero multitudinis proponatur, non sequitur, *exercitus* accipiendum esse numero eodem, quum *revocati* respiciat et exercitum et duces, atque duobus etiam singularia numeri nominibus adjectivum plurale addi soleat. Infra XLIV. 19. 'Brevi extorres regno Ptolemæum et Cleopatram Romam venturos.' Huc etiam pertinet illud IV. 57. 'Exemplo fuit collegas eumque intentibus, quam gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus essent:' ubi vide quæ notantur. Similiter duobus substantivis, alteri numeri pluralis, alteri singularis, verbum plurale additur. Vide ad III. 30. § 1. immo et additur duobus substantivis numeri singularis. Vide ad I. 31. § 7. Verum insuper necesse non est, ut statuamus, ambos Manlios divisis exercitibus rem gessisse, quod etiam eos fecisse alioude probari nequit. *Utrobique* enim est et illo loco, ubi in insidias præcipitaverant qui citati profecti erant, ut cohortibus pabulatum missis præsidio forent, et ad castra, quæ interim ab altera parte hostes invaserant. Adparet, qui hoc sponte videre non potuit, numquam adtente Livium legisse. Præterea *prodita temeritate atque inscitia res* Harl. 2. Lov. 5. Port. et Hav. Vulgatum quidem præfero, quod optimi codd. in id consentiant, nondum tamen video, cur ea scriptura Gebhardo dicatur esse contra morem Latini sermonis: ut enim hic 'prodita res,' ita 'restituta res' III. 12. 'Neminem unum esse, cujus magis opera putet rem restitutam:' ubi plura vide. *Prodita est temeritate atque inscitia res* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Sed ex ultima litera *res* prodita*e*, a reliquis disjuncta, fecit librarius verbum substantivum *est*, quod sæpe unica litera *t* exarari solet. Vide ad VII. 34. § 13. *Prodita temeritate atque stultitia res* Gaertn. *stultitia*, pro *inscitia*, etiam præferunt Voss. 2. Lov. 3. et Hearnii Oxon. N. Verum ea lectio ex altesima expositione nata est: *inscitia* enim est 'stultitia,' 'imperitia.' Vide Gisanii Observ. Ling. Lat. ea voce. Infra VII. 34. 'Quamnam illa inscitia belli ac pigritia est?' *Perdita temeritate atque inscia res* Lov. 4. *perdita res temeritate atque stultitia* habet fragm. Hav. a m. pr. pro quo altera dedit *prodita*. Sæpius verba 'perdere' et

Digitized by Google

'prodere' culpa scribarum commutantes. Vide ad XXVI. 36. § 9.

Quidquid superfuit fortunæ populi Romani, id militum] Nimis elate inflateque, *quicquid superfuit fortunæ populi Romani*. Alliam aut Cannas cogites. Multum sane supererat; idque non horum militum virtus (hactenus utilis, ut se ipsi loco iniquo non sine aliqua clade expedirent) sed prudentia Patrum et ipsa fortuna servavit, quæ hostibus eripuit mentem victoria utendi. Scribe, *quicquid superfuit*, (nempe de his exercitibus) *fortuna populi Romani et militum*. Mos est Romanis scriptoribus, atque inprimis Livio, quæ imperatam salutem in magno periculo attulerant, ea fortunæ populi Romani delegare. Ut I. 46. 'Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur, fortuna credo populi Romani, quo diuturnius Servii regnum esset, constituique civitatis mores possent.' II. 40. 'Ibi fortuna populi Romani duos hostium exercitus, haud minus pernicioso quam pertinaci certamine, confecit.' VII. 34. 'Nos deinde aut fortuna populi Romani aut nostra virtus expediet.' Et, quod prorsus simile est præsenti dicto, XXXV. 6. 'M. Claudius scripserat, fortunæ populi Romani et militum virtuti gratiam habendam, quod res bene gesta esset: consulis opera et militum aliquantum amissum, et hostium exercitum, cujus delendi oblata fortuna fuerit, elapsum.' *J. F. Gron.* Gronovio consentit Doujatius, ejusque conjecturam probat, nisi quod voculam *et*, pro *id*, interseri non absolute necessarium judicet, sed legendam existimet *quidq. superf., id fortuna pop. Rom. militum*. Puto tamen minorem mutationem fore, si cum Gronovio *et* scribamus pro *id*, quam si cum Doujatio *id* loco motum trajiciatur. Accedit nunc, Hearnium monuisse, se in Oxon. I. 2. et C. invenisse *quicq. sup. fortunæ pop. Rom. ac militum*: quomodo ego quoque in Lov. 4. et 5. obfendi; quum insuper *fortuna* etiam exhibeat Lov. 2. Codd. mei reliqui vulgatum servant, nisi quod *tuta est* præferant Harl. 2. et Gaertn. errore scribarum. Vide ad X. 37. § 2. Ceterum *fortunam populi Romani* memorat etiam Tacitus Hister. III. 46. 'Adfuit, ut sæpe alias, fortuna populi Romani, quæ Mucianum viresque Orientis illuc tulit, et quod Cremonæ interim transegimus.' Eadem etiam sub vario habitu in nummis præsertim Nervæ sæpius obcurrit. Similiter 'fortunam urbis' laudat Livius III. 7. 'Deserta omnia, sine capite, sine viribus, Dii præsides ac fortuna urbis tutata est.'

§ 7 *Revocati etiam inde exercitus ac duces*] Pall. duo 1. ac 3. *revocati etiam exinde*. Pal. 2. *revocati inde etiam*. Gebh. *Revocati etiam exinde* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *revocati inde etiam exercitus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Ceterum omnia hæc verba *adf., et adp. nescire eos, &c. quantum a Volscis* desunt in Harl. 1. culpa librarii, cui fraudi fuit vocis *Volscis* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11. *Eos nescire* alio ordine præferunt edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 8 *Otiumque inde, quantum a Volscis, fuit*] *Sociorumque inde* corrupte Leid. 1. Pro *ocium*, ut sæpissime in Mss. exaratum fuit, primo datum erat *socium*, adsumta in principio hujus vocis litera, quæ vocem præcedentem finit. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Inde autem *sociorum* alii effinxerunt, qui *socium*, pro *sociorum*, per contractionem scriptum esse opinabantur. Tum *inde* deficit in Hav. Deinde *fuit*. *Seti id modo* legit Harl. 1. *fuisset: id modo* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et vetustiores excusi. Pro eo Ascensius 1513. et 1516. dedit *quantum a Volscis fuisset, fuit: id modo:* quem

Digitized by Google

quidam secuti sunt. Frobenius demum 1535. id dedit, quod nunc editur. Et ita habet Flor.

Id modo extremo anno tumultuatum] *Extremo anni* Lov. 2. quod non displiceret, si plures ac certiores codd. probarent. Vide ad XXXIX. 23. § 3. nunc vero vulgatum servo. Tum *tumultuatum est* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. In verbis, quæ sequuntur proxime, *debellarunt*, pro *rebellarunt*, perperam præfert Gaertn. Sed passim verba cum voculis *de* et *re* composita inter se commutantur. Vide ad IX. 10. § 6.

§ 9 *Eodem anno etiam ipsis querentibus penuriam hominum novi coloni adscripti*] Omissum est hoc loco coloniæ nomen. Nam de Prænestinis intelligi non potest, qui jam rebellarunt. Quidam de Satrico hoc intelligunt; at hoc statim post fit hostium receptaculum. Ego de Veliternis intelligere malim. Nam illi, otio gestientes, in agrum Romanum incursionem fecisse paullo post describuntur. *Glar.* Desideratur coloniæ nomen. Nam de Prænestinis rebellantibus intelligi non potest. Ne de Satrico quidem et Velitris: neque enim syllabas habent, quæ erroris causam tribuere librario potuerint. Itaque ego sine dubio legendum puto, *Eodem anno Setiam, ipsis querentibus.* Setiæ enim coloniæ post Satricum deductæ meminit Vell. I. 14. Et Livius lib. VII. extremo *Norbam et Setiam finitimas colonias* vocat: cum tamen, quo anno deducta Setia sit, nusquam apud eum exstet. Quod autem *novi coloni* dicat de iis, qui tum primum deducti sint, non est mirum. Etenim sic locutus est II. 34. 'Norbæ in montes novam coloniam miserunt.' Et Prædian. in Pison. 'Pompeius non novis colonis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus jus dedit Latii.' Item, 'Placentiam novi coloni deducti sunt.' *Sigon.* Campani ed. *ipsius.* At Sigonius contendit legendum, *Eodem anno Setiam ipsis.* Rationes vide apud ipsum. *Gebh.* Multa hujus generis *Setiam, ipsis* ex Livio adnotavit Gronovius de Pec. Vet. II. 4. quibus facile plura addi possent. Eadem ratione de Pec. Vet. III. 17. contra Scaligerum et alios defendit vulgatam scripturam Catulli Carm. X. 'Respondi, id quod erat, nihil nec ipsis, Nec prætoribus esse, nec cohorti, Cur quisquam caput unctius referret:' nam quia ibi præcedit, 'quid esset jam Bithynia, quo modo se haberet, ipsis' referendum dicit ad Bithynos. Est locus vexatissimus. Sed dubitari potest, an hæc sit sententia verborum Catulli, ob hanc præcipue caussam, quod provinciales plerumque nihil minus, quam caput unctius ab administratione prætorum Romanorum referebant. *Duk.* *Eodem anno ipsis querentibus* Voss. 1. *Eodem anno ipsis etiam querentibus* Harl. 2. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Port. et Hav. *Eodem anno etiam querentibus* Lov. 3. *Eodem anno etiam ipsis querentibus* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. Flor. et Hearnii Oxonienses. Si autem pro eo cum Sigonio *Eodem anno Setiam* legendum est, error inde ortus esse videbitur, quod librarius literam *S* initialem omiserit, ut eum postea minio aliove colore ornatius exararet. Vide etiam ad VII. 42. § 8. Similes errores sæpius commissi sunt apud poëtas in initio versuum; unde factum, ut, si vox mutila ac capite truncata tamen commodum sensum exhiberet, nulla ei litera præposita fuerit. Vide Bentl. ad Hor. Epod. XVII. 33. vel ut postea, non consultis melioribus libris, alia, quam debebat, adderetur. Vide eumdem Bentl. ad Hor. Od. II. 18. 30. Neque tantum apud poëtas in initio versuum ita peccatum est, sed et in medio eorum, ut et in scriptis aliorum auctorum, ubi litera majuscula erat scribenda. Ita *Averrio*, pro

Digitized by Google

Saverrio, perperam datum erat IX. 45. § 1. Præterea si *Setiam* reponendum, simul etiam dicendum erit, inter Livium et Velleium non convenire de anno, quo coloni novi Setiam adscripti sunt. Annus enim hic est undecimus post illum, quo Galli Romam ceperunt; at teste Vellei. Setiam colonia deducta est anno nono post eam Romanorum calamitatem. Sed et de aliis colonis inter eos non convenit. Vellei. enim Nepe vel Nepete coloniam deductam scribit nono post Setiam anno, adeoque anno septimo decimo post Romam a Gallis captam. Verum Livius ejus deductionem jam memoravit hoc lib. c. 21. et ita anno septimo post eam urbem expugnatam. Vide etiam hoc lib. c. 3. § 2. Adde, locutionem 'colonos,' vel 'novos colonos adscribere' potius convenire coloniæ jam olim deductæ, sed cujus nunc tantum numerus colonorum subpletur. Infra XXXI. 49. 'Triumviri inde creati ad supplendum Venusinis colonorum numerum, &c. C. Terentius Varro, T. Quinctius Flamininus, P. Cornelius, Cn. F. Scipio. Hi colonos Venusiam adscripserunt.' Et alibi. Vide ad Epit. Liv. lib. IV.

Rebusque haud prosperis bello, domestica quies] *Rebus haud prosperis bello* Gaertn. *rebus haud properis bello* Flor. Tum *bello domo, domestica quies* Voss. 1. et Leid. 2. Mox *tam trib. mil., quam plebis gratia majestatisque inter suos* Lov. 2. *Rebusque haud prosperis bello domestico quies tam trib. mil. quam pleb. gratia majestasque, quæ inter suos* Lov. 4. *majestatisque* etiam Lov. 3. verba *inter suos* exsulant a Gaertn. quæ in aliis omnibus recte supersunt.

CAP. XXXI. § 1 *Tribunis militum consulari potestate*] *Tribuni militum* Gaertn. Una voce auctius *Tribunis militum consulari potestate creatis* præferunt Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. C. Male. In his enim subintelligitur participium verbi substantivi, quod non adsecuti librarii illud *creatis* fulciendæ orationi inseruerunt. Vide ad IV. 47. § 7. ubi similiter in quibusdam codd. peccabatur, eorum aberrationem probante Sigonio.

Sp. Furio, Q. Servilio secundum, Licinio Menenio III.] Pro *Licinio Menenio III.* legendum puto *C. Licinio.* Me in hanc sententiam ducit Diodorus, qui quatuor hujus anni tribunos militum his nominibus edit, Bibl. lib. XV. p. 487. Λεύκιος Φούριος, Κόϊντος Σερουίλιος, Γάϊος Λικίνιος, Πόπλιος Κλοίλιος. Item Livius, qui postea c. 39. 'C. Licinium' eum, qui primus e plebe magister equitum fuit, tribunum militum scribit fuisse; neque tamen, quo anno fuerit, exstat, nisi hoc anno dicamus. Item quod idem sequenti anno tribunos militum patricios omnes a plebe invita factos scribit: quasi vero hoc ipso non omnes fuerint, si quidem 'C. Licinius' e plebe fuit. Quod vero in veteribus etiam libris legatur *Licinio Menenio III.* causam attulerunt imperiti illi emendatores veteres Nicomachus et Victorianus, qui quia scripserant bis *Licinium Menenium* ante tribunum, hoc etiam loco inscite scripserunt, ubi in *Licinum* inciderunt, et de suo *III.* addiderunt, itemque *Menenium.* Sigon. Sigonio consentit Pighius in Annal. ad CCCLXXVI. p. 242. Damnata tamen lectio *Licinio Menenio III.* vel *tertium,* superest in omnibus scriptis Hearnii Oxoniensibus meisque, nisi quod *Lucinio Menenio III.* præferant Flor. et Lov. 5. *L. Menenio tertium* Leid. 2. et Lov. 4. Præterea primi tribuni nomen ita exhibet fragm. Hav. *Sp. Furioque II°.* secundi vero hic omittit, sed ejus loco post *M. Horatio* interponit *Q. Servilio M.* At Gaertn. duorum illorum priorum nomina ita confuse effert, *Spurio Servilioq; II°. Furio Quintio.* Lov. 2. *Sp. Spurioque Servilio secundum.* Lov. 3. *Sp. Furio-*

Digitized by Google

que Servilio secundum.

P. Clælio, M. Horatio, L. Geganio] *Prædæ clio* Lov. 3. *P. Cœlio* Lov. 5. *P. Cedio* fragm. Hav. *P. Cecilio* Hearnii Oxon. L. 2. *P. Clælio primo* Gaertn. *P. Clælio I°. Oratio M.* Lov. 2. *P. Clælio I. Horatio I. M.* Leid. 1. quasi hic etiam prænomen loco motum esset, et librarius dare voluisset *P. Clælio primum, M. Horatio primum.* Deinde *M. Lucio Geganio* Leid. 1. atque Hearnii Oxon. L. 2. et C. quasi librarii indicare vellent, duplex se Geganii prænomen 'Marcus' et 'Lucius' in Mss. reperisse. Et sane mox hoc cap. § 5. in omnibus codd. uno tantum excepto, *Marcus* dicitur, ubi vide. *L. Greganio* Leid. 2. et Hav. Vide ad IV. 17. § 7. et modo ad § 5.

§ 2 *Erat autem et materia et causa seditionis ea alienum*] Prius *et* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. Male. Vide ad II. 44. § 3.

Sp. Servilius Priscus, Q. Cœlius Siculus censores facti] *Priscusque Lelius* Lov. 2. *Priscusque Cluilius* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. et Hav. An forte voluerunt *Priscus Quæ*, sive *Quintusque, Cluilius?* Sed recte reliqui vulgatum servant, nisi quod *Clœlius* sit in Leid. 1. *Clœlius* in Voss. 2. et fragm. Hav. Tum *Siculus* in Leid. 2.

Ne rem agerent, bello impediti sunt] *Ne re agerent* Gaertn. *ne rem agerent bello, impediti sunt* edd. Rom. 1472. et Parm. *Ne rem agerent, impediti bello sunt*, trajectis dictionibus, Hav.

§ 3 *Trepidi nuncii primo, fuga deinde ex agris*] *Trepidi bello nuncii primo, fuga deinde* Lov. 4. *trepidi nuncii, prima fuga deinde* Gaertn. *trepidi nuncii primo, fuga deinde inde ex agris* Leid. 1. Mox, transpositis vocibus, *agrum Romanum* Lov. 2.

§ 4 *Tantum abfuit, ut civilia certamina terror externus cohiberet*] *Tantum fuit* Flor. *tantum aufuit* Leid. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *tantum affuit* Lov. 1. 3. ac 5. *tantum adfuit* Lov. 2. Vide ad XXIII. 8. § 11. *tantum afuit* Leid. 1. Quod hujus codicis fide recepi. Vide ad IV. 12. § 6. Deinde *externus* Leid. 1. et Gaertn. *extremus* Lov. 5. a m. pr. solito errore. Vide ad XXXIV. 25. § 6.

Ut contra eo violentior potestas tribunicia impediendo delectui esset] *Ut contra eo violentior* Voss. 1. a m. pr. Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. *ut contra eos violentior* Lov. 4. *ut contra et violentior* Port. et Hav. *ut contra etiam violentior* Harl. 2. *ut contra eo insolentior* edd. principes, pro quo *violentior* primus substituit Aldus, quod servant omnes scripti. Ita 'violenti censores' IX. 34. 'Tenuit Æmilia lex violentos illos censores C. Furium, M. Geganium:' 'violentum ingenium' I. 46. 'Ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur:' 'violentus exercitus' IL. 59. Exercitus 'multo Appio, quam Fabio, violentior fuit:' 'violentum imperium' XLV. 12. 'Obstupefactus tam violento imperio, paruimpor quum hæsitasset, Faciam, inquit, quod censet senatus.' 'Violentus' autem est arrogans, impotens. Vide Burmann. ad Nason. Amor. Eleg. II. 17. 7. Deinde *tribunicia potestas* omnes editi usque ad Jac. Gronov. qui ordinem vocabulorum invertit, et primus edidit, ut nunc circumfertur. Cum eo autem faciunt omnes scripti mei. De quis Heusne mihi monuit, satis habens, mutationem a Gronovio inductam memorasse. Præterea *impediendo delectu esset* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. Harl. 1. et Port. *impediendo dilectu esset* Voss. 1. a m. sec. Leid. 1. Flor. et fragm. Hav. quod si placet, vel *dilectu* dictum erit pro *delectui*, de quo vide ad XXIV. 19. § 6. vel 'esse impediendo dilecta' dictum erit, quemadmodum 'esse solvendo ære alieno' XXXI. 13. vel potius *impediendo dilectu*, quemadmodum 'divendenda præda,' pro *impediendo dilectum*, de quo vide ad I. 53. § 3. Et ita *impedi-*

Digitized by Google

endo delectum, quod habent Lov. 4. Harl. 2. et Hav. ex interpolatione natum erit. *Impediendo delectui* est in Lov. 2. 5. et Gaertn. *impediendo dilectui* in Harl. 1. Klockian. et Leid. 1. a m. pr. Mox *quo abellatum esset*, pro *quoad bellatum esset*, Leid. 1. *quod abellatum esset* Harl. 1. Præterea *at jus*, pro *aut jus*, Lov. 5. a m. pr. Vide ad II. 45. § 5. *Atque jus* Lov. 5. a m. sec. Tum *credita duceret*, pro *cred. diceret*, fragm. Hav. Vide ad XXXVIII. 43. § 1.

§ 5 *Eo laxamento plebi sumto, mora delectui non est facta*] *Eo plebi lax. sumto* Voss. 2. et Lov. 2. *Eo lax. plebis sumto* excusi priores. Sed ultima litera in voce *plebis* ex initio vocis seq. repetita est. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Recte itaque Aldus substituit *plebi*, ut est in omnibus calamo exaratis. Tum *delectu* Voss. 2. Vide modo ad verba præcedd. Hic tamen reliqui omnes codd. *delectui* verum esse præstant, nisi quod *dilectui* sit in Flor. Leid. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 1. Mox *ducit*, pro *duci*, perperam Leid. 1. et Harl. 1.

Sp. Furius, M. Horatius, dextrorsus maritimam oram atque Antium] *P. Furius* Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. qui tamen in principio hujus cap. in prænomen ejus *Spurius* consenserant. Sed ita et alibi peccarunt librarii. Vide hoc lib. ad c. 27. § 2. Tum *et M. Horatius* addita conjunctione Leid. 2. quæ in reliquis Mss. deficit. Vide ad II. 17. § 1. Præterea *maritumam oram* Flor. et Leid. 1. Vide ad VII. 25. § 3. Eadem orthographia est in veteri plebiscito apud Sigonium de Antiq. Jur. Provinc. I. 10. PORTORIEIS TERRESTRIEVS. MARITVMEISQVE. Pro quo tamen, ne quid dissimulem, Smetius in Inscr. Antiq. p. 16. et ex eo Grater. in Corp. Inscr. p. 501. ediderunt MARITIMEISQVE. Similia alia vide ad IV. 3. § 4. *Martimam horam* habent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. et Klockian. Vide ad v. 37. § 2. *Maritimam ōm* Hav. An forte librarius scribere voluit *maritima omnia*? Sed potius est, ut dicamus, quum scriptum fuisset *maritimam ōrā*, literam v vocis posterioris parva ductuum mutatione in i abiisse. Denique *atque suncium*, pro *atque Antium*, est in Harl. 2. Ceterum voces *oram maritimam* non habent quo referantur, nisi verbum quod sequitur 'pergunt.' At 'pergunt oram maritimam' vix placet. Vide ad III. 6. § 7. An itaque scribendum *dextra versus oram maritimam*? quod inde firmari videtur, quod etiam mox, addita præpositione, dicat 'læva ad montes Ecetram pergunt.' Omnes tamen codd. pertinaciter *dextrorsus*; nisi quod *dextrorsum* sit in Lov. 4.

Q. Servilius et L. Geganius læva ad montes Ecetram pergunt] Servilii prænomen deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde alteri tribuno *Marci* prænomen tribuunt Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et vetustiores excusi, pro quo Moguntini deinde dederunt *L. Geganius*, quod etiam receperunt Colon. 1525. Cervicornus, Ascensius 1530. omnesque recentiores. Et supra etiam § 1. in quibusdam codd. librarii, utrum verius foret incerti, duplex ei prænomen *Marcus* et *Lucius* tribuerunt. Patb tamen posterius, quod in Flor. superfuisse videtur, genuinum esse. Illud autem cur verisimilius fiat, hæc subest ratio, quod infra M. Geganius tribunus consularis creatus memoretur c. 42. hujus libri, et tamen iterati honoris nota non addatur. Neque existimandum est, notam hanc a Livio eodem modo ibi neglectam esse, quo eam sæpius neglexisse vidimus ad II. 16. § 7. In Fastis enim Capitolinis, in quibus magistratuum ejus anni partim integra nomina partim

Digitized by Google

cognomina exstant, post vocem MACERINVS, quod Geganii istius cognomen est, cujusque ibi prænomen ac nomen periit, itidem repetitæ dignitatis nota non adjecta est, quæ tamen quinque ejus collegarum nominibus diligenter adponitur: forte enim nullus alius eo anno primum tribunus creatus est. Præterea *Geganius* Flor. *Greganius* vetustæ edd. Vide modo ad § 1. Denique *ad monte se cetra* Leid. 1. male divisis vocibus. *Ad montes etera* Lov. 1. *ad montes e terra* Leid. 2. *ad montes et terram* Harl. 2. *ad montes Etetram* Lov. 4. 5. et Hav. *ad montes Eccetram* fragm. Hav. *ad montes Ecetera* Lov. 2. Vide ad II. 25. § 6.

§ 6 *Neutra parte hostis obvius fuit. Populatio itaque*] Edd. principes alio ordine habent *hostis fuit obvius.* Aldus deinde dedit *obvius hostis fuit.* Frobenius denique 1535. *hostis obvius fuit,* quod in omnibus superest codd. Præterea, *Populatioque* omnes præferunt typis descripti usque ad Gronovium, qui in prima notarum ed. se *Populatio itaque* in Thuan. membr. invenisse, idque perplacere monuit, ideoque in contextum recepit. Ea tamen adnotatio, incertum quam ob caussam, in recentioribus edd. omissa est, licet lectionem eamdem servarint. Neque aliter legunt codd. quos vidi, omnes.

Discordia hostium fretus, et virtutem metuens] Optimi codd. Flor. Leid. 1. Lov. 3. et Harl. 1. *discordiæ hostium fretus.* Neque aliter Rhenanus in suo invenisse videtur ex illis quæ notat ad IV. 37. § 6. Nam locum hunc adfert, ut doceat, participium *fretus* a Livio interdum dativo jungi, quum tamen in omnibus editis sit *discordia.* Vide quæ ad eum locum dicta sunt.

Ab justo exercitu justa ira facta, spatio quoque temporis gravior] *A justo exercitu* Gaertn. ab *justo exercitu* Hav. Deinde *spatio quoque temporum* Hav. *spatioque temporis* Hearnii Oxon. B. Vide ad V. 27. § 1. *Pacto quoque temporis* Lov. 2.

§ 7 *A Volscis, &c. incursiones in extrema finium factæ erant*] Præpositionem *a* prætereunt Voss. 1. Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. 2. Hearnii Oxon. L. 2. et Exc. Pithœi. Vide ad VI. 11. § 4. Tum *excursiones in extr. fin.* Lov. 4. Aliis nihil mutantibus, vulgatum servo. Vide ad I. 11. § 1. *Incurs. in extremo finium* librarii errore fragm. Hav. Vide ad VII. 21. § 8. Hinc *factæ sunt* Harl. 2. Prætera *a Roma exiret,* pro *ab Roma ex.* Gaertn.

Romano contra etiam in hostico morandi erat caussa] Prima vox perperam deerat in Hav. cujus loco *Romanus* præfert Lov. 2. *Romano esse etiam commorandi caussa erat* habent Voss. 2. et Lov. 3. *Romano contra etiam commorandi caussa erat* fragm. Hav. vocibus *in hostico* omissis, de quibus vide ad XXIX. 6. § 3. *Commorandi* autem etiam est in Gaertn. et priscis edd. idque dare voluisse videtur librarius Hav. qui tamen aberrans scripsit *commemorandi.* At prima syllaba *τοῦ cōmorandi* hic nata videtur ex ultima vocis præced. *hostico.* Vide ad XXXVII. 41. § 5. Id ex eo firmari potest, quod *contra etiam ne hosti commorandi caussa erat* sit in Lov. 2. Recte itaque Froben. *morandi* dedit, cum quo sentiunt reliqui codd. Deinde *caussa erat* etiam Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et priscæ edd. usque ad Froben. qui a. 1535. ordinem invertit. Sed hac parte priorem lectionem revocavi, quod tot codd. eam præferentibus fidem abrogare non possim. Insuper *etiam contra,* transpositis vocibus, Lov. 5.

Ut hostem ad certamen eliceret] *Hostes* Port. et Hav. Male. Vide ad V. 50. § 2. Insuper *ad certamen alliceret* vetustæ edd. pro quo recte Aldus *eliceret* recepit. Id enim in omnibus scriptis superest. Ita XXXIV. 19.

Digitized by Google

'Ubi hostes ad pugnam elicere nequit.' XXI. 54. 'Obequitare jubet hostium portis, jaculandoque in stationes elicere ad pugnam hostem.' XXV. 15. 'Quem facile elici ad certamen temere ineundum rebantur posse.' XLII. 64. 'Elici posse ratus ad equestre certamen Romanos.' Frontin. II. 5. ex. 34. 'Parte alia Gallos Germanosque ea factione Casti et Gannici eliceret ad pugnam:' ex. 46. 'Quum haberet ducentarum navium classem, et hostium naves elicere ad prœlium vellet.'

§ 8 *Itaque omnibus passim tectis agrorum, vicisque etiam quibusdam exustis*] *Ita omnibus* quædam veterum edd. pro quo tamen jam utraque Tarvis. tum Veneta 1495. et 1506. atque Ascensianæ *Itaque* receperunt, quod etiam in edd. Rom. 1472. et Parm. atque in omnibus est scriptis. Solent autem alibi voces *ita* et *itaque* confundi. Vide ad XXI. 53. § 7. Deinde *omnibus passim tectis, agris* Harl. 2. Tum *cujusque etiam quib. ex.* Leid. 1. *captisque etiam quib. ex.* Lov. 2. *vicisque in quib. ex.* Harl. 2. Port. et Hav.

Omni, quæ extra mœnia fuit, hominum pecudumque præda abacta] *Omnique extra mœnia hom. pecudumque pr. ab.* Voss. 2. et Lov. 3. *Omnium, quæ extra mœnia sint, hominum pecudumque* Gaertn. *omnis, quæ extra mœnia fuit, hominum pecudumque* Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. et N. *Prædam abactam* perperam ostentat Flor.

Romam utrimque exercitus reducti] *Utrique exercitus* Harl. 1. et edd. vetustiores. Sæpe *utrique* et *utrique*, sive *utrinque*, adscriptam notam vel omittendo vel addendo, inter se commutantur. Vide ad V. 47. § 11. VI. 9. § 10. IX. 27. § 3. c. 32. § 5. Utraque lectio ferri potest; *utrique exercitus;* nam placuerat 'duos exercitus' in agrum Volscum legionibus divisis duci, ut Livius hoc cap. dixit, *utrimque reducti;* id est ex utroque loco. Sp. Furius enim et M. Horatius dextra versus maritimam oram atque Antium, at Q. Servilius et L. Geganius læva ad montes Eeetram perrexerant. Vulgatum itaque præfero, quod Froben. primus 1535. in contextum recepit. Pro eo enim stant plures ac certiores codd. Præterea *reducti exercitus* principes typis exarati, pro quo Aldus *exercitus reducti*, qui ordo etiam est in omnibus scriptis. Variant nihilominus: nam *exercitus ducti* habet Flor. *exercitus deducti* Gaertn. Vide hoc lib. ad cap. 26. § 8. *Exercitus reductis* Leid. 2. quod forte datum est pro *exercitus reducti sunt.* Quum enim verbum *sunt* unica litera *s* in Mss. passim scribatur, ea sæpe ab inperitiori librario, qui compendium illud non adsequebatur, præcedenti voci adjuncta fuit. Vide ad XLV. 16. § 6. Verum hic quoque pluribus ac melioribus libris consentio, ac nihil muto. Ceterum in multis etiam vett. edd. locus perperam interpunctus, ac major distinctio quæ est post vocem *reducti*, rejecta est post verba sequentia hoc modo: *exercitus reducti, parvo intervallo ad respirandum debitoribus dato. Postquam, &c.*

CAP. XXXII. § 1 *Tantum abesse spes veteris levandi fœnoris*] *Species* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad III. 9. § 13. Tum *lavandi fœnoris* Voss. 1. Alibi verba hæc in Mss. commutari solent. Vide Nic. Heinsium ad Claudian. in Eutrop. II. 241. et ad Ovidii Fast. IV. 374. Sed 'levare fœnus,' ut hoc lib. c. 27. 'Consistere in concione, ubi aliquando audiant vocem tribuniciam de levando fœnore:' ubi vide. Paullo ante verbis præcedd. *celebrata de integro jurisdictio,* pro *celebrari de int. jur.,* fragm. Hav. *jurisdicio* autem Lov. 5. Hav. et vetustiores typis excusi.

Ut tributo novum fœnus contraheretur in murum, a censoribus locatum saxo quadrato faciundum] *Ut tribuno* Leid. 1. Deinde vox *fœnus* deest in Leid.

Digitized by Google

2. et Lov. 1. quæ etiam tuto omitti posset, si id plures certioresque libri vellent. Nam commode ex præcedd. repeti potest. Tum *traheretur* Hav. Hinc *nam murum* fragm. Hav. *in urbi* Port. Præterea *accensoribus* Voss. 1. a m. sec. Lov. 1. et Leid. 2. *ascensoribus* fragm. Hav. a m. pr. *a censoribus* a m. sec. Insuper *loca cum saxo quadrato* Leid. 2. *locatum saxa quadrato* Port. Denique *faciendum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Gaertn. Port. et Hav. Vide ad XXVI. 36. § 11.

§ 2 *Cui succumbere oneri cœpta plebes*] *Tum succumbere* Lov. 2. *cum succumbere* Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. *cui succumberet* Harl. 1. Deinde *cœpta plebs* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad I. 20. § 6.

Quia, quem delectum impedirent, non habebant tribuni plebis] Prima vox non adparet in Gaertn. culpa librarii. Tum *dilectum* Leid. 1. Flor. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *Quia quæ delectum imp.* Lov. 4. Deinde *non habeant* Leid. 1. Vide mox ad § 4. Præterea *tr.* pro *tribuni plebis*, Harl. 1. Ceterum Heerusius monet, in Exc. Pithœi, sublata majori distinctione, orationem ita continuari: *plebes, quia, quem delectum impedirent, non habebant tribuni plebis; tribunos.* Et ita fere antiquiores impressi, ac nonnulli codd. mecum.

§ 3 *Tribunos etiam militares patricios omnes, coacta principum opibus, fecit*] Vox *omnes* non adparet in Voss. 2. Deinde *principium opibus* habent fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad II. 27. § 12. *Principum operibus* Lov. 4. Vide ad VIII. 16. § 4.

L. Æmilium, P. Valerium quartum] L. Æmilius fit tribunus militum quartum a. CCCLXXIII. ut omnes habent Livii codd. quare si idem est, adjiciendum *quintum*. Quidam putant hunc *Mamertinum* cognomine; sed cum, qui initio libri VII. cum L. Sextio fit consul, *Mamercum*. At ratio temporum non obstat, quo minus sit idem omnibus his locis. *Glar.* Pighius etiam in Annal. ad a. CCCLXXVII. p. 243. numerum culpa librariorum deesse putat, Æmilioque *quintum* addendum. Eumdem etiam *Mamercini* cognomine adpellat. Voces *P. Valerium* perperam omittuntur in Lov. 3.

C. Veturium, Ser. Sulpicium] *C. Vecturium* Lov. 4. et 5. *C. Victurium* Harl. 2. Port. et Hav. Vide hoc lib. ad c. 42. § 3. Tum *S. Sulpicium* fragm. Hav. Sed litera *S.* plerumque nota est prænominis *Sexti*; interdum etiam *Spurii*. *Servilium Sulpicium* Lov. 4. Etiam hunc Sulpicium antea tribunatum militarem obtinuisse, eique notam repetiti honoris addendam esse, opinatur Pighius eodem loco. Sed vide mox.

L. et C. Quinctios Cincinnatos] L. Quintius Cincinnatus etiam anno CCCLXIX. fuit tribunus militum. Hic igitur *iterum* adjiciendum. Sed Livius brevitatis gratia omisit, offensus, opinor, tanto nominum acervo. Et plane res nimium molesta est. *Glar.* L. Quinctium tribunum a. CCCLXVIII. habuimus; quare miror, Livium præter morem suum non adjunxisse inter duorum, quos jungit, Quinctiorum prænomina notam repetiti honoris apud Lucium hoc modo: *L. II. et C. Quinctios Cincinnatos*, quemadmodum antea plerumque observasse videmus. Similes tamen notæ librariorum imperitia ubique in exemplaribus periere. *Pighius* in Annal. ad a. CCCLXXVII. p. 243. Quid de iterati honoris nota sentiam, videri potest ad Livii II. 16. § 7.

§ 4 *Nullo impediente omnibus junioribus sacramento adactis*] *Nullo imped. omn. impedientibus junioribus* Leid. 2. Tum *sacramento actis* male Lov. 5. Paullo ante in verbis proximis *castra habeant* Leid. 1. cujus librarius pari modo etiam peccarat hoc cap. § 2.

Digitized by Google

§ 5 *Si qui alibi motus exstitisset*] *Sic' alibi*, sive *sicut alibi*, Gaertn. *si quis alibi motus exstitisset* Voss. 2. Lov. 3. et Harl. 2. *si quis alibi motus exstitissent* Port. *si qui alibi motus exstitissent* Leid. 2. Lov. 2. 4. 5. Hav. Hearnii Oxon. B. et C. atque ed. Mediol. 1505. Neque aliter Flor. a m. sec. quum olim corrupte scriptum fuisset *si qui alibi motus exstitissent*. Ita VI. 22. 'Tribunis ad præsidium Urbis, et si qui ex Etruria novi motus nunciarentur, relictis.' Vulgatum tamen, pro quo plerique stant scripti, et inter eos plures optimæ fidei, movere non audeo. Vide quæ notantur ad d. l. Livii. Et ita passim apud eum *si qui* et *ne qui* numero singulari obvia sunt. Vide ad III. 10. § 7. et 0. 17. § 7. Ita codd. et edd. antt. præferunt quod Sueton. in Aug. c. 79. 'Gaudebat, si qui sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem solis, vultum submitteret:' ubi vide Burm. Alibi etiam *qui* pro *quis* usurpari solet. Supra I. 7. 'Rogitat, qui vir esset:' ubi vide quæ notavi. Similiter *quisnam*, pro *quisnam*, IX. 17. 'Ut quærere libeat, quinam eventus Romanis rebus futurus fuerit:' ubi plures codd. *quisnam*. Et ita Rhenani cod. habet XXVIII. 3. 'Id utrum parum ex intervallo sit conspectum, an dolus aliquis suspectus fuerit, incompertum est.'

Ad subita bella mitti posset] Voss. 1. Busl. Chifl. *ad subita belli*. Sic Tacitus Histor. v. 18. 'Quando impetus et subita belli locus abnueret.' In Agricola c. 37. 'Quatuor equitum alas ad subita belli retentas.' Florus I. 1. 'Juventus divisa per tribus in equis et armis ad subita belli excubaret.' *J. F. Gron.* *Ad subita bella* ex meis servant Voss. 2. Leid. 2. Port. Lov. 4. 5. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Reliqui, et præsertim etiam integerrimi, habent *subita belli*. Ita certe, ne memorem Voss. 1. est in Flor. Leid. 1. Harl. utroque, Lov. 1. 2. 3. et Klockian. quod etiam se in Oxon. N. invenisse, auctor est Hearne. Quin et omnes ita præferunt editi usque ad Sigonium, qui primus *subita bella* substituit, idque deinde Gruterus recepit. At *subita belli* etiam infra apud Livium est XXV. 15. 'Ut ad subita belli, si Hannibal ad opem ferendam sociis Capuam venisset, equites vim sustinere possent.' Plene 'subita belli ministeria' Livius dixit IV. 27. 'Relictoque C. Julio consule ad præsidium Urbis, et L. Julio magistro equitum ad subita belli ministeria.' Pariter 'subita rerum' utitur IX. 43. 'Ad subita rerum duo justi scriberentur exercitus:' pro quo simpliciter *subita* dixit Tacitus Annal. VI. 11. 'In tempus deligebatur, qui jus redderet, ac subitis mederetur.' Ut autem *subita belli*, ita 'reliqua belli' IX. 16. 'Convenit, jam per consules reliqua belli perfecta.' XXVI. 1. 'Prorogatum et M. Marcello, ut pro consule in Sicilia reliqua belli perficeret.' Hæc duorum optimorum codd. lectio est, non *reliquias belli*: 'cetera belli' XXVII. 20. 'Consilio in cetera exsequenda belli haud parum opportuni:' 'dura atque aspera belli' XXXIII. 11. 'Ut dura atque aspera belli Ætoli exhauserint, pacis gratiam et fructum Romanus in se vertat:' 'incerta belli' XXXIX. 54. 'Se certam, etsi non speciosam pacem, quam incerta belli præoptantes, dedisse se prius in fidem, quam in potestatem, populi Romani:' ubi similia alia vide. Amat autem Livius adjectiva neutra pluralia substantive usurpare, iisque addere genitivum nominum vel pluralium, ut VII. 21. 'Tarda enim nominum et inpeditiora inertia debitorum, quam facultatibus, dissoivit:' ita eo loco Gebhard. et Gronov. ex Mss. legunt; ubi plura vide: vel singularium, ut XXXVII. 58. 'In Asia totius Asiæ steterunt vires, ab ultimis Orientis omnium gentium contractis auxiliis:' ita et ibi legen-

Digitized by Google

dum videtur. Respice quæ eo loco notantur. Ceterum in loco Flori, quem Gronovius laudavit, Dukerus *subita bella* ex Mss. et edd. vett. legendum judicat, et *subita belli* aliter, aliter *subita bella* dici docuit.

Tertium longe validissimum] Media vox deest in Gaertn. quam reliqui omnes recte servant. Sæpe enim Livius τὸ *longe* superlativis addidit. Supra II. 31. 'Dictator Sabinos, ubi longe plurimum belli fuerat, fundit, fugatque, exuitque castris.' VII. 25. 'Inter hæc longe maximus terror exstitit.' IX. 1. 'Samnites eo anno imperatorem C. Pontium Herennii filium habuerunt, patre longe prudentissimo natum.' Tum *M. Æmilius* perperam Lov. 4.

§ 6 *Ut nondum satis claram victoriam, sic prosperæ spei pugnam*] Forte *gnaram*, id est, certam. *T. Faber.* Vulgatum tuentur omnes codd. quod et patrocinio suo defendit Burmann. ad Valer. Flacc. VI. 181. docens 'gnarus' eo sensu, quo Faber voluit, genio linguæ Latinæ non convenire; *claram* autem *victoriam* esse 'manifestam.' 'Certam victoriam' vocat Livius hoc lib. c. 8. 'Repente ingentibus procellis fusus imber certam magis victoriam, quam prœlium, diremit.' Ita 'clara dies' est Silio Ital. VI. 452. 'Vixdum clara dies summa lustrabat in Œta Herculei monumenta rogi:' quam 'certam lucem' vocat Liv. IX. 42. 'Postero die, vixdum luce certa, deditio fieri cœpta.' Alio sensu 'clara victoria' obponitur 'obscuræ' apud Liv. XXIII. 43. 'Cannarum se quoque memoriam obscuram majore et clariore victoria facturum.' Deinde *prosperæ rei pugnam* priscæ edd. pro quo Aldus recte *spei* dedit. Id enim in omnibus superest scriptis. Alibi voces *spes* et *res* sæpe confunduntur. Vide ad V. 12. § 4. *Prosperæ spei pugnatum* Lov. 3. Paullo ante *pugnatum est*, adjecta ultima voce, Lov. 2. Mox verbis seqq. *diredemit*, pro *diremit*, Harl. 1. qui ita duas lectiones, *diremit*, et *redemit*, servasse videtur.

§ 7 *Latinæ maxime legiones, longæ societate militiam Romanam edoctæ*] Pal. 3. *longæva societate.* Gebh. In nullo cod. eam lectionem inveni. Neque etiam Livium ita reliquisse existimo. 'Longævus' enim non memini me observare in monumentis scriptorum orationis prosaicæ, certe non qui optimo ævo vixerunt. Apud poëtas autem rarius de rebus inanimatis, sed plerumque de hominibus usurpatur: *longæva* enim *novalia* apud Valer. Flacc. VI. 118. Gronov. in *Lagæa novalia* mutanda docuit, ejusque conjecturam viri docti probarunt. Apud Martial. tamen 'longævi capilli' dicuntur Epigr. XIV. 27. id est, hominis longævi capilli: ut 'longævum Priami caput' apud Propert. El. IV. 1. 52. et 'longæva senecta' de Nestore El. II. 10. 47. at 'longæva vetustas' eidem Martiali dicitur in lib. Spectacul. epigr. V. 'Nec se miretur, Cæsar, longæva vetustas.' Malim igitur hic vulgatum servare. 'Longa societas,' ut 'longa pax' apud Silium Ital. II. 600. 'portantque, trahuntque Longæ pacis opes quæsitaque præmia dextris:' ubi vide quæ notavi. Ceterum *Latinæque maxime legiones* Leid. 2. et Lov. 1. *Latinæ legiones maxime* Voss. 2. Sed vox *maxime* deficit in Gaertn. quam recte reliquorum codicum consensus tuetur. Indicat enim Livius, præcipue Latinos, ac magis quam Volscos, restitisse.

§ 8 *Eques inmissus ordines turbavit*] *Sed eques inmissus* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *sequens inmissus* Leid. 1. quæ scriptura inde nata est, quod, quum olim per compendium scriptum fuisset *s*; *eques*, postea nota librarii neglegentia omissa, et litera, quæ restabat, voci seq. juncta sit. *Sequens imber inmissus* Lov. 2. 4. 5.

Digitized by Google

Harl. 2. Hav. et Port. a m. pr. Voci enim *imber* additæ sunt notæ, quibus librarii aliquid delendum indicant. Sed libentissime hic sequor codicem Flor. qui vulgatum servat. Illud *sed*, (ex cujus compendio reliquæ lectiones corruptæ natæ sunt,) est ex numero illarum particularum, quas librarii contextui Liviano passim addiderunt, ut ita orationem, quam male cohærere putabant, connecterent. Vide Rhenan. ad Livii XXVIII. 16. § 2. Gronov. ad IX. 19. § 4. XXI. 23. § 8. XXX. 30. § 23. et XXXIX. 8. § 4. Adde quæ notavi ad I. 17. § 1. III. 3. § 2. hoc lib. c. 40. § 4. VII, 10. § 3. VIII. 39. § 15. IX. 40. § 17. XXIX. 21. § 10. XXX. 30. § 13. XL. 10. § 6. et ad Epit. Liv. lib. XLIX. circa finem. Frequenter autem Livium hanc particulam omisisse, vidimus ad I. 25. § 3. Ita II. 2. ' Ne intervallo quidem facto oblitum, tamquam alieni, regni Superbum Tarquinium; velut hæreditatem gentis scelere ac vi repetisse.' III. 50. ' Non defuit, quid responderetur; deerat, qui daret responsum.' Vide etiam ad IV. 48. § 8.

Quantumque Romana se invexit acies, tantum hostes gradu demoti] Rott. *gradu moti*. VII. 8. ' Inferunt pedem, et primo gradu moverunt hostem.' *Jac. Gronov.* Similiter etiam Senec. de Constant. Sapient. c. 19. ' Injurias vero, ut vulnera, alia armis, alia pectori infixa, non dejectus, ne motus quidem gradu, sustineat:' et ita 'statu movere' Liv. XXX. 18. ' Equestrem procellam excitemus, oportet; si turbare ac statu movere volumus.' Ex omnibus tamen codd. quos consului, nullus ei, quem Gronovius laudavit, consentit. Verius itaque puto, in uno illo primam syllabam *τοῦ demoti* interceptam esse ab ultima vocis præcedentis. Sed nec omnes nostri in vulgatam lectionem conspirant. *Gradu remoti* enim habent Lov. 4. 5. Port. et Hav. quod et Hearnius in Oxon. N. et C. reperit. Sed lapsu scribarum ita datum est: passim enim verba cum vocibus *de* et *re* composita confunduntur in membranis vetustis. Vide ad IX. 10. § 6. ' A gradu depellere' dixit Nepos in Themist. c. 5. ' Interim tamen ab eodem gradu depulsus est:' ' statu demovere.' Livius IX. 29. ' Quod demovendis statu suo sacris religionem facere posset:' ita unus et alter cod. Vulgo *dimovendis*. Vide quid ibi notetur. ' De statu demovere' Cic. pro Cæcin. c. 15. ' Periculo mortis injecto, formidine animum perterritum loco sæpe, et certo de statu demovet:' ubi vide viros doctos. Alibi etiam ' de gradu dejicere.' Vide Gebhard. ad loc. laud. Nepotis. Ceterum pronomen *se* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Eo transposito *se Romana invexit acies* præfert Lov. 4.

Ut semel inclinavit pugna, jam intolerabilis Romana vis erat] *Declinavit pugna* Voss. 1. et Lov. 1. ac 5. *declinant pugna* Leid. 2. De verbo 'inclinare' vide ad III. 61. § 4. Deinde vocula *jam* omittitur in Leid. 2. verbum *erat* in Harl. 2.

§ 9 *Quum Satricum, quod duobus millibus inde aberat, non castra, peterent*] Vet. lib. *duo millia passuum inde aberat*. Sigon. [Vid. Lectt. Varr.] *Quod duobus millibus inde aberat*, ut ante Sigonium edebatur, solus habet Hearnii Oxon. C. *duo millia passuum inde aberat* solus meorum Hav. Sigonii vet. lib. consentiens. Vide ad XXXII. 30. § 5. *Duorum millium inde spatio aberat* Hearnii Oxon. L. 1. et ex meis Harl. 2. quomodo locutus est Livius XXV. 9. ' Ipse, raptim agmine acto, quindecim ferme millium spatio castra ab Tarento posuit.' In eadem locutione voce ' intervallo' usus est XXV. 39. ' Erant ultra proxima castra sex millium intervallo distantes aliæ copiæ Pœnorum.' c. 40. ' Ab hoste quatuor ferme millium intervallo consedit.' Sed *duo milliaria inde aberat*

Digitized by Google

fragm. Hav. quod ex veræ lectionis expositione natum puto. Vide ad Epit. Liv. lib. CXXX. *Duo millia inde aberat* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. 1. Port. Gaertn. Klockian. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et B. Ita XXV. 11. ‘Ad Galæsum flumen (quinque millia ab urbe abest) posuit castra.’ c. 27. ‘Tria millia alterum ab Syracusis, alterum quindecim abest.’ XXVIII. 37. ‘In Baleares insulas (quinquaginta inde millia absunt) transmisit.’ XXXII. 6. ‘Quinque millia ferme ab regiis castris quum abesset.’ XXXIII. 1. ‘Profectus per Phocidem quinque millia ab Thebis, quod caput est Bœotiæ, posuit castra.’ XLV. 10. ‘Qui portus viginti paullo amplius millia ab Rhodo abest.’ Ut autem hic *duo millia aberat*, ita *tridui viam aberat* ex Mss. reposuit Gronovius XXV. 8. § 12. *Duobus millibus*, ut vulgo editum erat, inde natum esse videtur, quod per compendium in quibusdam codd. scriptum fuerat *II. M. inde aberat*. Vide ad XXV. 9. § 16. *Tĉ castra*, pro *non castra*, est in Lov. 2. *tunc castra* in Lov. 4.

Ab equite maxime cæsi] Probo hanc lectionem. Interim Pall. tres *ab equitatu*. Campanus autem *ab hoste maxime cæsi*. Gebh. Gronovius contra *ab equitatu maxime cæsi* in contextum recepit, ad verba proxime præcedentia notans, ita codd. suos et veteres edd. habere. Certe ita et codd. mei. Omnes tamen edd. quas vidi, constanter *ab equite* servant.

§ 10 *Ab Satrico nocte, quæ prælio proxima fuit*] *A Satrico* Gaertn. et fragm. Hav. Deinde *quæ prælio promissa fuit* Harl. 2. Sed pro *proxima* sæpe scribebatur *procsima* vel *prossima;* vulgo enim pro *x* duplex *ss* et scribebatur, et in pronunciatione efferebatur. Vide Castalion. ad Rutilii Itin. I. 371. Ex eo vero literis transpositis factum est *promissa*. Trajectis vocibus *quæ proxima prælio fuit* Lov. 4. et Gaertn. Mox *simile agmine*, pro *simili agmine*, Leid. 1. fragm. Hav. et Lov. 2. Hinc *petiit Antium*, pro *petunt Ant.*, idem Lov. 2.

Quum Romanus exercitus prope in vestigiis sequeretur] Pall. tres et Campani ed. *prope vestigiis sequeretur*. Lib. XXVII. 2. ‘Vestigiis institit sequi:’ ibidem c. 44. ‘Numquam Nero vestigiis hostis abstiterat.’ *Gebh.* Præpositionem *in* jam Gronovius ex contextu ejecit, quam etiam codd. mei non agnoscunt. Eamdem etiam Aldus omiserat. Inter errata tamen, pœnitentia ductus, vulgatam scripturam revocandam monuit. Hearne autem, qui Gronovium secutus *vestigiis sequeretur* edidit, notasse satis habuit, in ed. Romana principe et a Sigonio *in vestigiis* vulgatum esse; de codd. Oxoniensibus siluit; quos proinde *vestigiis sequeretur* similiter prætulisse, verisimile est. Ita Cic. in Bruto c. 90. ‘Ut nostrum cursum perspicere possis, et videre, quemadmodum simus in spatio Q. Hortensium ipsius vestigiis persecuti:’ in Orat. pro Cluent. c. 13. ‘Asinius cum Avilio Romam est profectus. Hos vestigiis Oppianicus consecutus est.’ Plinius Hist. Nat. VIII. 8. ‘Prætereuntibus sagittarum venabula infigunt, mox sanguinis vestigiis sequuntur.’ Tacit. in Agric. c. 26. ‘Iter hostium ab exploratoribus edoctus, et vestigiis insecutus.’ Similiter ‘vestigiis ingredi’ Cæsar dixit de Bell. Gall. VIII. 20. Ceterum vox *exercitus* non adparet in Harl. 2. quam etiam, si certiores codd. similiter repudiarent, non desiderarem. Simile enim foret illi, quod restitutum est III. 2. ‘Prœlium fuit utrimque vehemens, quod et Romanus ira odioque pugnabat:’ ubi vide quæ notantur. Uni tamen huic nunc fidem habere non audeo, præsertim quum ita mox ‘Romanus’ sequatur. Quod verisimile reddit, Livium hic *Romanus exercitus* dixisse, ut ita locutio-

Digitized by Google

num varietate orationem distinguat. Mox *tum timor*, pro *tamen tim.* Lov. 4. Vide ad Livii XXII. 17. § 5.

Extrema agminis carpere aut morari posset] *Capere aut morari* Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Port. Haverk. Hearnii Oxon. N. C. et edd. antiquiores, pro quo jam Veneti 1495. *carpere* subposuerunt. Id autem inter alios postea etiam Ascensius servavit, nihilominus tamen 1513. et 1516. *capere* pro varia lectione in marginem conjecit. Solent autem hæc verba in Mss. commutari. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Fastor. III. 185. Burmann. ad Nemes. Ecl. II. 7. et eumdem aliosque ad Seren. Samon. de Medic. vs. 321. • Vide etiam ad III. 5. § 1. ad VI. 12. § 12. VII. 36. § 11. IX. 27. § 6. Livius XXVII. 48. 'Quum fessum agmen carperent ab omni parte, incursarentque.' Paullo ante *hostes* deerat in Lov. 2.

Aliquot dies vastando agro absumti] Vox *agro* deest in Leid. 2. *vastando in agro* habet Gaertn. Deinde *absumti* Flor. *assumti* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 2. 5. Harl. 2. Gaertn. Hav. et priscæ edd. Primus Ascensius 1513. *absumti* pro varia lectione in margine ostentavit; quod triennio post in contextum recepit, altero *assumti* in marginem ejecto. Solent autem ea verba in Mss. confundi. Vide ad IX. 17. § 11.

CAP. XXXIII. § 1 *Seditio tum inter Antiates Latinosque coorta*] *Cum*, pro *tum*, Voss. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Dum* Gaertn. Vide ad XL. 42. § 7. *Tamen* Harl. 2. Vide ad XXII. 17. § 5. Deinde *cohorta* Flor. et Leid. 1. Vide ad II. 30. § 12.

Coorta; quum Antiates, victi malis subactique bello] *Coorta est; Antiates* Voss. 1. et Lov. 1. *coorta; Antiates* Leid. 2. Præterea *victi malis subactisque bello* Lov. 1. et fragm. Hav. Vide hoc lib. ad c. 3. § 8.

Deditionem spectarent] *Exspectarent* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. uterque, Port, Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sæpissime error hic, tum in Livii, tum in aliorum codd. a scribis commissus est. Exempla vide ad Livii v. 5. § 5. c. 16. § 8. c. 21. § 5. hoc lib. c. 24. § 6. c. 40. § 14. VII. 32. § 14. VIII. 8. § 8. c. 19. § 7. X. 11. § 7. c. 40. § 3. XXIV. 36. § 9. XXXI. 48. § 11. et XLV. 31. § 8. ubi vide Gronov. Vide etiam Vorstium ad Justin. XII. 3. § 2. Duker. ad Flori II. 7. § 3. quosque eo loco laudavit; et Corte ad Plinii Epist. III. 13. Et ita *circumexspectare*, pro *circumspectare*, male datum erat hoc lib. c. 18. § 7. Caussa, cur tam frequenter in hac voce peccatum sit, illa dari potest, quod posterioribus seculis, quibus paullatim barbaries quædam in linguam Latinam invecta est, 'exspectare' pro spectare, et 'exspectabilis' pro spectabilis, eximius, in usu fuerint, ut Du Cange in Glossar. mediæ Latin. docet. Quum autem eo tempore plerique codd. qui nobis supersunt, exarati sint, librarii sui ævi stribliginem optimis scriptoribus passim obtrudere conati sunt. Nam ita *protelare*, pro *prolatare*, et similia alia dederunt, de quibus vide ad VII. 21. § 3. Contra alibi etiam scribas *spectare*, pro *exspectare*, dediase, videbimus ad XXX. 23. § 7. Ceterum *expeterent*, pro *exspectarent*, esse in Oxon. C. auctor est Hearne. Verum et hæc verba sæpissime in Mss. permutantur. Vide ad X. 7. § 12. Jam autem 'spectare deditionem,' ut 'spectare defectionem' XXII. 22. 'Itaque ingenti consensu defectionem omnes spectare:' ubi vide quæ notantur. Vide etiam ad II. 12. § 13. Alibi, addita præpositione, 'spectare ad rebellionem' dixit: ut II. 18. 'Parvaque ex re ad rebellionem spectare res videbatur:' ubi quædam notantur.

§ 2 *Ex diutina pace nova defectio recentibus adhuc animis ferociores*] *Ex*

Digitized by Google

diuturna pace Leid. 1. a m. pr. pro quo manus altera *diutina* emendavit, quod reliqui omnes codd. servant. 'Diutina pax,' ut 'diutinum otium' XXV. 7. 'Vir inquieti animi, et minime otium, quo tum diutino senescere videbatur, patientis:' ubi plura vide. Solent autem hæ voces inter se commutari. Vide ad XXVIII. 24. § 6. Præterea *recedentibus animis* Leid. 2. Vox *animis* deerat a m. pr. in Lov. 5. sed a m. sec. transposita, et *recentibus animis adhuc* datum est.

Quo minus incepta persequerentur] *Prosequerentur* Lov. 4. et Hav. Sed vulgatum verum est. 'Persequi' enim 'incepta' est ea perficere, ad finem perducere. Ita 'persequi, quæ restant' Cic. in fragm. de Legib. lib. v. apud Macrob. Saturn. VI. 4. 'Visne igitur descendatur ad Lirim, eaque, quæ restant, in illis alnorum umbraculis persequamur?' ubi etiam *prosequamur* nunc vulgo excusum exstat. 'Persequi mandata' pro perficere. Vide Nic. Heins. ad Nason. Ep. Heroid. XI. 128. Solent autem verba *persequi* et *prosequi* passim in Mss. confundi. Vide ad Epit. Liv. l. XCIX.

§ 3 *A societate pacis, ut rebantur, inhonestæ sese vindicaverunt*] *Ab societate pacis* est in Lov. 2. 3. Port. Hav. et fragm. Hav. Itaque editum exstat in priscis excusis. Neque aliud voluisse videtur librarius Leid. 1. qui tamen errore ablatus dedit *ad societatem pacis*. Primus Frobenius 1535. *a societate* vulgavit. Deinde *rebantur*, vocula *ut* omissa, Leid. 2. *ut rebant* Harl. 2. Vide ad X. 10. § 1. *Vertebantur* Voss. 2. et Lov. 3. *urebantur* Lov. 2. Sed *rebantur* Livio in deliciis fuit, quod verbum, sibi minus notum, non raro librarii corruperunt. Vide ad lib. XXVII. cap. 25. § 11. Insuper *in hostes ut se vindicarent* Lov. 2. *se vindicaverunt* Voss. 2. Lov. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sed, transpositis literis, *esse vindicaverunt* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. et Harl. 1. Vide ad XL. 26. § 5.

Urbem agrosque Romanis dedunt] *Urbem agrumque* Gaertn. Male. Supra I. 38. 'Deditisne vos populum Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, divina humanaque omnia in meam populique Romani ditionem?' Infra VII. 31. 'Populum Campanum urbemque Capuam, agros, delubra Deum, divina humanaque omnia in vestram, Patres conscripti, populique Romani ditionem dedimus.' Contra tamen Plautus in Amphitr. I. 1. 70. 'Convenit, victi utri sunt eo prœlio, Urbem, agrum, aras, focos, seque uti dederent.' Nihilominus codicum consensus alteram lectionem veriorem præstat. Præterea *dederunt* Voss. 1. Lov. 1. 4. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. *dediderunt* Leid. 2. Ita vero dedisse videntur librarii, quod *vindicaverunt* præcesserit. Sed frustra. Vide ad III. 46. § 9. Paullo ante *in comoïs arbitris*, pro *incommodis arb.*, Harl. 2. Tum *consilium*, pro *consiliorum*, Lov. 2.

§ 4 *Ira et rabies Latinorum*] *Ita et rabies* Port. et excusi vetustiores. Pro eo Frobenius recte a. 1531. dedit *Ira et rabies*. Infra VIII. 30. 'Cujus rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed in rabiem atque iras imperatorum vertit.' Curtius IV. 6. 'Ira deinde vertit in rabiem.' V. 3. 'Ira igitur in rabiem versa.' X. 2. 'Amico animo, si veri patiens fuisset, admonebatur: sed in rabiem ira pervenerat.' Solent autem *ira* et *ita* in Mss. confundi. Vide ad XXIV. 16. § 1.

Nec Volscos in armis retinere potuerant, eo erupit, ut Satricum] *Retinere in armis* Lov. 4. *in agris retinere* edd. principes, pro quo Aldus, adstipulantibus scriptis, dedit *in armis*. Deinde *potuerunt* Harl. 2. Port. et Hav. *poterant* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. Tum *eo rupit* Lov. 3. *eo eruperant*

Digitized by Google

Gaertn. ut sit ' ita et rabies eruperant.' Verum potius *eruperant* dedisse indoctus scriba videtur, ut conveniret præcedenti *potuerant*. Certe reliqui omnes *erupit*, quod verum est. Deinde particula *ut* non adparet in Leid. 1. Sed eam intercepit ultima syllaba proximæ vocis *erupit*. Vide ad I. 51. § 2.

Igni concremarent] *Igitur concremarent* Lov. 3. et Hav. An forte inperitis scribis displicuit pleonasmus ' igni concremare?' quo tamen Livius usus est III. 53. ' Vivosque igni concrematuros minabantur.' Mox *tecum*, pro *tectum*, Leid. 2. Hinc *ẽ nec*, pro *ejus*, fragm. Hav. Tandem *urbi*, pro *urbis*, Leid. 2. et Lov. 1.

Quum faces pariter sacris profanisque injicerent] *Quum pariter faces* Lov. 1. 5. Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *fanis profanisque* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. in margine. Male. Passim enim *sacra* et *profana* obponuntur. Horat. Epist. I. 16. 54. ' Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis.' Curtius X. 1. ' Quum omnia profana spoliassent, ne sacris quidem abstinnerant.' Præterea *inicerent* Flor. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad II. 10. § 9.

§ 5 *Inde eos nec sua religio, nec verecundia Deum arcuisse dicitur*] *Ne sua religio, verec. Deum* Voss. 2. *non sua religio, nec verec. Deum* edd. principes. Vulgatæ lectionis Aldus auctor exstitit, quam defendunt reliqui scripti. Tum *arguisse* Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. a m. pr. Klockian. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. sollemni descriptorum aberratione. Vide hoc lib. ad c. 25. § 6.

Edita templo cum tristibus minis, ni nefandos ignes procul delubris amovissent] *Edicta templo* fragm. Hav. sollemni scribarum peccato. Vide ad XXI. 62. § 7. Supra II. 7. ' Adjiciunt miracula huic pugnæ, silentio proximæ noctis ex silva Arsia ingentem editam vocem.' Trajectis vocibus *templo edita* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Vox *templo* exsulat ab Harl. 1. Tum *in effandos igne* fragm. Hav. *in nefandos ignes* Lov. 2. 3. ĩ *nefandos ignes* Hav. Verum illud ĩ æque pro *ni*, ac pro *in*, poni potuit. Sed vocula*m ni* non agnoscit Harl. 1. Deinde *ãmovissent* Gaertn. *admovissent* fragm. Hav. qui error in Mss. frequens est. Vide ad XL. 55. § 5. *Amovisset* Hav.

§ 6 *Ob iram, quod deserto communi concilio Latinorum*] *Ob iram, quo deserto* Leid. 1. Sed ultimam literam vocis *quod* intercepit prima sequentis. Vide ad XXIII. 8. § 9. quamvis et alibi sæpe, ubi eadem erroris caussa dari nequit, voces *quo* et *quod* in Mss. commutentur. Vide ad Livii XXXVI. 33. § 3. *Quod desestote* Harl. 1. *quod deserto consilio* Lov. 4. *quod deserto communi consilio* Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et edd. principes. Ejus loco primus Aldus substituit *concilio*, concinentibus reliquis scriptis. Et recte. Intelligitur enim communis respublica omnium Latii populorum; quod non *consilium*, sed *concilium*, dicendum esse, Gronov. docuit ad Livii XLIV. 2. § 5. Mox in verbis seqq. *sed et in civitatem*, pro *sed etiam in civ.* Port. Vide ad XXII. 47. § 9. *τὸ se* autem exsulat a Leid. 3.

§ 7 *Patentibus portis quum improviso incidissent*] Vox *portis* deficit in Leid. 2. Tum *quo*, pro *quum*, Gaertn. Verum quum in eo codice plerumque scribatur *quom*, pro *quum* vel *cum*, ultimam literam a primis vocis seq. elisam esse patet. Hinc *in inproviso* Leid. 1. Verum præpositio *in* nata est ex seq. vocis syllaba initiali. Vide ad IV. 6. § 11. Passim simpliciter *inproviso* usurpatur. Supra hoc lib. c. 4. ' Inproviso adorti primo clamore atque inpetu cepere:' ubi alia exempla vide. At si adderetur præpositio, dici solebat *ex inproviso*. X. 24. ' Forsitan quem ille obrutum ignem reliquerit, ita ut toties novum ex inproviso incendium daret, eum se exstinc-

Digitized by Google

turum.' VIII. 10. 'Nova ex inproviso exorta acies principia Latinorum perturbant:' vel *de inproviso* Terent. in Andr. II. 2. 23. 'Paullulum obsoni: ipsus tristis: de inproviso nuptiæ: Non cohærent.'

In arcem oppidani refugere cum conjugibus ac liberis] *Et in arcem* Voss. 2. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et B. Tum *oppidani refugerunt* Gaertn. Tandem *conjugibus et liberis* Harl. 2. Port. et Hav.

Nunciosque Romam, &c. misere] *Nuptiosque* Harl. 1. Deinde *Romani*, pro *Romam*, fragm. Hav. Præterea *miserunt* Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Insuper *certiores de suo casu*, pro *certiorem de suo c.*, Lov. 4. et 5.

§ 8 *Haud segnius, quam fide populi Romani dignum fuit*] *Qua fide* Harl. 1. *quod fide* Gaertn. *quam fide patrum dignum fuit* Lov. 2. et Hav. Mox *Tusculanum*, pro *Tusculum*, Leid. 1.

L. Quinctius et Servius Sulpicius tribuni militum duxere] *Lq*; *Serv. Sulp. tribunus mil. dux est* Lov. 3. *Lq° Servius Sulpicius* Lov. 2. *L. Quinctius et P. Sulpicius Servius* Lov. 4. Particulam copulantem omittunt Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad II. 17. § 7. Insuper *Servilius Sulpicius* Voss. 2. et edd. principes. Pro eo deinde Ascensius *Ser. Sulpitius*, Aldus *Servius Sulpitius* excuderunt. Sæpe nomina *Servius* et *Servilius* commutantur in Mss. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXII. Deinde *tribunos militum duxere* Gaertn. Sed forte per compendium *trib. mil.* scriptum fuerat; quod quemadmodum plene efferendum foret, librarii ignorarunt. Vide ad X. 10. § 2.

§ 9 *Clausas portas Tusculi, Latinosque simul obsidentium*] *Portas clausas* Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *Tusculos Latinosque* male Lov. 2. Hinc *obsedentium* Gaertn. Vide ad IX. 2. § 3.

Hinc mœnia tueri vident] Helmstad. Rott. Voss. uterque *hinc mœnia Tusculi tueri*. J. F. Gron. Pariter apud me, præter Voss. utrumque, præferunt Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. apud Hearnium vero Exc. Pithœi et codd. Oxon. L. 1. B. N. et C. Quorum pertinaci consensu non obluctandum censens, illud vocabulum in contextum admisi. Quod duæ voces a literis *tu* incipientes jungantur, id librariis eorum codicum, quibus primi editores Livii usi sunt, caussa esse potuit, cur neglegenter alteram omiserint. Certe Flor. habet *Tusculi ueri*, prima tantum litera *t* deficiente. Nisi potius illud *Tusculi* a primis editoribus de industria ejectum fuisse dicendum sit, quod 'Tusculum' et 'Tusculi' modo præcesserint, et, Livium non de aliis, quam Tusculi, mœnibus loqui, quilibet videat. Præterea *viderit* fragm. Hav. litera *n* in *ri* dissoluta. Vide ad XXII. 7. § 4. Mox *atque pavere* fragm. Hav. idem: *terrerunt una ac pavere* Gaertn.

§ 10 *Latinos ex prope certa fiducia mox capiendæ arcis*] *Ex prope fiducia certa* fragm. Hav. Insuper *rapiendæ arcis* Gaertn. admodum frequenti scribarum lapsu. Vide ad VI. 23. § 5. Paullo ante *utrius partis*, pro *utriusque part.* Leid. 1. Deinde *Tusculanis* et *Latinis*, pro *Tusculanos* et *Latinos*, Lov. 4. Sed reliqui vulgatum tuentur.

In exiguam de se ipsis spem verterat] Suspectum mihi ultimum verbum, quod sententia minime requirit: quippe cui sufficiat ex superioribus in utroque intelligi τὸ *mutaverat*. J. F. Gron. Si ultimum verbum a bonæ notæ codd. omissum foret, aliis addentibus fidem non haberem. Nunc vero, quum in eo tuendo omnes conspirent, adversus eorum consensum id expellendum non arbitror. Ceterum *in exiguam de ipsis spem* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5.

Digitized by Google

Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide quæ notantur ad Præfat. Liv. § 3.

§ 11 *Excipitur aliquanto majore ab exercitu Romano*] Rott. Voss. uterque *major*. J. F. Gron. *Major*, præter Voss. ambos, ex meis insuper exhibent Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Hearne autem se quoque ita invenisse testatur in Exc. Pithœi, et Oxon. L. 2. et B. ut et Latinius in Neapol. Neque aliter exstat in vetustioribus excusis. Frobenius demum 1531. *majore* substituit. Id tamen recipere, quam optimus Flor. ex quo nulla adnotatur varietas, adversari videatur, non ausus sum. Paullo ante *a Tusculanis*, pro *ab Tusculanis*, Lov. 2. 4. et fragm. Hav.

Molientesque obices portarum, arcere possunt] *Molientes obicesque port.* Leid. 2. et Lov. 1. *molientesque obicesque port. arcem possunt* Lov. 3. Deinde *arcereque possunt* Gaertn. Paullo ante *ex superiori*, pro *ex superiore*, Lov. 2. Tum *nisi Romanos*, pro *nec Romanos*, Lov. 3.

§ 12 *Scalis prius mœnia capta, inde effracta claustra portarum*] Duo priora vocabula desunt in Leid. 2. et Lov. 1. vox *claustra* in Harl. 1. ultima vero *portarum* in Port.

Hostis et a fronte et a tergo urgeret] *Et ab tergo* Lov. 3. et Port. Deinde *urgueret* codex Flor. Vide quæ notantur ad IX. 21. § 4. *Urgeret*, id est *urgeretur*, Lovel. 5. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

Nec ad fugam loci quidquam superesset] *Nec ad fugam ulli loci* Port. Sed vox *ulli* ex verbis proxime præcedentibus perperam a librario hic repetita est. Deinde *quidquid* Hav. et Port. idem a m. pr.

Exercitus Romam est reductus] *Deductus* Voss. 2. Lov. 2. 3. et Gaertn. quæ voces in Mss. sæpissime confunduntur. Vide hoc lib. ad c. 26. § 8. Hic nihil mutandum est. Similiter IV. 34. 'Exercitum victorem opulentumque præda triumphans dictator Romam reduxit:' ubi similiter variatur. V. 27. 'Pace data exercitus Romam reductus:' hoc lib. c. 31. 'Hominum pecudumque præda abacta, Romam utrimque exercitus reducti.' VII. 20. 'Legionibusque Romam reductis, reliquum anni muris turribusque reficiendis consumtum.' c. 24. 'Victorem exercitum opulentumque Gallicis spoliis Romam reduxit.' VIII. 16. 'Præsidioque imposito Calibus reductæ Romam legiones.' Similiter exercitus ex transmarinis provinciis Romam revertens dicitur 'transportari' apud Livium XXXVIII. 50. 'Qui, perduellibus devictis, confecta provincia, exercitum reportasset.' c. 42. 'Aut consules ad exercitus consulares mitti, aut reportari legiones inde reddique tandem reipublicæ debere.'

CAP. XXXIV. § 1 *Quanto magis prosperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant*] *Prospero eo anno* Lov. 5. Harl. 2. et Port. a m. pr. Originem erroris vide hoc lib. ad cap. 3. § 8. Nec peritius in posteriori a m. sec. emendatur *prospera*. Præterea *omnia erant foris* Gaertn. transpositis vocibus. Ceterum Dodwell. de Cyclis Dissert. X. § 82. unum in Livio annum deesse existimans, eum hic inserendum credidit. Ejus anni tribunos se in Diodoro Siculo, quamvis rerum Romanarum inperitissimo, invenisse arbitratur, qui Bibl. XV. 494. post tribunos consulares c. 32. a Livio memoratos, anno proximo ante anarchiam, tribunos militum consulari potestate quatuor memoravit L. Papirium, L. Menenium, Ser. Cornelium, Ser. Sulpicium; quorum Menenius Lænatis, (*Lanatus* Menenio rum et *Lænas* Popilliorum cognomina male ibi confudit,) Sulpicius Prætextati cognomina habuissent. His tribunatum obtinentibus, in fine anni Juliani ex ipsius sententia C. Licí-

Digitized by Google

nius Stolo et L. Sextius, qui per decem continuos annos tribunatum plebis gesserunt, eum honorem hoc anno primum acceperunt. Annotationum harum ratio non permittit, ut sententiam ejus ad examen revocemus, quare breviter ejus hoc loco meminisse sufficiat. Addo tamen, proximis triginta annis vicies ac septies tribunos consulares creatos esse, præterea quater post hunc annum, usque ad consulatum cum plebe communicatum ; sed semper senos quotannis : hinc igitur verisimile non videri, solo hoc anno quatuor tantum tribunos constitutos esse.

Tanto in urbe vis Patrum in dies miseriæque plebis crescebant] *Tanta in urbe* Voss. 2. et Lov. 3. Et hujus peccati origo eadem est, atque illius, de quo ad verba præc. dictum est. Locutionem ‘quanto magis tranquilla erant, tanto crescebant’ inlustravi ad v. 10. § 5. *Tanto vires Patrum miseriæ plebis* Lov. 2. Insuper Gebhardus hoc lib. ad c. 14. § 2. conjecit scribendum *miseriæque plebis glisce-bant*. Sed invitis libris, qui hic omnes in vulgatum conspirant, receptam lectionem moveri temerarium puto.

§ 2 *Itaque, quum jam ex re nihil dari posset*] Hæc in Herald. de Auctor. Rer. Judic. l. II. c. 24. ita distinguuntur: *quum jam ex re nihil dari posset, fama, et corpore judicati, atque addicti cred. sat.* Distinguo, *quum jam ex re nihil dari posset, fama et corpore, judicati atque addicti, cred. sat.* et conjungo *fama et corpore cred. satisf. Judicati atque addicti* absolute dicitur, ut c. 14. ‘Ne quem vestrum judicatum addictumve duci patiar:’ et c. 15. ‘Prohibendo judicatos addictosque duci.’ Et ‘judicatus’ in hoc genere loquendi genitivo jungi solet, non ablativo. Liv. VI. 14. et XXIII. 14. ubi vide Gronovium. Gellius XX. 1. ‘Quantæque pecuniæ judicati essent,’ et ‘debiti judicatis:’ quod ibidem etiam dicit ‘ob pecuniam debitam judicatus addictusque.’ ‘Fama’ autem videtur dicere Livius, vel quod non levis notæ maculam adferebat non solvendo esse; et judicatum addictumque a creditore duci; vel ob eam caussam, quam VIII. 28. tangit. *Duk.* Vocem *jam* non agnoscit ed. Romana princeps, ut observat Hearne. At reliquæ edd. antiquiores, quas ego consului, etiam Rom. 1472. eam transponunt hoc modo, *quum ex re jam nihil dari posset.* Primus Frobenius ordinem illum mutavit, et a. 1535. ita edidit, ut nunc vulgo exstat: cum quo stant omnes codd.

Fama et corpore judicati atque addicti] *Fame ac corpore* Leid. 2. *famæ et corpore* Port. a m. pr. an voluerunt hi librarii *famæ et corporis judicati*? Vide Gronov. ad XXIII. 14. § 3. Sed consentio potius Dukero interpunctionem mutanti; et existimo, ultimam literam *τοῦ famæ* voci adhæsisse ex principio sequentis. Vide ad XL. 7. § 8. Tum *additi* Voss. 2. Hav. et fragm. Hav. Vide hoc lib. ad c. 15. § 9. Mox dictionem *vicem* non agnoscit Gaertn.

§ 3 *Adeo ergo obnoxios submiserant animos*] *Τὸ ergo* deficit in Lov. 4. Tum *obnoxios summiserant animos* præfert Lov. 1. *obnoxios sumpserant animos* Leid. 2. Male. Infra XXIII. 25. ‘Ne, qui Cannensi ruinæ non subcubuissent, ad minores calamitates animos submitterent.’ Voces *submiserant animos* non exstant in Gaertn.

Non infimi solum, sed principes etiam plebis] Vocula *sed* in contextu Liviano deficit in Voss. 1. ejusque margini tantum adscripta est. Sane si plures codd. concinerent, non magis eam hoc loco requirerem, quam III. 71. ‘Non juvenem, vicesima jam stipendia merentem.’ Vide ad Livii I. 23. § 3. Nunc vero, quum in reliquis omnibus constanter supersit, eam servandam puto. *Sed etiam principes*

Digitized by Google

legit Lov. 4. Mox *intra patricios*, pro *inter pat.* Harl. 2. Port. et Hav. sollemni scribarum errore. Vide ad v. 27. § 3. et mox hoc cap. ad § 6.

Quod tanta vi, ut liceret, tetenderant] *Quo tanta vi* Lov. 4. Vide ad XXXVI. 33. § 3. Tum *tenderant* Lov. 2. *contenderant* Flor. At nulli alii meorum codd. a vulgata lectione recedunt, nisi quod aperto errore *tetenderent* sit in fragm. Hav. *tetenderant* verum est. Infra XXXII. 32. 'An, quod summa vi ut tenderent, amicis et propinquis mandaverat, imperium prorogaretur:' ubi alia exempla vide. *Contenderant* natum est ex alterius expositione, quod tamquam notius sæpe inperiti librarii ei substituerunt. Vide ad XXVIII. 18. § 4.

§ 4 *Ulli viro acri experientique animus esset*] *Vili viro acri* Hav. ex confusione in scriptis admodum frequenti literarum *i* et *l*, de qua vide ad II. 23. § 3. *Ullo viro acri* Lov. 4. *ulli viro acti* Gaertn. ex literarum *r* et *t* confusione. De ea autem vide ad v. 55. § 3. Ceterum 'virum experientem' esse, qui vulgo 'expertus' dicitur, observat Sylvius ad Cic. Orat. pro Cluent. c. 8. Contra Torrent. ad Horat. Epist. I. 17. 42. inter utraque illa vocabula differentiam notat; vocabuli enim 'experiens' rationem ad actionem pertinere, 'expertus' vero habitum quemdam experientia partum significare. 'Desidiam et ingenium experiens' obponuntur apud Nason. Amor. Eleg. I. 9. 31. 'Ergo, desidiam quicumque vocarit amorem, Desinat: ingenii est experientis amor.' Paullo ante *ne ad plebeios mag. quidem cap.* alio ordine Lov. 4. Mox *possessoremque honoris* pro *possessionemque honoris* Lov. 2. *possessioneque honoris* Lov. 3. *possessionem honoris usurpāi*, id est *usurpari*, Lov. 4.

§ 5 *Ne id nimis lætum parti alteri esset*] *Minus lætum* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 4. et Port. Ita sæpe lapsi sunt scribæ. Vide ad XXXVI. 9. § 7. Insuper adhuc *minus læti* Hav. *nimium lætum* editi ante Aldum, qui primus *nimis lætum* dedit, ut est in reliquis codd. Tum *alteri parti* Lov. 4.

Parva, ut plerumque solet, rem ingentem moliundi caussa intervenit] Verbum *solet* non comparet in Voss. 1. sed in margine tantum conspicitur. In aliis omnibus recte in contextu superest. Supra II. 5. 'Fudere in Tiberim, tenui fluentem aqua, ut mediis caloribus solet.' XXXVI. 23. 'Non laqueis, ut solet, exceptos declinabant ictus:' 'ut adsolet' similiter I. 28. 'Paratis omnibus, ut adsolet, vocari ad concionem utrumque exercitum jubet.' Vide ad XXXVI. 23. § 2. 'Ut fit,' et 'ut plerumque fit' IV. 52. 'Pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, ut plerumque fit, accepit:' ubi etiam in nonnullis codd. simili modo omissum erat verbum *fit*. Vide quæ ibi notantur. Præterea *moliendi caussa* Voss. 1. Leid. 2. Port. Lov. 1. 4. 5. Gaertn. et Hav. Vide ad XXVI. 36. § 11.

M. Fabii Ambusti, potentis viri, quum inter sui corporis homines, tum etiam ad plebem] *M. Fabi Ambusti* Flor. et Harl. 1. Vide ad XXXVIII. 27. § 8. Et ita etiam erat in Leid. 1. Verum ibi ex male distinctis vocibus error additus est; legitur enim in eo cod. *M. Fabium Busti*. Deinde pro ejus prænomine *M.* Voss. 2. et Lov. 3. *inde* præferunt. Id prænomen sæpe in Mss. ita m̃ notatur, pro quo ĩñ factum, et hinc alii *inde* scribere soliti fuerunt. Vide ad IV. 52. § 5. Tum *viri potentis* alio ordine Lov. 4. Deinde *tum inter sui* Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. Port. et Hav. et ita etiam edd. omnes usque ad Vascos. qui *cum inter sui* primus dedit. Id vero, vel *quum inter sui*, aut *quom inter sui*, servant reliqui scripti, sed Flor. tantum a manu recenti. Vide hoc lib. ad c. 23. § 3. Insuper *sui temporis homines* fragm. Hav. a m.

Digitized by Google

sec. penitus erasa, quæ antea exarata fuerat, lectione. Supra I. 17. 'Oriundi ab Sabinis sui corporis creari regem volebant:' ubi vide notata. XXVI. 48. 'Nec ipsi tam inter se acriter contendebant, quam studia excitaverant uterque sui corporis hominum.' Præterea vocula *tum* non erat in fragm. Hav. Sed, ea transposita, *etiam tum ad plebem* habent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav.

Ser. Sulpicio major, minor C. Licinio Stoloni erat] Prioris prænomen deest in Leid. 1. et Lov. 2. pro eo vero *servitio* est in Voss. 2. *Servilio* in Lov. 4. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXII. Deinde *Supplicio* legit Leid. 1. cujus librarius tamen bis aliter dedit § seq. Vide ad III. 10. § 5. Denique trajectis vocibus *C. Licinio Scoloni minor erat* Harl. 2. et Hav. *C. Licinio Stoloni minor erant* Lov. 4. 5. et Port. ut *erant* referatur ad duas filias. Alii omnes tamen constanter singulare *erat* retinent. *Coloni*, pro *Stoloni*, habet Leid. 1. *Scoloni* Lov. 2. 3. quorum prior etiam *Lucinio*.

Inlustri quidem, viro tamen plebeio] *Illustris tamen vir plebeius* Lov. 4. *tũ*, sive *tum plebeio* Gaertn. et Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. *Sed tamen plebeio* edd. princ. usque ad Aldum, qui particulam *sed* expunxit. Et recte. Nam in nullo codice obvia fuit. Vox *tamen* deficit male in Lov. 5. Ceterum Flor. ita distinguit, *inlustri quidem, viro tamen plebeio*.

Gratiam Fabio ad vulgum quæsierat] *Ad vulgus* omnes, quibus usus sum, edd. antiquiores. Serv. ad Virg. Æneid. I. 149. 'Vulgus masculi et neutri invenitur, sed generis neutri hoc loco: alibi masculini, ut 'In vulgum ambiguas.' Et hoc est artis, ut masculino utamur; quia omnia nomina Latina in *us* exeuntia, si neutrius generis fuerint, tertiæ declinationis sunt, ut 'pecus, pecoris.' Si secundæ autem fuerint declinationis, masculina sunt: 'vulgi' ergo facit, non 'vulgeris,' ut 'docti,' 'clari,' 'boni:' usurpatum tamen est, ut neutrum genus sit propter unum Græcum nomen, id est, 'pelagus.' Cum enim 'pelagi' faciat, neutri tamen est generis.' Vide etiam ad Æn. II. 39. et Voss. Gramm. III. 31. Hic tamen *ad vulgum*, quemadmodum primus edidit Frobenius 1535. servant omnes codd. Paullo ante *ea quæ ipsa*, pro *eaque q. ip.* Lov. 3.

§ 6 *Forte ita incidit*] *Forte igitur incidit* Hearnii Oxon. L. 2. *Forte jam incidit* Lov. 5. Reliqui vulgato adhærent.

Ut in Ser. Sulpicii tribuni militum domo sorores Fabiæ, quum inter se] Miror, quibus ita potius visum est distinguere, quam, ut aliæ edd. *ut in Ser. Sulp. trib. mil. domo sorores Fabiæ quum, &c.* Jac. Gron. Ego vicissim miror, Gronovium, qui veriorem distinctionem viderat, eam tamen in edd. suis non secutum esse. Illam igitur non modo probavi, sed etiam recepi, quod similiter Hearne fecerat, qui Sigonium aliasque veteres edd. ita distinxisse monuit. *Ut quum in Ser. Sulpicii* Lov. 2. qui τὸ *quum* in sequentibus omittit.

Quum inter se, ut fit, sermonibus tempus tererent] *Intra se* fragm. Hav. Vide hoc cap. ad § 3. Deinde *terent tempus* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Lov. 1. 5. Port. et Hav. *terrerent tempus* Leid. 1. quomodo alibi sæpe peccatum est in codd. scriptis. Vide hoc lib. ad c. 8. § 10.

Lictor Sulpicii, quum is de foro se domum reciperet] *Lictor Sulpicium is de foro* Leid. 1. et Harl. 1. *licter Sulpicii, quum iste foro* Lov. 5. et Voss. 2. *lictor Sulpicii, quum his de foro* Hav. *lictor Sulpicii, quum iisdem foro* Gaertn. *lictor Sulpicii, is de foro domum se receperat* Lov. 2. quod, si alii codd. accederent, ferri posset, si voces *is de foro domum se receperat* parentheseos notis circumscribantur. *Domum se recipe-*

Digitized by Google

ret Lov. 4. *receperat* etiam Harl. 1. Mox *et mos est*, pro *ut mos est*, Lov. 5. a m. pr.

Quum ad id, moris ejus insueta, expavisset minor Fabia] Tò *ejus* exulat a Lov. 4. Tum *junior Fabia* habent fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. sine dubio ex interpretis expositione. Similiter etiam in ano cod. peccatum erat 1. 46. § 9. Contra *juniores* pro illis qui erant ætatis militaris, in Mss. sæpe abierunt in *minores*. Vide hoc lib. ad c. 27. § 10. *Minor Fabia* autem, pro quo vulgo dicitur 'natu minor.' Vide ad III. 13. § 2. *Minor expavisset filia* Lov. 4.

Risui sorori fuit, miranti ignorare id sororem] *Risui sororis fuit* Hearnii Oxon. L. 2. Sed ita etiam *mirantis* dedisse oportuisset. Litera itaque sibilans fini vocis adhæsit ex similitudine illius quæ in voce proxima est initialis. Vide ad IV. 33. § 10. Tò *fuit* deficit in Harl. 2. Port. et Gaertn. Deinde *ignorantem id sororem* Voss. 2. et Lov. 3. *id ignorare sororem* Gaertn. *ignorare sororem id* Hav. *ignorare sororem* Lov. 5.

§ 7 *Is risus stimulos parvis mobili rebus animo muliebri subdidit*] *Id risus* Port. et fragm. Hav. quod eodem modo dictum foret, quo *id cognominis;* de quo vide ad VII. 26. § 12. Alii tamen vulgatum tuentur, nisi quod pronomen *is* desit in Haverk. Deinde *parvis rebus mobili* alio vocabulorum ordine Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *parvis nobili rebus* Lov. 2. Vide ad X. 20. § 8. *parvis rebus muliebri animo*, una voce omissa, Lov. 4. *parvis mobili rebus animo muliebribus* Leid. 1. Sed ultima syllaba vocis *muliebribus* repetita videtur ex transpositis literis initialibus vocis seq.

Frequentia quoque prosequentium, rogantiumque, num quid vellet] Cic. ad Att. v. 2. 'Illum agentem aliquid credo salutavi: post etiam jussi valere, cum me e Pansæ villa, numquid vellem, rogasset.' Ad Att. VI. 3. 'Is me proficiscentem Apameam nec prosecutus est, nec, cum postea in castra venisset, atque inde discederet, num quid vellem, rogavit.' Donat. ad Terentii Hec. II. 2. ad illa verba 'Numquid vis?' ait: 'Num quid vis, discedentis verbum est.' Vide eumdem Donat. in Eun. Terentii II. 3. et Adelph. III. 3. Adde Brisson. de Formul. VIII. p. 850. (p. m. 746.) *Klock. Persequentium* Lov. 4. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Male. 'Prosequi' enim est verbum honoris et officii, ac de illis usurpatur, qui aliquem honoris caussa deducunt, et per publicum comitantur. Infra VIII. 35. 'Degressum eum templo lætus senatus, lætior populus prosecuti sunt.' XXII. 40. 'Ab hoc sermone profectum Paullum tradunt, prosequentibus primoribus Patrum. Plebeium consulem sua plebs prosecuta, turba quam dignitate conspectior.' XL. 21. 'Didas, ex prætoribus regiis unus, qui Pæoniæ præerat, jussus est prosequi eum cum modico præsidio.' II. 31. 'Decedentem domum cum favore ac laudibus prosecuti sunt.' XLII. 49. 'Præcipue tamen convertit oculos animosque, quum ad magnum nobilemque aut virtute aut fortuna hostem euntem consulem prosequuntur.' Et ita sæpe alibi. In primis tamen frequentissime eo verbo hoc sensu Sueton. usus est. Passim autem librarii 'prosequi' et 'persequi' in Mss. confundere soliti fuerunt. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. Præterea *rogantium num quid*, omissa copula, Voss. 2. et Lov. 3.

Credo fortunatum matrimonium ei sororis visum] *Fortunam* Gaertn. *fortuna tum* Hav. Tum *matrimonium ejus sororis* idem Hav. Sed primo datum fuit *eis*, adsumta ultima litera ex vocis seq. initio. Deinde *ejus* factum est, ut conveniret sequenti *sororis*. Vide ad h. lib. c. 3. § 8. Sed ita dandum fuisset *suæ sororis*.

Digitized by Google

Quo a proximis quisque minime anteiri vult] Præpositio deest in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. 'Anteiri proximis,' pro 'a proximis;' vide ad VI. 11. § 4. Præterea *minimum* Voss. 2. *nime*, prima syllaba male neglecta, Harl. 1. *munere* Gaertn. Denique *anteire* Leid. 2. Port. et Hav. *quo proximus quisque minime anteiri vult* Lov. 2. *quo proximos quisque minime anteire vult* Lov. 4.

§ 8 *Confusam eam ex recenti morsu*] *Confusam ita ex recenti* Hearnii Oxon. L. 1.

Percunctatus satin' salvæ? avertentem, caussam doloris] Ab aliis edd. non male videtur abesse incisum post *avertentem*. Sueton. in Oth. c. 3. et Domit. c. 17. 'avertere suspicionem.' *Duk. Percunctatus statim salvæ* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. De formula *satin' salvæ* vide Dukerum ad I. 58. § 7. Deinde *advertentem* Leid. 2. Harl. 1. et fragm. Hav. Similiter etiam ediderunt Basil. 1539. sed, ut verisimile fit, operarum errore, quem tamen Curio postea servavit. Passim autem hæc verba confundi solent. Vide hoc lib. c. 23. § 8. *Advertensque caussam doloris* Lov. 2. *advertisse caussam doloris* Lov. 4. a m. pr. qui *advertisq*; inter versus adscriptum habuit a m. altera.

§ 9 *Ut fateretur, eam esse caussam doloris*] Duo postrema vocabula magnam speciem scholii, ab aliquo ad pronomen *eam* adscripti, habent. Si tamen libri scripti non variant, nihil novandum est: nam Livius infinitis locis eadem iterat. *Duk.* Libri nihil mutant, nisi quod sola vox *caussam* omittatur in Lov. 4.

Nupta in domo, quam nec honos nec gratia intrare posset] Vet. lib. *in quam nec*. Sigon. *Quam nec honos nec gratia* vetustissimæ edd. et Pall. duo meliores. Sigonius nihilo minus, *in quam nec honos*. Quod adjectum ab putido interprete pædagogo. Sic mox cap. 36. 'incursavere agrum.' *Gebh. In qua nec honòr nec gratia intrare* Port. et Hav. *in quam nec honos nec gratia intrare* Harl. 2. et Hearnii Oxon. B. Sed vulgatum defendunt reliqui, quorum auctoritati cedo. Supra I. 29. 'Ubi intravere portas, non quidem fuit tumultus ille nec pavor, qualis captarum esse urbium solet:' quod accipiendum est pro intrare urbem per portas, ut patet ex illis quæ Burmann. notavit ad Phædri Fab. III. 10. 20. Liv. II. 12. 'Transire Tiberim, inquit, Patres, et intrare, si possim, castra hostium volo.' c. 20. 'Pronunciasse militi præmia, qui primus, qui secundus castra hostium intrasset.' VI. 25. 'Intrantibus fines Romanis non demigratum ex propinquis itineri locis.' IX. 31. 'Postquam intrasse Romanos vidit saltum:' ubi etiam unus codex *in saltum*. X. 36. 'Nec, vivo consule tuo, nisi victor, castra intrabis.' Et alibi sæpe. Quamvis itaque ego quoque *in quam intrare* ab interprete ortum putem; non video tamen, cur auctorem ejus lectionis putidum pædagogum Gebhardus vocaverit, quum et optimos scriptores ita loqui solitos esse constet. Paullo ante *quod juncta esset impari*, transpositis vocabulis, edd. principes. Ordinem, qui nunc vulgo exstat, primus dedit Aldus; isque in omnibus editis obtinet. *Quod juncta inpar esset* Leid. 1. et Lov. 2.

§ 10 *Quos apud sororem viderat*] Rott. Voss. uterq. Flor. Helm. *videat*. J. F. Grön. *Videat* etiam omnes mei, præter Lov. 2. 4. Port. Hav. et fragm. Hav. qui vulgatum præferunt. Codicibus autem Gronovianis concinunt etiam ex Oxon. quos Hearne consuluit, L. 2. B. N. et C. Paullo ante in verbis præcedd. *bonum animum inde habere jussit* Lov. 1. et Leid. 2. Sed illud *inde* ex proximis male etiam hic fuit repetitum. Tum *prope dies*, pro *prope diem*, Lov. 4.

§ 11 *Adhibito L. Sextio, strenuo adolescente*] *L. Sestio* Port. Male. Ali-

Digitized by Google

bi sæpe nomina diversarum gentium 'Sestius,' quæ gens patricia fuit, et 'Sextius,' quæ plebeia exstitit, in Mss. confundi solent. Vide supra notata ad III. 32. § 5. Præterea *sternuo*, pro *strenuo*, literis transpositis neglegentia librarii, Flor. Insuper *adulescente* idem codex, qui ita passim exaratum exhibet, ut et alii alibi. Vide ad v. 32. § 8. c. 52. § 3. VIII. 28. § 3. c. 30. § 4. c. 32. § 15. c. 35. § 2. IX. 17. § 5. c. 46. § 9. Pariter ex optimo Memmiano proferunt viri docti ad Suet. Tib. c. 7. De hac scribendi ratione consule Dausquei. in Orthogr. voc. 'Adolescens,' et Vossium in Etym. Ling. Lat. voce 'Adolere.' Paullo ante *concilia*, pro *consilia*, perperam Lov. 1. et 4. In sequentibus *patricium genus*, transpositis vocibus, Lov. 4.

CAP. XXXV. § 1 *Cujus levamen mali plebes, nisi suis in summo imperio locatis, nullum speraret*] *Ad cujus levamen mali, &c. nullum speraret aditum* Hav. ceteris omnibus recte vulgatæ lectioni adhærentibus, nisi quod *aditum* tamen etiam receperint Lov. 5. Harl. 2. et Gaertn. Tum *plebs* Voss. 2. Leid. 2. Lov. quinque, Port. Gaertn. et Hav. *plebis* Flor. Vide ad I. 20. § 6. Deinde *in summo prælio* Flor. *in summum imperium* Gaertn. Præpositio *in* non adparet in Lov. 4. ut nec *locatis* in Lov. 5. Paullo ante autem *præter ingentem vim æris alieni* est in Voss. 1. et Leid. 2. Soliti autem sæpe fuerunt librarii has præpositiones inter se confundere. Vide ad IV. 61. § 10. *Propter ingentem summam æris alieni* Klockian. Supra hoc lib. c. 27. 'Quia nolit conspici summam æris alieni.' Sed nihil mutandum. Infra VII. 21. 'Ut non modo sine injuria, sed etiam sine querimoniis partis utriusque exhausta vis ingens æris alieni sit.'

§ 2 *Adcingendum ad eam cogitationem esse*] Probo. Male igitur illis precor, qui veteres libros inquinantes supposuerunt *Attingendum ad eam cog. esse.* Gebh. Forte melius *Accingendum ad ea cog. esse.* Ea consilia, quæ retulit, vel ansa, vel conata. Lib. II. c. 12. 'Proinde in hoc discrimen, si juvat, accingere, ut in singulas horas capite dimices tuo.' IV. 2. 'Jam ad consulatum vulgi turbatores accingi.' XXVIII. 41. 'Quin igitur ad hoc acciugeris, nec per istos circuitus potius, quam recto hinc itinere, ubi Annibal est, eo bellum intendis.' *J. F. Gron. Attingendum* etiam Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. et fragm. Hav. *Attigendum* Hav. Sæpe verba illa in Mss. confundi solent. Alia exempla jam habuimus III. 19. § 8. IV. 2. § 7. et videbimus quoque VIII. 29. § 4. aliisque locis. Ad priorem autem locum dictum est, errorem ortum esse ex similitudine literarum *c* et *t*, quæ in scriptura Longobardica tanta est, ut vix altera ab altera discerni possit. Vide Casaub. ad Suet. Cæs. c. 5. Hinc confunduntur voces *ac* et *at*; vide ad III. 61. § 4. 'cautus' et 'tantus;' vide ad II. 37. § 3. 'concinentes' et 'continentes;' vide hoc cap. ad § 9. 'cām,' id est 'caussam,' et 'tām,' id est 'tamen;' vide ad IV. 17. § 2. 'trux' et 'crux;' vide ad IX. 18. § 5. 'cumulus' et 'tumulus;' vide ad X. 29. § 19. 'materia' et 'maceria;' vide ad VI. 2. § 11. et similes plures alibi. Deinde *cognationem* Voss. 1. et Lov. 1. *cognitionem* Leid. 2. Locutio autem 'Accingendum cogitationem ad ea esse,' quomodo Gronovio restituendum visum est, formata foret ad exemplum illius apud Lucret. VI. 919. 'Hoc genus in rebus firmandum est multa prius, quam Ipsius rei rationem reddere possis:' apud Cic. de Senect. c. 2. 'Tamquam aliquam viam longam confeceris, quam nobis quoque ingrediendum sit:' ubi vide Ald. Manutium. Apud Columell. VII. 5. 'Itaque reserandum est, et ulcera medicamentis curandum:' apud Silium Ital.

Digitized by Google

XV. 105. 'Nec bona censendum, quæ fors infida dedisse, Atque eadem rapuisse valet:' ubi plura dixi. Alibi tamen Livium ita locutum esse, eique genus hoc loquendi placuisse, nondum observavi. Ubi enim olim edebatur XXII. 16. 'Quum per Casilinum evadere non posset, petendumque montes, et jugum Callicalæ superandum esset:' alii postea *petendique montes* substituerant; idque in optimis et tantum non omnibus codd. sibi obvium fuisse Gronovius testatur. Hinc neque Klockio adsentiendum arbitror, ex conjectura reponenti II. 2. § 5. 'Neque ullam rem, quæ eo pertineat, esse contemnendum,' pro *contemnendam*: neque etiam Donjatio, nullis itidem libris addicentibus emendanti XXXVIII. 8. § 10. 'Arma illis prius equosque omnes tradendos esse, deinde mille talenta argenti populo Romano dandum,' pro *mille talentum*. Unus tantum locus est Livii, in quo similis locutio obvia fuit, XLII. 43. ubi olim vulgabatur: 'Quum experienda omnia ad ultimum, nec prætermittendum spem ullam censuisset.' Verum, quid de eo censendum sit, ibidem videbimus. Quin etiam, utrum revera Gronovius *Accingendum ad ea cogitationem esse* legendum censuerit, an in hac conjectura ejus exprimenda operæ typographorum erraverint, dubius hæreo. Addita enim exempla, quibus genus loquendi inlustratum oportuerat, nihil aliud probant, quam Livium alibi etiam dixisse 'adcingi in aliquid,' et 'adcingi ad aliquid.' Præterea conjectura hæc eo modo expressa tantum obcurrit in postrema Jac. Gronovii ed. In prioribus enim, in quibus notæ J. F. Gronovii excusæ sunt, quasque ipse curavit, legendum conjicitur *Accingendam ad ea cogitationem esse*. Sed neque ea Donjatio placuit, quod nemo 'adcingere' a personis ad res transtulerit; neque ferri possit, cogitationem 'adcingi,' seu 'adcinctam' dici. Neque ego Gronovii conjecturam, quæ omnibus libris adversatur, pertinaciter defenderim; quum *Adcingendum ad eam cogitationem* impersonaliter, ut loquuntur, accipi commode queat: non tamen ideo cum Donjatio negare velim, dici posse *cogitationem adcingendam esse*. Nam ut hic plebis *cogitationem adcingendam* Livius ex conjectura Gronovii dicit, ita Trajani 'bonitas adcincta' dicitur apud Plinium in Paneg. c. 30. 'Tam velox, Cæsar, potentia tua est, tamque in omnia pariter intenta bonitas et adcincta.'

Conando agendoque jam eo gradum fecisse plebeios] *Eo jam gradum fecisse* Lov. 3. 4. et fragm. Hav. *eo jam gradum fecisset* Hav. *eo jam gradu fecisse plebeios* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. a m. sec. qui *gradus* præfert a m. pr. Erroris fontem indicavi hoc lib. c. 3. § 8. 'Gradum facere' ut apud Cic. in Verr. II. 1. 'Itaque majoribus nostris in Africam ex hac provincia gradus imperii factus est.' Orat. Agrar. II. 15. 'Hunc quasi gradum quemdam atque aditum ad cetera factum intelligetis:' ubi tamen nunc vulgo editur *gradum jactum*. Livius 'gradu aliquo viam facere' dixit hoc lib. c. 42. 'Graduque eo jam via facta ad consulatum videbatur.' Deinde *plebeiosque* Lov. 4. unde legendum conjici posset, *plebeios, qui inde, si porro*. Sed nihil muto.

Unde, si porro adnitantur, pervenire ad summa] Iterum hæc sunt interpolata. Legendum, ut præeunt Pall. duo, *pervenire ad summam*: habuitque initio Pal. 2. cui nunc substitutum est *ad summum*. Fabius Procemio l. 1. 'Est certe aliquid consummata eloquentia, neque ad eam pervenire natura humani ingenii prohibet: altius tamen ibunt, qui ad summam nitentur:' ut restitui e Mss. Pall. Juven. Curarum 1. 3. Quæ, si voles hæc uberius cognoscere, vide. *Gebh.* Ita *pervenire ad summam* fortassis etiam

Digitized by Google

alii loquuntur: sed non habeo eorum auctoritatem. In aliis edd. est *ad summa*, quod etiam Sigonium maluisse, et a se in uno Ms. inventum adnotat Hearnius. Vell. I. 17. 'Quod summo studio petitum est, adscendit in summum.' Vir doctus in Livio contracto hic edidit *ad summum:* e conjectura, opinor. *Duk.* Palatinis Gebhardi obsecutus Gronovius, qui eorum excerpta habuit, edidit *pervenire ad summam;* idque recentiores omnes servarunt. Neque aliter in plerisque meorum exstitit. Contra Perizonius ad marginem ed. Gronovianæ adscripsit, in edd. Mogunt. et Gruter. esse *pervenire ad summa*, idque rectius esse; nisi forte per errorem typographorum datum sit *ad summam*, et Gronovius maluerit *ad summum*, scilicet 'gradum.' Doujatius vero monuit, cavendum esse ne *summam* adjectivum putemus, quasi referatur ad *cogitationem:* non enim de cogitatione, spe, consiliove agi, sed de ipsa re: esse itaque substantive *summa*, rerum seu reipublicæ summa, nullo addito, suprema administratio, præcipuus gradus auctoritatis. Ei vero, qui id non probaverit, legendum *pervenire ad summa.* Novi equidem apud Livium sæpius inveniri 'summa rerum,' 'summa belli,' 'summa imperii,' et similia, de quibus vide ad VIII. 26. § 6. Insuper 'proficere in summam spei,' 'prodesse in summam,' de quibus dixi ad III. 61. § 12. Nihilominus magis hic placet *pervenire ad summa*, quomodo non modo ante Gronovium omnes edd. habuerunt, sed exhibent etiam optimi meorum, Flor. et Leid. 1. ac cum illis etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. et Hearnii Oxon. C. Ita in eodem, quod laudat Gebhardus, Proœm. Quinctil. 'Non ideo minus nobis ad summa tendendum est.' Quin et eo loco, quem hic ad partes advocavit, recte Burm. legendum monuit, *Altius tamen ibunt, qui ad summa nitentur:* ut et inferius Institut. Orat. X. 1. p. 887. *Perveniri ad summa, nisi ex principiis, non potest:* ubi Gebhard. similiter *ad summam* substituerat. Quod hic *pervenire ad summa* dixit, verbis præcedentibus 'in summo imperio locari' dixerat. *Ad summa* itaque contextui reddidi.

Et Patribus æquari, tam honore, quam virtute, possent] *Ex Patribus* a m. pr. scriptum erat in fragm. Hav. quomodo sæpe erratum est in membranis vetustis. Vide ad XXVI. 45. § 1. Verum a m. sec. id perperam ita emendatur, *ex qua Patribus.*

§ 3 *Quo in magistratu sibimet ipsi viam ad ceteros honores aperirent*] *Quod in magistratu* Flor. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. sec. priori scriptura penitus erasa. Vide ad XXXVI. 33. § 3. Si quid mutandum, vellem *qui in magistratu.* Sed caussa non est, cur vulgatum displiceat. Deinde *viam ac ceteros honores* Hav. Vide ad XXI. 32. § 2. Supra II. 42. 'Agros illos servitutem iis, qui acceperint, laturos: regno viam fieri.' IV. 25. 'Queri, se a plebe adeo spretos, ut nulli umquam plebeio ad eum honorem aditus fuerit:' et eodem cap. 'Eorum ambitione artibusque fieri, ut obseptum plebi sit ad honorem iter.' Infra hoc lib. c. 37. 'Ad consulatum viam fieri passuros.' c. 41. 'Cui non via ad consulatum facilior.' c. 42. 'Graduque eo jam via facta ad consulatum videbatur.' VII. 22. 'Per eumdem, qui ad dictaturam aperuisset viam.' Paullo ante *tribunorum plebis*, pro *tribunos plebis*, Lov. 4. Scriptum per compendium fuerat *tr. pl.* quod quomodo reddendum foret, librarius adsequi non potuit. Vide Burm. ad Suet. Claud. c. 12. et quæ dicta sunt ad IV. 57. § 9.

§ 4 *Creatique tribuni C. Licinius et L. Sextius*] *Creatis C. Licinius* Hav. *creati tribuni C. Licinius* vetustiores excusi usque ad Aldum, qui *creatique* primus vulgavit. Et ita reliqui scrip-

Digitized by Google

ti, nisi quod *Lucinius* sit in Lov. 5. Deinde *et L. Sextilius* Voss. 1. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. atque excerpta Pithœi. Alibi sæpe ita peccatur in scriptis. Vide ad III. 32. § 5. c. 33. § 3. Similiter *Servilius* datum est, pro *Servius*. Vide ad Epit. Liv. l. LXXII. *et Lelius Sextilius* Hav. Passim pro prænomine *Lucius* librarii dederunt *Lælius*. Vide ad XXIX. 7. § 2.

Deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset] *Deducto eodē capite*, sive *eodem capite*, Voss. 2. et Lov. 3. Supra hoc lib. c. 15. 'Sortem aliam ferte: de capite deducite, quod usuris pernumeratum est.' Pari apsu *eadem industria*, pro *ea de industria*, dederunt librarii IV. 58. § 11.

Id, quod superesset, triennio æquis portionibus persolveretur] Forsitan legendum *triennio æquis pensionibus*; ut XXXVIII. 39. 'Duodecim millia dato intra duodecim annos pensionibus æquis.' Et alio loco c. 9. 'Trecenta per annos sex pensionibus æquis.' *Cujac.* Observ. XI. 29. Livius XXX. 37. 'Decem millia talentum argenti, descripta pensionibus æquis, in annos quinquaginta solverent:' et vox illa 'pensio' Livio etiam frequens. XXIX. 16. 'Decreverunt, ut tribus pensionibus ea pecunia solveretur.' XXXI. 13. 'Quibus ex pecunia, quam M. Valerio M. Claudio consulibus mutuam dederant, tertia pensio debebatur eo anno.' XXXIII. 30. 'Mille talentum daret populo Romano: dimidium præsens, dimidium pensionibus decem annorum.' cap. 42. 'Ultimam pensionem pecuniæ in bellum conlatæ persolvere placuerat privatis.' XXXVI. 4. 'Stipendium, quod pluribus pensionibus in multos annos deberent, præsens omne daturos.' Si igitur codd. auctoritate hæc lectio firmaretur, eam non mutandam censerem: nunc iis invitis a recepta lectione non recedo. Ceterum *in triennio æquis portionibus* Gaertn. *triennio et æquis portionibus* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *persolverent* Voss. 2.

§ 5 *De modo agrorum, ne quis plus quingenta jugera agri possideret*] Hujus legis meminit his verbis Varro de Re Rust. I. 2. 'Nam Stolonis illa lex, quæ vetat, plus quingenta jugera habere civem Romanum.' *Sigon.* Perperam, existimo, Pall. duo *de dono agrorum*. Varro de Re Rust. I. 2. 'Nam Stolonis illa lex, quæ vetat, plus quingenta jugera habere civem Romanum:' ut antevertit notare Sigonius. *Gebh.* Soli hic veram lectionem ex meis exhibent minimæ auctoritatis codd. Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. quibuscum Palat. tertium consensisse, quum tantum duos suorum ab recepta scriptura discedere Gebhardus notarit, non dubito. Reliquorum omnium librarii hic se turpiter dederunt. *De domo agrorum*, literis transpositis, habent Flor. Voss. 1. Leid. 1. et Harl. 1. Ita sæpius in codd. scriptis peccatum esse, videbimus ad XXXIX. 19. § 3. *De dono agrorum* Lov. 2. Verum, quum id sensum nullum efficeret, pro eo deinceps *de dono agrorum* datum est in Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. et Gaertn. 'Donum' autem et 'domum' etiam passim in Mss. confunduntur. Vide ad v. 20. § 8. Ex hac lectione postea factum est *de dominio agrorum*, quod apud me superest in fragm. Hav. et apud Hearnium in Oxon. N. Nam 'donari' etiam et 'dominari' commutantur in membranis. Vide Nic. Heinsium ad Claudian. in Rufin. I. 143. Verum *de modo agrorum* rectum est. Vide ad Epit. Liv. lib. LVIII. Deinde *quinquaginta jugera* Leid. 2. Male. Livius XXXIV. 4. 'Quid legem Liciniam excitavit de quingentis jugeribus, nisi ingens cupido agros continuandi?' Val. Max. VIII. 6. ex. 3. 'C. vero Licinius Stolo, cum lege sanxisset, ne quis amplius quingenta agri jugera possideret, ipse mille

Digitized by Google

comparavit.' (Ita ad exemplum Livii et Varron. ex duobus codd. Traject. ibi legendum; non *quam quingenta*. Vide ad Livii XXI. 29. § 3.) Plinius XVIII. 3. 'Lege Stolonis Licinii incluso modo quingentorum jugerum et ipso sua lege damnato, cum substituta filii persona amplius possideret.' Plutarch. in Camillo p. 150. Ἐκέλευσε δ' οὗτος, μηδένα πλέθρων πεντακοσίων πλείονα χώραν κεκτῆσθαι. Aurel. Vict. de Vir. Inlust. c. 20. 'Idem lege sancivit, ne cui plebeio plus quingenta jugera agri habere liceret.' Ejusdem legis, eaque damnati Stolonis ipsius, qui tulerat, meminit etiam Livius VII. 16. 'C. Licinius Stolo a M. Popillio Lænate sua lege decem millibus æris est damnatus, quod mille jugerum agri cum filio possideret, emancipandoque filium fraudem legi fecisset.'

Fierent, consulumque utique alter ex plebe crearetur] Repone, ut est in veteribus libris, *ne tribun. mil. com. fierent, sed consulum, et ut utique alter ex plebe crearetur*. Ita enim fit, ut hujus legis duo capita essent: unum, quo tribuni militares abrogarentur; alterum, quo consulatus plebeius constitueretur. *Sigon.* Quandoquidem et expressit eam Campanus, non possum improbare lectionem Pal. 2. etiam Sigonio productam, *ne trib. mil. comitia fierent, sed consulum; et ut utique alter de plebe crearetur*. Distinguit capita legis duo: prius ut comitia consularia fierent, omissis tribunis militum consulari potestate; posterius, ut alter consulum de plebe crearetur. *Gebh.* Lectionem, quam ex quibusdam scriptis Sigonius et Gebhardus probarunt, in solo Oxon. B. obviam habuit Hearnius. Eam autem in nullo meorum inveni. Quidam tamen, qui minoris sunt auctoritatis, non longe inde abeunt. Nam *fierent, sed consulum, et ut uti alter* habet Hav. *fierent, sed consulum, et uti alter* Port. *fierent, sed consulum, et utique alter* Harl. 2. *fierent, consulumque sed et utique alter* Gaertn. *fierent, sed consulumque uti alter* Leid. 2. Optimi codd. ac bonitate proximi nihil mutant. Certe vulgatum servabant Flor. Leid. 1. Voss. uterque, et fragm. Hav. neque aliter etiam erat in Harl. 1. nisi quod scribarum errore *consiliumque*, pro *consulumque*, præferat. *Fierent, consulumque uti alter* legit Lov. 5. Viris doctis itaque consentire nequeo. In lectione enim, quam hoc loco probarunt, displicent illa *et ut utique*. Nam *utique* hic accipio pro 'et uti,' sive 'et ut,' quemadmodum illa vocula plerumque sumitur in proponendis verbis senatusconsultorum, plebiscitorum, legum, aliarumque veterum formularum. Ita VII. 42. 'Item aliis plebiscitis cautum, ne quis eumdem magistratum intra decem annos caperet; neu duos magistratus uno anno gereret; utique liceret, consules ambos plebeios creari.' XXXVI. 11. 'Ut ejus rei caussa supplicationem imperarent consules, utique M'. Acilius consul ludos magnos Jovi voveret, et dona ad omnia pulvinaria.' Cic. ad Famil. VIII. 8. 'Uti L. Paullus, C. Marcellus consules de consularibus provinciis ad senatum referrent, neve quid prius ex Kalendis Martiis, neve quid conjunctim de ea re referretur a consulibus, utique ejus rei caussa per dies comitiales senatum haberent, senatusque consultum facerent.' In marmoribus literatis, quæ senatusconsulta vel leges nobis servarunt, frequentissime eo sensu obcurrit. Ita in antiquissimo senatusconsulto de Bacchanalibus: VTEI. HOCE. IN. TABOLAM. AHENAM. INCIDERETIS. ITA. SENATVS AIQVOM. CENSVIT. VTEIQVE. EAM FIGIER. IOBEATIS. VBEI. FACILIVMED. GNOSCIER. POTISIT. Aliquoties etiam in utroque Cenotaphio Pisano aliisque monumentis. Vide

Digitized by Google

etiam ad III. 30. § 7. Et hinc neque vulgatam lectionem probandam puto, sed, altero *que* ejecto, legendum existimo vel *fierent, consulumque uti alter* ut in uno meorum erat; vel *fierent, consulum utique alter;* vel, si pressius inhærendum lectioni alteri, quæ Sigonio et Gebhardo adrisit, scriberem *fierent, sed consulum; utique alter:* ut ita voculæ 'et ut' ex interpretatione sequentis *utique* adnumtæ sint. Si quis vero, *utique* particulam adfirmandi esse contendens, vulgatum retineret, neque ei pertinaciter adversarer. Ita enim Livius, sensum legis per compendium proponens, alterum legis caput omiserit, consules nempe creandos esse; quia id satis intelligatur partim ex præcedentibus, *ne tribunorum militum comitia fierent;* sed præsertim ex sequentibus *consulumque utique alter ex plebe crearetur.* Si enim alter consulum utique ex plebe creari deberet, consulum, loco tribunorum militum, comitia habenda placere, sponte patebat. Clericus quidem edidit etiam *ne trib. mil. comitia fierent, sed consulum, utique alter ex plebe crearetur;* verum dupliciter erravit, se ita scripsisse testando ex antiquis libris; deinde ita etiam voluisse J. F. Gronovium. Nullus enim interpretum eam lectionem ex ullo cod. laudavit, multo minus Gronovius. Præterea *alter de plebe crearetur* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. 5. Port. et Hav. Utraque locutio Livio in usu fuit. Supra IV. 1. 'Mentio primo sensim inlata a tribunis, ut alterum ex plebe consulem liceret fieri, eo processit deinde, ut rogationem novem tribuni promulgarent, ut populo potestas esset, seu de plebe, seu de patribus vellet, consules faciendi:' et c. 6. 'Eo deducta est res, ut tribunos militum consulari potestate promiscue ex patribus ac plebe creari sinerent.' Et alibi sæpe. Pluribus itaque et integrioribus codd. nihil mutantibus fidem habendam censeo.

§ 6 *Omnium igitur simul rerum, quarum inmodica cupido*] Vox *igitur* aberat a fragm. Hav. a m. pr. Tum *quorum inmodica cupido* Flor. quasi referendum foret ad sequentia 'agri, pecuniæ, honorum.' Sed *quarum* servant reliqui omnes. *Quarum inmodicus cupido* mendose etiam Leid. 1. et Harl. 1. a m. pr. Mox *discrimine* male deficit in Leid. 2.

Conterriti Patres, quum trepidassent] Lege *trepidarent.* T. Faber. Omnes codd. scripti et editi constanter τὸ *trepidassent* tuentur. Neque etiam Fabri conjectura opus est. Enallage enim plusquamperfecti pro inperfecto Livio frequens est. Vide ad XXXIV. 11. § 2. Insuper *contempti Patres* Oxon. N. in margine, teste Hearnio. Error ex similitudine literarum *m* et *rri* in scriptura Longobardica natus est.

Præter expertam multis jam ante certaminibus intercessionem, invento] *Multis* deest in Harl. 2. Contra, voce perperam addita, *multis jam annis ante certaminibus* Hearnii Oxon. L. 1. Quin et τὸ *invento* exsulat ab edd. quibus utor, antiquioribus. Ita autem locus aliter foret interpungendus, et quidem hoc modo: *conterriti Patres, quum trepidassent publicis privatisque consiliis, nullo remedio alio præter expertam multis jam ante certaminibus intercessionem, collegas adversus tribunicias rogationes comparaverunt.* Et tum illud *nullo remedio alio* accipiendum foret per ellipsin participii verbi substantivi, pro 'nullo remedio alio existente.' Vide ad IV. 47. § 7. et XXII. 31. § 5. Vocem *invento* primus addidit Aldus. Et recte. Eamdem enim servant omnes scripti.

§ 7 *Tribus ad suffragium ineundum citari a Licinio Sextioque viderunt*] *Ad suffrag. eundem* Voss. 1. et Lov. 1. Tum *Sextilioque* Lov. 5. Vide modo ad § 5. Præterea *viderent* Leid. 2.

Digitized by Google

Paullo ante *comparaverant*, pro *comparaverunt*, Lov. 5. a m. pr.

Nec sollemne quidquam aliud ad sciscendum plebi fieri passi sunt] *Nec solem nec quidquam aliud* Leid. 1. et Lov. 2. in contextu. *Nec sollemne quidquid aliud* Hav. *nec sollemne aliud quidquam* Lov. 4. Tum *asciscendum*, pro *ad sciscendum*, Voss. 2. Lov. 3. 4. Harl. 1. Gaertn. Hav. et excusi principes, pro quo Froben. 1531. *ad sciscendum* substituit, concinentibus reliquis scriptis. Deinde *plebei* Voss. 2. Leid. 1. et Harl. 1. Denique vox *fieri* deficit in Harl. 2. Port. Hav. et Lov. 4. Eadem voce omissa, insuper transpositis vocabulis, *ad sciscendum passi sunt plebi* præfert Lov. 5.

§ 8 *Jamque frustra sæpe concilio advocato*] *Jam frustra* edd. quas vidi, Aldo priores. Is primus *Jamque* dedit, quod servant omnes scripti, nisi quod *Itaque* sit in Lov. 2. Tum *sæpe* omittitur in Leid. 2. Præterea *consilio advocato* Lov. 1. 2. 5. Voss. 1. et Leid. 2. quod et erat in vetustioribus excusis. Ascensius autem 1516. substituit *concilio advocato*, ut est in reliquis scriptis. Et recte. Intelliguntur enim comitia tributa, quæ non *consilium*, sed *concilium*, vocanda esse, docuit Gronovius ad Liv. XLIV. 11. § 5.

Bene habet, inquit Sextius] *Bene habent* Flor. invitis reliquis omnibus, qui recte vulgatum servant. Est enim formula sollemnis, qua Livius sæpius usus est. Infra VIII. 6. 'Bene habet. Dii, pium movete bellum.' c. 9. 'Atqui bene habet, inquit Decius, si ab collega litatum est.' c. 35. 'Bene habet, inquit, Quirites: vicit disciplina militaris.' XXXIX. 50. 'Postquam dictum est, incolumes esse; Bene habet, inquit: et, poculo inpavide exhausto, haud ita multo post exspiravit.' Similiter Cic. pro Murena c. 6. 'Bene habet: jacta sunt fundamenta defensionis:' ubi vide Camerar. et Valer. Max. v. 10. ex. 2. 'Quapropter bene habet: adnuendo enim votis meis id egerunt, ut vos potius meum casum doleatis, quam ego vestro ingemiscerem:' ubi vide Torrenium. Adfinis autem est illa apud Florum IV. 2. § 68. 'Gladium per viscera exegit: et, ubi esset, quodam exigente, respondit hoc ipsum: Bene se habet imperator:' ubi vide viros doctos.

Quandoquidem tantum intercessionem pollere placet] Vocem *tantum* omiserunt antiquiores edd. Eam primus adscivit Aldus. Consentiunt autem omnes scripti, nisi quod *tantam intercessionem* habeant Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *intercess. pellere placet* Lov. 4. *intercess. propellere placet* Hav. errore librarii. *Tantum pollere*, est 'tantum valere,' 'tantum posse.' Supra III. 34. 'Plus pollere multorum ingenia consiliaque.' v. 54. 'Non universa Etruria tantum terra marique pollens, atque inter duo maria latitudinem obtinens Italiæ, bello vobis par est.' XLIV. 40. 'Fortuna, quæ plus consiliis humanis pollet, contraxit certamen.' Eo sensu *pollere* et *posse* sæpe junguntur. Vide ad II. 34. § 9. *Placeat* male Lov. 2.

Isto ipso telo tutabimur plebem] Supra v. 29. 'Si tribunicia vis tribunicio auxilio repelli nequeat, aliud telum Patres inventuros esse.' Vegetius III. 3. 'In omni expeditione unum est et maximum telum, ut tibi sufficiat victus, hostes frangat inopia.' *Klock.* Liv. III. 55. 'Qua lege tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum est.' IV. 28. 'Virtute pares, necessitate, quæ ultimum ac maximum telum est, superiores estis.' IX. 37. 'Nec hostem hosti, nec multitudinem multitudini comparandam ait esse. Præterea telum aliud occultum scituros in tempore.' Cic. ad Fam. VII. 16. 'Usque quaque sapere oportet, id erit telum acerrimum.' Sallust. Fragm. l. III. Histor.

Digitized by Google

in orat. Licinii § 12. 'Vis tribunicia, telum a majoribus libertati paratum:' ad quem locum vide Cortium. Cetera *isto ipso tutabūtur plebem*, voce *telo* expuncta, male Leid. 2. *Isto ipso tutabimur plebem* Lov. 3.

§ 9 *Comitia indicite, Patres, tribunis militum creandis: faxo*] *Comitia indicite, Patres, trib. mil. faxo* Lov. 1. et Leid. 2. Si ea lectio placeret, verba per compendium scripta reddi deberent *tribunorum plebis*. Vide ad IV. 57. § 9. Sed nihil muto: nam alii omnes editam lectionem uno ore veriorem esse clamant.

Faxo ne juvet vox ista, Veto] *Faxo, ne juret* fragm. Hav. a m. pr. qui error ex adfinitate ductuum literarum *r* et *v* commissus est. Vide ad XLV. 39. § 15. *jubet* idem codex a manu altera. Et ita præferunt quoque Flor. Leid. uterque, et Lov. 1. 2. ac 4. quomodo sæpe peccatur in libris scriptis. Vide quæ notavi ad Silii Ital. IV. 747. Et hic error ex eo natus est, quod literæ *b* et *v* frequenter admodum a scribis commutentur. Vide ad v. 24. § 5. *Ne juvat* Gaertn. Jac. Perizonius autem ad marginem Livii monnerat, forte hic excidisse voculam *vos*, eamque ita restituendam, *faxo, ne juvet vos vox ista*. Ejus conjecturæ favere videtur fragm. Hav. quod a m. pr. præfert *ne juvet vos ista, Veto*. At potius hic quoque librarii confuderunt literas *s* et *x*; qua ratione sæpe lapsi sunt. Vide ad XXVI. 19. § 4. Verum, in receptam lectionem conspirantibus scriptis, τὸ *vos* interponi necesse non est. Denique *Veto* deest in Harl. 2. Port. et Hav. *voto* habent Leid. 1. Lov. 4. 5. et ed. Aldina. *vento* Gaertn. *vero* Voss. 2. Lov. 3. et editi ante Ascensium, qui a. 1513. 1516. et 1530. edidit *Veto*: eamdemque lectionem anno sequenti 1531. Frobenius, et post eum omnes editores receperunt. Et ita habent reliqui scripti; ac recte. 'Vetare' enim verbum sollemne, ac vocem tribuniciam esse, docet Brisson. de Formul. lib. III. p. 273. Lectione tamen ab Ascensio proposita non contenti Moguntini vulgarunt *faxo, ne juvet vox ista vos*, omisso τῷ *Veto*. Verum ita in nullo codice inveni; ut forte lectio illa potius editorum ingenio ac conjecturæ, quam libris scriptis, accepta ferenda sit. Tutius itaque est illud sequi, quod vulgo editum exstat, et plerique libri servant; aliorum autem, paucis exceptis, vestigia verum esse evincunt.

Qua nunc concinentes collegas nostros tam læti auditis] 'Concinere voce' mire, sed tamen Latine, dictum credo: stabiliturque hæc lectio a sola Andreæ ed. a qua seorsum reliqui omnes fere libri habent *quam*. Pall. autem Mss. 1. ac 3. *quam nunc continentes*. Pal. 2. *qua nunc contemnentes collegas nostros omnes tam læti auditis*. Gebh. *Qua nunc contemnentes collegas nostros homines tam læti* Hav. *qua nunc contemnentes collegas nostros tam læti* Harl. 2. et Port. *qua nunc continentes collegas nostros tam læti* Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. *qua nunc continentes collegas in oēs tam læti* Lov. 2. *qua nunc continentes collegas nostros tam læte* Lov. 3. *q; nunc continentes collegas nostros tam læti* Lov. 4. *qua nunc collegas continentes nostros tam læti* Lov. 5. *quam nunc continentes collegas nostros tam læti* Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. in quo *concinentes* interpolavit manus altera. *Qua nunc concinentes collegas nostros tam læti* Flor. et Harl. 1. quam veram lectionem esse, nullus dubito. Voculas *qua* et *quam* sæpius librarii confuderunt. Vide I. 38. § 6. II. 31. § 2. VIII. 31. § 3. c. 35. § 6. IX. 40. § 2. X. 14. § 5. et alibi. Caussa dari potest, quod virgula, quæ literæ finalis *m* nota est, passim a librariis perperam vel addita, vel omissa sit: vel hoc loco litera *m* voci *quam* adhæserit ex similitudine literarum initialium vocularæ sequen-

Digitized by Google

tis. Quod autem *continentes*, pro *concinentes*, plures codd. præferant, ex perpetua confusione literarum *c* et *t* factum est, de qua vide hoc cap. ad § 2. pro *continentes* deinde parva mutatione *contenentes*, vel *contemnentes*, alii librarii dederunt. 'Concinere,' quemadmodum 'canere' XL. 8. 'Quæ, vereor, ne vana surdis auribus cecinerim.' Ceterum *audistis* Gaertn.

§ 10 *Comitia, præter ædilium tribunorumque plebis, nulla sunt habita*] Perperam vocem *præter* omiserunt Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *æd. trib. plebi* legunt Flor. Leid. 1. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad II. 42. § 6. Præterea *τὸ sunt* deficit in Harl. 2.

Licinius Sextiusque tribuni plebis refecti] Particula *que* non comparet in Port. Eadem etiam deest in multis edd. antiquioribus, quam addiderunt Mediolan. a. 1495. et reliqui scripti retinent. Mox *creari sunt passi* alio ordine Lov. 4. Sed verbum *sunt* exsulat a Lov. 2. Deinde *eaque magistratuum solitudo* edd. antiquæ. Frobenius demum a. 1535. voces in eum ordinem, qui nunc vulgo exstat, redegit, eumdemque servant codd. mei. *Nullos civiles magistratuum, et plebe*, reliquis omissis, Gaertn. Sed librario errandi occasio fuit vocum *magistratus* et *magistratuum* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11. Eædem voces deerant etiam in Lov. 5. a m. pr. sed a m. sec. ad marginem postea adscriptæ fuerunt, nisi quod *et eadem*, pro *eaque*, datum sit.

Plebe reficiente duos tribunos] *Plebe reficienti* Leid. 1. et Gaertn. Alibi eo modo casum sextum singularem participiorum præsentium Livium formasse, vidimus ad lib. hujus c. 14. § 13. Editam tamen lectionem hic veriorem esse, consensus reliquorum codd. in eam conspirantium evincit.

His comitia tribunorum militum tollentibus] *Comitia trib. mil.* Gaertn. Verum ita voce addita *comitia creandis*, vel *rogandis tribunis militum* dicendum fuisset. Vide ad II. 8. § 3. Ob eam itaque caussam, et quod reliqui codd. nihil mutent, vulgatum servandum. *Comitia tribunorum*, ut IV. 57. 'Tribunorum militum comitia edixit:' et alibi sæpe. Error iterum ortus videtur ex compendio. Vide hoc cap. ad § 3.

Per quinquennium Urbem tenuit] 'Tenere' cum nomine vel adverbio temporis sæpe dicit Livius pro 'durare.' XXIV. 47. 'Romæ fœdum incendium per duas noctes ac diem unum tenuit.' XXV. 39. 'Atrox prœlium oritur: diu tenuisset, ni,' &c. Adde ad IV. 7. § 7. Sed *τὸ Urbem* non patitur hic ita accipi *tenuit*. Si libri scripti in illo non variant, quærenda est alia huic loco conveniens significatio verbi *tenuit*: nam mihi non videtur obvium genus loquendi esse, 'solitudo magistratuum tenet Urbem,' pro nulli sunt in Urbe magistratus. *Duk.* Pighius in Annal. ad a. CCCLXXVIII. p. 253. hic potius sequitur Vopiscum in Vit. Taciti c. 1. Eutrop. II. 1. Sext. Rufum in Breviar. c. 2. et Cassiod. in Chron. qui non per quinque, sed per quatuor annos, nullos curules magistratus creatos fuisse referunt. Annum vero hic exemtum, qui tamen per rationes chronologicas abesse non potest, recipere conatur alium intercalando post tribunos militum memoratos c. 38. hujus libri, quo quidem neque consules neque tribuni militum consulares creati, sed duo deinceps dictatores dicti fuissent, M. Furius Camillus IV. et P. Manlius, quos Livius cap. 38. iisdem tribunis consularibus magistratum gerentibus honore functos scripsit. Vide Pighium in Ann. ad an. CCCLXXXIV. pag. 257. Verum Pighium refellit, ac Livium defendit Dodwell. de Cyclis Dissert. X. § 82. Chronologiam autem Livii etiam Sigonius in fastis secutus est.

CAP. XXXVI. § 1. *Alia bella opportune quievere*] *Opportuna quievere* Leid.

Digitized by Google

2. et Lov. 1. *oportuna crevere* Lov. 4. *opportune quieverunt* Gaertn. *opportune creavere* Port. a m. pr. *optime quieverunt* priscæ edd. usque ad Moguntinos, qui dederunt *peropportune quieverunt:* pro quo iterum Aldus *opportune quievere.* Supra hoc lib. c. 18. 'Et Patribus et plebi peropportune externa quies data.' *Opportune* et *optime* etiam alibi in Mss. commutantur. Vide ad XXXVII. 7. § 10. *Peropportune* hic recipiendum non puto, quod ita nulli præferant codd. licet sæpe ea voce Livius usus sit. Vide ad XXIX. 35. § 9.

Veliterni coloni gestientes otio] *Veliterni* fragm. Hav. *Velitrini* Gaertn. Vide etiam ad cap. 21. hujus lib. § 3. c. 39. § 7. ad VIII. 12. § 8. et ad cap. 13. § 5. Secundum Stephan. Byz. in voce Βέλιτρα, gentile ejus urbis dicitur Βελιτριανός: pro quo, teste Berkel. ad eum locum, Cluverius in Ital. Antiq. III. 8. p. 1016. Βελιτρῖνος scribendum conjicit, idque ita formatum obcurrere Berkel. docet apud Diod. Sicul. lib. XIV. p. 449. ut et *Velitrinus* apud Sueton. in Aug. c. 94. quamvis et Οὐελιτρανὸς obcurrat apud Plutarch. in Camillo p. 151. adde etiam apud Dionys. Hal. lib. v. pag. 326. Ego vero hic vulgatum servandum puto, tum quod in illud consentiant optimi codd. tum etiam quod gentile illud non alio modo apud Latinos formatum reperiatur. Apud Sueton. etiam optimus cod. Salmas. *Veliterni*, non *Velitrini*, præfert. Contra apud Val. Max. IX. 10. ex. 1. ubi recte *Veliternos* editur, cod. prior Trajectin. habet *Velitrinos.* Vide Burm. ad l. laud. Sueton. qui VELITERNVS etiam ex duobus lapidibus, apud Gruter. et Reines. obviis, laudat.

Et agrum Romanum aliquoties incursavere] *In agrum Rom. aliq. incurs.* Voss. 2. et Lov. 3. Liv. VIII. 38. 'Eques, luce demum ausus incursare in hostem, agmen detinuit:' ubi vide quæ notantur. Verum et altera constructio 'incursare agrum' Livio frequens fuit. II. 48. 'Ubi abductas senserant legiones, agros incursabant.' v. 31. 'Superbia elati ultro agros Romanos incursavere.' XXVIII. 11. 'Querentes agrum suum ab adcolis Gallis incursari ac vastari.' XXXIX. 1. 'Propter domesticam inopiam vicinos agros incursabant.' Quum itaque utrumque loquendi genus apud Livium inveniatur, vulgatum præferendum puto, quod illud defendat omnium reliquorum codd. inter quos etiam optimi sunt, turba. *Incursaverunt* habet Gaertn.

§ 2 *Eaque res, Tusculanis veteribus sociis, novis civibus, opem orantibus, verecundia maxime non Patres modo, &c. movit*] Jac. Perizonius ad marginem Livii conjecit, forte legendum esse *eaque re:* ut *verecundia* accipiatur casu primo, et ea dicatur Patres ac plebem movisse. Omnes tamen codd. scripti et editi constanter *eaque res* servarunt: quare eam lectionem præfero, et *verecundia* pro casu sexto habeo. 'Movit Patres verecundia,' ut 'movere amore' apud Ovid. Trist. II. 340. 'Et falso movi pectus amore meum.' Ita 'motus ira,' 'amore,' Liv. II. 42. 'Motique ira numinis caussam nullam aliam vates canebant, quam haud rite sacra fieri.' Ovid. Ep. Her. II. 24. 'nec nostro motus amore redis.' *Verecundia maxima* edd. Rom. 1472. et Parm. Alibi hoc modo librarii in quibusdam codd. peccarunt. *maxima plebis turba*, pro *maxime p. t.* datum erat v. 40. § 5. *maximoque lapidum ictu*, pro *maximeque l. i.* X. 1. § 5. Vide quæ notantur ad priorem locum. Præterea Pighius in Annal. ad a. CCCLXXXII. p. 255. legendum censet *veteribus sociis et novis tum civibus.* Verum et hic nullam emendandi necessitatem video, præsertim quum omnes libri stent cum vulgata lectione; nisi quod librarius Leid. 1. aberrans *cibus*, pro *civibus*, dederit. Deinde *opem curantibus* male Voss. 2.

Digitized by Google

opera orantibus Leid. 1. Tum vocula *non* perperam deest in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *Patres et modo* Lov. 5. § 3 *Remittentibus tribunis plebis, comitia per interregem sunt habita*] Errorem Vopisci in Tacito c. 1. in hac re ibi observarunt Casaubonus et Salmasius. *Duk.* Vel *remittentibus* hic tamquam neutrum sine casu per ellipsin ponitur, pro ' remittentibus certamen,' ' remittentibus intercessionem :' ita II. 34. ' Ut etiam, ubi ea pestilentia remisisset, terrore aliquo tenerentur:' ad quem locum plura vide : vel *remittentibus* est ' permittentibus.' Vide Lipsium ad Tacit. Annal. I. 8. Acidal. ad Pacati Paneg. c. 32. et Jac. Gothofred. ad l. 3. Cod. Theodos. de Divers. Rescript. ita tamen, ut hoc verbo indicetur, non modo permisisse, concessisse tribunos, sed etiam victos et expugnatos post aliquod certamen permisisse, concessisse ; et quidem hoc loco verecundia victos, expugnatos fuisse. Vide J. F. Gronovium Observ. IV. 2. Ceterum vox *plebis* deest in Leid. 2. *comitia* in fragm. Hav. a m. pr. sed ab eadem adscripta exstat in margine. Tum *per interr. habita sunt* præfert Leid. 2. *per interr. suum habita* fragm. Hav.

Creatique tribuni militum L. Furius, A. Manlius] Pall. 1. ac 3. *Matilius.* Andreas edidit *A. Manilius.* Gebh. *Aulius Matilius* fragm. Hav. *Aulus Matilius* Leid. 1. Lov. 3. et Gaertn. scribarum errore, qui literas *n* et *ti* ob ductuum similitudinem in Longobardica scriptura confuderunt. Vide ad IV. 46. § 9. Ceterum plerique hujus anni tribuni jam antea eumdem magistratum gessisse dicuntur. Et quidem L. Furius nunc iterum eam dignitatem obtinet. Nam et supra tribunus memoratur cap. 22. A. Manlius quartum; tertium enim obcurrit c. 21. Ser. Sulpicius in Fast. Capitolin. fragmentis ' Prætextatus' vocatur, et tertium tribunus dicitur. De prioribus autem ejus tribunatibus vide ad c. 22. § 1. Etiam pars nominis Ser. Cornelii in Fragm. Capitol. superest, unde constat Maluginensem cognominatum fuisse, et hoc anno honorem illum sextum obtinuisse. Idem ergo est, de quo agit Sigonius ad v. 36. § 12. Nulli tamen numeros illos addendos censeo, quod constanter in codd. omittantur, et Livius eos sæpissime neglexerit. Vide ad II. 16. § 7.

A. et C. Valerii] Legendum est *P. et C. Valerii.* Id docent Capitolina fragmenta, in quibus est POPLICOLA. v. Ex quo apparet, P. Valerium Poplicolam esse, qui quater ante tribunus militum fuit, et postea etiam sextum traditur esse a Livio. Quæ res in magnum errorem Glareanum induxit, ut annum ibi sine caussa interjiciendum esse putaret. [' Glareanus alias adducit rationes, quæ non diluuntur, ut fieri oportebat.'] *Sigon.* Priori horum tribunorum *Auli* prænomen, quemadmodum ante Sigonium in omnibus excusis erat, tribuunt codd. quoscumque vidi, excepto solo Gaertn. in quo *Lucius* dicitur. Sed recte ejus loco Sigonius *Publius* reposuit, quem in eo secutus est Pighius in Annal. ad a. CCCLXXXII. p. 255. Glareanus autem errorem, quem Sigonius refellit, commisit ad c. 38. § 11. et c. 42. § 3. Quod autem Glareanus queratur, Sigonium alias rationes a se adductas non diluisse, quemadmodum fieri oportuerat, iis omnino Sigonius respondit in Scholiis ad Chronolog. Livii ad a. CCCLXXXVIII. Ratio autem notarum non permittit, ut examinemus, utrum responsio ejus ad argumenta Glareani sufficiat. Certe non satisfecit Dodwello, quem via, diversa ab ea quam Glareanus et Sigonius institerunt, annum qui in Livio intercidisse creditur, ei restituisse vidimus ad c. 34. § 1. Ceterum *Valerius* præferunt Lov. 1. a m. pr. Voss. 1. et fragm. Hav. nisi quod in eorum secundo, stigmate ultimæ parti τοῦ υ subjecto librarius aut alius quis indicare voluerit, emendandum

Digitized by Google

esse *Valeriis*. Sed *Valerii* vera lectio est. Vide quæ dicta sunt hoc lib. ad c. 22. § 1. Et ita exhibent reliqui codd. nisi quod *Cornelii* sit in Lov. 5. *Valeri* in Flor. et Leid. 1. quæ lectio vulgatam potius firmat, quam evertit; quum infinitis locis librarii geminatam literam i per simplicem efferre soliti sint. Vide ad XXXVIII. 27. § 8.

Haudquaquam tam obedientem in delectu, quam in comitiis, habuere] *Haud quamquam tamen obed.* Gaertn. *quamquam* præferunt etiam Lov. 1. et 3. Sæpius q̄q̄, sive *quaquam*, et, q̄̄q̄̄ id est *quamquam*, in Mss. commutantur. Vide ad VII. 26. § 8. Eodem modo, quo q̄ et q̄̄, sive *quā* et *quam*; de quo vide ad cap. præc. § 9. Passim etiam *tam* et *tamen* confuderunt librarii. Vide ad XXII. 59. § 13. *Haud quaquam tam obed. tam in dilectu* fragm. Hav. quasi duplicem lectionem in codd. suis scriba invenisset, nempe *tam obedientem in dilectu*, et *obedientem tam in dilectu*, atque utramque exprimere voluisset. Sed posteriori loco *tam* admitti nequit. *In dilectu* etiam Leid. 1. et Lov. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *In dilectum* Flor. Denique *hr̄e*, id est *habere*, Gaertn.

§ 4 *Ingentique contentione exercitu scripto profecti*] *Contione* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. quomodo frequenter lapsi sunt scribæ. Vide ad IV. 6. § 4. Tum *exercito* Port. a m. pr. quomodo etiam peccatur VIII. 36. § 8. Vide ad I. 15. § 7. Deinde *perfecti*. De hoc errore vide ad XXXVII. 6. § 7.

Intra suamet ipsum mœnia compulere] *Ipsi* Harl. 2. et Port. a m. pr. *ipsa* Hav. Vide hoc lib. ad c. 3. § 8. In verbis præcedd. *a Tusculo*, pro *ab Tusculo*, præfernnt Gaertn. et fragm. Hav.

§ 5 *Ab eis, a quibus obsideri cœptæ erant, expugnari potuere*] *Ab eis, quibus obsideri* Lov. 1. 5. Voss. 1. et Leid. 2. Dein *expugnare potuere* Gaertn. et fragm. Hav. *expugnari poterant* Leid. 2. *expugnari potuerunt* Hav. Paullo ante *Velitres*, pro *Velitræ*, Voss. 2. Vide ad cap. seq. § 12. Deinde *nec tum*, pro *nec tamen* Lov. 2. Vide ad XXII. 17. § 5.

§ 6 *Q. Servilius, C. Veturius, M. Aulus, et M. Cornelius, Q. Quintius, M. Fabius*] Quidam pro *M. Aulus* emendarunt *A. Manlius*: sed is prioris anni fuit tribunus militum. Quare legendum *C. Veturius II. A. et M. Cornelii*. Nam C. Veturius primum fuit a. CCCLXXVIII. c. 32. hic autem secundum. Cornelii vero postea iterum fiunt a. CCCLXXXVIII. ad hujus libri finem c. 42. Hic itaque primum fuere; et faciliter ex *II.* potuit *M.* fieri: mirum autem, et in his quidem, et præcedentis anni omnibus tribunis, omissa et cognomina et numerum. *Glar.* Quia antea legebatur *C. Veturius, M. Aulus, et M. Cornelius*, propterea probo conjecturam Glareani, quæ est, ut legatur *C. Veturius II., A. et M. Cornelii*. Nam *C. Veturius* semel ante fuit, *A.* autem *et M. Cornelii* infra iterum esse dicuntur, quorum alter *Cossus* est, alter *Maluginensis*. Sigon. Pall. 1. ac 3. *aius Vetellius*. Pal. 2. *C. anius Veturius*. Andreas vero nobis in ed. sua reliquit *Cl. Haius Veturius*. Hoc Angiæ stabulum aliquantum alii purgarunt. *Gebh.* In nominibus horum tribunorum plurimum iterum variant codd. scripti. De priori inter omnes convenit. Secundi prænomen quum olim omnibus literis *Caius* perscriptum fuisset, iis in duas voces divisis perperam *C. aius* datum invenio in Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. sec. *C. anius*, addita insuper litera, in Lov. 5. et Harl. 2. *C. avius* in Lov. 2. et Hav. duabus literis additis *C. annius* in Port. corruptius *C. Aulus* in Lov. 4. sed corruptissime *C. Ærinus* in Gaertn. Ejusdem tribuni nomen est *Vetueius* in Hav. *Neturius* in Lov. 1. *Vitelius* in Lov. 4. *Vetellius* in Leid. 1. Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. utrumque junctum *Vetellius Veturius* est in Gaertn. Tertii et quarti tribuni nomina ita exhibentur: *Manlius M. Cornelius* in Harl. 2.

Digitized by Google

pro quo *Manlius M. Cornelius* præfert Port. *Manilius M. Cornelius* Hav. *Manlius et M. Cornelii* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. *Alus et M. Cornelius* Gaertn. tertii prænomine omisso *M. Cornelius* Harl. 1. Voces contra *et M. Cornelii, Q. Quintius* desunt in Lov. 4. Reliqui omnes habent *A. et M. Cornelius*, vel *A. et M. Cornelii*, quod rectum est. Vide ad hujus libri c. 22. § 1. Quod ad duos ultimos tribunos *et Quintus M. Fabius* obfert Leid. 1. *et Quintius M. Fabius* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *et Q. Quintius M. Fabius* Voss. 2. Lov. 2. 5. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *quæ Quintius M. Fabius* Lov. 3. *Q. Quintius et M. Fabius* Port. et Hav. Per enm quem pro *M. Aulus*, ut habent priscæ edd. *A. Manlius* emendasse Glareanus notat, intelligendus est Aldus, qui ita edidit: eum vero secuti sunt Colonienses 1525. Cervicornus, et Ascensius 1530. Verum ea scriptura in nullo cod. superest. Ceterum ex his patet, nullum etiam esse codicem, qui iterati honoris notam, a Glareano Veturio additam, probante etiam Sigonio, agnoscat; quam neque addendam contendo. Prodesse enim illis nequit, quod se secutos dicant vestigia veterum edd. quæ *M. Aulus et M. Cornelius* præferunt. Litera enim *M.* quam in notam numeri binarii convertunt, inde inrepsit, quod librarii primo prioris tribuni prænomen *Aulus* omiserint, et demum, litera *M*, qua sequentis tribuni prænomen indicabatur, exarata, errorem animadverterint; ideoque, ut solebant, ea non deleta, quod omissum erat, addiderint; unde tandem exlit *M. Aulus et M. Cornelius*, vel *Cornelii*. Et veram esse hanc originem vitiosæ istius lectionis, probat scriptura, quam ex cod. Harl. 1. laudavi. Ex *M. Aulus* deinde factum est *Maulius* et *Manlius*, quod in multis codd. superesse vidimus. His permotus vocem *iterum*, quam post Sigonium Gronovius recepit, ex contextu ejeci. Et cur, quæso, uni Veturio repetiti honoris nota invitis scriptis adderetur? quum et alii fuerint in collegio hujus anni, qui similiter antea eamdem dignitatem gesserint. Certe Q. Servilius nunc tertium erat tribunus, cujus secundum tribunatum memorat Livius cap. 31. At M. Fabius iterum est tribunus, ut Fasti Capitolini docent, qui etiam iterati honoris signum addunt. Prioris autem tribunatus Livius meminit cap. 22. Quemadmodum itaque illorum, ita et C. Veturii nomini iterum gesti honoris notam non addendam esse sine codd. auctoritate, verius est: præsertim quum Livius eam sæpius omiserit. Vide ad II. 16. § 7. Ita ut edidi, dederunt jam olim Moguntini, quos primus secutus est Frobenius 1531. et inde præter Sigonium omnes recentiores usque ad Gronovium. Eamdem etiam lectionem servavit cod. Flor. et fragm. Hav. a m. sec. nisi quod in eo malé sit *Cornelius*, pro *Cornelii*.

Nihil ne ab his quidem tribunis ad Velitras memorabile factum] *Nihil e ab his quidem* Leid. 1. *nihil et ab his quidem* Lov. 2. 4. et fragm. Hav. *nihilve ab his quidem* Lov. 3. *nihil ab his quidem* quidam vetustiores typis excusi. Aldus deinde τὸ *ne* addidit, quod retinent reliqui codd. et exhibuerant etiam edd. Rom. 1472. ac Parm. At vocibus transpositis *nihil ne quidem ab his* Harl. 2. Port. et Hav. Male. Vide ad XXXVIII. 25. § 14. Tum *tribunis Romanis* Gaertn. Forte olim per compendium scriptum librarius ejus cod. invenerat *TR*. Ita ex literis illis disjunctis *tribunis Romanis* scribendi occasionem adripere potuit. Deinde priores ante Aldum edd. *ad Vel. factum memor.* nullo codicum adsentiente.

§ 7 *In majore discrimine domi res vertebantur*] *In majori discr.* Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertn. Hav. et fragm.

Digitized by Google

Hav. Deinde *res domi vertebantur* edd. principes. Aldus primus voces eo ordine constituit, quo nunc eduntur. Cum eo autem stant omnes scripti.

Præter Sextium Liciniumque latores legis, jam octavum tribunos plebis refectos] *Præter Sextum Licinumque* Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *præter Sextium Licinium* Hav. Sed toties jam eorum nomina juncta in præcedentibus obvia fuerunt, ut, in iis librarios errare potuisse, mirandum sit. Vide mox ad § 10. et c. 41. § 10. Tum *jam latores legum*, priori voce perperam addita, Lov. 5. Hinc *octavo* Lov. 1. Harl. 2. Port. Hav. et multæ veterum edd. Vide ad v. 16. § 1. Deinde *trib. pl. refecti* Leid. 2. *tribunos plebis, refectus Fabius quoque tribunus militum* Voss. 1. neque aliter Lov. 1. nisi quod omittat vocem *tribunos*. Vocem *refectos* omittit Voss. 2. Sed reliqui omnes eam recte servarunt. Vide ad III. 57. § 12. Mox *Stilonis*, pro *Stolonis*, male Leid. 2. nec melius *Scolonis* Lov. 2. et 3. Nam Licinius hic *Stolonis* cognomen sibi confirmavit, et ad posteros transmisit, 'quod nullus in ejus fundo reperi poterat stolo; quod effodiebat circum arbores, e radicibus quæ nascerentur e solo quos stolones adpellabant,' ut Varro auctor est de Re Rust. I. 2.

Quarum legum auctor fuerat, earum suasorem se haud dubium ferebat] *Quartum legum auctor fuerat* Port. *quarum legum auctorũ fuerat* fragm. Hav. a m. pr. in quo æque mendose *auctorẽ* a m. altera interpolatum est. *Quarum legum fuerat auctor* Hav. Tum *earum se suasorem* alio ordine Harl. 2. Gaertn. Port. et Hav. Vox *earum* non adparet in Lov. 5. *sed*, pro *se*, est in Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr.

§ 8 *Ex collegio tribunorum plebis primo intercessores legum fuissent*] *Tribunorum plebi* Leid. 1. et Harl. 1. Multi etiam codd. ambigue *pleb.* vel *pl.* præferunt. Vide ad II. 42. § 6. *Ex collegis primi intercessores*, reliquis omissis, Lov. 2. *primi* etiam Lov. 4. *prima* fragm. Hav.

Ut ferme solent, qui a suis desciscunt] *Ut ferme solet* Harl. 2. Port. et Hav. quorum codd. librarii existimasse videntur, τὸ *solet* hic inpersonaliter poni, de quo modo dictum est ad c. 34. § 5. Verum, cohærere voces *solent*, *qui desciscunt*, vidissent, si animum advertere voluissent. Tum *qui ab suis* Port. et Hav. *quia a suis* quædam ex antt. edd. Male. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Hic autem ultima litera vocis *quia* perperam repetita est ex sequenti præpositione. Deinde *asciscunt* Voss. 2. *desistunt* multæ ex vetustioribus excusis, pro quo jam Mediolanenses 1495. recte dederunt *desciscunt:* quod et idem servat Rom. 1472. Solent sæpe hæc verba commutari. Vide ad XXX. 3. § 5.

Capti et stupentes animi] Si vulgatum servandum, *animi* accipio casu secundo numeri singularis, ut *stupentes animi* dicatur, quemadmodum 'æger animi,' de quo vide ad XXX. 15. § 9. Interim *stupentes animis* Lov. 2. *stupentibus animi* Gaertn. Videndum itaque, an legendum sit *stupentibus animis*. Ita 'stupentes mentes' Horat. Epod. VII. 15. 'Tacent: et albus ora pallor inficit, Mentesque perculsæ stupent.' Neque displicet etiam unius modo memorati codicis lectio *Capti et stupentes animis*. Illa certe, quæ vulgo exstat, minus satisfacit, sive *animi* numero singulari casu secundo, sive plurali casu primo accipere velis.

Vocibus alienis id modo, quod domi præceptum erat, intercessioni suæ prætendebant] *Voc alienis* Leid. 1. *vocalienis* Klockian. *vocum alienis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *vocem alienis* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *votisque alienis* Lov. 2. *votis alienis* Lov. 5. Sed 'vocibus alienis prætendere' dictum est, ut 'verbis se-

Digitized by Google

natus quærere' III. 50. § 15. ubi vide. Tum *id domo*, transpositis perperam literis, Harl. 1. Vide ad XXXIX. 13. § 3. *id domi præceptum erat*, omissis mediis, Lov. 3. Deinde *intercessioni fuit prætendebant* Hav.

§ 9 *Velitris in exercitu plebis magnam partem abesse*] *Velitres* Lov. 5. a m. pr. et Gaertn. corruptius *Ulixis* Hav. Insuper *magnam partem esse* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. et editi, quos vidi, usque ad Aldum, qui *abesse* restituit, ut præferunt reliqui codd. 'Abesse in ex. Vel.' pro abesse ab Urbe Roma, ita ut sit in exercitu, qui est Velitris. Elegantior multo hæc lectio est, quam altera, ac sensum pleniorem efficit.

Comitia differri debere] *Comitia differri jubent* Hearnii Oxon. C. *comitia debere transferri* Leid. 2. *comitia debere differri* alio ordine Lov. 1. et 5.

Ut universa plebes de suis commodis suffragia ferret] *Universa plebs* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Port. Gaertn. Hav. et excusi principes. Aldus primus dedit *universa plebes*, ut habent reliqui scripti. Vide ad I. 20. § 6. Deinde alia omnia curans Hav. codicis scriba *de suis comediis suffragiis ferret* nobis dedit. *De suis incommodis* est in Gaertn.

§ 10 *Sextius Liciniusque cum parte collegarum et uno ex tribunis*] *Sextus Liciniusque cum parte* Flor. et Lov. 3. Vide hoc cap. ad § 7. *Sextius Licinius qui cum parte* Voss. 1. Lov. 1. et Harl. 1. Præterea *ut uno ex tribunis* Voss. 1. et Lov. 1. qui error in scriptis admodum frequens est. Vide ad XXI. 28. § 8.

Artifices jam tot annorum usu tractandi animos plebis] *Jam tunc ann. usu* Gaertn. Sed formulæ *jam tunc*, sive *jam tum*, de qua dixi ad I. 41. § 7. hic locus esse vix potest. Tot sive multorum annorum usu jam erant artifices tractandi animos plebis. *Jam tot annorum qui usu* Lov. 1. 2. et Leid. 2. Deinde *tractando animos plebis* Harl. 2. 'artifices' autem 'tractando animos' dictum esse censeri posset eodem modo, quo 'adjutor consiliis,' 'amicus populo Romano,' et similia, de quibus adi ad XXXIX. 47. § 11. At potius videtur, ut existimemus, eam lectionem ex librarii stupore ortam esse, qui jungenda crediderit *usu tractando:* errorem itaque promanasse ex illo fonte, de quo egi ad c. 3. hujus lib. § 8. *Tracti animos* Lov. 3.

Primores Patrum productos interrogando de singulis] *i mores Patrum* Gaertn. Præterea vox *interrogando* non exstat in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 11 *Auderentne postulare, ut, quum bina jugera agri plebi dividerentur*] *Auderent nec postul.* Leid. 1. et fragm. Hav. *Auderent nunc postulare* Lov. 2. *nc̄* per compendium forte scriptum fuerat, idque librario errandi ansam præbuit. Vide ad cap. seq. § 6. Tum *bona jugera agri* Hav. Quod omnino a dormitante librario profectum est. Bina enim jugera hoc tempore ordinaria fuit mensura, quæ cuique in coloniam deducto adsignari solebat. Supra IV. 47. 'Opportune senatus censuit frequens, coloniam Lavicos deducendam. Coloni ab urbe mille et quingenti missi bina jugera acceperunt.' VIII. 21. 'Eodem anno Anxur treceni in coloniam missi sunt. Bina jugera agri acceperunt.' Sicul. Flacc. de Condit. Agror. p. 15. 'Cum antiqui Romanorum agrum ex hostibus captum victori populo per bina jugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena jugera dederunt.' Juvenal. Satyr. XIV. 161. 'fractis ætate ac Punica passis Prœlia, vel Pyrrhum inmanem, gladiosque Molossos, Tandem pro multis vix jugera bina dabantur Vulneribus.' Huic mensuræ semissem jugeri aliquando additum fuisse, constat ex Livio VI. 16. 'Senatus Satricum coloniam duo millia civium Romanorum deduci jussit: bina jugera et semisses agri adsignati.' Postea Licinius tribunus

Digitized by Google

plebi viritim septena jugera divisisse dicitur apud Colum. de Re Rust. I. 3. ' Post reges exactos Liciniana illa septena jugera, quæ plebis tribunus viritim diviserat, majores quæstus antiquis retulere.' Referendum id videtur ad hujus temporis Licinium Stolonem, qui cum Sextio tribunus plebis existens legem promulgavit ' de modo agrorum, ne quis plus quingenta jugera agri possideret,' teste Livio c. 35. Eamdem etiam pertulit. Nam postea ' a M. Popilio Lænate sua lege decem millibus æris est damnatus, quod mille jugerum agri cum filio possideret, emancipandoque filium fraudem legi fecisset,' ut Livius refert VII. 16. Jam autem lege hac perlata ex eo, quod principes plus, quam quingenta jugera, possederant, plebi viritim septena jugera divisisse videtur. Non recte tamen illi, qui rei agrariæ leges varias collegerunt apud Gœsium in Rei Agrar. Auctor. p. 348. legis Liciniæ hoc caput constituerunt: ' Quotiescumque populus Romanus agrum per curatores dividi jubebit, jugera non minus septem assignantor.' Licinius enim septena quidem jugera plebi divisit, non tamen, ne minor numerus postea adsignaretur, lege sua constituisse videtur. Certe post legem ejus latam bina adhuc jugera adsignata fuisse constat ex loco Livii laudato VIII. 21. quin etiam quina ac sena jugera adhuc diutissime postea sæpius divisa memorantur apud Livium. Vide l. XXXIX. c. 44. et 55. et XL. 29. Huc etiam Turneb. ad Cic. Orat. Agrar. II. 8. retulit locum Varronis ex l. I. de Re Rust. c. 2. secundum quem ' C. Licinius tribunus plebis cum esset, post reges exactos annis CCCLXV. primus populum ad leges accipiundas in septem jugera forensia e comitio eduxit.' At verba *post reges exactos annis CCCLXV.* id alio pertinere ostendunt. Alio etiam referendum docuit Pighius in Annal. ad a. DCVIII. p. 464. Ceterum ' bina et ' bona' etiam alibi in Mss. confunduntur. Exemplum habuimus IV. 34. § 4. Præterea, transpositis vocibus, *jugera plebi agri* Gaertn. *plebei* est in Lov. I. *dividentur* in Harl. I. qui idem codex verbis seqq. *plus genta*, pro *plus quingenta*, præfert.

Vix ad tectum necessarium aut locum sepulturæ suus pateret ager] Tò *vix* loco suo motum infra ante vocem *pateret* inserunt Harl. I. Port. Gaertn. et Hav. Eamdem vocem plane ignorant Lov. I. 2. et 5. Tum *ad necessarium tectum* Gaertn. Deinde *locum sepulchro* Hearnii Oxon. C. Denique *pr. et ager* fragm. Hav. *pareret ager* Leid. 2. ' Patere' proprium in hac re verbum est. Liv. XXXVII. 31. ' Mille et ducentos passus ibi latitudo patet.' XXXVIII. 4. ' Muro quoque firmo septa erat, patente in circuitu paullo amplius tria millia passuum.' c. 59. ' Regionem dierum plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patentem.' Sueton. in Tib. c. 16. ' Toto Illyrico, quod inter Italiam regnumque Noricum et Thraciam et Macedoniam, interque Danubium flumen et sinum maris Hadriatici patet, perdomito.' Justin. II. 2. ' Multum in longitudinem et latitudinem patet.' XLII. 2. ' Armenia a Cappadocia usque mare Caspium undecies centum millia patet.' *Patere* autem et *Parere* interdum turbantur inter se in Mss. Vide ad Liv. IX. 18. § 7. De sepulcris in agro exstructis, præter Victor. Var. Lect. XIV. 21. vide Guther. de Jure Man. II. 33. et Kirchmann. de Funer. Rom. II. 22.

§ 12 *An placeret, fœnore circumventam plebem, ni potius quam sortem creditum solvat*] Hoc *ni* tollerem, et planior erit lectio. Neque vero me latet, quæ portenta quidam hic prodiderint, ut hunc explicarent locum. Mihi satius hoc videtur. *Glar.* Glareanus tollendam vocem putat illam *ni*, et immerito. Sensus enim est: pla-

Digitized by Google

ceretne plebem, ni prius usuram, quam sortem, solvat, vinculis astringi? ['Glareanus non simpliciter asserit hoc, sed sibi videri, abesse posse clariore sensu.'] *Sigon.* Faërnus legebat, *ni plus, quam sortem creditam, solvat, &c.* Ursin. Lego, *ni illud potius, quam sortem creditam, solvat.* Klock. Sublata particula *ni*, Glareanus clariore vestiri sensu orationem putavit: quem increpans Sigonius sententiam talem constituit: 'Placeretne plebem, ni prius usuram, quam sortem, solvat, vinculis adstringi?' Qui si vidisset Campani ed. excusatum habuisset Sigonius Glareanum, ante quem seculo fere prave admodum hunc in modum edidit Camp. *aut placeret fœnore circumventa plebem potius, quam sortem solvat, corpus in nervum ac supplicia dare.* Faërnus, referente Ursino, legebat *ni plus, quam sortem creditam, solvat.* Pall. 1. ac 3. *ni potius quam sorte creditum solvat.* Pal. 2. vero ad arbitrium quasi Loriti scriptus exhibet, *an placeret fœnore circumventam plebem potius unam sortem creditam solvat, corpus in nervum ac supplicia dare?* Gebh. Scribendum *ni totius sortem crediti solvat.* Nec enim propter usuras non solutas, quæ tunc admodum leves erant, (utpote uno in centenos nummos annuo pendendo taxatæ,) sed propter sortem ipsam, si ei solvendæ impares essent, in nervum et compedes adducebantur. *Salmas.* de Usur. c. 2. p. 33. Vexatus merito conjecturis locus. Glareanus τὸ *ni* tollit. Repugnat Sigonius, et explicat: 'placeretne plebem, ni prius usuram, quam sortem, solvat, vinculis adstringi?' Faërnus, *ni plus, quam sortem.* Salmasius, *ni totius sortem crediti solvat.* Duo Mss. Pall. et Voss. *ni potius quam sorte creditum.* Unus, *plebem potius, quam sortem creditam.* Quid si legamus, *An placeret fœnore circumventam plebem potius, quam sorte creditum solvat, corpus in nervum ac supplicia dare?* Creditum fœnus non solvitur sola sorte restituta: usuræ accedant, oportet. Id autem volebat lex, quam illi ferebant, ut fœneratores sorte contenti essent: si nempe de capite deducto eo, quod usuris pernumeratum esset, reliquum triennio æquis portionibus redderetur. Hæc scripseram pridem, quum monuit me H. Nesselrodius S. J. prorsus, ut conjeceram, in membranis quibusdam collegii scriptum reperiri. *J. F. Gron. Plebem vi potius, quam sortem creditum solvat* Voss. 1. a m. sec. et Lov. 1. *plebem vi potius, quam sorte creditum solvat* Voss. 2. *plebem potius, quam sorte creditum solvat* Harl. 2. et Hav. *plebem potius, quam sortem creditum solvat* Goertn. *plebem potius, quam sortem creditam solvat* Port. *plebem, ni potius quam sortem debitam solvat* Hearnii Oxon. L. 1. *plebem, ni potius quam sorte creditum solvat* Lov. 3. *plebem, ni potius quam sortem creditam solvat* Lov. 2. 4. fragm. Hav. Oxon. L. 2. et C. apud Hearnium, omnesque excusi usque ad Froben. qui a. 1531. dedit *ni potius, quam sortem, creditum solvat:* quod recentiores servarunt, et in reliquis superest codd. Id si recipitur, 'sors' erit pecunia fœnori data; 'creditum' ejus usuræ. Verum, cur usuræ potius, quam ipsa sors, *creditum* vocentur, rationem datam oportuisset, quam nullam video. Faërno apud Ursinum consentit Latinius. Quemadmodum in Mss. exaratus hic locus foret, ex Gronovio quærentem Salmas. quo tempore librum de Usura ederet, vide ejus Epist. XCIV. qui nihil aliud quam codd. Pall. lectiones subgessit, ut constat ex Epist. edita a Burm. in Syllog. Epist. tom. II. p. 545. Quod Nesselrodius Gronovium docuit, in membranis quibusdam Collegii S. J. scriptum reperiri, id a Mureto adnotatum, ex adnotatione autem Mureti Gronovium monuisse Nesselrodium, Doujatius tradit, in

Digitized by Google

quo secutus est notas Gronovii, quemadmodum verbis Livianis in ed. 1665. conceptæ subjiciuntur: sed respexisse debuerat addenda, fini voluminis subjecta, ubi verba ita corrigenda monet, ut ea postea a Jac. Gronovio edita sunt, et hic exhibentur. Verum, ne emendationem hanc viderit, illud Doujatio fraudi fuit, quod Gronovius eam per errorem retulerit inter ea, quæ lib. VII. loco lib. VI. emendanda erant. Ipse deniqne Doujatius, caussatus emendationem Gronovii a sententia Livii quidem non abhorrere; quæ tamen ab eo adduntur rem inplicare magis quam explicare, duplicem deinde ipse proposuit emendationem; vel legendum esse *plebem, ni id potius, quam sortem creditam, solvat*; vel *plebem, ni id potius, quam sortem crediti, solvat*; quomodo fere huic loco succurrendum Klockius censuit. Verum, quidquid dicit, verior videtur Gronovii conjectura, præsertim quum eam cod. testimonio confirmatam invenerit, cui ex nostris nunc duo consentiunt. Rogant Sextius Liciniusque, utrum mallent patricii, plebeios fœnore mersos eo adigi, ut corpus creditoribus in nervum et supplicium darent, quam concedere, ut creditum solverent restituendo sortem? Vocula *ni* perperam repetita est ex vocis præced. litera finali *m*, quæ iisdem ductibus constat, eodem modo, quo ex eadem litera repetitur præpositio *in*. Vide ad XXXVII. 11. § 4.

Corpus in nervum ac supplicia dare] *Ad supplicia* Harl. 2. reliquis invitis. Sæpe *ad* et *ac* confunduntur in Mss. Vide ad XXI. 32. § 2.

Gregatim quotidie de foro addictos duci, et repleri vinctis nobiles domos] Vet. lib. *nobilium domos*. Sigon. *De foro additos* Gaertn. et Harl. 2. Vide hoc lib. ad c. 15. § 9. *de foro abdictos* Harl. 2. *de foro adictos* Lov. 4. *de foro abductos* Port. in contextu, pro quo recte in margine *addictos* emendatur. *De foro adductos* Lov. 5. Vide ad III. 56. § 8. Deinde *repleri vinclis* fragm. Hav. a m. pr. Tandem *nobilium domos* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. utramque lectionem *nobiles ac nobilium domos* jungit Gaertn. quod illi codici sollemne esse, vidimus ad IV. 55. § 5. Optimis codd. vulgatum tuentibus, caussam non video, cur eam lectionem repudiarem: præsertim quum 'domus nobilis' dici possit, ut 'domus trabeata' apud Claudian. in Paneg. Mall. Theod. vs. 337. 'Decurrat trabeata domus, tradatque secures Mutua posteritas.'

CAP. XXXVII. § 1 *Hæc indigna, &c. quum apud timentes sibimet ipsos, &c. increpuissent*] *In hæc indigna* Harl. 1. Deinde *apud tumentes* Gaertn. eodem errore, quo 'timor' et 'tumor,' ac 'timidus' et 'tumidus,' sæpe in Mss. commutari, vidimus ad II. 52. § 1. Præterea *timentes sibimet ipsis* Harl. 1. et edd. quas vidi, ante Frobenianam 1535. quæ prima dedit *sibimet ipsos*, quomodo est in reliquis scriptis. Vide ad II. 19. § 5. Tandem *increpuisset* fragm. Hav. errore librarii. Refertur enim ad Sextium Liciniumque cum parte collegarum unoque ex tribunis militum Fabio, de quibus cap. præc. dixerat 'fatigabant,' mox autem hoc cap. 'adfirmabant;' et inferius similia eadem forma.

§ 2 *Atqui nec agros occupandi modum, nec fœnore trucidandi plebem alium Patribus umquam fore*] *Atque nec agros* scribendum conjicit vir doctus ad marginem ed. Curionis. *atq*; *ut nec agros* habent Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. et Harl. 1. quæ lectio indicare videtur, librarios duplicem scripturam in codd. suis invenisse *atque* et *atqui*; et utramque hac ratione exprimere voluisse. Vide ad III. 44. § 4. *Atque* autem et *atqui* alibi etiam in codd. vetustis commutari, supra dictum est ad eumdem III. 52. § 8. Hic vero vulgatum *atqui* sensus requirit. Tum *ne fœnore*

Digitized by Google

Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Hinc *Patribus alium umquam fore*, vocibus alio ordine propositis, Harl. 2. Port. et Hav. *Patribus auxilium umquam fore* Lov. 4. et 5. *auxilium Patribus umquam fore* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Klockian. *aliud Patribus umquam fore* Flor. a m. pr. Insuper in verbis seqq. *adfirmant*, pro *adfirmabant*, Voss. 2. et Lov. 3.

Custodem suæ libertatis plebs fecisset] *Plebi fecisset* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. Harl. 1. Flor. *plebes fecisset* Gaertn. Port. et fragm. Hav. quod tamquam genuinum recepi. Vide ad I. 20. § 6. Pro eo scriptum olim fuerat *plebis*, ut etiam alibi scribi solet a librariis. Vide ad II. 24. § 2. et ad V. 12. § 11. Ejus autem vocis ultimam literam *s* elisit prima vocis seq. ob ductuum similitudinem, ut alibi sæpe factum. Vide ad IV. 33. § 11. inde ergo natum, quod in optimis codd. superest *plebi*.

§ 3 *Contemni jam tribunos plebei*] Ita solus edidit Clericus; *tribunos plebi* solus Jac. Gronovius. Neque ullus meorum codd. consentit alterutri. *Tribunos plebis*, ut antea edebatur, obferunt Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 2. 3. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. et fragm. Hav. Alii ambigue *tribunos pl.* vel *pleb.* Priorem itaque lectionem revocavi.

Quæ potestas jam suam ipsa vim frangat] *Suam vim*, omissa media voce, Gaertn. *suam ipsam vim* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. ambo, Port. Hav. et fragm. Hav. Et ita in contextu Aldus edidit, qui in erratis recte priorum edd. lectionem revocavit. Error, qui inest in scriptis plerisque, promanavit ex illo fonte, de quo dixi hoc lib. ad c. 3. § 8.

§ 4 *Nisi imperio communicato, numquam plebem in parte pari reipublicæ fore*] *Imperio communicando* Gaertn. Facillime *communicato* et *communicãdo* commutari potuerunt. Vide ad II. 48. § 4. IV. 27. § 5. VIII. 17. § 2. et XXIII. 31. § 8. Passim enim literæ *d* et *t* in Mss. confunduntur. Vide ad VII. 16. § 3. Hic reliquos codd. sequor, qui præferunt editam lectionem. Deinde *in parte plebem pari reipublicæ fore* Voss. 2. et editi ante Aldum. *plebem in parte reipublicæ pari fore* Leid. 2. et Lov. 1. Sed verbum *fore* deficit in Leid. 1. Paullo ante *auxilium tantum sit* Gaertn. pro *aux. t. sit*, obvio errore. Vide ad V. 3. § 8.

Quod quisquam satis putet, si plebeiorum ratio comitiis consularibus habeatur] *Quod satis quisquam putet* Gaertn. alio ordine verborum. Insuper *si plebeiorum ratio coram ipsis com. cons. hab.* duabus vocibus insertis, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. At voces illas reliqui codd. et cum illis optimi, constanter respuunt. Tum *si plebeiorum ratio* Hav. *si plebeiorum mcio* Gaertn.

Nisi alterum consulem utique ex plebe fieri necesse sit, neminem fore] Illud *neminem fore* quid sibi velit, quidve ad sensum faciat, fateor plane me nescire, nisi in τῷ *nisi* incipiamus novam sententiam. *Glar.* Si priores edd. diligentius Glareanus consuluisset, earum quasdam hæc verba majori interpunctione a præcedentibus distinxisse vidisset.

§ 5 *An jam memoria exisse*] Hic locus, quem alii aliter interpungunt, sic mihi videtur legendus, atque interpungendus: *An jam mem. exisse, cum trib. mil. idc. potius, quam cons. creari placuisset, ut et pleb. pat. sum. honos, quatuor et quad. an. nem. ex pl. trib. mil. creat. esse? Quis crederet duobusne in locis sua vol. imp. plebi honorem, qui oct. loca trib. mil. cr. occ. sol. sint?* Sigon. *Ante jam memoria exisse* Voss. 2. Lov. 2. 3. ac Gaertn. *Añ jam memoria exisse* Lov. 4. *Jam ante memoria exisse* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *An jam memoriam exisse* Leid. 1. et Harl. 1. Quæ lectio tanto ma-

Digitized by Google

gis placebat Abresch. in Animad. ad Æschyl. p. 613. præ edita, quanto magis superare putat captum librariorum. Sed *memoria* hic est casus sextus: quod forte non cogitans vir doctus, qui casu primo accipiebat, in margine ed. Curion. *An jam memoria exisset* scribendum conjecit. At similiter 'exire vita' Valer. Max. IX. 12. ext. 1. *Exiisse* præfert Leid. 2. a m. pr. Vide ad I. 1. § 7. et ad XXXVI. 20. § 3. Similiter 'exit' et 'exiit' confunduntur IX. 34. § 22. Mox *tum tribunos*, pro *cum tr.*, Voss. 1. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Cur tribunos militum* Lov. 2. Hinc *idcirca*, pro *idcirco*, Gaertn. et *creant*, pro *creari*, Leid. 1. Denique *potius creari plac., quam cons.*, alio ordine, Lov. 4.

Ut et plebeiis pateret summus honos] *Ut ex plebeiis* Voss. 1. et Lov. 1. qui error in scriptis frequens est. Vide ad XXVI. 45. § 1. *Ut plebeiis pateret* Lov. 2. 5. Port. Hav. et fragm. Hav. *ut plebes* Leid. 1. *ut et plebaes* Harl. 1. *ut et pleius* Lov. 3. *ne plebs peteret summos honores* Lov. 4.

IIII. ac XL. annis neminem ex plebe tribunum militum creatum esse] Hic annus est CCCLXXXV. ab urbe condita. At ille, quo primi tribuni militum consulari potestate creati sunt, fuit CCCXI. Hos si ab illis subtraxeris, relinquentur anni LXXIV. Tot enim annis licuit tribunos militum consulari potestate creare, ac ex plebeiis etiam. Sed quadragies quater, inquit, hoc neglectum est; imo vero sæpius: nec enim rotundum hunc exhibuit numerum. *Glar.* Reprehendit hunc numerum Glareanus, ut alios multos, quod a primis tribunis militum usque ad hunc annum multo plures numerentur anni, quam XLIV. itemque, quod sæpius quam quater et quadragies fieri ex plebe tribuni militum potuerint. Verum injusta accusatio est. Mens enim auctoris est hæc: Quater et quadragies tribunos militum ex patriciis solis factos esse, nullo admisso plebeio. Hinc error natus est Sex. Rufi, qui scribit in Breviar. c. 2. Romam sub tribunis militum consulari potestate fuisse annos XLIII. Quamquam, re diligenter inspecta, ne patricios quidem solos in hoc magistratu fuisse reperire possum, nisi annos duos et quadraginta. *Sigon. XLIIII. annis* Lov. 1. 5. Voss. 1. et Leid. 2. *quatuor ac quadraginta annos* Port. a m. pr. et Hav.

§ 6 *Qui crederent, duobusne in locis sua voluntate impertituros plebi honorem*] Sic lego: *Quid? crederentne duobus in locis.* T. Faber. Sigonius, *Quis crederet.* Sed non tollit difficultatem. Potius deleret τὸ *ne.* Hoc si inducat, integra sententia est: qua credulitate persuadere sibi possent, ex duobus locis unum gratificaturos plebeio, qui octona loca tam avide occuparint? Ego tamen huc magis inclino, ut gravius ulcus hic sedere putem, et τὸ *ne* quidem genuinum, τὰ *qui crederent* insiticia esse. Quid enim rotundius hac oratione, ut integram proponamus: *An jam mem. exisse, quum trib. mil. idc. potius, quam cons. cr. placuisset, ut et pleb. pat. sum. honos, quatuor et quadr. an. nem. ex pl. trib. mil. creatum esse? duobusne in l. sua vol. imp. plebi honorem, qui oct. loca trib. mil. cr. occ. sol. sint?* Confirmat me, quod simile additamentum maculavit veteres libros IV. 35. 'An portento simile miraculoque sit, fortem et strenuum virum aliquem existere ortum de plebe?' Nam hic excerpta duum Pall. *miraculoque, si fortem, &c. de plebe crederetur.* Pal. 3. *miraculoque sit, fortem, &c. credatur.* Edd. primæ *si crederent.* Quæ a corruptoribus esse nemini potest esse ambiguum. Adde quæ Observ. II. 14. notavimus. *J. F. Gron.* Sigonio, supra ad § 5. *Quis crederet* emendanti, consentiunt Lov. 4. 5. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. Reliqui

Digitized by Google

omnes Qui *crederent* pertinaciter defendunt; quare Gronovio vocabula hæc ejicienti fidem habere non audeo. Voci *crederet* etiam controversiam idem vir magnus movit IX. 16. § 4. Doujatius eumdem intellectum fore, quem Gronovius volebat, existimat, si, sola interpunctione mutata, legamus *Quid crederent? duobusne in locis.* Verum ita sensus impeditissimus redditur, vel potius plane evertitur. Clericus ita legendum et distinguendum judicat: *tribunum militum creatum? Essene, qui crederent, duobus in locis:* eamque minimam mutationem pronunciat. At longe minore mutatione Jac. Gronovius, quum Livium in scholis domesticis exponeret, legendum docuit, *Quis crederet, duobus nunc in locis.* Et ita est in margine edd. Ascensii 1513. et 1516. quæ in ipso contextu, utraque lectione simul juncta, præferunt *duobus nuncne in locis.* Indocti librarii ex *nunc* sive *nc*, ut scribi solebat, fecerunt *ne*, quomodo et alibi peccare soliti fuerunt. Certe v. 10. § 8. ubi recte editur, 'Quæ nunc etiam vectigalis ad ultimum facta sit,' quidam codd. *quæ ne*, alii *quin ne* præferunt. Vide etiam ad III. 54. § 15. c. 60. § 11. IV. 26. § 14. hoc lib. c. præc. § 11. VIII. 33. § 18. et alibi. Et ita ei quod 'nunc' facturi essent, obponitur quod facere 'soliti' sunt, sive quod olim sæpius fecerant. Ceterum *impituros plebi honorem* Flor. a m. pr. sed supra scripta est litera *t*, ut sit *imptituros*, sive *impertituros*. At *impartituros plebi honorem* Lov. 3. *impartituros plebi honores* Gaertn. De orthographia hujus verbi, utrum *inpartio*, an *inpertio*, dicendum sit, vide ad XXXVIII. 36. § 8. *Honores* autem dedisse librarius videtur, ut conveniret præcedenti *inpertituros*. Vide hoc lib. ad c. 3. § 8. Præfero hic *honorem*, quod servant reliqui codd. Videntur enim Sextius Liciniusque et alii majoris invidiæ caussa potius numero singulari, quam plurali, usi esse. Præterea de uno consulatu sermo est.

Qui octona loca tribunis militum creandis occupare soliti sint] Vide Periz. Anim. Hist. c. 2. p. 45. Quot annos Sextius et Licinius in tribunatu fuerint, disputat ibidem c. 10. p. 459. et seqq. *Duk. Optima loco* Lov. 3. *octima loca* Voss. 2. *octava loca* Gaertn. et Hav. *octena loca* Leid. 2. *centena loca* fragm. Hav. Doujatius, adfirmans amplioris numeri, quam sex tribunorum consularium, nulla alibi vestigia esse, ita emendandum judicavit, ut *sena loca* scribatur. Non ausuros enim fuisse tribunos plebis coram universo populo adfirmare, illud sollemne esse, quod vix semel, ac ne semel quidem, contigisse apud omnes constaret. Verum mihi nihil mutandum esse videtur. Octo enim tribunos militum consulari potestate creatos semel memorat Livius v. 1. Viri docti quidem ad eum locum probarunt, Livium errasse, et duos censores, qui eo anno creati erant, inter tribunos consulari potestate numerasse: verum non tam hoc loco quærendum esse existimo, utrum umquam re vera octo tribuni uno anno creati fuerint, quam quidem, an Livius illud crediderit. Id autem quum verum esse ex illis, quæ ad eum locum notavi, pateat; nunc etiam, eamdem sententiam secutus, Sextium Licinimque adfirmantes inducere potest, patricios *octona loca tribunis militum creandis occupare*. Neque obstat, quod *soliti sint* de eo, quod semel tantum accidit, dici nequeat. Cogitandum enim est, hæc a patronis plebis animo accusatorio dici, adeoque mirum videri non debere, si omnia augeantur. Denique *soliti st'*, id est *sunt*, Gaertn. *soliti sunt* Lov. 4. et 5. cum edd. Rom. 1472. ac Parm.

Tribunatum septum tam diu habuerint] *Habuerunt* Lov. 4. et Gaertn. qui similiter *soliti sunt* exhibuerant.

Digitized by Google

Abluerint Voss. 1. signo tamen addito, quo indicatur, literam *l* expungendam esse, ut sit *abuerint* omissa adspiratione, pro *habuerint*. Vide ad XXII. 59. § 19.

§ 7 *Quod comitiis per gratiam nequeat*] *Nequeant* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. ut subintelligatur 'obtinere.' Sed optimi stant pro vulgata lectione, in qua ex præcedenti *obtinendum* revocandum est *obtineri*.

Et seponendum extra certamen alterum consulatum] Pal. 2. *aliorum consulatum*. Forte legendum *alium consulatum*. 'Alius' pro alter. Gellius v. 11. 'Sed minime hoc esse videtur ἀντιστρέφον, quoniam ex altero latere conversus frigidius est infirmiusque.' Latinum hoc maxime. Captivor. Plauti Argum. 'Captus est in pugna Hegionis filius, Alium quadrimum fugiens servus vendidit.' *Gebh. Aliorum consulatum* etiam meorum infimæ notæ Lov. 2. Port. et Hav. exhibent. Sed utramque lectionem servare volens librarius cod. Gaertn. quum prius scripsisset *vel alterum eorum consulatum*, postea emendavit *vel alterum aliorum consulatum*. Interdum 'alius' pro 'alter' poni, monuerunt viri docti ad laud. Argumenti Plautinæ comœdiæ locum, et Casaub. ad Capitol. Anton. Pium c. 12. Hic tamen vulgatum præferendum puto, quod uno consensu cum optimis reliqui omnes codd. tuentur. 'Alter' et 'alius' in Mss. confundi, videbimus ad Epit. Livii lib. L. Præterea *ad se ponendum extra certamen* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. et Port. Mox in verbis seqq. *fit aditus*, pro *sit ad*. Gaertn. Vide hoc cap. ad § 4. *Ad quem plebi sit additus* Lov. 5.

Præmium semper potentioris futurus sit] *Figuris sit* Klockian. *futurum sit* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et, ut Hearne docuit, Oxon. N. et C. Neque aliter priscæ edd. usque ad Moguntinos, qui recte reposuerunt *futurus sit*, ut habent ceteri codd. In Flor. tamen ultima litera *τοῦ futurus* erasa, ejusque loco litera *m* suprascripta est.

§ 8 *Quod antea jactare soliti sint*] *Jactari* Lov. 2. 5. et fragm. Hav. a m. pr. *antea actare* Lov. 3. Tum *soliti sunt* Voss. 1. a m. pr. Leid. 2. et Lov. 1. 4. ac 5. Verum obliqua oratio et hic et § 6. *sint* atque *habuerint* potius requirit: quamvis id tamen non ubique observetur. Vide Duker. ad III. 71. § 6.

Non esse in plebeiis idoneos viros ad curules magistratus] *Non esse plebeios idoneos viros* Leid. 2. *non esse in plebeios idoneos viros* Lov. 1. a m. pr.

Numquid enim secordius aut segnius rempublicam administrari post P. Licinii Calvi tribunatum] *Numqui enim* Flor. Harl. 1. et apud Hearnium excerpta Pith. Alibi *qui* et *quid* commutari solent. Vide ad III. 50. § 16. Sed *numquid* probum est. Vide ad VII. 25. § 1. Vox *enim* exsulat a Lov. 1. Tum *secordius* Leid. 2. Lov. 3. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et quædam ex vetustioribus excusis. Et ita nonnulli codd. VII. 35. § 5. IX. 34. § 13. et alibi. Eam scripturam probat Dausquei. in Orthogr. parte sec. in voce 'Secordia,' altera magis placere videtur Vossio in Etym. Ling. Lat. voce 'Cor.' Sequentia verba variis modis in Mss. depravata exstant. *Remp. administrare potest Publicini Calvi tribunatu* habet Leid. 1. ubi librarii errore *potest*, pro *post*, datum esse patet; deinde *Publicini*, pro *Pub. Licini*, vel *P. Licinii*; et tandem *tribunatu*, pro *tribunatū*, aut *tribunatum*. Similiter *remp. administrare potest P. Licinii trib.* est in Voss. 2. et Lov. 3. Alii magis divertunt. Nam *remp. administrare potens post P. Licinii*, vel *Licini, Calvi trib.* Harl. ambo exhibent: *remp. administrare potest post P. Licinii Calvi trib.* Voss. 1. Port. Klockian. Lov. 1. 5. Gaertn. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. et N. atque Excerpta Pith. *remp. administrari*

Digitized by Google

potest post P. Licinii Calvi trib. Lov. 4. et Oxon. L. 1. 2. et C. *remp. administrari potuit post P. Licinii Calvi trib.* Neapol. Latinii: *respublica administrari potest P. Licinii Calvi tribunatu* Lov. 2. *respublica administrare potest post P. Lucinii Calvi trib.* Hav. *respublica administrari potest post P. Licinii Calvi trib.* Leid. 2. et priscæ edd. pro quo Ascensius dedit *respublica administrata post P. Licinii Calvi trib.* Ascensium autem, præter Aldum priorum edd. lectioni adhærentem, secuti sunt recentiores omnes usque ad Frobenium, qui 1535. vulgari curavit, ut nunc editur. Quæ lectio etiam vera est, et auctoritate optimi Flor. probari videtur: certe ex eo in excerptis meis nullam varietatem scripturæ notari video. Illud *potest post*, quod in plerisque codd. erat, vel ortum est ex conjunctione duarum lectionum *potest*, quod Leid. 1. et Voss. 2. habere vidimus, et *post*; vel profluxit ex eo, quod locutio, per verbum infinitum prolata, librariis displicuerit; ad quod idem saxum eos sæpe obfendisse, vidimus ad I. 50. § 5.

Quam per eos annos gesta sit, quibus præter patricios nemo tribunus militum fuerit? quin contra patricios aliquot damnatos] *Quam per eos ante nos gesta sint. Quin cor patr. aliquot*, reliquis omissis, Voss. 2. cui errori caussa fuit vocis *patricios* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11. *quam per eos ante nos gesta sint* etiam Lov. 3. *præter patricius* Gaertn. ut *præter* hic accipiatur pro 'præterquam.' Vide ad v. 52. § 13. Quum tamen alii codd. stent pro vulgata lectione, et hujus Msti librario admodum frequens fuerit, ut syllabas finales *us* et *os* confundat, hic etiam illam scripturam ejus errori adscribendam puto. Tum *tribunus militum fuerat* Lov. 4. et fragm. Hav. *tribunus militum fuit* Harl. 2. et Port. quomodo datum esse adparet, quod scribæ non adtenderint, per compendium scriptum fuisse *fu'it*. Vide ad XL. 14. § 10. Deinde *quin cor* Lov. 3. *qui contra* Leid. 1. et Gaertn. Tandem *patricios aliquos* Leid. 2. et Lov. 5. Alibi ita variant libri scripti. Exempla habuimus IV. 15. § 4. et c. 44. § 2. Est ita VII. 2. § 8. aliisque locis. *Patricio aliquod* Klockian. Vide ad VI. 24. § 2.

§ 9 *Paucis ante annis ex plebe cæptos creari*] Tolle notam interrogationis. *Sigon.* Notæ interrogationis locum non esse, nullus non videt. Sed scire velim, in qua demum ed. eam Sigonius invenerit. Certe mihi in nulla obvia fuit. Insuper *paucis annis ante* habent Lov. 2. et Gaertn. Quorum scribis cur ordo ac series, quæ vulgo exstat, displicuerit, non video. In Livio certe sæpe eadem compositio verborum obcurrit. Ita 'paucis post diebus' XLII. 37. et XLIV. 1. 'tertio post die' XXXVII. 38. 'diebus post paucis' XXXVII. 12. Quamvis autem *ante* hic loco adverbii ponatur, huc tamen facit, solitum fuisse Livium præpositionem mediam conlocare inter adjectivum ac substantivum. Vide ad II. 19. § 8. Tum τὰ *ex plebe* desunt in Lov. 3. Deinde *captos* Leid. 2. cujus codicis scriba etiam alibi ita errare solitus est. Vide hoc lib. ad c. 27. § 4. In verbis seqq. *Patres pœnituisse* Lov. 2. *populum pœnituisse* Lov. 4.

§ 10 *Eam esse arcem libertatis, id columen*] *Ideo lumen* Leid. 1. male distinctis vocibus, quæ olim perpetua serie scriptæ erant, et confusis literis *c* et *e*, quod ob ductuum adfinitatem sæpe fit. Vide ad XXXIX. 35. § 8. *id cc lumen* Lov. 2. *id culmen* fragm. Hav. Vulgatum verius est. Voce *columen* usus est Livius XXXVIII. 51. 'Unum hominem caput columenque imperii Romani esse.' Eandem illustrant quæ Rhenanus notavit ad Livii I. 39. § 3.

Si eo perventum sit, tum populum Romanum, &c. stabilem libertatem suam existimaturum] Vocula *si* male omit-

Digitized by Google

titur in Gaertn. Præterea *cum pop. Rom.* est in Flor. Leid. 2. et Harl. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Tum *extimaturum* Lov. 4. Hav. et fragm. Hav. *extimaturam* Lovel. 5. *estimaturum* Leid. 2. et Port. Sæpe 'æstimare' et 'existimare' in Mss. confundi solent. Vide ad XXXIV. 2. § 5. *tum pp*i. *R. &c. stab. lib. suam extimaturi* Lovel. 2.

§ 11 *Imperium atque honorem, gloriam belli, genus, nobilitatem*] *Imperia atque hon.* Harl. 2. Port. et Hav. Tum *gratiam belli* Leid. 1. Sed vulgatum verius est. Voces 'gloria' et 'gratia' sæpe in Mss. commutari solent. Vide ad Livii IX. 18. § 19. Ideo autem *genus* hic memoratur, quia plebeii gente carere censebantur, ut ad hunc locum in margine Livii notabat Jac. Perizonius. Ita X. 8. 'Semper ista audita sunt eadem, penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere, vos solos justum imperium et auspicium domi militiæque:' *genus* autem et *gens* in hac re ejusdem esse significationis ac synonyma, docuit Sigonius ad Livii IV. 1. § 2. Idem tamen Perizon. etiam *generis nobilitatem* legi posse existimabat. Paullo ante *patricios excellant*, pro *patricii exc.* Lov. 5.

Magna ipsis fruenda, majora liberis relinquenda] *Magnam ipsius struendam, majorem liberis relinquendam* Leid. 2. quasi ad solum proximum *nobilitatem* respiceretur, quum ad omnia simul hæc referri debeant. *Magnam ipsis struendam* Lov. 1. a m. pr. in quo manus altera reposuit *magnam ipsis fruendam*, quod habet etiam Voss. 1. ultimæ tamen literæ *τοῦ magnam* signum subjicitur, quo indicatur, eam expungendam esse.

§ 12 *Pro duumviris sacris faciundis decemviri creentur; ita ut pars*] *Sacris faciendis* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad XXVI. 36. § 11. Deinde *decem creentur* Lov. 3. *decemviri creantur* Lov. 2. Tum vox *ita* deficit in Lov. 5. Harl. 2. et Port.

Omniumque earum rogationum comitia in adventum ejus exercitus differunt] *Omnium earum* Lov. 5. *omniumque rog. earum com.* Gaertn. Deinde *differant* Port. et Hav. *differuntur* Lov. 2. Vide ad XXXIX. 22. § 8. Mox etiam *Velitres*, pro *Velitras*, Voss. 2. et Lov. 3. Ita peccabatur etiam cap. præc. §. 5.

CAP. XXXVIII. § 1 *Prius circumactus est annus, quam a Velitris*] *Primo circ. est annus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. et Port. *Primi circ. est annus* Lov. 3. *Prius circ. est armis* Gaertn. errore librarii. Sæpe autem hæ voces in scriptis commutari solent. Vide quæ olim notavi ad Silii Ital. II. 94. Adde ad IV. 35. § 10. et X. 11. § 11. Deinde *quam Velitris* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Forte scriptum fuerat *quã a Velitris;* ita vero præpositio facile elidi potuit ab ultima litera vocis proximæ. Vide ad V. 52. § 10. Mox *ita de legibus suspensa res* alio ordine Lov. 4.

Plebis tribunos eosdem, duos utique, qui legum latores erant, plebes reficiebat] *Plebes tribunos eosdem, &c. plebes ref.* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. *plebs tribunos eosdem, &c. reficiebant* Lov. 5. et Hav. *plebs tribunos eosdem, &c. ref.* Lov. 4. et Harl. 2. *plebis tribunos eosdem, &c. ref.* Lov. 2. et Port. in sex his codd. voce *plebes* omissa. *Tribunos eosdem, &c. plebs ref.* Lov. 1. *tribunos eosdem, &c. plebes ref.* Voss. 1. Leid. 2. et Hearnii Oxon. N. et C. omisso priori loco *τῷ plebis:* quæ vox etiam necessaria non esse videri posset, quoniam non alios tribunos, quam plebis, intelligi ex eo satis patet, quod *plebes reficiebat* addatur. Et ita sæpe simpliciter 'tribuni' pro tribunis plebis memorantur, ubi eos innui sensus ostendit. Vide ad II. 56. § 1. Vulgatum hic soli servant Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. cum omnibus excusis, (exceptis Rom. 1472. et

Digitized by Google

Parm. *plebis*, pro *plebes*, exhibentibus) quod etiam verum esse puto non tantum ob auctoritatem horum codd. sed et optimorum, qui leviter depravati *plebes tribunos*, ut vidimus, præferunt, pro *plebis trib.* Accedit etiam, quod voces *plebis trib. eos. duos utique, qui leg. lat. erant* desint in Gaerta. cujus erroris non alia caussa esse censeri potest, quam quod post *tr plebis*, paucis vocibus interjectis subjiciatur *plebes:* unde sollemni socordia prius illud cum omnibus mediis scriba transiluit. Vide ad IX. 11. § 11. In hunc autem errorem librarius non incidisset, nisi is quoque *plebis tribunos*, vel *plebes tribunos* in cod. suo reperisset. Neque conlocatio verborum *plebis tribunos*, pro *tribunos plebis*, obstare debet, quo minus hanc lectionem genuinam existimemus. Vide quid de ea re notavi ad IV. 59. § 11. Præterea *quia legum latores erant* Flor. Leid. 1. Voss. 2. Lov. 3. 4. Harl. 1. fragm. Hav. et, quas vidi, edd. ante Frobenium, qui 1531. *qui legum latores erant* primus substituit. Utrum sequamur, parum interest, et res eodem redibit. Nam et reficiebantur duo, qui legum latores erant, et quidem ideo reficiebantur, quia erant. Sæpe autem hæ voculæ in Mss. commutari solent. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Hic igitur ob fidem codicum integerrimorum *quia* revocavi. Alio ordine *legum qui latores erant* est in Harl. Port. et Hav.

§ 2 *Tribuni militum creati T. Quinctius, Ser. Cornelius, Ser. Sulpicius*] In nominibus horum tribunorum Livium inter et Fastos Capitolinos satis convenit, nisi quod in his addantur omnibus sua cognomina, et insuper Cornelio septimi, Sulpicio quarti tribunatus consularis notæ; unde confirmari potest mos Livii, (de quo egi ad II. 16. § 7.) eum sæpe in prioribus libris, etiam post tribunos militum constitutos, iterati honoris notam omittere solitum fuisse. Præterea primus tribunorum in codd. meis plerisque recte vocatur *T. Quintius*, in paucissimis *T. Quintus*, vel *T. Q.* Neque a priori illa scriptura discedunt edd. nisi quod in una Frobeniana 1531. dicatur *L. Quintius*, quomodo se in uno Oxon. C. reperisse testatur Hearne, et apud me in solo Lov. 2. superest. Eam lectionem secuti sunt Sigonius in Fastis ad a. CCCLXXXIV. et Pighius in Ann. ad eumdem an. p. 257. neque caussam ullam reddiderunt, cur hanc, quam illam, scripturam maluerint. Fasti Capit. hic nihil juvant, utpote qui tantum trium posteriorum tribunorum nomina integra servarunt, priorum sola cognomina exhibuerunt. Prætexere autem nequeunt Sigonius et Pighius, T. Quinctium Capitolinum (id enim, non 'Cincinnatus,' hujus anni tribuno cognomen fuisse, docent Fasti Capit. at male *T. Quintius Cincinnatus* vocatur in Lov. 4.) eam dignitatem jam olim gessisse, ut Livius narrat hoc lib. c. 11. eum itaque indicari non posse, quia ita secundum tribunus fuisset, quum tamen repetiti magistratus signum in fragmentis Fast. Capit. non conspiciatur. Id, inquam, prætexere nequeunt, nam idem obstabit, si statuamus, hujus anni tribunum *Lucii* prænomen habuisse. Eodem enim anno, quo T. Quinctius Capitolinus, etiam L. Quinctius Capitolinus illo honore functus memoratur cap. 11. Verius itaque est, ut, codd. et edd. fere omnium fidem secuti, ei Tito prænomen fuisse credamus, (quod Sigonius ipsi etiam in contextu Liviano reliquit,) et, ex auctoritate Fast. Capit. diversum esse ab eo, qui antea hunc magistratum gessit; in quo posteriori Glareanus erravit, qui in Chronol. Liviana ejus nomini notam iterum gestæ dignitatis adposuit. Verum Chronologiam edidit, priusquam marmorum Capitolinorum fragmenta effossa et inventa essent.

Digitized by Google

Sp. Servilius, L. Papirius, L. Veturius] Servilii prænomen male omittunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Ejus et prænomen et nomen deest in Lov. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Deinde *L. Vecturius* Port. et Hav. *L. Vetirius* Lov. 4. *L. Venturius* Lov. 5. et fragm. Hav. Vide ad III. 8. § 2.

§ 3 *Et, quum tribus vocarentur, ne intercessio collegarum latoribus obstaret*] In hoc loco hæreo. 'Tribus vocari' dicuntur, quum suo quæque ordine in comitiis ad suffragium ferendum citantur. III. 71. 'Quum tribus vocari, et populum inire suffragium oporteret.' Ibid. c. 72. 'Vocatæ tribus judicaverunt, agrum publicum populi Romani esse.' Sic X. 24. XXV. 3. XL. 42. XLV. 36. et hic paullo post, 'Concilioque plebis indicto tribus ad suffragium vocant.' Si nihil impedimento esset, quo minus ordine introvocarentur tribus, id, quod major pars jusserat, pro lege erat. Impediebatur autem res plerumque eo tempore vel intercessione collegarum, vel summo imperio dictatoris; quod sæpe de comitiis tributis, e quo genere hæc quoque de quibus hic agitur erant, memorat Livius. In his intercessio collegarum, ipso Livio auctore, non obstabat latoribus legum, quo minus tribus vocarentur. Nec obstare poterat vis imperii dictatorii, quum illo ipso articulo ac momento temporis, quo tribus in comitiis jam vocari cœperant, dictator dici non potuerit. Ad eam rem enim senatusconsulto opus erat, nec dictator qui silentio noctis dicebatur, ante noctem, quæ diem quo tribus ad suffragium vocatæ erant insequuta est, dici potuit. Quum ergo non adpareat, quidquam impedimento fuisse, quo minus hæc comitia, in quibus tribus jam vocari cœperant, perficerentur, quæri potest, quis illorum exitus fuerit, aut qui factum sit, ut Sextius et Licinius in iis leges non pertulerint? Neque enim perlatæ sunt, quarum jubendarum caussa deinde novum concilium plebis indictum est. Ex aliis locis Livii adferri potest conjectura, post primo vocatas tribus ceteras, oratione alicujus præcipue auctoritatis viri motus, eo suadente prius concilium differendum existimasse, vel id vi turbatum fuisse. Sed quæcumque demum causa conatus Sextii ac Licinii leges suas in eo perferendi irritos fecerit, melius facturus fuisse videtur Livius, si hoc verbo indicare, quam lectorem incertum relinquere malnisset. *Duk. Ut tribus vocarentur*, pro *et cum tribus*, est in Lov. 4.

Ad duo ultima auxilia, summum imperium, summumque ad civem] *Auxilia in summum imp.* Ms. Lego *id est summum imp.* Klock. *Ad ultima auxilia* fragm. Hav. *ad duo milia auxilia* Hav. *ad duo aut ultima aux.* Gaertn. Deinde *summum imp., summumque civem* fragm. Hav. Quæ lectio probanda videretur, si plures codd. consentirent. An forte cum Lov. 3. legendum *ad summum imp. summumque ad civem*? ut prius *ad* interceptum sit ab ultima litera vocis præced., cujus loco *in* erat in cod. quo Klockius usus est. Certe præpositionem omitti in designando priori auxilio, quæ in posteriori additur, non placet. Utroque enim loco eam repetere sæpissime Livius solitus est. Vide ad VI. 28. § 6. Klockii conjectura huic difficultati non subcurrit. Deinde *currunt* Lov. 5.

§ 4 *Magistrum equitum L. Æmilium cooptat*] *Magnam equitum* Leid. 1. *magistratum equitum* Gaertn. Deinde *L. Camillum cooptat* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 4. 5. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. errore scribarum, quorum auribus oculisve adhuc inhærebat modo memorati dictatoris cognomen. Camillo dictatori Æmilium magistrum equitum additum fuisse, etiam ex Fragm. marmorum Capitolinorum colligere est, quæ hic lacera ejus cog-

Digitized by Google

nomen et ne id quidem integrum exhibent hoc modo -:-:. AMERCINVS. id est *Mamercinus:* quod Æmiliorum cognomen esse constat. Paullo ante *dicitur inde Furius,* pro *dicitur M. Furius,* Lov. 3. Vide ad IV. 52. § 4. Mox in verbis seqq. *Legumque latores,* pro *Legum quoque latores* Leid. 1. Vide ad V. 27. § 1. Insuper *adversum tantum adparatum adversariorum* Flor. Verum, Livium potius *adversus,* quam *adversum,* usurpasse, videbimus ad Epit. Liv. lib. XLVII. ne dicam, si vulgatum servemus, evitari concursum quatuor vocum syllaba *um* finientium.

Concilioque plebis indicto tribus ad suffragium vocant] *Consilioque plebis* Lov. 2. Hav. et edd. principes, pro quo Mediolan. primi 1505. tum Ascensius 1513. et inde reliqui recentiores *concilioque plebis* adoptarunt, ut servant alii omnes codd. Et recte. Indicantur enim comitia tributa, quæ non *consilium,* sed *concilium,* plebis vocantur. Vide Gronov. ad Livii XLIV. 2. § 5. Eumdem errorem nonnulli librarii commiserunt hoc ipso cap. § 7. et c. 39. § 1. Deinde *indictatoribus ad suffr.* perperam Leid. 1. *in dictatore tribus in suffr.* Lov. 2.

§ 5 *Quum dictator, stipatus agmine patriciorum, &c. consedisset*] *Tum dictator* Leid. 2. Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. quæ varietas in scriptis millies obcurrit. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Deinde *stipatus agmine patricio* Leid. 2. Lov. 5. Harl. 2. et Port. Non sequor. Liv. IV. 14. 'Stipatus caterva patriciorum juvenum dictatori renunciat.' Præterea *cum sedisset* Leid. 2. Lov. 4. 5. Harl. 2. et Port. De hoc lapsu frequenter in Mss. obvio vide ad IV. 24. § 7.

Solito primum certamine inter se tribunorum plebei] Ita unus vulgari curavit Clericus, sed invitis omnibus Mss. Priores edd. præferunt *trib. plebis;* quod superest in Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. 2. et fragm. Hav. Pro eo deinde Jac. Gronovius substitnit *tribunorum plebi,* concinentibus codd. optimis ac spectatissimæ fidei Leid. 1. Harl. 1. et Flor. etiam Voss. 1. a m. pr. in quo inter versus litera finalis *s* adscripta exstat, ut fiat *plebis.* Reliqui codd. vel corrupte præferunt *tribunorum plebē,* ut Gaertn. vel ambigue *tribunorum pl.* ut Lov. 4. et Hav. vel *tribunorum pleb.* ut Lov. 5. vel *tribunorum p.* ut Port. vel vocem *plebi* omiserunt, ut Leid. 2. et Lov. 1. Gronovii igitur lectionem revocavi. Vide ad II. 42. § 6. Mox *intercedentium,* sine addita copula *que,* Hav.

Tantum vinceretur favore legum ipsarum latorumque] *Tanto vinc.* Lov. 3. Voss. 2. Harl. 2. et Port. Quorum librarii id requiri existimasse videntur, quod 'quanto jure potentior' præcesserit. Et id ferri etiam posset, si gravioris auctoritatis codicibus ea lectio niteretur. Τῷ *vinceretur* enim comparatio inest. Nam idem est atque 'inpotentior esset.' Verum, eo etiam casu *quanto* et *tantum,* ac *quantum* et *tanto* componi, vidimus ad V. 10. § 5. Quum itaque optimæ ac certissimæ membranæ stent pro vulgato, id etiam verius esse, ac loco non movendum existimo. Deinde *legum latorumque favore,* una voce omissa, reliquis alio ordine propositis, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *legum ipsarum latorumque favore* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *favore legum ipsarum latarumque* fragm. Hav. *furore legum ipsarum latorque* Gaertn. a m. pr. quæ eadem mox bene *favore* correxit. *Furore* enim ex errore est librarii. Solent autem hæ voces commutari. Vide ad II. 42. § 6.

Et, uti rogassent, primæ tribus dicerent] Locus vehementer obscurus. *Cum rogassent* (tribuni scilicet) et *cum primæ tribus dicerent,* opinor legem exponendum. *Glar.* Veteres libri habent *Uti rogas,* non solum hoc

Digitized by Google

in loco, sed etiam l. x. c. 8. ubi ait Liv. 'Hanc legem, uti rogastis, jubendum censeo:' et recte. Fuit enim 'Uti rogas' vox, aut tabella, qua populus, rogatus in jubendo sciscendoque aliquid, utebantur, de qua Cicero de Leg. II. 10. 'Suade igitur istam ipsam legem, ut ego, Uti rogas, possim dicere.' (Sic enim legendum est, non, ut legitur, *edicere.*) Idem ad Atticum I. 14. 'Tabellæ ministrabantur ita, ut nulla daretur, Uti rogas.' Itaque apud Livium XXX. 43. 'De pace, uti rogassent, omnes tribus jusserunt:' legendum est *Uti rogas:* et XXXI. 8. 'In suffragium missi, uti regarat, bellum jusserunt.' *Uti rogas.* Has autem voces cum mendose esse animadverterent ii, qui ante me Livium emendarunt, *Uti rogata est, Uti rogatæ essent, Uti rogati estis,* corrigendum sine ratione putarunt. *Sigon.* Væ illis qui optimam hanc Mss. lectionem omnium mutarunt aut in *et uti rogationes primæ tribus ducerent,* aut in *uti rogassent,* recte observavit ad hunc locum Sigonius, cui adstipulantur Pall. *Gebh. Et uti rogationes primæ tribus deficerent* Lov. 4. *et uti rogationes primæ tribus dicerent* Hearnii Oxon. L. 1. Neapol. Latinii, omnesque edd. principes. Ei deinde Aldus *et, uti rogassent, primæ tribus dicerent* substituit: quod in nullo scripto obvium mihi fuit. Quod autem Sigonius ejus loco legi jussit *et, Uti rogas, primæ tribus dicerent,* superest in reliquis omnibus, quibus utor, codd. calamo exaratis; (unum excipiendum est fragm. Hav. quod a m. pr. quidem *uti rogas, primæ tribus dicerent* habuisse videtur, sed a m. sec. præfert *uti rogati* nullo sensu: in margine etiam a m. pr. adscriptam habet vocem *omnes,* quasi foret *uti rogas,* vel *rogati omnes primæ tribus dicerent*) superest etiam in Hearnii Oxon. L. 2. B. N. et C. Gronovius insuper, præterquam in Pall. tribus, Voss. duobus, superesse in Thuan. testatur ad Livii XXXI. 8. § 1. ubi Siganii quidem emendationem hujus loci laudat; ejus tamen sententiam de plerisque aliis Livii locis, quam hic proposuit, non probandam esse ostendit. De formula 'Uti rogas' agit Brisson. de Form. lib. II. p. m. 133. ubi etiam hunc locum ad partes vocans ita laudat, quasi *et, uti rogarent, primæ tribus dicerent* editum reperisset; quod tamen in nullo typis excuso vidi. Mox verbis seq. *cum Camillus,* pro *tum Camillus,* Leid. 2. et Flor. Vide ad Epit. Liv. l. XLVIII. circa finem.

§ 6 *Et intercessionem, secessionis quondam plebis partam*] Prima vocula deficit in fragm. Hav. Sed eam videntur intercepisse ultimæ literæ vocis præcedentis *regit.* Vide ad IX. 41. § 10. Deinde *successione quondam plebis* Lov. 1. *seditione quondam plebis* Neapol. Latinii, quæ lectio ex interpretis glossa, ut puto, nata est. 'Secedere' et 'secessio' in hac re propria vocabula esse, vidimus ad III. 39. § 9. *Secessione quondam legis plebis* Lov. 4. Paullo ante *tribunicia libido, potestas regit,* omisso *rq̃ non,* vetustiores excusi; pro quo Ascensius a. 1510. dedit *tribuniciæ libido potestatis regit:* at triennio post illud, quod nunc exstat, præeuntes secutus in eo Mediolanenses, qui primi ita vulgarunt a. 1505. Id deinde probarunt recentiores, et omnium etiam codicum testimonio verum esse patet.

Nobis eadem vi facitis irritam] *Vobis* habent Mss. et recte. *Sigon.* Ita etiam Gebhardus et Gronovius in Mss. et vett. edd. esse, ad verba seqq. hujus § monuerunt. Illis codd. suos concinere auctor est Hearne. Neque aliter legunt nostri. Operarum ergo errore, ut verisimile fit, Curio demum *nobis* a. 1549. edidit; neque tamen recentiores, quamquam opportune Sigonio monente, veram lectionem restituerunt usque ad Gronovium, qui *vobis* iterum in contextum rece-

Digitized by Google

pit. Ceterum Scholion hoc Sigonii ex illis est, quæ non nisi post mortem ejus adparuerunt in ed. a. 1592.

Non reipublicæ magis universæ, quam vestra caussa, dictator intercessioni adero, eversumque vestrum auxilium imperio tutabor] Veteres libri *intercessioni vestræ adero*. Sigon. Ita habent Pal. 2. et Campani ed. Pall. autem reliqui duo, *non reipub. magis univ., quam vest. caussa, interc. adhærens eversum vestrum aux. imp. tut.* De qua scriptura doctiorum esto judicium. Paullo ante edidi *vobis eadem vi facitis irritam*, quod sic exstet in Pall. tribus binisque vetustis edd. *Gebh.* Sigonius immisit *vestræ;* nos expulimus, quod nec in bonis libris reperiretur, et inconveniens esset. Quirites alloquitur Camillus, non tribunos: intercessio autem proprie non erat Quiritium, nec plebis, sed tribunorum plebis in usum et commodum ejus. Hac de causa statim ante, *vobis eadem vi facitis irritam* scripsimus e Mss. et vett. edd. non *nobis*, quod habent novitiæ. *J. F. Gron. Reipublicæ magis invisæ* Leid. 2. Vocem *universæ* omittit Lov. 2. Tum *quam nostra caussa* Gaertn. Deinde *intercessioni adhærens, aversum vest. aux. imp. tut.* Lov. 2. *intercessioni adhærens eversum vest. aux. imp. tut.* Voss. 2. et Lov. 3. *intercessioni adhærens, eversumque vest. aux. imp. tut.* fragm. Hav. *intercessioni vestræ adhærens, eversumque vest. aux. imp. tut.* Gaertn. *intercessioni vestræ adero, eversumque, &c.* Port. et Hav. *intercessioni vestræ, eversumque, &c.* Harl. 2. Sed nihil mutandum, nisi quod *vestræ*, a Sigonio insertum, recte iterum a Gron. ejectum putem. Dictator non tantum 'adhærebat' intercessioni, verum eidem etiam 'aderat,' id est, ei auxilio erat, non permittebat eam everti, sive, ut addit, imperio eam tutabatur. Eo sensu 'adesse' Livio frequens est. Supra III. 25. 'Et hæc, inquit, sacrata quercus, et quidquid Deorum est, audiant fœdus a vobis ruptum, nostrisque et nunc querelis adsint, et mox armis.' XXI. 6. 'Certamina cum finitimis serebantur, maxime Turdetanis. Quibus quum adesset idem, qui litis erat sator:' ubi alia vide. Ita contra 'longe esse' dicitur, qui non prodest, qui non adjuvat. Vide quæ notavi ad Silii XVII. 80. Gronovius duplici argumento τὸ *vestræ* expellendum docuit: primo, quod ea vox in bonis libris non reperiretur; quod verum esse, etiam illi, quibus usus sum, evincunt: nulli enim eorum, nisi qui suspectæ fidei sunt, illam admiserunt: nec se in ullo invenisse Hearne memorat. Secundo, quod inconveniens esset; Camillum enim, Quirites adlocutum, 'intercessioni vestræ' dicere non posse, quod jus intercedendi proprie non Quiritibus, sed tribunis plebis competeret. Doujatius ille, qui nullam Gronovio obloquendi occasionem omittit, prius viri magni argumentum ad se non pertinere judicans, aut ei se, quod placere posset, responsurum desperans, tutius existimavit, id omne silentio transmittere; quum oportuisset, ut codd. qui Lutetiæ in bibliotheca regia et alibi servantur, consulnisset, eorumque scriptura proposita, Gronovium si posset erroris arguisset. Posteriori autem respondet, quum omnes tribuni concioni interfuerint, se non videre quid obsit, quo minus sermo Camilli ad tribunos quinque, intercessionis auctores, pertinere potuerit. Sed cæcum fuisse oportet professorum regiorum primicerium, qui non viderit, plane obstare vocem 'Quirites,' qua modo usus est Camillus, ut Gronovius observavit, et non conveniens esse 'Quirites, vestræ intercessioni,' pro intercessioni tribunorum plebis: inconveniens etiam esse, quod mox sequitur, 'intercessioni collegarum cedunt;' nam et ibi dictum fuisset 'intercessioni vestræ,' si hic similiter Livius dedisset. Sed præterea

Digitized by Google

firmi admodum stomachi esse debuit, qui, invitis optimis codd. tam facile concoquere potuit *vestra caussa dictator intercessioni vestræ adero, eversumque vestrum auxilium imperio tutabor.*

§ 7 *Si C. Licinius et L. Sextius intercessioni collegarum cedunt*] *Sicut Licinius* Lov. 1. 2. 3. 4. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *si Licinius* Leid. 2. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Male. Cur enim Licinii prænomen omisisset, quod collegam ejus Sextium memorans addit? Tum *et L. Sextus* Gaertn. *et L. Sextilius* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. a m. pr. et Hav. Vide ad c. 35. § 4. Deinde *cedunt* perperam deficit in Port.

Inseram concilio plebis] *Miseram consilio plebis* Gaertn. *consilio* etiam est in Lov. 2. et in vetustis excusis, pro quo Ascensius 1516. deinde Aldus, et fere reliqui omnes recentiores dederunt *concilio*, quomodo etiam est in ceteris Mss. Recte: caussam vide ad § 4.

Tamquam captæ civitati leges inponere tendent] *Tamq. captæ civitatis* Lov. 5. et fragm. Hav. Tum *legē inponere* Gaertn. Insuper *tenderet* Voss. 2. et Lov. 3. Olim scriptum fuisse verisimile est *tendēt:* postea pro eo datum esse *tend'et*, atque ita *tenderet* factum esse. *Tendunt* Lov. 5. et Hearnii Oxon. N. Quomodo dedisse librarius videtur, quod præcedat *cedunt*. *Tentent* fragm. Hav. a m. sec. Verba hæc 'tendere' et 'tentare' sæpe in Mss. mutantur. Vide ad x. 1. § 6. Nic. Heinsium ad Claud. in Eutrop. 1. 15. et ad Nason. Met. xi. 533. quibus locis etiam ipsam locutionem inlustrat. Vide etiam ad xxxii. 32. § 7. Mox *ab se ipsa*, pro *a se ipsa*, Port. et Hav.

§ 8 *Quum contemtim tribuni plebis rem nihilo segnius peragerent*] *Contemti* Leid. 1. *contenti* Voss. 2. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. et quædam ex vetustioribus excusis; sed librariorum errore, qui sæpius has voces commutarunt. Vide ad xxv. 38. § 20. *contēti* ambigue est in Lov. 2. et 3. *contemptum* in Lov. 1. *contentum* in Hav. Nihil muto. 'Contemtim peragere' est cum contemtu Camilli peragere, ita peragere, ut pateret, se Camillum contemnere. Supra ii. 35. 'Contemtim primo Marcius audiebat minas tribunicias.' Similiter 'contemtim ad castra succedere' vii. 7. 'Nihilo segnius' ut ii. 47. 'Nihilo segnius in altero cornu Cn. Manlius consul pugnam ciebat.' vii. 18. 'Consules, relicti a parte populi, per infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt.' Hoc ideo noto, quod Voss. 1. in contextu præferat *nihilo senius:* unde forte suspicio nasci posset, legendum esse *nihilo secius*, quod, pro *nihilo segnius*, multis scriptoribus restituit Nic. Heinsius ad Ovid. Metam. ii. 809. Hic tamen vulgatum præferendum.

Tum percitus ira Camillus] Pall. duo *tum paratus ira*. Forte ut Ennius, 'Iram atque inimicitiam in fronte promtam gestare,' dixit. Nihil affirmo. Ad vulgatum alludit Camp. *parcitus*. Gebh. *Partitus ira* Voss. 2. et Lov. 3. *parcitus ira* Gaertn. Et ita fuisse, vel certe librarii dare voluisse, videntur, in duobus Pall. apud Gebhard. pro quo is se invenisse credidit, aut illi per errorem dederunt *paratus*. Ductus literarum *ci* et *a* in scriptura Longobardica simillimi sunt. *Percitus ira*, ut vii. 5. 'Percitum ira in patrem spes erat criminis aliquid novi deferre:' ubi eadem in iisdem codd. meis lectionum varietas obcurrit. apud Plant. in Casin. iii. 5. 6. 'Ne quid in te mali faxit ira percita.' Valer. Max. v. 1. ex. 11. 'Ira percitus, protinus in eum animadvertit.' Auctor Bell. Afric. c. 46. 'Ita percitus Scipio, atque animi dolore incensus, adnuit centurionibus.' Mox *quidem medio*, pro *qui de medio*, Leid. 1. du-

Digitized by Google

abus vocibus male conjunctis, quod in eo cod. frequens est, et litera initiali vocis seq. in fine præcedentis repetita; de quo vide ad XXVIII. 25. § 2. Hinc *amoverent*, pro *emoverent*, Lov. 2. Male. De verbo 'emovere' vide ad XLII. 50. § 6.

Addit minas, si pergerent, sacramento omnes juniores adacturum] Ita demum invenio in ultima Gruteri ed. cujus deinde lectionem sequuntur recentiores, præter Hearnium et Londinenses. Omnes priores exhibent *addidit minas*. Et ita præferunt etiam tum mei, tum Hearnii Oxonienses codd. quare eam scripturam contextui reddendam putavi. Deinde *si pergerent* Lov. 2. *si peregre gerent* Leid. 2. Vox autem *sacramento* deficit in Gaertn.

Exercitum extemplo ex Urbe deducturum] Vet. lib. *exercitumque extemplo educturum*. Sigon. Vetustæ edd. *educturum*, ut est in Pal. 2. Sed reliqui duo *jun. adact. extemploque ex urbe educturum*. Gebh. *Deducturum* primum comparuit in Frob. 1535. Priores habebant *educturum*, ut Sigonius restituit. Et ita plerique codd. nisi quod *adjecturum* sit in Gaertn. *adducturum* in fragm. Hav. *ducturum* in Harl. 1. Male. Vide ad IX. 12. § 11. Nullus tamen meorum ejusdem Sigonii vet. lib. voces *ex urbe* ejicienti consentit: quare tam dubiæ fidei testem audiendum non censeo, licet alibi ita Livius locutus sit: ut III. 20. 'Persequi quærendo, quonam modo exercitum educturi consules essent.' Vide ad III. 62. § 5. *Extemploque ex urbe educturum*, ut Gebhardus in duobus Pall. invenit, soli tantum meorum Voss. 2. et Lov. 3. præferunt. Ita ex præcedenti *juniores* repetendum foret, vel 'educere ex urbe' absolute dictum esset, quemadmodum 'educere in aciem.' Vide ad I. 23. § 6. Sed, ob codicum in vulgatam lectionem consensum, eam præferendam esse nullus dubito. Ceterum *et exercitum* habet Hav. Frobenius copulam *que* a. 1535. omisit, quam recte Sigonius restituit. Nam eam quoque omnes libri scripti defendunt.

§ 9 *Terrorem ingentem incusserat plebi*] Vocem *ingentem* ignorat Hearnii Oxon. L. 1. Deinde *incesserat plebi* Leid. 1. *incussit plebi* Port. et Hav. Mox voces *animos, quam minuit* perperam exulant ab Harl. 1.

Sed re neutro inclinata magistratu se abdicavit] Vocula *re* aberat a contextu Flor. sed inter versus adscripta est. Deinde *ne ultro* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. et fragm. Hav. *ultro* Lov. 4. Male. *Neutro* est 'in neutram partem.' Supra I. 25. 'Neutro inclinata spe, torpebat vox spiritusque.' v. 26. 'Teri tempus, neutro inclinata spe.' VIII. 1. 'Quum tempestas eos neutro inclinata spe dimicantes diremisset.' XXVII. 11. 'Diu pugna neutro inclinata stetit.' XLII. 7. 'Pugnatum est amplius tres horas, ita ut neutro inclinaret spes.' Et alibi sæpe. Insuper *inclinat* Voss. 2. et Lov. 3. Similiter fere edidit Curio *re neutro inclinat, a magistratu;* sed, ut puto, operarum lapsu. Errorem sensit vir doctus, sed minus recte ex conjectura emendat in margine *neutro inclinat, ac magistratu*. Præstitisset, ut priores edd. consuluisset. Tandem *magistratum se abdicavit* Gaertn. Male. Ita enim pronomen *se* delendum foret. Utrumque enim dici 'abdicare se magistratu' et 'abdicare magistratum,' vidimus hoc lib. ad c. 18. § 4. Vulgatum autem, pro quo stant ceteri codd. hic verius puto.

Seu quia vitio creatus erat, ut scripsere quidam] *Quid vitio erat creatus* Lov. 1. 5. Voss. 1. et Leid. 2. *Tò erat* deficit in Harl. 2. et in contextu Port. cujus deinde margini adscriptum fuit. Tres seqq. voces omisit scriba Leid. 2.

Tribuni plebis tulerunt ad plebem, id-

Digitized by Google

que plebes scivit] *Tribuni populi* Lov. 2. Vide ad v. 11. § 4. Tum *tulerunt ad plebem* Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *plebs scivit* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 1. Flor. Gaertn. fragm. Hav. et excusi usque ad Gruterum, in cujus ultima ed. datum est *plebis scivit*, pro quo deinde D. Heinsius in Elzevir. substituit *plebes scivit*, invitis plerisque melioribus: in uno Leid. 1. voces *idque plebes* ob similitudinem præcedentium *ad plebem* deerant. Veterem itaque lectionem revocavi. Quamvis enim sæpissime, non tamen ubique ac semper, Livius *plebes* pro *plebs* dicere solitus est. Mox voces *pro dictatore*, quæ omnino requiruntur, non comparent in Leid. 2. et Lov. 1. iis transpositis *quid pro dictatore egisset* præfert Lov. 4.

Quingentum millium æris ei mulcta esset] Vox *æris* ignoratur a Flor. Rott. Voss. ut Helm. *J. F. Gron.* Eadem vox abest etiam a Leid. utroque, Lov. quinque, Harl. 1. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. neque obcurrit, nisi in minoris auctoritatis codd. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Ex suis Hearne unum L. 1. memoravit, in quo illam invenit. Vox sequens *ei*, quæ a prioribus edd. aberat, ab Aldo addita est, et superest etiam in omnibus scriptis, nisi quod ab eodem Hearnii Oxon. L. 1. exsularit. Deinde τὸ *mulcta* ab ed. Rom. principe abesse, monuit Hearnius: exstat tamen in Rom. 1472. *Mulctasset*, pro *mulcta esset*, habet Leid. 1. *multa esset* Flor. et Lov. 2. ac 3. de qua orthographia vide ad III. 67. § 5. Denique *quingenta millia* Oxon. L. 1. apud eumdem Hearnium: *quingentorum millium* Harl. 2. Port. et Hav. Ceterum quam Livius 'quingentum millium multam' vocat, Plutarch. in Camill. p. 150. exprimit πέντε μυριάσιν ἀργυρίου ζημιώσειν. Unde colligo, eum per 'quingenta millia' intellexisse quingenta millia assium: per ἀργύριον autem denarium, et ita quodlibet ἀργύριον sive denarium æstimasse decem assibus.

§ 10 *Auspiciis magis, quam novi exempli rogatione, deterritum*] Iidem codd. *detentum*. Gebh. Similiter Voss. 2. et Lov. 3. Eamdem varietatem ex uno cod. notavimus ad II. 54. § 8. Præterea vox *magis* deerat in Leid. 2. Et solet ea sæpe omitti. Vide ad XXXIV. 49. § 10. At uni testi hic credere periculosum est.

Quum ipsius viri facit ingenium, tum quod ei subfectus est extemplo P. Manlius] *Tum ipsius viri* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Port. fragm. Hav. Flor. a m. sec. Hearnii Oxon. N. et C. et vett. ante Aldum. *Tum rogatione ipsius viri*, insuper voce quæ modo præcesserat perperam repetita, Hav. *Tum* et *cum*, sive *quum*, in hac locutione passim commutari, vidimus hoc lib. ad cap. 23. § 3. Hinc *fecit ingenium* Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *quia ejus suffectus est* Hav. *quia ei suffectus est* Harl. 2. et Port. Ubique voculæ hæ *quod* et *quia* confundi solent. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. *Quod eis affectus est* Leid. 1. et Harl. 1. Tum *Publius dictator*, media voce *Manlius* omissa, Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante voces *ut potius credam* deficiebant in vett. edd. Primi addiderunt Mediolan. 1505. sequuntur Ascensius 1513. et 1516. Aldus, et recentiores inde reliqui. Easdem quoque agnoscunt omnes scripti.

§ 11 *Et quod eumdem M. Furium dictatorem insequens annus habuit*] Hic omnino annus rursus omissus est, cujus rei duæ sunt suspiciones. Altera, quod Licinius Sextiusque statim post cap. seq. dicturi sunt 'nonum se annum jam velut in scie stare,' cum alioqui hic octavus esset. Anno enim CCCLXXIX. cœperant hoc certamen. Item postea c. 42. Livius dicet, decimum hos refectos ante annum CCCLXXXVIII. qui nonum refecti essent, si hic annus non inseratur.

Digitized by Google

Altera suspicio, quod C. Licinium, primum ex plebe magistrum equitum, Livius dicat cap. seq. ante fuisse tribunum militum consulari potestate, cum nusquam antea legatur. Et loquitur quidem de C. Licinio Stolone, non Menenio. Quod quanquam ex hoc loco ostendi non potest, at libro decimo cap. 8. in P. Decii oratione adversus nobilitatem de pontificibus etiam ex plebe creandis satis luculenter patet. Quare Stolo, quando nullo alio anno invenitur, hoc anno fuisse videtur tribunus militum consulari potestate. Idem sentio de P. Valerio, hoc anno cum Stolone tribuno. Nam anno CCCLXXXVIII. cap. 42. sextum dicitur tribunus, quum, ubi quintum fuerit, non inveniatur. At ut tandem concludam, hic liber visus est mihi mutilus, et aliis plus justo brevior, ideoque hæc omnia mihi suspecta. *Glar.* Qui etiam videndus est ad c. 42. § 3. Verum hanc Glareani sententiam per partes refellere Sigonius variis locis conatus est. Et quidem priorem ejus suspicionem dimovit in Scholiis ad Chronol. Livian. ad a. CCCLXXXVIII. Alterius suspicionis priorem partem tum ad c. 31. § 1. tum ad c. 39. § 3. partem secundam hoc lib. ad c. 36. §. 3. Paullo ante *quidem creari*, pro *quid creari*, Lov. 2. et *M. Furius motus*, pro *M. F. victus*, Voss. 2. et Lov. 3.

Haud sine pudore certe fractum priore anno] *Aut sine pudore* scribarum errore Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Hav. Vide ad XXVIII. 2. § 11. et mox ad § seq. Sum *cerfractum priore anno* Klockian. *certe fcūm*, id est *factum*, Lov. 2. 4. et 5. Vide hoc lib. ad c. 17. § 6. Voces *certe fractum priore* perperam desunt in Hav.

§ 12 *Quo promulgatum de multa ejus traditur*] *De ejus multa traditur* Lov. 4. *de mulcta ejus pœna traditur*, una voce auctior, Gaertn. Verum vox illa in contextum inrepsisse videtur ex margine, cui olim adscripta erat tamquam expositio vocis *multa*.

Aut et huic rogationi, qua se in ordinem cogi videbat] *Haud*, pro *aut*, Leid. 1. et Harl. 2. *haut* Leid. 2. et Lov. 1. Vide modo ad § præc. Tum vocula *et* deficit in Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. Ejus loco *etiam* præfert Port. Vide ad XXII. 47. § 9. Deinde *in ordine cogi* Leid. 2. Lov. 1. 5. et Hav. Male. Vide ad XXV. 3. § 18. Mox *obsistere non potuit*, addita media voce, Lov. 4.

Aut ne illas quidem, propter quas et hæc lata erat, inpedire] *Aut ne illas quidem cās*, id est *causas*, Gaertn. et Lov. 2. Sed ultima vox ex margine adscita videtur, cui ab inperito aliquo interprete adscripta erat. Ex præcedenti enim repetendum est 'rogationes.' Nam rogatio de multa Camilli lata erat propter tres rogationes memoratas c. 35. § 4. et 5. ac quartam, cujus meminit Liv. c. 37. § 12. nè Camillus dictatoria auctoritate illas inpediret. Deinde *propter quas hæc lata erat* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *propter quas hoc latum erat* fragm. Hav. a m. pr. *propter quas et hæc lata erant* Hav. Sed intelligitur una rogatio de multa Camilli. *Propter quas et hæc laterat* Flor. et Harl. 1. de quo errore vide ad XXIII. 29. § 16. Corruptissime *propter quas hæc latuerat* Leid. 1. *propter quas ipse latuerat* Lov. 2. Denique *impediret* Lov. 4.

§ 13 *Et quod usque ad memoriam nostrum tribunicīis consularibusque, &c.*] [Vid. Lectt. Varr.] Aliquid desiderari, recte Sigonius vidit. In nullo tamen nostro inveni vocem *quoties*, quam is ex uno Msto inserendam putavit. Quare recte cod. illius lectionem Gronovius rejecit ad XXXVII. 20. § 7. nullique recentiorum editorum lectionem ejus adoptarunt, qui potius minima mutatione substituerunt *et quoad usque ad mem. nostram.* Atque ita repetendum erit ex præ-

Digitized by Google

cedentibus τὸ *quod*: *et quod, quoad usque ad mem. nostram, &c.* Neque hanc lectionem servat ullus meorum codicum, sed *et quousque ad mem. nostram* præfert Lov. 4. *et quod usque ad mem. nostram* reliqui omnes: quod idem etiam Hearne de Oxon. B. et N. testatur, non addens, quemadmodum ceteri exhibuerint; quo silentio indicasse videtur, eos *quoad*, quemadmodum edidit, probasse. Primus autem, qui ita vulgavit, est Aldus: sed, præter unum forte Juntam, (ejus enim editionem consulere non contigit,) nullum diu invenit, qui sequeretur. Nam demum Lugdunenses 1553. tum Basileenses 1554. hinc Parisinos 1573. et postea reliquos omnes eam lectionem recepisse video. Solent autem voces *quod* et *quoad* sæpius in Mss. et edd. vett. confundi. Vide ad v. 51. § 2. VIII. 2. § 4. c. 12. § 11. c. 23. § 12. XXXVII. 20. § 14. et c. 24. § 8. Contra *quoad* etiam alibi pro *quod* dare librarii soliti sunt. Vide ad XXXIX. 45. § 7. Ceterum Jac. Gronovius ad Taciti Annal. XIV. 58. hunc locum adducens, una voce laudat *quoadusque*, ubi pluribus etiam exemplis inlustravit. Præterea copula *que* non adparet in Hav.

Dictaturæ semper altius fastigium fuit] *Dictatori* Voss. 1. *dictat. semper alicujus fast. fuit* Hav.

CAP. XXXIX. § 1 *Ab tribunis velut per interregnum concilio plebis habito*] *Tribunis*, omissa præpositione, Lov. 4. *a tribunis* Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Deinde *consilio plebis* Leid. 2. Lov. 2. et quædam vett. edd. Perperam. Vide ad c. 38. § 4. Insuper *habita* Port. qui idem codex, ut et Harl. 1. et Gaertn. in verbis præcedd. præferunt *Mallio*. Vide ad XXXIV. 53. § 2. Vox etiam *abdicatam* exsulat a Gaertn. In verbis seqq. *plebis, quæ lateribus*, pro *plebi quæ lat.* Lov. 3. *plebis lationibus* Lov. 5.

§ 2 *De plebeio consulatu antiquabant*] Vet. lib. *de plebeio consule*. Sigon. Ambigua est scriptura in Pall. duobus. Sed Pal. 2. Ms. codex cum Campani inpressione expresse præit legenti *de plebeio consule*. Gebh. Helm. et Sig. *de plebeio consule antiquabant*. Voss. alter *de plebeio cons. antiq.* Alter *de plebeio consules antiq.* Videtur scripsisse *de plebe consules antiquabant*, eleganter mutata oratione. *J. F. Gron. De plebeio consule* Leid. ambo, Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. *de plebeio cōs* Lov. 2. 3. 5. et Klockian. *de plebeio cō* fragm. Hav. *de plebeio consules* Lov. 1. et Gaertn. Conjecturam Gronovii firmare potest locus mox hoc cap. 'Quippe qui etiam omen plebeio consuli, magistro equitum ex plebe dicendo, dederit.' Quum tamen in eodem illo loco etiam 'plebeius consul' memoretur, et hoc loco in omnibus codd. constanter *plebeio* supersit, nisi quod *pleio* scribæ errore habeat Harl. 1. vulgatum mutandum non videtur. Quia *cons.* vel *cos.* per compendium scriptum erat pro *consulatu*, hinc factum est, ut alii ejus loco *consule*, alii *consules* dederint. Ita pro *cons.* id est *consularis*, simili errore librarios *consul* dedisse, videbimus ad Epit. Liv. lib. LVIII. Præterea *antiquum habebant*, pro *antiquabant*, Leid. 1. *antiqua habebant* Lov. 2. et 4. De verbo 'antiquare' in hac re sollemni vide Brisson. de Formul. lib. II. p. 133. Paullo ante transpositis dictionibus *jubebant rogationes* Harl. 2. Port. et Hav.

Ni tribuni se in omnia simul consulere plebem dixissent] Vet. lib. *ni tribuni plebis se*. Sigon. Non secus hæc lectio concipitur in Pall. duobus melioribus cascisque edd. quam vulgo exstat. Pal. autem 2. *ni tribuni se plebis in omnia se plebem simul cons. pl. dix.* Unde Sigonius evolvit suam lectionem. *Gebh. Ni tribuni se pl. in omnia simul cons. pl. dix.* Port. et Hav. Reliqui nihil mutant, nisi quod Leid.

Digitized by Google

1. omittat primam voculam *si*; et *velle consulere*, addita voce, legat Lov. 5. a m. sec. Non est itaque, cur Sigonii codici infido potius, quam aliis, qui in diversa eunt, credamus. Ita mox *tribuni* simpliciter pro 'tribunis plebis' dixit in princ. hujus cap. 'Ab tribunis velut per interregnum concilio plebis habito.' Vide ad II. 56. § 1. In verbis proxime præcedd. *utraque res est*, pro *utr. res esset*, male præfert Voss. 2.

§ 3 *P. Manlius deinde dictator rem in caussam plebis inclinavit*] Interpolatitia lectio. Pall. duo abjecta inutili et hic inhonesta vocula *rem*, melius præferunt *dictator in caussam plebis inclinavit*. Verbum absolute positum cum non intelligerent correctores, interposuerunt etiam contra sententiam τὸ *rem*. Supra c. 32. 'Ut semel inclinavit pugna, jam intolerabilis Romana vis erat.' IX. 45. 'Cum ad bellum pacemve inclinent animi, falli non posse.' *Gebh.* Voculam *rem* duo apud me codd. fragm. Hav. et Lov. 3. unus tantum apud Hearnium Oxon. C. non agnoscunt. 'Inclinare' sæpius absolute poni, verum est. Supra III. 61. 'At si fortuna belli inclinet, omnium liberis ab tot millibus hostium periculum fore:' ad quem locum plura vide. Eidem tamen etiam casum addere Livio non infrequens est. Ita IV. 55. 'Inclinante deinde se fortuna ad caussam plebis, nuncii veniunt, arcem Carventanam Æquos invasisse:' ubi alia exempla vide. Et hoc loco reliqui omnes codd. in vulgatum conspirant, nisi quod *dictatorem in caussam plebis inclinavit* mendose quidem sit in Leid. 1. ita tamen, ut aperte eidem lectioni faveat. Tutius itaque videtur, tot codd. et inter illos integerrimis, *rem* servantibus fidem habere, quam paucorum auctoritate vocem illam expungere.

C. Licinio, qui tribunus militum fuerat, magistro equitum de plebe dicto] Hic non est C. Licinius, qui tribunatus plebis novem per hos annos gessit cum L. Sextio, ut tradit Plutarchus in Camillo p. 150. Nam de eo vel hoc etiam anno tribuno plebis ita suggerit Livius mox hoc cap. 'Licinius Sextiusque, cum tribunorum plebis creandorum indicta comitia essent, ita se gerere, ut negando jam sibi velle continuari honorem acerrime accenderent ad id, quod dissimulando petebant, plebem.' Pauloque post iidem loquuntur: 'Jam nec collegas, nec bellum, nec dictatorem obstare, quippe qui etiam omen plebeio consuli, magistro equitum ex plebe dicendo, dederit.' Cum autem non exstaret annus apud Livium, quo tribunatum hic militum cepisset, eum ipsum supra c. 31. § 1. ex Diodori auctoritate tradidi. Est autem verisimile, si Livius Licinium tribunum plebis intellexisset, non *qui tribunus militum fuerat*, sed *qui tribunus plebis erat*, dicturum fuisse, quod ne animadvertit quidem etiam Glareanus. *Sigon.* Glareanus C. Licinium, qui hoc anno magister equitum primus de plebe fuit, Stolonis cognomen habuisse credidit, ad cap. præc. § 11. quod probat ex loco Livii X. 8. 'L. Sextius primus de plebe consul est factus, C. Licinius Stolo primus magister equitum.' Addo Dion. Cocceian. fragm. in Exc. Peiresc. p. 585. Λικίνιον γὰρ Στόλωνα προσείλετο ὄντα ἵππαρχον. Et quidem secundum Sigonium adsensus est Glareanus Plutarcho, qui magistrum equitum credebat eum Stolonem esse, qui multos annos cum L. Sextio tribunatum plebis gessit, et variis legibus adversus opes patriciorum et pro commodis plebis rempublicam turbavit: neque id umquam negavit Glareanus in stricturis, quas Scholiis Sigonii postea obposuit. Jam autem sententiam illam Glareani falsam esse, non modo Sigonius ad hunc locum monuit, sed Pighius etiam, qui magistrum equi-

Digitized by Google

tum P. Licinii Calvi, anno CCCLVII. tribuni militum, vel filium vel fratrem, C. autem Licinii Calvi Stolonis tribuni plebis fratrem patruelem esse credidit, novis argumentis firmavit in Annal. Rom. Et quidem ad a. CCCLXXVI. p. 243. probat, C. Stolonem ante tribunatum plebis non fuisse tribunum militum consulari potestate. Verisimile enim non esse, eum post eurulem et maximum magistratum petiisse minorem ac plebeium: deinde eum ideo tribunatum plebis cepisse, ut in hoc magistratu 'sibimet ipsi viam ad ceteros honores aperiret,' teste Livio c. 35. ejus uxorem etiam Fabiam patri questam esse, 'quod juncta inpari esset, nupta in domo, quam nec honos nec gratia intrare posset,' c. 34. Postea ad a. CCCLXXXV. p. 258. evincere conatur, magistrum equitum a tribuno plebis diversum fuisse; Livium enim, ut illum ab hoc distingueret, addidisse 'C. Licinio, qui tribunus militum fuerat, magistro equitum de plebe dicto:' (quo eodem argumento etiam Sigonius usus erat) denique credendum non esse, Licinium eodem tempore tribunum plebis et magistrum equitum fuisse. Et hæc etiam sententia verior videtur. Non enim evertit hanc opinionem, consules, tribunos consulares, ac prætores interdum vel dictatores vel magistros equitum creatos esse, adeoque nihil obstare, quo minus eædem dignitates etiam in tribunum plebis conferantur. Aliorum enim magistratuum alia erat ratio, quam tribunorum plebis. Creato enim dictatore, aliorum magistratuum jus ac potestas desinebant; tribuni contra eam retinebant. Polyb. III. 87. Δικτάτωρ δ' ἐστὶν αὐτοκράτωρ στρατηγὸς, οὗ κατασταθέντος παραχρῆμα διαλύεσθαι συμβαίνει πάσας τὰς ἀρχὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ πλὴν τῶν δημάρχων. Plutarch. in Fabio Max. p. 179. Μόνη γὰρ αὕτη, δικτάτωρος αἱρεθέντος, ἡ ἀρχὴ (scilicet δημαρχία) τὸ κράτος οὐκ ἀπόλλυσιν, ἀλλὰ μένει, τῶν ἄλλων καταλυθεισῶν. Jam autem inde eveniebat, ut consul, tribunus consularis, vel prætor ad dictaturam vel magisterium equitum evectus non tamen duos magistratus populi Romani eodem tempore gereret, quod de tribuno plebis dicendum fuisset; si is dictator vel magister equitum creatus foret. Præterea idem Pighius, ne locus Livii ex X. 8. a Glareano laudatus obstaret, et magistrum equitum et tribunum plebis non tantum 'Calvos' cognominatos fuisse, sed et 'Stolones,' existimat ad d. a. CCCLXXXV. Quod et ipsum verius esse puto. Scrupulum tamen injicere potest locus Varron. de Re Rust. I. 2. 'Stolonis illa lex, quæ vetat plus quingenta jugera habere civem Romanum, et qui propter diligentiam culturæ Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in ejus fundo reperiri poterat stolo.' Ex eo enim colligendum videtur, Licinium, qui legem de quingentis jugeribus tulit, ergo tribunum plebis, primum suæ gentis cognomen Stolonis habuisse. Eo posito omnis hæc sententia plane corruet. Inde enim sequeretur, cognomen Stolonis magistro equitum a tribuno plebis diverso non competiisse, adeoque Livium X. 8. narrantem, 'C. Licinium Stolonem primum de plebe magistrum equitum factum esse,' Stolonem antea tribunum plebis intellexisse. Verum observandum est, Varronem non dicere, Licinium 'propter diligentiam culturæ Stolonis *adeptum esse* cognomen,' sed 'Stolonum *confirmasse* cognomen,' quod nempe antea majoribus ejus inditum erat; adeoque non tantum tribunum plebis, sed et magistrum equitum ejus gentilem id habere potuisse. Ceterum *cum Licinio*, pro *C. Licinio*, fragm. Hav. *M. Licinio* Hearnii Oxon. I. 2. *C. Lucinio* Lov. 5. Tum *tribunus plebis* Gaertn. invitis reliquis scriptis et editis. Denique

Digitized by Google

magistro equitum dicto de plebe alio ordine Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav.

§ 4 *Magistri equitum majus, quam tribuni consularis, imperium esse*] *Magrm*, id est, *magistrum*, Gaertn. Verum ita etiam legendum foret *tribunum consularem*. Et tum locutio formata foret eodem modo, quo illa XXIII. 11. 'Magistrum equitum, quæ consularis potestas sit, fusum fugatumque:' ubi plura vide. Verum hic nihil mutandum puto ob consensum aliorum omnium codicum, qui stant pro vulgato. Deinde *magis, quam tribuni consularis* Flor. quomodo alibi variant codd. Vide ad XXVI. 46. § 16. Verum recte in eodem cod. alia manu emendatum est *majus*. Tum *tribuni esse consularis imperium* alio ordine Lov. 4. Insuper verba præcedd. *Patres pas. acc.; dict. prop. cogn. Licinii se apud* desunt in Leid. 1. errore librarii, cui repetitio vocis *Patres* fraudi fuit. Vide ad Livii IX. 11. § 11. *Passos Patres accipio* trajectis vocibus legit Lov. 2. cum edd. vetustioribus usque ad Aldum. Hinc *cogitatione*, pro *cognatione*, perperam Lov. 1. Eadem scripturæ varietas etiam obcurrit hoc lib. c. 35. § 2. Præterea *se apud Patres se excusare* habet Leid. 2. Verum posterius illud *se* natum est partim ex ultima litera præcedentis, partim ex prima seq. vocis: nisi potius eo repetito librarius indicare voluerit, se id duplici loco scriptum invenisse.

§ 5 *Quum tribunorum plebis creandorum indicta comitia essent, ita se gerere*] *Tribun. plebi creand.* Flor. Leid. 1. Voss. 1. et Harl. 1. Vide ad II. 42. § 6. Tum *indita comitia essent* Lov. 3. Vide ad III. 65. § 4. Hinc, litera *d* in *c* et *l* dissoluta, nata est lectio Voss. 2. *inclita comitia essent*. Vide ad X. 24. § 2. Postea *ita se gessere* Lov. 2. et 4. *ita se gesserunt* Hearnii Oxon. L. 2. et C. Sed, passim orationes per infinitivos enunciatas librariis displicuisse, vidimus ad I. 50. § 5.

Negando jam sibi velle continuari honorem, acerrime accenderent] *Continuare hon.* Harl. 2. Port. Hav. et priscæ edd. Pro eo primi Mediol. 1505. dederunt *continuari*, quod imitati sunt Aldus, et tantum non omnes reliqui recentiores. Pro eadem lectione stant etiam ceteri codd. Deinde *accederent* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. et Gaertn. solito errore amanuensium. Vide ad XXIII. 46. § 2. Mox *patebant*, pro *petebant*, male Leid. 1. Vide ad VII. 30. § 11.

§ 6 *Novum se annum jam veluti in acie adversus optimates, &c. stare*] *Novum se annum* Lov. 3. 5. Gaertn. et nonnullæ ex vett. edd. quomodo etiam alibi peccatur. Vide viros doctos ad Plinii Epist. v. 6. § 10. Origo erroris est similitudo literarum n et u, quas in minuta scriptura vix distingui docet Gronov. Obs. I. 15. p. 126. *Novum se aium*, id est *animum*, Hav. Et hic lapsus in Mss. quam frequentissimus est, ut 'annus' et 'animus' confundantur. Vide ad XXXII. 5. § 2. *Donum se annum* Lov. 4. Tum *Nonum se annum velut se in acie* Lov. 1. *velut jam* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *jam velut* reliqui omnes codd. omnesque edd. usque ad Clericum, qui, nescio qua auctoritate, *jam veluti* dedit: quod iterum mutavi. Deinde *in aciem stare* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. 5. Harl. ambo, Flor. Port. Klockian. Hav. fragm. Hav. omnesque editi usque ad Gronovium, qui 1665. *in acie* vulgari curavit, quod multi ex recentioribus receperunt. Quum tamen tot codd. atque inter eos optimi, alterum malint, et, Livium 'in potestatem esse,' ac similia alia usurpasse, constet ex illis quæ notantur ad I. 14. § 4. mirari subit, cur hoc loco *stare in aciem* displicere potuerit. Eam igitur lectionem revocandam censui. Præterea *optumates* Florent. quomodo *optumus*, pro *optimus*, scribi solebat. Vide quæ notantur

Digitized by Google

ad III. 17. § 5.

Maximo privatim periculo, nullo publico emolumento] Pall. 1. ac 3. *nullo publice emol.* Gebh. Ita etiam Gronovius 1665. edidit, quem plerique recentiorum secuti sunt. Hearne, qui *publico emolumento* servavit, testatur, eam lectionem in Mss. suis superesse. At contra *publico* apud me tantum exstat in minimæ fidei codd. Harl. 2. Port. et Hav. quum reliqui constanter habeant *publice*, cui opponitur *privatim*. Vide ad IV. 13. § 8. Præterea *molumento* Flor. Sed primam literam elisit ultima vocis præced. Vide ad II. 44. § 6.

Consenuisse jam secum et rogationes promulgatas, et vim omnem] *Cum senuisse* fragm. Hav. a m. pr. De hoc errore vide ad IV. 24. § 7. Mox vocula *et* priori loco deest in Leid. 1. Gaertn. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. quorum posteriores duo codd. cum Lov. 5. etiam *promulgatas rogationes*, alio ordine conlocatis vocibus, præferunt. Tum vocem *vim* non agnoscit Hav.

§ 7 *Intercessione collegarum in leges suas pugnatum esse*] *In legiones suas* Hav. Et ita nonnumquam variant codd. scripti. Vide Vorstium ad Val. Max. II. 3. ex. 2. quæ notantur ad Livii IV. 48. § 5. ad VIII. 9. § 4. c. 32. § 1. et alibi. Præterea *purgatum* Leid. 2.

Ablegatione juventutis ad Veliternum bellum] *Allegatione* Gaertn. Vide ad Liv. IV. 58. § 12. Tum *Vellitrinum bellum* fragm. Hav. *Velitrinum bellum* Lov. 2. et Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 36. § 1.

Dictatorium fulmen in se intentatum] *Dictatorum fulmen in se intentum* Leid. 2. et Lov. 1. Sed unius dictatoris Camilli fulmen intelligitur. Nam P. Manlius, qui Camillo in dictatura successit, nullum fulmen intentasse legitur, sed contra rem in caussam plebis inclinasse: *dictatorum* itaque pro *dictatorium* eodem errore, quo *regum* pro *regium*, *regis* pro *regiis*, et similia alia. Vide ad XXXII. 6. § 6. Rectum etiam est *intentatum*, quod ea ratione dictum, qua 'intentare manus' III. 48. § 7. Vide ad XXXVIII. 6. § 4. *Intentum*, pro *intentatum*, ex eo genere errorum est, de quo vide ad IX. 5. § 2. *Tentatum* præfert Lov. 5.

§ 8 *Qui etiam omen plebeio consuli, magistro equitum ex plebe dicendo, dederit*] *Qui se jam* Lov. 2. et 4. Tum *omem* Gaertn. *omnem* Leid. 1. Lov. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *omnem partem* Voss. 2. et Lov. 3. *omen* et *omne*, sive *omina* et *omnia*, sæpe in Mss. commutantur. Vide ad Epit. Liv. lib. CXVII. *Coüem* Harl. 2. *communem* Port. et Hav. Deinde *magistrum equitum ex plebe dicendo* Lov. 4. 5. et Gaertn. *magistrum equitum de plebe dicendo* Harl. 2. Port. et Hav. Sed reliqui codd. in vulgatum conspirant, nisi quod *ex plebe* desit in Leid. 2. De locutione 'magistro dicendo' vide ad I. 53. § 3. Voculæ autem *ex* et *de* sæpe in Mss. confunduntur. Vide ad XXI. 6. § 5. Denique *dederint* apud Hearnium Oxon. L. 1. Sed referendum hoc verbum ad solum dictatorem.

Se ipsam plebem et commoda morari sua] Vocula *et* omittitur in Leid. 2. et Lov. 1. Insuper *commoderari sua* Leid. 1. et fragm. Hav. *commoderari suæ* Voss. 2. et Lov. 3. *commoderari suam* Lov. 2. et 4. *Commoda morari*, ut 'morator commodi' II. 44. 'Quatuorque tribunorum adversus unum moratorem publici commodi auxilio delectum consules habent.'

§ 9 *Liberam urbem ac forum a creditoribus, liberos agros ab injustis possessoribus extemplo, si velit, habere posse*] *Ab creditoribus* Port. et Hav. Tum *et liberos agros ab injustis possessoribus* Hav. *et ab injustis possessoribus*, duabus vocibus omissis, Harl. 2. et Port. in contextu; in cujus margine emendatur *liberos agros et ab injustis possessoribus*. Sed sine caussa Livium ἀνυδέτως loqui prohibent, quum id

Digitized by Google

ipsi familiare sit. Ita 'omnes patricii, omnes unius gentis' II. 49. 'omnia præmia ab se, omnes honores sperare' eodem cap. 'duo exercitus, duæ potentissimæ et maximæ finitimæ gentes' c. 53. ubi quædam vide: 'nulla arma, nullam vim expertus' VIII. 36. § 8. ubi etiam quædam vide: 'in quæstoribus novis major vis, major auctoritas erat' III. 25. 'fames pestilentiaque fœda homini, fœda pecori' c. 32. 'omne Hernicum nomen, omnis militaris ætas excitur' VII. 7. 'idem somnus, eadem negligentia' XXXI. 24. ubi etiam alia vide. Deinde *exemplo* Leid. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXIV. 33. § 8. *si velint* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. nempe 'plebs;' quæ vox sæpe conlective sumi solet: qua forma mox subjungitur 'æstimatores' et 'incidant.' Vide ad II. 5. § 2. Quum tamen optimi codd. stent pro vulgato, eam lectionem in contextum recipere non audeo. Præterea *si* exsulat a Gaertn.

§ 10 *Satis grato animo æstimaturos*] *Extimaturos* Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. et fragm. Hav. Solent autem 'æstimare' et 'extimare,' sive 'existimare,' in Mss. commutari. Vide ad XXXIV. 2. § 5. Mox *honoribus*, pro *honoris*, Gaertn. Vide ad XXII. 8. § 7. *speš honoris* Lov. 4.

Non esse modestiæ populi Romani id postulare] *Non esse inmodestiæ pop. Rom.* Leid. 2. *non esse modesti pop. Rom.* Flor. Male. Cicero de Orat. II. 20. 'Alterum divinitatis mihi cujusdam videtur; alterum humanitatis.' de Offic. I. 19. 'Non enim modo id virtutis non est, sed potius inmanitatis.'

Ut ipse fœnore levetur, et in agrum injuria possessum a potentibus inducatur] *Ut ipso fœnere levetur* fragm. Hav. de quo errore vide hoc lib. ad c. 3. § 8. *ut id fœnore levetur* Lov. 4. Tum *et agrum in inj. pos.*, male transpositis duabus vocibus, Voss. 2. *et injuria in agrum poss.* Lov. 2. *et in agrum injuria possessionum* fragm. Hav. Τῷ *in* subjecta erant stigmata in Port. quibus eam vocem delendam esse librarius indicare voluit. Deinde *indicatur* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. et fragm. Hav. quomodo sæpius librarios peccasse, videbimus ad X. 38. § 4.

Per quos ea consecutus sit, senes tribunicios non sine honore tantum, sed etiam sine spe honoris relinquat] Vox *ea* exsulat a Lov. 5. verbum *sit* ab Harl. 2. et Port. Hinc *senex tribunos* præfert Harl. 2. *senes tribunos* Port. et Hav. Mox *sed jam sine spe* omnes illi tres codd. Interdum *etiam* et *jam* a scribis permutantur. Vide ad v. 7. § 2. Hic vero duæ priores literæ *τοῦ etiam* interceptæ videntur ab ultimis præcedentis *sed*, vel, ut sæpe scribitur, *set*. Denique *relinquant* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. De locutione 'populus Romanus relinquant' vide ad X. 13. § 11. Hic vero ob aliorum codicum dissentientium auctoritatem nihil muto. Ὁ πάνυ Gronovius ad cap. seq. § 10. *relinquere* legendum esse conjicit.

§ 11 *Deinde comitiis tribuniciis declararent voluntatem*] Vide num legendum *comitiis tributis*, ut ad finem orationis Claudii etiam habetur. *Glar.* Tribunicia vocat comitia, quibus plebs mandare tribunatum plebis Licinio Sextioque cupiebat. Quare non est, cur *tributis* legamus, ut placet Glareano. *Sigon.* 'Tributus' et 'tribunicius' sæpe in Mss. confunduntur. Vide ad II. 56. § 2. Hic tamen recte Sigonius receptam scripturam adversus Glareanum defendit, ac docuit 'comitia tribunicia' esse, quibus plebs mandabat tribunatum plebis. Ita Cic. ad Att. I. 1. 'Nos autem initium prensandi facere cogitaramus in campo comitiis tribuniciis.' Ita 'comitia tribunicia,' 'quæstoria,' quibus tribuni militum consulari potestate, quibus quæstores

Digitized by Google

creabantur, IV. 54. 'Non alias ægrius plebs tulit, tribunicia sibi comitia non commissa: eum dolorem quæstoriis comitiis simul ostendit et ulta est:' 'consularia comitia' c. 53. 'Consularibus comitiis est exclusus.' c. 13. 'Jam comitia consularia instabant:' hoc lib. c. 37. 'Nec esse, quod quisquam satis putet, si plebeiorum ratio comitiis consularibus habeatur:' 'comitia prætoria' XXVI. 23. 'Prætoria inde comitia habita.' Et ita Livius sæpissime. Vulgatum etiam defendunt omnes scripti; nisi quod, ordine mutato, *comitiis declararent trib. volunt.* habeant Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *tribunicii comitiis declar. volunt.* Gaertn. *comitiis volunt. tribuniciis declar.* Lov. 4. *comitiis tribuniciis declar. volunt.* Leid. 1. et vox *tribuniciis* desit in Lov. 1. Paullo ante *primo statuerent*, pro *primum stat.* Leid. 2. *primum statuerunt* Lov. 5. a m. pr.

Si conjunctim ferri ab se promulgatas rogationes vellent] *Conjuncte* Voss. uterque, Flor. Leid. 2. Lov. 1. 3. Klockian. et fragm. Hav. Eo etiam ducunt lectiones, licet corruptæ, in aliis codd. obviæ: nam *conjuxte* est in Leid. 1. et Harl. 1. *conjucte* in Gaertn. *cum juste* in Lov. 4. et contextu Port. *tum juste* in Lov. 5. a m. pr. *commix* in Hav. *commixte* in Lov. 2. At cap. seq. tantum non omnes codd. *Ut rogationes, inquit, nostras omnes conjunctim accipiatis.* Deinde *fore* Hav. *forē* Port. *forte* Lov. 2. *fere* Lov. 5. a m. pr. *ferre* Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. 5. a m. sec. Harl. uterque, Gaertn. Flor. Klockian. fragm. Hav. omnesque edd. usque ad Modium; in qua lectione jungendum foret *ferre ab se*, id est a se accipere; quo sensu 'ferre munus' inlustrat Broekhus. ad Tibull. Eleg. I. 1. 24. et Livius dixit II. 12. 'Ut beneficio tuleris a me, quod minis nequisti.' Verum in hac re populus potius dicebatur 'accipere,' quam 'ferre legem,' quum eam probaret. Infra hoc cap. 'Sin, quod cuique privatim opus sit, id modo accipi velint:' et iterum: 'Si, inter accipiendas de suis commodis rogationes, spem honoris latoribus earum incidant.' cap. 40. 'Aut omnia accipe, aut nihil fero:' et iterum: 'Si non tuleris, quod commodum est populo accipere.' Et adhuc semel: 'Aut omnia accipite, aut nihil fero.' c. 42. 'Dictator senatusque victus, ut rogationes tribuniciæ acciperentur.' X. 9. 'Adparebatque accipi legem.' XXIV. 29. 'Aut eximendum id de fœdere esse, aut legem eam fœderis non accipiendam.' Servo itaque, quod Modius substituit, omnesque post eum receperunt, *ferri*: idem autem in Voss. utroque, et Leid. 2. ex quibus in excerptis nihil notatum invenio, superfuisse videtur. Ita vero *ab se* (pro quo *a se* præferunt Voss. 2. Leid. 2. Lov. 4. Gaertn. et fragm. Hav.) pendebit ex sequenti *promulgatas.*

Esse, quod eosdem reficerent tribunos plebis] Tò *quod* omittitur in Voss. 2. et Lov. 3. *esse quod eos* habet Lov. 4. *est quidem eosdem* Gaertn. Elegans est genus loquendi, 'est, quod reficerent.' Supra cap. 37. 'Nec esse, quod quisquam satis putet, si plebeiorum ratio comitiis consularibus habeatur.' Terent. in Phorm. v. 1. 11. 'Quod si illum nunc reperire possim, nihil est, quod verear.' Ovid. Epist. Her. XIX. 159. 'Non est, quod timeas: auso Venus ipsa favebit.' Præterea *reficent* Lov. 2. cujus librarius, quum scriptum invenisset *refic'ent*, additam notam perperam neglexit. *Inficerent* Gaertn. scribæ aberratione. De verbo 'reficere' vide ad IV. 57. § 12. Mox *perlaturos enim esse, quæ*, addito verbo, Lov. 4. Tum *promulgaverunt*, pro *promulgaverint*, Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. *promulgaverit* Lov. 3. *promulgarint* Lov. 4.

§ 12 *Sin, quod cuique privatim opus*

Digitized by Google

sit, id modo accipi velint] *Si, quod cuique* fragm. Hav. quod invitis reliquis non recipiendum. Vide ad IV. 5. § 6. *siquidem cuique* Lov. 5. Tum *privati* Hav. Deinde *opponit*, pro *opus sit*, Klockian. Hinc vox sequens *nihil* non adparet in Lov. 2. *accipi vellent* legit Leid. 2. qui etiam mox in fine cap. *τὸ ea* omisit. Tandem *promulgata sunt*, pro *prom. sint*, Lov. 4.

CAP. XL. § 1 *Quum, præ indignitate rerum, stupor silentiumque inde ceteros Patrum defixisset*] Campan. pessime edidit *deflexisset*. 'Defigere' proprium fere Livii verbum est. Lib. VII. c. 10. 'Defixerat pavor cum admiratione Gallos.' Hinc emendandus Valerius Flaccus v. 455. 'Quin idem Minyas operum defixerat error:' ut habet vetus codex. Livius XXII. 53. 'Quod malum cum stupore ac miraculo torpidos defixisset.' Valer. Flacc. VII. 407. 'Ergo ut erat vultu defixus uterque silenti.' *Gebh. Quom pro indign. rerum* Gaertn. quomodo sæpe errarunt librarii. Aliud exemplum habuimus III. 26. § 7. Vide etiam ad VII. 5. § 6. c. 6. § 2. c. 19. § 5. IX. 6. § 12. et ita passim. Præpositionem *præ* omittunt Harl. 2. et Port. quam recte meliores omnesque reliqui servarunt. *Præ* hic est 'propter.' Infra IX. 13. 'Præ clamore posccntium pugnam nulla adhortatio imperatoris audita est.' cap. 14. 'Suarum inpotens rerum præ domesticis seditionibus discordiisque.' X. 13. 'Vix præ strepitu audita lex est.' XXXI. 24. 'Nec divini humanive juris quidquam præ inpotenti ira est servatum.' XLV. 7. 'Progredi præ turba obcurrentium ad spectaculum non poterat.' Florus II. 10. 'Epulantes ac ludibundos plerosque, ac ubi essent præ poculis nescientes, Ap. Pulcher invadit.' Propert. Eleg. II. 20. 15. 'Et tibi præ invidia Nereides increparent:' ubi videndus est Broekhus. Deinde *silentiumque ĩ ceteros Patrum* Gaertn. *silentiumque inde ceterum Patrum* fragm. Hav. Insuper *defixisset* Hav. quomodo librarius dedisse videtur, quod duo vocabula 'stupor silentiumque' præcedant. Vide ad I. 31. § 7. Unius tamen, et quidem istius testis auctoritas levior est, quam ut ejus fide vulgatum mutarem, præsertim quum Livius utroque modo loqui solitus fuerit. Vide ad XXXVII. 29. § 6. De verbo 'defigere' vide ad III. 47. § 6.

§ 2 *Ap. Claudius Crassus*] Cognomen omiserunt Lov. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. *Crassi* habet Lov. 2.

Locutus in hanc fere sententiam esse] *Locutū* Leid. 2. Harl. 2. Lov. 1. et Hav. *locutā* Port. *Τὸ fere* non erat in edd. primis: addidit deinde Aldus, ac servant scripti, nisi quod alio ordine *fere in hanc sententiam* præferant Gaertn. et Lov. 2. *fore*, pro *fere*, habent Lov. 1. et 3.

§ 3 *Neque novum, neque inopinatum mihi sit, Quirites*] *Nec novum, nec inop.* Lov. 5. *Nec novum, neque inop.* Lov. 1. Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. et Port. Quod ferri posset, nisi optimi codd. dissentirent. Nam alibi sæpe *nec* et *neque* se excipere solent. Vide ad IX. 9. § 14. Deinde, cur subjunctivo *sit* Livius hoc loco utatur, causam non video. Haud displicet *inopinatum mihi fit*, quod inveni in Leid. 2. et Lov. 2. Ita Terent. in Andr. I. 3. 20. 'Mihi quidem Hercle non fit verisimile: atque ipsis commentum placet.' Sæpius autem *fit* et *sit* in scriptis commutari solent. Vide ad Livii V. 3. § 8. Mox *objectum sit*, pro *est*, Lov. 5. Tum *a seditiosis*, pro *ab seditiosis*, Gaertn. et *ego quoque nunc*, transpositis vocabulis, Lov. 2.

Claudiæ genti jam inde ab initio nil antiquius in republica Patrum majestate fuisse] *Claudiæ gentis* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. 5. a m. pr. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. Hearnii Oxon. L. 2. N. C. et excerpta Pith. ac vett. edd. quo mu-

Digitized by Google

tato recte Mogunt. et Aldus *Claudiæ genti* dederunt. Non enim jungendum 'ab initio Claudiæ gentis,' sed 'Claudiæ genti nil antiquius.' Hinc *jam tum ab initio* Hav. Male. Supra I. 3. 'Jam inde ab initio minime lætus novæ origine urbis:' ubi quædam vide. IX. 17. 'Disciplina militaris jam inde ab initiis urbis tradita per manus.' XXIV. 5. 'Jam inde a puero in omnia familiaria jura adsuetum.' XLIV. 25. 'Cernebat et, Persea jam inde ab initio belli omni modo spem pacis tentasse:' 'jam inde antiquitus' inquit Liv. eodem sensu IX. 29. Deinde *nihil antiquius* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Alibi ita variant scripti. Vide Sigon. hoc lib. c. 26. § 7. etiam quæ notantur ad VII. 5. § 7. VIII. 25. § 2. IX. 31. § 3. cap. 43. § 11. et passim. *Nihil antiquus* Harl. 1. *nil antiquus* Leid. 1. et Flor. De locutione 'nihil antiquius' vide ad I. 32. § 2. Insuper *Patrum magistrate fuisse* Klockian. *Patrum majestati favisse* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad Epit. Liv. lib. XLV. In verbis proximis *commodis plebis adversatos esse*, trajectis vocibus, Port. et Hav. *commodis plebis adversarios esse* Harl. 2. Vide ad VII. 41. § 6.

§ 4 *Quorum alterum neque nego, neque inficias eo*] Pal. 2. superscriptam habet lectionem, quam in suis quoque edd. secuti Andreas atque Camp. *non ego, non ceteri Claudii infitiamur.* In ipso textu scribitur *neque nego, neque infitior, sed nos ex quo acciti sumus.* Andreas vero, *cum nos ex quo adsciti.* Gebh. Quasi vero diversa pronunciatio esset in τῷ *nego*, diversa in τοῖς *inficias eo.* Sed etiam in ipsum alterum, quod se ait non negare, est plane id ipsum de quo ait se inficias non ire, nempe de aucta patriciorum majestate. Vix dubito scripsisse Livium, *quorum alterum neque ego inficias eo.* Adjectæ sunt voces ab illis, qui τὸ *neque* sine antapodosi non concoquebant. IX. 9. 'Neque ego inficias eo, tam sponsiones quam fœdera sancta esse.' Vel si placet mitius consulere, legendum erit, *quorum alterum neque nescio neque inficias eo.* Is enim ordo est, ut rem, de qua consuleris, vel nescire te dicas, vel deinde, si concedas te scire, probes ita quoque fieri debere. Sic Frontinus in Præfatione jungit, *neque ignoro, neque inficior.* Jac. Gron. *Coram alterum* Klockian. Præterea voces *neque inficias* desunt in Lov. 3. *neque nego, neque inficio* habet Lov. 2. *neque nego, neque interficior eo* Lov. 1. a m. pr. in quo *inficior eo* interpolavit manus altera. *Neque nego, neque inficior* Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. Lov. 4. 5. Port. Hav. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. L. 2. N. et C. quæ lectio ex alterius expositione nata est. Vide ad l. XXXI. cap. 31. § 9. *Quorum alterum neque ego, neque ceteri Claudii inficiamur, cum nos ex quo* edd. Rom. 1472. et Parm. *Quorum alterum non ego, non ceteri Claudii negamus* ejusdem Hearnii codex L. 1. Si majoris auctoritatis codd. ita præferrent, lectio illa non rejicienda videretur. Ita enim tolleretur, quod merito displicuit Gronovio. Nunc potius ejus prior conjectura præferenda videtur. In fragm. Hav. a m. pr. scriptum fuerat *Quorum alterum neque nego neque ego, nos, ex quo:* a m. sec. vero reposita erat vulgata lectio.

Nos, ex quo adsciti sumus simul in civitatem et Patres] *Sed nos ex quo* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. qui omnes etiam *inficio* vel *inficior*, pro *inficias eo*, exhibuerunt. Hinc illud *sed* ex ultima litera τοῦ *inficias* et ex vocula *eo* natum existimassem, nisi etiam in fragm. Hav. in quo a m. sec. *inficias eo*, a m. pr. *ego* legitur, reperissem. Potius est igitur τὸ *sed* ex numero illarum particularum, quibus nasuti librarii orationem Livianam, ex eorum sententia male cohærentem,

Digitized by Google

melius connectere conati fuerunt. Vide ad c. 32. hujus lib. § 8. et mox hoc cap. § seq. Tum *aciti sumus* Gaertn. *arciti sumus* Leid. 2. *acciti sumus* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Sed nihil mutandum. Attus Clausus enim, gentis Claudiæ auctor et caput, non 'accitus' est in civitatem; sed, quum seditione domestica ex patria profugus Romam commigrasset, in eam 'adscitus,' et deinde 'inter Patres lectus' est, ut Livius inquit II. 16. 'inter patricios cooptatus' est, teste Sueton. in Tiber. c. 1. Verbo 'accipere' in ea re usus est Livius IV. 3. 'Claudiam certe gentem post reges exactos ex Sabinis non in civitatem modo accepimus, sed etiam in patriciorum numerum.' X. 8. 'Sabinum advenam principem nobilitatis vestræ, seu Attum Clausum, seu Ap. Claudium mavultis, illi antiqui patricii in suum numerum acceperunt.' At contra Numa, qui non sponte, sed evocatus, Romam migravit, 'adcitus' fuisse dicitur I. 18. 'Adcitus, sicut Romulus augurato Urbe condenda, regnum adeptus est.' IV. 3. 'Numam Pompilium, non modo non patricium, sed ne civem quidem Romanum, ex Sabino agro adcitum, populi jussu, Patribus auctoribus, Romæ regnasse.' 'Adsciscere' autem, ut apud Cic. pro Arch. Poët. c. 2. 'Perficiam profecto, ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, quum sit civis, a numero civium; verum etiam, si non esset, putetis adsciscendum fuisse.' 'Adcitus' autem et 'adscitus' commutari solent. Vide ad XLV. 25. § 12. Deinde *in civitatem, Patres* Leid. 2. et Lov. 1. *in civitatem et in Patres* Hav. Solet ita Livius præpositiones repetere. Vide hoc lib. c. 28. § 6. Hic tamen reliquos codd. vulgatum servantes, sequor.

Quam inminuta majestas earum gentium, inter quas nos esse voluisti] *Quam minuta* Hav. Quum tamen reliqui stent pro recepta scriptura, syllabam *in* elisam puto vel a præcedentis vocis litera ultima, (vide ad v. 27. § 6.) vel a litera seq. *m.* (vide ad XXXVII. 1. § 2.) Deinde *intra quas nos esse* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad v. 27. § 3. *in qua nos esse* Lov. 2. *in quas nos esse* Leid. 1. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. *inter quas non esse* Gaertn. Vide ad III. 9. § 5. *inter quas esse nos* Leid. 2. et Lov. 1.

§ 5 *Illud alterum pro me majoribusque meis*] *Sed illud alterum* Hearnii Oxon. L. 2. Vide modo ad § præc.

Quæ pro universa republica fiant, ea plebi, tamquam aliam incolenti urbem] *Pro universa reip.* Leid. 1. Tum vox *aliam* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *incolendi urbem* Hav. Mox *incommodis*, pro *incommodum*, Gaertn. *incomm. plebei* Lov. 5. Vide ad II. 42. § 2.

Etsi quædam contra voluntatem fuerint, vere referri posse] *Contra utilitatem fuerint* Voss. 2. Sed vox *utilitas* ex præcedentibus verbis animo scribæ contra sensum Livii adhuc inhæsit. Contra in præcedentibus *voluntatem*, pro *utilitatem*, præfert Lov. 4. Præterea *fiunt*, pro *fuerint*, Hearnii Oxon. C. Hinc *referre posse* Harl. 2. et Hav. *referre possent* Leid. 1. *referre posset* fragm. Hav. a m. pr. *referri posset* Lov. 2. Vox *referre* deficit in Hav. Paullo ante vox *nostrum* non erat in Harl. 2. et Port.

§ 6 *An hoc, si Claudiæ familiæ non sim, nec ex patricio sanguine ortus*] *An hæc* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Deinde *neque ex patricio sanguine ortus* Hav. *nec patriæ sanguine ortus* Harl. 2. *nec patricie sanguine ortus* Port. *nec patricio sanguine ortus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. et Exc. Pithœi. Ita mox præpositionem omittit Livius verbis seqq. 'Qui modo me duobus ingenuis ortum, et vivere in libera civitate sciam.' Vide ad II. 6. § 2.

Sed unus Quiritium quilibet, qui ma-

Digitized by Google

do me duobus ingenuis ortum] *Quiritum* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. 5. Harl. uterque, Port. et Hav. Vide ad III. 20. § 7. *Unus Quiritium quibus* Lov. 1. *unus Quiritium qui licet* Lov. 2. Tum pronomen *qui* deficit in Lov. 2. *et non*, pro *qui modo*, legit Lov. 4. *duobus ingeniis ortum* Port. Τὸ *ortum* non comparet in Leid. 2. Mox *civitate nam*, pro *civ. sciam*, Leid. 1. Præterea *reticere possum*, pro *possim*, edd. vetustiores. Primi Mediolanenses a. 1505. et deinde Aldus alterum substituerunt, quod probant omnes codd.

§ 7 *Ut vobis negent potestatem liberam suffragii, &c. se permissuros esse*] *Aut vobis* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. solito scribarum lapsu. Vide ad IV. 12. § 8. et mox § 11. *Ut nobis negent* Lov. 2. 5. Port. Gaertn. Haverk. et fragm. Hav. De qua varietate vide ad XXXIV. 2. § 2. Vide etiam mox ad § 9. et § 13. Præterea τὸ *se* exsulat ab edd. principibus. Vide ad I. 28. § 5. Primi addiderunt Mediolan. 1505. quos secuti sunt Ascensius 1513. et Aldus. At idem Ascensius 1516. per errorem operarum vulgavit *semper missuros esse*. Τὸ *se* in omnibus superest scriptis, nisi quod pro eo *sed* habeat fragm. Hav. In præcedentibus *Lucinum Sextium* legit Lov. 2. Deinde *perpetuo tr.* pro *perpetuos tr.* Lov. 4. Tum *licentiæ noïe*, id est *nomine*, pro *novem*, Lov. 5. a m. pr.

§ 8 *Quid est aliud dicere, quod petunt alii, nos adeo fastidimus*] In Pal. 2. superadditum est *fastidimur*. Pall. duo et Camp. ed. *nisi quod petunt alii*. Gebh. *Nisi quod petunt alii* etiam Voss. 2. Lov. 3. et Hearnii Oxon. C. Vide hoc cap. ad § 19. *Dicere, quam quod petunt alii* Lov. 2.

§ 9 *Quæ tandem ista merces est, qua vos semper tribunos plebis habeamus*] Vox *ista* deficit in Leid. 2. sed ea transposita *merces ista est* legit Lov. 2. *merces est ista* Lov. 4. Deinde *nos semper tribunos plebis* Lov. 3. Harl. 2. Gaertn. et Hav. Vide paullo ante ad § 7. *Vide semper tr. populi* Lov. 2. Miror vero, non hic iterum, ut alibi sæpe, monuisse Gebhardum, per ὑφ' ἓν accipiendum *semper-tribunos*. Sed vide quæ notantur ad v. 2. § 2.

Seu utiles, seu inutiles sunt, omnes conjunctim accipiatis] Duæ priores voces exsulant a Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. 1. et Gaertn. tertia et quarta a Flor. Verum earum similitudine decepti librarii modo has modo illas perperam omiserunt. Deinde *sint* Leid. 2. et Lov. 4. Verum præcessit *seu placent, seu displicent*. Tum *omnes conjuncti accipiatis* Harl. 2. et quædam ex vetustis edd. An voluerunt *conjuncte accipiatis?* Vide ad cap. præc. § 11. Sed vulgatum *conjunctim* servant recte ceteri codd. *Conjunctim accipitatis* errore librarii Leid. 1. Paullo ante *seu placerent*, pro *seu placent*, est in Harl. 1. *plac'ent* se scriptum invenisse scriba credidit. Vide ad XXXIX. 52. § 6.

§ 10 *Obsecro vos, Tarquinii tribuni plebis*] Vox *Tarquinii* deest in Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 1. Male. Supra III. 39. 'Decem Tarquinios adpellantem, admonentemque, Valeriis et Horatiis ducibus pulsos reges.'

Putate me ex media concione unum civem subclamare bona venia vestra liceat] Hæc verba ita interpungenda, ut appareat 'Bona venia vestra,' &c. esse Appii succlamantis, sic: *succlaclamare: Bona venia.* Sigon. Recte Sigonius. Verum distinctio, quæ in plerisque antiquioribus edd. exstabat, id jam indicavit. Quædam enim exhibent, ut Sigonius voluit; quædam *succlamare. Bona venia.* At Mediolanensis a. 1505. *Obsecro vos, Tarquinii tribuni plebis, (putate me ex media concione unum civem succlamare,) bona venia vestra liceat.* Ceterum vox *media* deest in Harl. 2. et Port. Hinc *condicione* legit Leid. 2. quomodo sæpe

Digitized by Google

peccatur in membranis vetustis. Vide ad IV. 12. § 7. Tum *subclamore* Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. De quo errore vide ad IV. 24. § 7. De verbo 'subclamare' vide ad III. 50. § 10. Insuper *bona nostra venia* Hav.

Ex his rogationibus legere, quas salubres nobis censemus esse, antiquare alias] *Ex his regionibus* Gaertn. *ex legationibus legere*, pronomine *his* omisso, aliud agens dedit librarius Lov. 4. Tum *salubres censemus vobis esse* Lov. 5. *salubres nobis scimus esse* Leid. 2. Deinde *antiquari* Harl. 2. et Port. *antiquate* fragm. Hav. a m. sec. At voces *censemus esse, antiquare alias*, *Non* desunt in Harl. 1.

Non, inquit, licebit, tu de fœnore atque agris] Verba sunt tribunorum plebis, per μίμησιν ab Appio prolata. Verum cum ait 'Et hoc portenti,' nisi ex stomacho Appii intelligamus, non plane capio quidnam sibi velit. *Glar.* Fœdata pulcherrima sententia est ab iis qui eam non percipientes non recte distinxerunt: sic enim accipiendum est, ut illæ voces, *non, inquit, licebit*, sint Licinii respondentis Appio succlamanti. *Sigon.* Sigonius notat *non licebit* esse Licinii respondentis Appio succlamanti, *Tu de fœnore*, esse Appii, Licinium ex ejus responso arguentis; contra atque senserit Glareanus. Immo Glareanus recte sensit: sunt enim utraque unius, non necessario Licinii, sed ex tribunis plebis reliquorum nomine, aut omnium tribunorum simul μιμητικῶς prolata, sed ita concepta, ut Appium ea dixisse appareat. Refert verba tribunorum Appius, non qualia illi pronunciarant, aut qua sententia illi accipi ea voluerant, sed qualia ea populo videri, quamque sententiam ex iis educi atque elici cupiebant Appius et patricii. Tribunorum hæc verba fuerant: 'non esse modestiæ populi Romani, id postulare, ut ipse fœnore levetur, et in agrum possessum a potentibus inducatur;' (hæc ita durius reddit Appius: 'Non licebit ex rogationibus legere, quas salubres tibi censeas esse, antiquare alias. Tu de fœnore atque agris, quod ad vos omnes pertinet, jubeas?') 'per quos ea consecutus sit, senes tribunicios, non sine honore tantum, sed etiam sine spe honoris relinquat?' Nisi tamen scripsit Livius *relinquere*. Hæc invidiosissime inelvilissimeque reddit Appius, non contentus dicere, 'et tu idem,' nempe quicumque civis, 'ex nostro collegio dubites creare consules?' quod ipsum quoque ingratum fuisset: sed multo asperius, 'et hoc portenti non fiat in urbe Romana, uti illum L. Sextium atque hunc C. Licinium consules, quod indignaris, quod abominaris, videas.' *Hoc portenti* desumtum Livio ex illo in Ventidium: 'Portentum inusitatum conflatum est recens, nam qui fricabat mulos, consul factus est.' Verba *jubeas, indignaris, abominaris, videas* intelligunt, 'tu quicumque civis Romane de plebe:' et proferuntur tamquam ex ore Licinii, per Appium narratorem vitiata: non tanquam Appii contra Licinium, ut vult Sigonius, qui artificium hoc oratorium, adversarii sensus invidiose exponendi, tantus orator non pervidit. Sic Cicero in Verrem III. 11. 'De cohorte mea rejicies, inquit.' (puta Verres) 'Quid? ista cohors quorum hominum est? Volusii haruspicis, et Cornelii medici, et horum canum, quos tribunal meum vides lambere.' Sic ille passim. Val. Max. II. 9. 'Quam enim imprudenter Duronius Rostra conscendit, ista dicturus, Freni sunt injecti vobis, Quirites, nullo modo perpetiendi: alligati et adstricti estis amaro vinculo servitutis: lex enim lata est, quæ vos esse frugi jubet,' &c. Sic ridicule Saturnum inducit Prudentius adversus Symmach. I. 45. 'Sum Deus, advenio fugiens, præbete latebras.' *J. F. Gron.* Ver-

Digitized by Google

ba Sigonii Gronovius descripsit ex prima Scholiorum ejus ed. in posterioribus enim postrema pars scholii, quæ recte Gronovio displicuit, resecta est, et illa tantum exstant quæ hoc loco visuntur. Cujus rei forsitan caussa fuerit, quod ipse se errasse animadverterit. Ceterum *Tu fœnore atque agris*, omissa præpositione, Leid. 2. et Lov. 1.

§ 11 *Quod ad vos omnes pertinet*] *Quod ad nos omnes pertineat* Gaertn. et Lov. 2. *quod ad nos omnes pertinet* Voss. 2. et Lov. 3. ac 5. *quod ad vos omnes pertinebit* Leid. 2. Mox *hoc portentum*, pro *hoc portenti*, Harl. 2. Port. et Hav. Male. Optimi enim stant pro vulgato. Infra XXX. 13. 'Perdito tamen atque adflicto sibi hoc in miseriis solatii esse:' ad quem locum plura vide. Præterea *non fiet*, pro *non fiat*, Port. a m. sec. *nn fiat*, id est *modo fiat*, Lov. 2. Vide ad IV. 56. § 6.

Ut Sextium atque hunc C. Licinium] Vet. lib. *uti Sextium:* ex quo colligi potest legendum *ut L. Sextium*. Sigon. *Uti illum* [*L. Sextium*] habent veteres Andreæ, Becharii, Mogunt. Ascensii, et aliæ. Haud scio cur mutarint. *J. F. Gron.* Lectio scholis Sigonii præscripta in nulla ed. obvia fuit. Earum principes præferunt, quemadmodum Gronovius monuit. Aldus deinde *uti L. Sextium* in contextu dedit. Sed in erratis priorem lectionem revocavit, quam et proximi editores servarunt. Frobenius deinde 1531. *uti L. Sextium* similiter vulgavit; idque postea semper obtinuit. Gronovio roganti cur vetustissimarum edd. lectio mutata fuerit, respondeo id factum esse ob codd. auctoritatem. Certe meorum nullus illis concinit. Nam *ut Lutium*, vel *L. Sextilium*, est in Voss. 1. et Lov. 1. ac 5. *uti Sextilium* in Harl. 2. *uti L. Sextilium* in Port. *ut Sextium* in Hearnii Oxon. C. *uti Sextium* in ejusdem codd. L. 1. 2. B. et N. atque in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *ut Sextium* Lov. 2. *ut L. Sextium* Lov. 4. *uti L. Sextium* in Flor. quod servavi. An priores Livii editores τὸ *illum* adscivere ex superioribus verbis hujus cap. 'L. illum Sextium et C. Licinium perpetuos tribunos?'

Videas: aut omnia accipe, aut nihil fero. Ut si quis ei, quem urgeat fames] Adde notam interrogationis voci *videas?* Quæ sequuntur verba, *aut omnia accipe, aut nihil fero*, verba sunt Licinii tribuni plebis ab Appio recitata per μίμησιν, perinde atque illa, 'Non, inquit, licebit.' Jam vero illa *Ut si quis ei, quem urgeat fames*, sunt Appii coarguentis Licinii sententiam illam, *Aut omnia accipe, aut nihil fero.* Sigon. *Aut omnia accipere* Lov. 4. et Gaertn. quorum codd. librarii, se *accip'e* vel *accipe* scriptum invenisse, existimasse videntur. *Omnia accipite* Harl. 1. Male. Præcessit enim singulari numero 'jubeas,' 'indignaris,' 'abominaris,' 'videas.' Illud *accipite* formatum est ex verbis, quæ postea § 13. subjunguntur. Verum ibi alia ratio. Hic enim Appius per μίμησιν exprimit verba unius tribunorum, respondentis uni civi ex media concione subclamanti; ibi Appius fingit patricium toti plebi dicentem *accipite.* Præterea *aut nihil oro* Voss. 2. *aut nihil feras* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. literis transpositis *aut nihil fore* Lov. 3. Deinde *Aut si quis ei* Leid. 2. quæ varietas scripturæ in membranis frequens est. Vide hoc cap. ad § 7.

§ 12 *Venenum ponat cum cibo, et aut abstinere eo quod vitale sit*] *Ven. ponat in cibo* fragm. Hav. a m. pr. Male. Non enim indicat venenum cibo mixtum, sed venenum et cibum, quodque separatim. Nam mox demum subjungitur 'aut mortiferum vitali admisceat.' Tum *et* deest in Voss. 2. et Lov. 3. Denique *quod vitales sit* Harl. 1. Sed prima litera τοῦ *sit* male

Digitized by Google

repetita est in fine vocis præced. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *quod ni tale sit* Lov. 5. qui idem mox *in tali*, pro *uitali*, præfert. In præcedd. *fames urgeat*, transpositis vocibus, Lov. 2. *urgebat fames* antiqq. edd. aberratione operarum.

Si esset libera hæc civitas, non tibi frequentes subclamassent] *Cum esset libera* Lov. 5. Hearnii Oxon. N. et Exc. Pithœi. Atque ita præfert Voss. 1. in contextu, pro quo alterum in margine emendatur. Pronomen autem *tibi*, quod in prioribus deerat excusis, primus addidit Aldus. Id autem exstat in omnibus scriptis, nisi quod in Oxon. L. 1. deesse Hearne testetur.

Cum tribunatibus ac rogationibus tuis] Adde notam interrogationis. *Sigon. Cum tribunatibus tuis*, reliquis omissis, Leid. 2. *cum tribun. tuis ac rogat. tuis* Harl. 2. ac Port. Conjunctio *ac* deerat in Gaertn. ejus loco *et* præferunt Lov. 5. atque Aldo antiquiores editi. *Ac rogantibus* Voss. 2. et Lov. 3. An forte voluerunt *ac rogatibus?* Sed vulgatum tuentur ceteri scripti.

Quid si non tuleris, quod commodum est populo accipere] *Quod*, pro *quid*, Flor. Lov. 2. et fragm. Hav. a m. sec. Ea lectio si placet, *quod* hic abundabit. Id autem frequens esse sequente particula *si*, vidimus ad II. 29. § 8. Contra, si vulgata scriptura verior videtur, post *τὸ quid* ponendum erit signum interrogationis. Et quidem ob codicum reliquorum consensum id præferrem. Usitatum autem in interrogationibus esse, pronomen hoc ita absolute poni, videbimus ad XXVIII. 41. § 12. Ita mox hoc cap. 'Quid? rogatio qualis est, quam a nobis antiquatam indignantur?' Præterea *si tu non tuleris* Flor. Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. uterque, Port. Klockian. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. omnesque editi usque ad Gruterum. Et hoc pronomen restitui; elegantis enim emphasis est: 'si tu non tuleris, nemo erit qui ferat illud:' in quibus *tu* et *nemo* obponuntur. Mox *qui fuerat*, pro *qui ferat*, Klockian. et quædam edd. antiquæ: quomodo etiam in codd. scriptis librarii variarunt. Vide ad v. 44. § 4. Poteras etiam aliter orationem interpungere hoc modo: *nemo erit, qui ferat? Illud si quis patricius.* At sensus eodem redit.

§ 13 *Aut omnia accipite, aut nihil fero*] *Aut omnia accipe* priscæ edd. quod effictum est ex illis quæ § 11. obcurrunt. Sed aliam hujus, aliam illius loci rationem esse, ibi dictum est. Recte itaque Aldus priorem lectionem mutavit, substituens *accipite*, quod habent etiam omnes calamo scripti. Doujatius tamen postea *accipe* iterum vulgari curavit: et simul monuit, induci Licinium plebem adloquentem. Sed ita referenda foret adnotatio ad verba § 11. quamvis tamen, ut Gronov. ad § 10. docuit, illa etiam non necessario verba Licinii sunt, sed unius ex tribunis plebis reliquorum nomine, aut omnium tribunorum simul: neque dicuntur plebi in genere, sed uni illi civi, quem ex media concione subclamantem 'Bona venia vestra,' &c. Appius induxerat. Præterea *aut nihil fere* Gaertn. *aut nihil feres* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. quod positum foret pro 'accipies.' Sed verum est alterum in reliquis obvium. *Fero* tanquam legislator. Vide ad cap. præc. § 11. In verbis præcedd. *invidiosius dicere*, pro *invidiosius esse*, Lov. 4. Mox in sequentibus *quis nostrûm*, pro *vestrûm*, Gaertn. Vide ad § 7.

§ 14 *Numquamne vos res potius, quam auctores, spectabitis*] Pall. duo *expectabitis*, ut et Andreæ ed. Pal. 2. *Numquamne nos res* (superscriptum *reos*) *potius, quam auctores, explicabitis.* Non intelligo. *Gebh.* Perperam *nos*, pro *uos*, etiam Gaertn. et Hav. Deinde *quam auctores explicabilis* Hav. *exspec-*

Digitized by Google

tabitis Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. et quædam vett. edd. quæ etiam lectio errantium est librariorum. Vide hoc lib. ad c. 33. § 1. Mox *sed et omnia*, addita media voce, Lov. 2. Tum *magistratus ille dicit*, pro *dicet*, Harl. 2. et Port. *diceret* Harl. 1. et quædam ex vetustis edd. Vide ad II. 56. § 7.

Quæ ab nostrum quo dicentur] Adscripta erat varia lectio in Pall. duobus, 1. ac 3. sive interpretatio potius *vοῦ quo*, quam curiosus librarius inseruit seriei sive textui, *quæ ab nostrorum vel aliquo quo*. Pal. 2. et edd. veterrimæ *quæ ab nostrum quoque dicentur*. Gebh. Lectio, quam Gebhardus in duobus Pall. invenit, et recte ex interpretatione natam, ac deinde contextui insertam existimavit, mihi quoque obvia fuit in Voss. 2. et Lov. 3. quam vero ex Pal. 2. adfert, exstitit in nullo meorum. Fragm. Hav. a m. pr. vulgatum habuit; sed pro eo postea manu altera interpolatum est *quæ ab nostrum quoquam*. Et id posterius exhibent Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *quæ ad nos que contra dicentur* est in Lov. 2. *quæ a nostrum quo* in Lov. 1. *quæ nostrum quo* in Lov. 4. *quæ ab nostrum aliquo* in ed. Rom. principe, teste Hearnio, et in omnibus antiquis quibus usus sum. Ut forte, quod Gebhardus de edd. veterrimis dicit, de sola Campaniana intelligendum sit. *Ab nostrum quo* primus Frobenius a. 1535. edidit; cui consentiunt optimi, et alii omnes. Ex ejus autem interpretatione etiam *quoquam* natum esse patet.

§ 15 *Quid? rogatio qualis est*] *An rogatio qualis est* Gaertn. *Quæ rogatio qualis est* Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Male. Vide hoc cap. ad § 12. Paullo ante *At vero sermo*, pro *At hercule sermo*, Leid. 2. *At hercle sermo* Lov. 2. et 4. Vide ad VII. 11. § 1. Mox in verbis seqq. *indignantur antiquatam* primæ edd. Pro eo primus Aldus dedit *antiquatam indignantur*. Et ita præferunt omnes manu exarati libri.

Sermoni, Quirites, similima. Consules, inquit, rogo] *Similia* Hav. *similia* scriptum forte fuerat, idque librario fraudi fuit, quod notam non animadverterit. Tum *Consules rogo, inquit* Harl. 2. Port. et Hav. *Tò rogo* deficit in Lov. 4.

§ 16 *Nec duos patricios creandi potestatem vobis permittit*] *Et lex duos patricios* Voss. 2. et Lov. 3. *ne lex duos patricios* fragm. Hav. a m. pr. Tum *vobis creandi potestatem permittit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *creandi potestatem nobis permittit* Harl. 2. et Hav. *creandi potestatem non permittit* Gaertn.

§ 17 *Si hodie bella sint, quale Etruscum fuit, quum Porsena Janiculum insedit*] *Sed hodie bella sint* Gaertn. Deinde *Porsenna* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sed vide ad II. 9. § 1. Deinde *Janiculum obsedit* Lov. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. invito Livio, qui II. 10. 'Janiculum repentino inpetu captum,' non obsessum fuisse, refert. Et ita alii scriptores. Mox *quale modicum modo*, pro *quale Gallicum modo*, Klockian. Hinc vox *arcem* exsulat a Lov. 5. Deinde *omnia hostium erant*, omisso pronomine *hæc*, Leid. 2. et quædam vett. edd. *Omnia hujus hostium erant* exhibet Lov. 1.

Cum hoc M. Furio aut quolibet alio ex Patribus] Ita primus edidit Frobenius 1535. eamdemque lectionem reliqui omnes, qui postea Livium vulgarunt, retinuerunt. Antea legebatur *M. Furio et quolibet;* quod verum esse præstant Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Lov. 1. 2. 3. 5. Port. Hav. fragm. Hav. Gaertn. Klockian. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. ut et Excerpta Pith. Eamdem etiam veram præstat sana ratio. Si enim utique alter ex plebe consul

Digitized by Google

faciendus foret, tum demum Furius de repulsa dimicaret, si ipse *et* alius ex ordine patriciorum peterent. Contra si *aut* legas, æque hic M. Furius, vel quicumque alius ex Patribus peteret, haud pro dubio consul erat, ac L. ille Sextius. Priscam igitur lectionem revocavi. *Cum hoc M. Fabio* male præfert Latinii Neapol. Mox enim sequitur ' Camillum de repulsa dimicare.'

Possetisne ferre, Sextium haud pro dubio consulem esse, Camillum de repulsa dimicare] *Possetis non ferre* Hav. Deinde *haud procul dubio consulem esse* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. Verum ita negandi particula *haud* delenda foret. Ego vulgatum, in quod optimi codd. conspirant, præfero. ' Haud pro dubio consul,' est haud dubius consul, haud dubie consul. Ita ' pro bono facere,' est bene, bonum facere. Sallust. in Jug. c. 22. ' Populum Romanum neque recte, neque pro bono facturum, si ab jure gentium sese prohibuerint :' ubi vide Cortium. Tum *et Camillum* Harl. 2. Denique *de rep. dimicare* Leid. 1. Lov. 2. 3. et Gaertn. *de republica dimicare* Voss. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *de re dubia dimicare* Latinii Neapol.

§ 18 *Hoccine est in commune honores vocare*] Si hic atque sequens versus absque interrogatione leguntur, cum quadam dicentis admiratione, plus gratiæ habebunt, quam ut passim vulgo legantur verba. *Glar.* Codd. quidam admodum variant. *Hos in omnes in communes hon. vocare* Port. a m. pr. *Hoccine in omnes communes hon. vocare* a m. sec. *Hos omnes in commune hon. vocare* Hav. *Hoccine est in communes hon. vocare* Harl. 2. *Hoccine est in commune vocare* Gaertn. *Hocne est in commune hon. vocare* Flor. *Hoccinesse in commune in hon. vocare* Voss. 1. et Leid. 2. *Hoc inesse in commune in hon. vocare* Lov. 1. 4. 5. Sed nihil mutandum, nisi forte quam proxime scripturam ultimorum illorum Mss. legendum sit *Hoccine esse in commune honores vocare.*' Vocare in commune,' ut ' vocare in partes.' Vide ad VII. 22. § 9. An forte etiam respicitur ad formulam qua utebatur, qui rei ab alio inventæ partem sibi petebat? de qua vide viros doctos, et inprimis Burmann. ad Phædr. Fab. v. 6. 3.

Ut duos plebeios fieri consules liceat] *Duo plebeios* Leid. 2. Vide ad XXXV. 21. § 5. Verum reliqui omnes vulgatam scripturam tuentur. Deinde *consules fieri* Lov. 4. *ferri consules* Leid. 1. et Lov. 3. *ferre consules* Gaertn. Sed ita sæpe peccarunt scribæ. Vide ad v. 54. § 6. Vox *consules* exsulat a Lov. 2. Mox *alteri ex plebe*, pro *alterum ex pl.* Hav.

Quænam ista societas, quænam consortio est] Tres posteriores voces absunt a Voss. 2. Verum eas suo tempore in codice, quo usus est, reperit Nonius Marc. qui hunc locum laudavit in voce ' Consortio.' Quum autem Nonius priora verba ita exhibeat, *Quænam ista suavitas*, eum ex hoc loco emendandum esse, et Mercer. ad Noninm, et Gerard. Johann. Voss. ad Fragm. Vet. Trag. p. 11. monuerunt. Eorum posterior addidit, quosdam male existimasse, locum a Nonio laudatum non esse T. Livii, sed Livii Andronici, inter alia usos eo argumento, quod ' consortionis ' vox hunc potius, quam illum, sapere videatur. Verum de ea vide ad X. 8. § 12.

Parum est, si, cujus pars tua nulla adhuc fuit, in partem ejus venis] *Si parum curas, pars tua* nullo sensu Gaertn. Deinde *pars tua nulla adhuc in partem fuit ejus* fragm. Hav. a m. pr. *pars tua adhuc nulla* edd. antiquiores Aldo invitis Mss. Tum *in partem venis ejus* Lov. 4. *in parte ejus venis* Flor. Harl. 2. et Port. Male. Ita ' in partem criminis,' ' doloris

Digitized by Google

venire' apud Ovid. Art. Amat. I. 389. 'tollitur index, Quum semel in partem criminis illa venit.' Amor. El. III. 9. 51. 'Hinc soror in partem misera cum matre doloris Venit, inornatas dilaniata comas.' Cicero ad Fam. XIV. 2. 'Illud doleo, quæ inpensa facienda est, in ejus partem te miseram et despoliatam venire.'

Nisi partem petendo totum traxeris] Prima vox non comparet in Flor. quam intercepisse videtur ultima syllaba vocis prioris. Insuper *totum subtraxeris* Hearnii Oxon. C.

§ 19 *Quid est dicere aliud, quia indignos vestra voluntate*] Vet. lib. *Quid est dicere aliud, nisi quia indignos, &c.* Sigon. Habet locum hæc lectio *nisi quia indignos* in Pal. 2. et Campani ed. Nam Pal. 1. *quam si indignos.* Pal. 3. *Quid est dicere aliud, quam indignos.* In sua recensione Andreas omisit τὸ *nisi.* Gebh. Sigonii vet. lib. consentiunt Harl. ambo, Port. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. et B. *Quid est dicere, nisi quia ind.* legit Hav. *Quid est dicere aliud, quod si ind.* Voss. 2. *Quod est dicere aliud, quam si ind.* Lov. 3. *Quid est dicere aliud, quam ind.* Gaertn. *Quid est dicere aliud, quia indignos,* quemadmodum ante Sigonium edebatur, præferunt Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. 5. Flor. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. Et sane haud magis τὸ *nisi* hic requiram, quam hoc cap. § 8. 'Quid est aliud dicere, quod petunt alii, nos adeo fastidimus, ut sine mercede magna non accipiamus?' Particulam igitur *nisi* a Sigonio additam iterum expunxi. *Quid est aliud dicere, quia indignos* alio ordine edd. ante Frobenianam 1535. Paullo ante *si duos liceat,* pro *licebit,* Leid. 2. Insuper *neminem creas,* pro *creetis,* Lov. 3.

§ 20 *Quid sequitur, nisi ut ne beneficium quidem debeat populo*] Pall. duo iterum omittunt τὸ *nisi.* In Pal. Ms. 2. initio fuerat *Quid sequitur, nec benef. quidem debere populo.* Camp. *Quid sequitur, nisi ne benef. quidem debere populo.* Gebh. *Quid sequitur? nec benef. quidem debere populo Ro.* Port. et Hav. in quorum tamen priori τὸ *nisi* in margine conspicitur. *Quid sequitur? ut ne benef. quidem debeat populo* Lov. 2. 3. et Leid. 1. *Quid sequitur? ut ne benef. quidem debeatur pop. Romano* Gaertn. *Quid sequitur? nisi ut benef.* Lov. 4. *Quid sequitur? nisi benef.* Lov. 5. qui etiam *populo Ro.* præfert.

Et lege se, non suffragio, creatum dicat] *Et lege, non se suffragio* Gaertn. Præterea *creatum* deficit in Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *creatum esse dicat* exhibet fragm. Hav. a m. pr.

CAP. XLI. § 1 *Ita maxima sunt adepturi, ut nihil ne pro minimis quidem debeant*] Isthæc non placent. Lege *ut nihil pro iis, nec minimum quidem, debeant.* Is enim sensus Livii fuisse videtur. Sed quanto magis arrideat, *ut nihil populo Romano Quiritium debeant.* Hanc ego veram esse lectionem arbitror. *T. Faber.* Fortassis, *et ita maxima sunt adepturi, ut nihil quasi pro minimis debeant.* J. F. Gron. Secundum Doujatium, exigit sententia emendationem aliquam, ut cohæreat. Eidem tamen Gronovii et Fabri conjecturæ displicent, quas contextus potius eversiones, quam correctiones, vocat. Ipsi igitur duorum alterum subcurrit; vel ut, iterata particula monosyllaba *ut,* legamus *et ita maxima sunt adepturi, ut nihil, ne ut pro minimis quidem, debeant:* id est, nihil pro maximis honoribus ('consulatu' puta) debeant in posterum, ne quantum quidem nunc pro minimis (tribunatu scilicet plebis, minore ac plebeio magistratu) debent: vel certe ut, vocibus *maxima* et *minimis* transpositis, refingamus, *et ita minima sunt adepturi, ut nihil, ne pro maximis quidem, debeant.* Cœterius ad marginem exemplaris, quo usus est, nihil mutabat; sed vulgatam lectionem ita ex-

Digitized by Google

ponebat: Ita accepturi sunt consulatum, quasi lege, non suffragio; ut pro tanto honore prorsus nihil debituri sint; ne tantum quidem, quantum pro re minima et parvi pretii: *ne pro minimis quidem* itaque esse, tamquam minima, vel ne minimum quidem. Ita enim Livium dixisse IV. 7. 'Pro firmato stetit magistratus ejus jus:' id est, tamquam firmatum. X. 35. 'Pro victis esse:' ut et XXI. 9. Plaut. in Menæchm. II. 2. 24. 'Pro sano loqui.' Propert. Eleg. I. 10. 24. 'Neu tibi pro vano verba benigna cadant.' Etiam Clericus locum sanum putabat, et *ne pro minimis quidem* accipiebat, quasi dictum foret, ne pro minimis quidem plebeiorum, qui consulatum adepturi erant; quasi populus in illos etiam consulatum conferre necesse haberet. Codices pertinaciter in vulgatum conspirant: et tamen id ferri posse non videtur. An forte legendum? *ut nihil, ne minimum quidem debeant:* vel, si *pro* expungi nimis audax videatur; *ut nihil populo Romano, ne minimum quidem, debeant.* Sed considerent qui promtiori præditi sunt ingenio. Cœtierii expositionem non facile aliquem probaturum credo. Paullo ante *quærunt*, pro *quarunt*, Harl. 2. Port. et Haverk. *Quæritur* Lov. 2.

Et occasionibus potius, quam virtute, petere honores malint] Ita primus J. F. Gronovius edidit, utrum de industria, an operarum errore, incertum est: sane alibi ita mutandum esse non monuit; neque hic etiam mutationis causam reddidit. Hanc autem Gronovii lectionem postea receperunt omnes, quos vidi, recentiores. At Gronovio priores dederunt *malunt:* quam lectionem habent omnes mei codd. Eamdem etiam superesse in Oxoniensibus N. et C. Hearne monuit. Illam itaque restitui. Non enim pendet oratio ex vocula proxime præcedenti *ut*, sed petius cohærent 'Et ita sunt adepturi, et occasionibus petere malunt.' Præterea alio ordine *et malunt occasionibus potius, quam virtute, petere honores* Harl. 2.

§ 2 *Est aliquis, qui se inspici, qui æstimari fastidiat*] Hæc quoque absque interrogatione legam cum ironia, et quasi per irrisionem: et *est aliquis* dixit, velut in Thrasonem, ut illud Satyrici Juvenal. Sat. I. 73. 'Aude aliquid, brevibus Gyaris et carcere dignum, Si vis esse aliquid: probitas laudatur, et alget.' *Glar.* Et hæc, et quæ sequuntur, verba sine interrogatione legenda sunt. *Sigon.* Pall. tres *inspici extimari fast.* Campan. vero *qui se inspici æstimarique fast.* Gebh. Campanus *inspici æstimarique.* Tres Pall. et Thuan. *qui se inspici, æstimari, fast.* Placet omnino, et nescio quid possderis est in asyndeto. Lib. VIII. c. 4. 'Si quando unquam consociandi imperii, usurpandæ libertatis tempus optastis.' X. 24. 'Quum periculum, dimicatio proposita sit.' Sic enim scripti. *J. F. Gron. Qui se inspici, qui æstimari fast.*, quemadmodum priores excusi præferunt, in nullo est meorum codicum: *qui se inspici, existimarique fast.* præferunt Lov. 2. 4. 5. Port. Hav. et Hearnii Oxoniensis B. *qui se inspici extimarique fast.* fragm. Hav. a m. sec. *qui se inspici æstimarique fast.* Oxoniensis L. 2. apud Hearnium: *qui se inspici, extimari fast.* Lov. 1. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *qui se inspici, exist. fast.* Harl. 2. *qui se inspici, æstimari fast.* Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. 1. Flor. et Gaertn. Idem in suis L. 1. N. et C. conspici, Hearne testatur. Et ita jam Frobenius edidit 1535. quem secuti sunt Basileenses 1539. Gryphius 1548. et 1554. ac Curio. At Vascosanus et reliqui priorem lectionem revocarunt, usque dum Gronovius 1665. τὸ *qui* posteriori loco iterum ex contextu ejiceret. Sæpe Livium copulas omisisse, videbimus ad IX. 22. § 6.

Digitized by Google

Cui certos sibi uni honores inter dimicantes competitores æquum censeat esse] *Qui certos si . . . honores*, relicta parva lacuna, Gaertn. *qui ceteros sibi uni honores* Lov. 2. et quædam ex vett. edd. Vide ad XXXIV. 36. § 4. Deinde *inter micantes competitores* Harl. 1. Verum, has voces etiam alibi scribas commutasse, docuerunt viri docti ad Sueton. Aug. c. 13.

§ 3 *Licinium Sextiumque, quorum annos in perpetua potestate, tamquam regum in Capitolio, numeratis*] Quid est *regum in Capitolio?* An signatorum in Capitolinis fastis? Quasi nusquam alibi numerari regum anni potuerint. An tribunorum? at illorum in fastis, quatenus supersunt, vestigium nullum. Acta urbana, vel si qua fuerunt collegii, his sufficiebant. An inseritur mentio Capitolii, tanquam loci, ubi tum temporis plerumque comitia tribunicia haberentur? Nam in area Capitolina nonnunquam habita esse constat. An potius legendum *in Campo;* vel *in comitio?* hic enim sæpius. Nisi resecta utraque voce Livius reliquit, *quorum annos in perpetua potestate, tanquam regum, numeratis.* Adjecerunt autem *in Capitolio*, qui semiplenam periodum putarent, nisi apponeretur aliquid regibus, ut adest tribunis 'in perpetua potestate:' quasi non hoc quoque pertineret ad reges. *J. F. Gron.* Respicit Livius regum statuas, quæ erant positæ in Capitolio, quarumque basibus numerus annorum, quibus regnaverant, erat inscriptus. Cum autem C. Licinius Stolo et L. Sextius per aliquot annos continui tribuni plebis fuissent, eorum annos ait Claudius numerari in perpetua potestate vel continuos, non secus ac in titulis, qui additi erant regum statuis. Nam cum ii, qui honores diversis vicibus gessissent, dicebantur tertium, quartum, quintum, &c. consules vel tribuni plebis, hi e diverso poterant inscribi tribuni plebis verbi causa decem vel plurium annorum. Statuas autem Romuli et reliquorum regum fuisse in Capitolio, nos docent veteres. Asconius in Orat. pro M. Scauro extremam: 'Cato prætor judicium, quia æstate agebatur, sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus. In forum quoque sic descenderat, jusque dicebat, idque repererat. (alii *repetierat*) ex vetere consuetudine, secundum quam et Romuli ætatis statuæ in Capitolio et in Rostris Camilli fuerunt, togatæ sine tunicis.' Plinius XXXIII. 1. statuarum Romuli, Servii Tullii, Numæ, Tarquinii Prisci in Capitolio positarum meminit. Julio Cæsari 'statuam inter reges,' id est regum statuas, decretam tradit Suetonius c. 76. et Cicero oratione pro Deiotaro c. 12. nec alibi, quam in Capitolio, fuisse auctor locuples Dion Cassius lib. XLIII. p. 236. ex quo insuper constat, omnium regum cum Bruti Tarquiniorum eversoris statuas ibi positas, et Cæsaris juxta Bruti, illudque postea in omen tractum esse. Cum autem Bruti statuæ inter reges posita fuerit ex ære, teste Plutarcho in vita Bruti, ipso initio, videntur et regum ex eodem metallo fuisse, et scribi apud Asconium debere *Romuli æratæ statuæ.* Nam vulgatum *ætatis* nullum sensum recipit. *G. Cuperus. Licinium Sextium, quos aios in perpetua potestate* Hav. Præpositio autem *in* exsulat a quibusdam vett. edd. Tum *tamquam regnum* Lov. 1. et 5. Ceterum in loco Ascon. Jac. Gronov. *Romuli ac Tatii statuæ* legendum censuit ad A. Gellii VII. 12. et ita etiam edi curavit in commentariis Asconii Ciceroni additis. At verior esse videtur Cuperi conjectura. Dio enim loc. laud. expresse docet, octo in Capitolio statuas fuisse, septem regum, et una Bruti. At statuæ T. Tatii non meminit.

Cui non via ad consulatum facilior] *Quom non via ad consulatum* Gaertn. *cui non via ad consulandum* Hav. Mox

Digitized by Google

τὸ *ne* deest in Leid. 2. at voces *quid., cr. int. pot.; istos, etiam si nol.* desunt in Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. errore scribarum, quos in fraudem perduxit similitudo vocum *volueritis* et *nolueritis*.

§ 4 *De indignitate satis dictum est: (etenim dignitas ad homines pertinet)*] *De dignitate* Lov. 4. Hinc *satis est dictum* fragm. Hav. Tum *etenim indignitas* Gaertn. et Hav. *est enim dignitas* Port. Deinde *ad hominem pertinet* edd. Aldo priores. Is vero *ad homines* emendavit. Et ita omnes scripti.

Quæ propria Deorum inmortalium contemtio atque injuria est] *Quæ Piora* Klockian. *quæ pp' ad Deorum* Gaertn. *quæ proprii Deorum* Leid. 1. *quæ proprie Deorum* Harl. 2. Port. et Hav. Tum *contententio* Harl. 1. *contentio* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 8. Gaertn. Hav. et quædam edd. vett. eodem errore, quo etiam sæpe 'contentus' et 'contemtus' commutari solent. Vide ad XXV. 38. § 20. Insuper τὸ *est* deficit in Port. et Hav. In verbis proximis *loquitur*, pro *loquar*, Lov. 3.

Quis est, qui ignoret] *Quis est, qui ignoretur* Gaertn. Vide ad XXXIX. 22. § 8. *quis est, qui ignorat* Hav. *quis, qui ignoret* Voss. 2. *quis ignorat* Harl. 2. Port. et Hearnii Oxon. B. Paullo ante *conditam hanc urbem*, transpositis vocibus, Lov. 2. Tum *bello et pace* edd. vett. pro quo Aldus dedit *bello ac pace:* et ita codd. manu exarati, nisi quod *bello aut pace* habeat Gaertn. sollemni errore. Vide ad XXI. 53. § 3. Tandem *regi*, pro *geri*, Lov. 1. Vide ad XXVII. 40. § 2.

§ 5 *Nullus auspicato creatur*] *Auspicio creatur* Lov. 4. Quod, si gravioris auctoritatis codd. consentirent, defendi posset. Ita enim paullo ante hoc cap. dixit, 'Auspiciis hanc urbem conditam esse:' quod ita effert XXVIII. 28. 'Urbem auspicato Diis auctoribus in æternum conditam:' et v. 52. 'Urbem auspicato inauguratoque conditam habemus.' Nunc vero, vulgatum servantibus omnibus aliis, alteram unius cod. lectionem librario acceptam fero. Supra I. 36. 'Tantus honos accessit, ut nihil belli domique postea, nisi auspicato, gereretur.' v. 38. 'Nec auspicato, nec litato instruunt aciem.' c. 52. 'Quid alia, quæ auspicato agimus omnia.' Et mox eodem cap. 'Comitia centuriata, quibus consules tribunosque militares creatis, ubi auspicato, nisi ubi adsolent, fieri possunt?' et alibi sæpe.

§ 6 *Quos populus creat patricios magistratus, non aliter, quam auspicato, creet*] Vox *patricios* non adparet in Leid. 2. nec sequens in Leid. 1. Sed omnia illa *mag., non al., quam aus., creet* exulant a Port. *creat*, pro *creet*, habent fragm. Hav. et quædam ex antt. edd.

Sine suffragio populi auspicato interregem prodamus] Vox *populi* a librario prætermissa est in Leid. 2. At contra voce auctior Gaertn. *sine suffr. pop. Romani* præfert. Deinde *interregem prodiamus* idem Gaertn. *interregem proclamamus* fragm. Hav. a m. pr. *interregem procreamus* Harl. 2. Port. et Hav. et Oxon. B. teste Hearnio, qui in codice C. *procreemus* invenit: quod et mihi obviam fuit in Lov. 2. 4. et 5. Alibi quidem 'creare interregem' Livius dixit, ut IV. 7. 'Patricii, quum sine curuli magistratu respublica esset, coiere, et interregem creavere.' v. 31. 'Interrex creatur M. Furius Camillus.' Verum in hac re usitatissimum est verbum 'prodere.' Liv. v. 31. 'Is deinde L. Valerium Potitum interregem prodidit.' III. 40. 'Patricios coire ad interregem prodendum jubebat.' Cic. pro Domo c. 14. 'Quum interrex nullus sit, quod et ipsum patricium esse, et a patricio prodi necesse est.' de Legib. III. 4. 'Cum populo Patribusque agendi jus esto consuli, prætori, magistro populi equitumque, eique, quem produnt Patres consulum ro-

Digitized by Google

gandorum ergo.' Ascon. ad Cic. Orat. pro Mil. c. 5. 'Interrex primus proditus est M. Æmilius Lepidus. Non fuit autem moris, ab eo, qui primus interrex proditus erat, comitia haberi.' Mox in verbis seqq. *habeant* edd. vett. pro quo Aldus dedit *habent*. Et ei consentiunt omnes scripti.

§ 7 *Quid igitur aliud, quam tollit ex civitate auspicia*] *Quid aliud igitur* Port. et Hav. Sed *τὸ igitur* deficit in Harl. 2. Tum *quam quid tollit* Harl. 2. *quam quod tollit* Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Sed 'quid aliud, quam tollit' eodem modo dicitur, quo 'nec quidquam aliud, quam ad spectaculum venire' XXXI. 24. § 3. ubi plura notantur. *Quam tolli* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. fragm. Hav. a m. pr. et Voss. 1. in margine. Deinde *in civitate* Port. et Hav. Mox *auferet*, pro *auferri*, Hearnii Oxon. L. 2. *aufertur* Lov. 1. et 2.

Etudant nunc licet religiones] *Eludat* Voss. 2. *Claudat* Lov. 3. *Claudit* Harl. 2. et Port. in contextu, in cujus margine *Etudant* emendatur. Simili fere errore scribæ 'clausus' et 'lusus' commutarunt. Vide Nic. Heins. ad Nason. Metam. IV. 697. *Τὸ licet* omisit librarius Leid. 1.

§ 8 *Quid enim est, si pulli non pascentur, si ex cavea tardius exierint*] Verbum *est* exsulat a Port. Deinde *si ludi non pascentur* Leid. 1. *si populi non pascentur* Harl. 1. in quo emendatum, adscripta inter versus altera *l*, *populli*: at *si pulli non pascerentur* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad II. 56. § 7. Tum *ex cava* Lov. 1. Postea *exiverint* Lov. 4. *exierent* Harl. 2. *exirent* Port.

Si occinuerit avis] *Si cecinerit* Leid. 2. *si hoc cecinerit* Voss. uterque, Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *si hoc si cecinerit* Lov. 3. *si occecinerint* Harl. 1. *si occecinerit* Leid. 1. et Klockian. quasi augmentum simplicis 'cecini' etiam in composito servaretur. Sed potius syllabam *ce* perperam a librario repetitam existimo. Vide ad III. 5. § 13. ubi male datum erat in uno cod. *incicideris*. Vide etiam ad III. 11. § 2. Hoc autem verbum 'cano' augmentum in compositis amittere, docet Diomed. loco mox laud. Tota vox deest in Flor. Ex edd. vett. aliæ præferunt *occinuerit*, aliæ *occinierit*, aliæ *occinerit*. De formatione præteriti in hoc verbo olim non convenit inter grammaticos. Quidam enim *occinui*, quidam *occini* dicendum contenderunt. Diomed. Gramm. I. p. 370. 'Occino, occini: est enim a cano, cecini: sed in compositione iterativum amittit unam syllabam. Sed Sallustius in primo Historiarum dixit, 'Jussu Metelli cornicines occanuere.'' Priscian. lib. X. p. 898. 'A canendo quoque composita similiter præteritum in ui divisas faciunt, succino, succinui; occino, occinui; quidam et occano occanui protulerunt, ut Sallustius in I. Histor. 'Jussu Metelli cornicines occanuere.' Sed Probus occini quoque existimat posse dici, quum simplex cano cecini faciat; quomodo a cado cecidi, incido incidi; a tango tetigi, contingo contigi.' Jam autem plerorumque, si non omnium, codicum scriptura indicare videtur, præsertim si perperam repetita syllaba *ce* deleatur, potius *occinerit*, ut etiam est in quibusdam vett. edd. quam *occinuerit* scriptum fuisse. Id tamen recipere nondum audeo. Ceterum 'occinere' et 'occentus' propria in hac re vocabula sunt. Valer. Max. I. 1. ex. 5. 'Occentusque soricis auditus Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magisterium equitum deponendi causam præbuit:' ubi locum ex Plinii Hist. Nat. VIII. 57. laudant docti interpretes. Idem Valer. I. 4. ex. 2. 'Tres deinde corvi in eum adversum occinentes partem tegulæ decussam ante ipsum propulerunt.' Pro simplici 'canere' usurpasse videtur Apulei. in

Digitized by Google

Florid. p. 349. Edit. Elmenh. 'Quippe hæc animalia inter se vario tempore et vario modo occinunt et occipiunt canere.'

Non contemnendo majores nostri maximam hanc rem fecerunt] *Non conco .... majores*, lacuna relicta, Gaertn. Deinde *majores vestri* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Gaertn. et Lov. 1. ac 5.

§ 9 *Tamquam jam nihil pace Deorum opus sit*] Vocula *jam* non comparet in Lov. 2. Harl. 2. Port. et Hav. Verum illa excidisse videtur ob similitudinem ultimarum literarum vocis præced. Vide ad XXXVIII. 4. § 7. Ea transposita, *tamquam nihil jam* est in Lov. 4.

Vulgo ergo pontifices, augures, sacrificuli reges creentur; cuilibet apicem] *Vulgo quoque pontifices* Harl. 2. Port. et Hav. Mox τὸ *augures* exsulat a Lov. 4. Tum *sacrifiguli* legunt Gaertn. Lov. 2. 3. Voss. 2. et Leid. 1. *sacrificoli* Lov. 4. et Hav. Vide supra ad II. 2. § 1. Postea *creentur: civilibus ut apicem* Gaertn. Mox *modo*, pro *dummodo*, Lov. 5. et *necesse est*, pro *nefas est*, Harl. 2. Port. et Hav.

§ 10 *Nec centuriatis, nec curiatis comitiis Patres auctores fiant*] Ita, uno excepto, omnes præferunt codd. scripti et vetustæ edd. Ultima Gruteri ἐνδοξις omisit voces *nec curiatis* sine dubio operarum aberratione; licet easdem etiam culpa librarii neglexerit Lov. 5. nam non solis centuriatis, sed et curiatis comitiis Patres auctores esse debebant, ut ex Livio constat, qui refert 'cum populus regem jussisset, id sic ratum esse, si Patres auctores fierent,' I. 18. idque tempore interregni post mortem Romuli, quo non alia, quam curiata comitia, nota erant. Vide etiam Dionys. Antiq. l. II. p. 87. et l. IX. p. 598. Errorem tamen Gruteri recentiores omnes servarunt præter Hearnium et, qui eum semper secuti sunt, Londinenses, qui omissa recte restituerunt. Paullo ante *feruntur*, pro *ferantur*, Gaertn. *ferant* Leid. 1. sollemni scribarum lapsu. Vide ad X. 10. § 1.

Sextius et Licinius, tamquam Romulus ac Tatius] *Sextius Licinius* Lov. 1. *Sextius Liciniusque* Leid. 2. Tum *Romulus ac sacitio* Lov. 3. Mox *denodant*, pro *dono dant*, fragm. Hav. a m. pr. *donant* Lov. 5. *dono dabant* quædam ex edd. antt.

§ 11 *Tanta dulcedo est ex alienis fortunis prædandi*] *Tanta dulc. ex alienis est præd.* Gaertn. In sequentibus *altera die lege*, addita media voce, præfert Lov. 1. et *prœbendo*, pro *pellendo*, Flor.

§ 12 *Omnium rerum caussa*] Librariorum oscitantia. Lege *Quarum rerum caussa*. Est enim orationis conclusio. *T. Faber.* Et sic tamen VIII. 13. 'Nostrum etiam fuit efficere, ut omnium rerum vobis ad consulendum potestas esset:' quum illic tantummodo agatur de statu ac futura conditione Latii. Et X. 26. 'Omnium rerum arbitrium et a populo et ab senatu Fabio permissum:' ubi solum quæritur de collega. *Jac. Gron.* A. Perizonius in margine monuit, sibi scribendum videri *Quarum omnium rerum caussa*. Doujatius etiam eodem modo, vel *Harum omnium rerum caussa*, emendandum existimavit. Ego potius cum Jac. Gronovio sentio. XXXVI. 42. 'Maturandum ratus omnium rerum caussa, pergit protinus navigare Peloponnesum.' Alibi etiam sæpe prænomen demonstrativum vel relativum omittitur. Supra II. 60. 'Nec ullo ante bello latius inde actæ prædæ: omnis militi data est:' ubi etiam nonnulli, sed pauci codd. et una ed. male *ea omnis*. Mox *nobis*, pro *vobis*, Gaertn. et Hav.

Quod faxitis, Deos velim fortunare] *Quod facitis* Lov. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *quod fas scitis* Lov. 1. Leid. 2. et Voss. 1. in margine pro varia lectione. *Quod sanxistis* Lov. 2. in contextu, altera lectione margini adscripta. Deinde

Digitized by Google

Deos vel infortunare Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. et Harl. 1. *Deos vel velima fortunare* Gaertn. Sed eadem, quæ hoc loco, formula obcurrit XXXIV. 4. 'Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam censeo. Vos quod faxitis, Deos omnes fortunare velim.'

CAP. XLII. § 1 *Oratio Appii ad id modo valuit*] *Oratio Appii Claudii* Port. Tum *modo valuit ad id* Leid. 2. et Lov. 1.

§ 2 *Refecti decimum iidem tribuni*] *Decumum* Flor. Lov. 5. Harl. 1. et Gaertn. Vide ad II. 59. § 11. *decimo* Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad V. 16. § 1. et mox § 3. 4.

Licinius. De decemviris sacrorum ex parte de plebe creandis pertulere] Vet. lib. *legem pertulere.* Sigon. Immittendum est vocabulum *legem pertulere,* quod habent Pall. codd. Mss. et Camp. ed. Monuit quoque Sigonius. *Gebh.* Mutem distinctionem, et scribam, *Refecti decimum iidem tribuni, Sextius et Licinius, de decemviris sacrorum ex parte de plebe creandis legem pertulere.* Inserendum esse τὸ *legem* monuit prior Sigonius, cui tres Pall. et Campani ed. adstipulantur. In distinctione consentiunt etiam veteres quædam nobiscum. *J. F. Gron.* Vocem *legem,* quam viri docti addendam docuerunt, servant omnes mei, cum Neapol. Latinii, omnibusque Oxoniensibus, quos Hearne consuluit: qui etiam auctor est, se illam vidisse in ed. Romana principe. Insuper eam receptam vidi ab edd. Parmens. et Mediolan. 1505. quas secuti sunt Ascensius 1513. 1516. et 1531. Moguntini, Colonienses 1525. Cervicornus, et Parisini 1529. Omisit iterum Frobenius, et inde alii. Præterea *decemviris sacrorum* priores excusi, omissa præpositione *de,* quæ absorpta est a prima syllaba vocis proximæ. Eam restituerunt modo memorati Mediolanenses, et servant omnes codd. Denique *ex parte et plebe* Port. et Hav. Forte voluerunt *ex Patribus et plebe.* Supra de hac re dixerat c. 37. 'Ita ut pars ex plebe, pars ex Patribus fiat:' sed optimi et reliqui omnes stant pro vulgato. Mox *gradu quoque jam via facta,* pro *graduque eo jam via facta,* Harl. 2.

§ 3 *Hac victoria contenta plebes cessit Patribus*] *Ac victoria* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. omissa adspiratione. Vide ad XXXV. 26. § 7. Tum *contenta plebs* Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. cum ed. Basil. 1555. Sed reliqui consentiunt codd. et excusi in *plebes.* Vide ad I. 20. § 6. *concione omissa,* pro *mentione,* Lov. 4. *mentione emissa* Lov. 3.

P. Manlius, L. Veturius, P. Valerius sextum] Hic Valerius quartum fuit tribunus militum a. CCCLXXVIII. c. 32. interea nusquam invenitur. Suspicor eum quintum fuisse superiore, qui omissus est, anno, quemadmodum paullo ante c. 38. § 11. testati sumus. Cæterum P. Manlius et L. Veturius iterum hic fuere, quod omissum est. *Glar. P. Mallius* Gaertn. et fragm. Hav. Deinde Veturii prænomen omittitur in Flor. Sed *L. Veterius* vocatur in Leid. 1. *L. Victurius* in Harl. 2. Port. et Hav. At L. VETVRIVS recte dicitur in Fastis Capitolinis, quod etiam servant reliqui codd. Tum Valerii prænomen exsulat a Gaertn. Insuper *Sextius* habet Lov. 4. *sexto* Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide ad § 2. hujus cap. Ceterum Pighius etiam in Annal. ad a. CCCLXXXVI. p. 260. numerorum notas, quæ in Livii exemplaribus desunt apud L. Veturium dumtaxat et P. Manlium, ex fragmento Capitolino restituendas esse existimat; quod necesse non est. Vide ad II. 16. § 7. *P.* autem *Valerius* quintum tribunus memoratur c. 36. quo loco olim *Aulus,* pro *Publius,* edebatur. Id vero Glareanum in errorem induxisse, ibidem Sigonius observat. Paullo ante male *A. et M. Cornelius,*

Digitized by Google

pro *Cornelii*, Gaertn. et Lov. 4. Vide hoc lib. ad c. 22. § 1.

§ 4 *Quum præter Velitrarum obsidionem, tardi magis rerum exitus, quam dubii, quietæ externæ res Romanis essent*] Sic jam a Curione: sed Mss. et priscæ edd. *magis rem exitus*. Utrum tota vox abolenda, an scribendum *quieta externa Romanis?* J. F. Gron. *Velit. obsid., tardi magis rem exitus, quam dubii* haud dubie vera lectio. Lib. XXIV. c. 17. 'Omissa spe Nolæ potiundæ, rei nunquam prospere tentatæ,' VI. 9. 'Animus ducis rei majori, Antio, imminebat.' *Jac. Gron. Dum præter* Lov. 4. 5. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. Male. Vide ad I. 40. § 7. Tum *Vellitrarum* fragm. Hav. Deinde *tardi magis rem exitus*, quod recte Jac. Gronovius defendit, omnes codd. mei; nisi quod *rerum* sit in Lov. 3. *res* in Lov. 4. Pro eo *tardi magis rerum exitus* non Curio primus dedit, ut existimat J. F. Gronovius, sed jam ante eum Frobenius 1535. Basileenses 1539. et Gryphius 1548. Et quidem idem Gronovius, nonnullam mendi suspicionem in hoc loco sibi esse, testatus est ad II. 18. § 2. Sed fraudi illi fuit, quod Livio indignum crediderit, ut tam exiguo verborum ambitu eadem voce bis uteretur. Sed vide quæ dicta sunt ad eumdem locum, et ad I. 3. § 9.

Fama repens belli Gallici adlata perpulit civitatem] Pal. 2. *fama repens belli Galli perculit civitatem*. 'Bellum Gallum' pro 'bel. Gallicum.' Sic l. XXIX. 5. habent Pall. 1. et 2. 'Commeatus quoque omnis generis occulte ad eum a Gallis populis mittebantur.' *Gebh. Fama repentis belli Gallici* Lov. 5. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Male. Vide ad VIII. 29. § 1. *Fama repans belli Gallici* Lov. 1. *fama repens belli Gallii* Leid. 1. *fama repens belli Galli* Harl. 2. Port. et Hav. Vide quæ viri docti notarunt ad Silii Ital. I. 252. Verum optimi plerique codd. vulgatum defendunt. Infra etiam loco a Gebhardo laud. ubi in multis codd. *Gallis populis* prostat, Gronovio lectio illa displicuit, pro quo *Galliæ populis* legendum censuit. Si quid hic mutandum, posset optimi Leid. scriptura *belli Gallii* recipi. Similiter enim 'duæ Galliæ mulieres' Sallustius dixit in fragm. Histor. lib. IV. p. 990. ubi vide Cortium: et ita 'terra Gallia,' 'Italia,' et similia, de quibus vide ad XXV. 7. § 4. Puto tamen vulgatum præferendum ob reliquorum codd. auctoritatem. Tum *esset allata*, perperam addita priore voce, Lov. 1. Præterea *pertulit civitatem* Lov. 1. Vide ad XXXV. 27. § 16. *Perculit civitatem* Leid. 2. Lov. 4. Hav. et Hearnii Oxon. C. Et ita legisse videtur Pighius in Annal. ad a. CCCLXXXVI. p. 260. Male. Vide ad III. 30. § 4. Mox *quinto diceretur* Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide ad § 2. *Diceretur quintum* Leid. 2. et Lov. 1.

Is T. Quinctium Pœnum magistrum equitum dixit] *Pennum* ex Capitolinis lapidibus. *Sigon.* Sigonius indicare voluit, in Fastis Capitolin. si quando hoc nomen obcurrat, semper *Pennus*, non *Pœnus*, scribi: non vero ita etiam hujus anni magistrum equitum ibi adpellari. Laceri enim sunt fasti illi hoc anno, ita tamen ut pars cognominum magistri equitum supersit. Exstat autem NATVS. CAPITOLINVS. MAG. EQ. id est, *Cincinnatus Capitolinus*. Inde vero colligendum non est, Livium atque auctores fastorum dissentire; sed potius, T. Quinctium tria cognomina, 'Pœnus,' vel 'Pennus,' 'Cincinnatus,' 'Capitolinus' habuisse; et quidem priori a Livio, posterioribus a fastorum conditoribus adpellatum esse; nisi potius hi ipsum omnibus illis tribus adpellasse censendi sint, et non modo prænomen ac nomen, sed et cognomen prius cum parte secundi interiisse. Quidquid est, id certum videtur, Quinctios Pœnos, vel Pennos, ex Quinctiis

Digitized by Google

Cincinnatis Capitolinis ortos esse. Nam, 'T. Quinctio L. F. Capitolino,' forte hujus avo, et 'Pœno,' vel 'Penno, cognomen additum' fuisse, Livius testatur IV. 26. Insuperqui in Fragm. Capit. a. CCCXCII. CAPITOLINVS. CRISPINVS. DICT. dicitur, similiter Livius VII. 9. 'T. Quinctium Pœnum,' vel 'Pennum,' vocat. 'Pennus' autem, non 'Pœnus,' Quinctiorum cognomen fuisse, si antiquis et librorum et lapidum monumentis credatur, Sigonius etiam monuit ad IV. 20. § 8. Quod autem ad libros antiquos adtinet, ii hoc et aliis locis apud Livium, si non omnes, certe et plerique et optimi, vel *Pœno*, vel *Peno*, præferunt. Contra *Pennus* quidem tamquam Quinctiorum cognomen numquam in marmoribus Capitolinis reperitur; at tamquam Juniorum cognomen semel obcurrit a. DLXXXVI. et scribitur PENNVS. Quum autem pro eo sæpe in editis vetustioribus et multis manu exaratis *Pœnus* etiam et *Penus* scribi soleat, admodum verisimile est, librarios in Quinctiorum cognomine similiter errasse, idque non *Pœnus*, sed *Pennus*, fuisse. Ceterum Quinctii prænomen deerat in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Id vero *Ti.* scribitur in Lov. 3.

§ 5 *Bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem flumen, auctor est Cincius*] In quibusdam codd. nec adeo paucis, mendose *Claudius*, pro *Cincius*, legitur. *Sabell.* Pighius monuit in Annal. ad a. CCCLXXXVI. p. 260. Claudii sententiam probasse Plutarch. in vita Camilli p. 150. et Polyæn. Strateg. VII. 8. ex. 2. qui insuper tradunt, prælium hoc commissum esse a. 13. post Romam captam, quum secundum Livium decennio postea decertatum sit cum Gallis, secundum Polyb. II. 18. anno trigesimo post Urbem expugnatam. Verum neque Plutarch. neque Polyæn. eodem illo tempore Manlium singulari certamine cum Gallo provocatore congressum memorarunt, quod tamen, teste Livio, Claudius narrarat. Ceterum antiquiores excusi habent *Cincius*; pro quo Aldus *Claudius* reposuit. Et recte. Non modo enim ita præferunt omnes scripti, verum etiam Q. Claudium Quadrigarium Manlii cum Gallo pugnam primo annalium purissime atque inlustrissime simplicique et inconita orationis antiquæ suavitate descripsisse, auctor est Gellius IX. 13. ubi etiam illam descriptionem nobis servavit. In qua quum inter alia hæc verba legantur: 'Metu magno ea congressio in ipso ponte, utroque exercitu inspectante, facta est:' et Livius verbis seqq. testetur, auctore Claudio 'inclitam in ponte pugnam, qua T. Manlius Gallum, cum quo provocatus manus conseruit, in conspectu duorum exercituum cæsum torque spoliavit, tum pugnatam' esse, omnino *Claudius* hic legendum, et 'Q. Claudium Quadrigarium' intelligendum esse, certissimum videtur.

Inclitamque in ponte pugnam, qua T. Manlius] *Insignemque pugnam* Lov. 2. quod ex glossa ortum puto. *Inditamque* Hav. errore librarii. Similiter variant codd. hoc lib. c. 11. § 2. et apud Seren. Samm. de Medic. vs. 7. ubi vide viros doctos, et inprimis Burm. Passim autem scribæ confuderunt literas *cl* et *d*. Vide ad X. 24. § 2. *Inclitaque in ponte pugna, &c. tum pugnatam* Leid. 2. quasi voluerit *pugna pugnatum*; quod superest in Lov. 1. Sed vulgatum rectum est. Locutionem 'pugnare pugnam' inlustrat Sanctius in Minerv. III. 3. in verbo 'Pugno.' *Inclitam in ponte pugnam*, omissa copula, fragm. Hav. a m. pr. Deinde *Mallius* Gaertn. et Hav.

Cum quo provocatus manus conseruit] Vet. lib. *manum*. Sigon. Sic frequentius loqui existimo cum Livium ipsum, tum alios rerum scriptores. Quare non ausculto neque Pal. 2. neque Campano edenti *manum conseruit*; multo minus Sigonio idem avide

Digitized by Google

probanti. Lib. VII. c. 26. ‘ Namque conserenti jam manum Romano corvus repente in galea consedit in hostem versus.’ VIII. 30. ‘ Neu absente se cum hoste manum consereret.’ VII. 40. ‘ Vel iniquis standum est potius, quam impias inter nos conseramus manus.’ IX. 27. ‘ Avectus a suis nondum conserentibus manus.’ c. 35. ‘ Quo celerius manus consererent.’ *Gebh.* Præpositio *cum* deest in Port. et Harl. 2. Deinde *manum conseruit* Port. Harl. 2. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. Utrumque loquendi genus et Livio et aliis auctoribus frequens est, qui passim ‘ conserere ’ et ‘ conferre manum,’ aut ‘ manus ’ dixerunt. Et quidem ‘ conserere ’ et ‘ conferre manum ’ IX. 5. ‘ Sibi non stringere licuisse gladios, non manum cum hoste conferre.’ X. 43. ‘ Quocumque in loco fuisset obvius, obsisteret ac moraretur, manumque, si forte ita res posceret, conferret.’ XXI. 39. ‘ Ut cum hoste nondum refecto manum consereret.’ XXII. 29. ‘ Prinsquam ad conjectum teli veniret, aut manum consereret.’ XXV. 11. ‘ Non sine illa etiam spe, cum prohibentibus opus Romanis manum posse conseri.’ XXVII. 33. ‘ Consules nimia cupiditate conserendi cum hoste manum in necopinatam fraudem lapsos esse.’ XXXVIII. 21. ‘ Quorum, quum manum hostis non consereret, nullius usus erat.’ XLV. 39. ‘ Ex omnibus, cum quibus manum conserui, spolia retuli.’ Florus II. 18. § 14. ‘ Sic conserta manu plurimi occisi.’ Justinus IX. 8. § 15. ‘ Pater de convivio in hostem procurrere, manum conserere, periculis se temere obferre.’ Silius Ital. XV. 188. ‘ Si conferre manum libeat, coëantque vocatæ Hinc atque hinc acies :’ ita ibi Nic. Heinsius ex scriptis et vett. edd. emendavit, pro *conferre manu*. Dausquei. ex conjectura legebat *manus*. ‘ Conserere manum ’ sæpissime apud Nepotem obvium est. At ‘ conserere ’ vel ‘ conferre manus ’ obcurrit VI. 12. ‘ Ut decet certæ spei plenos et cum inparibus manus conserturos.’ IX. 27. ‘ Avectus ab suis nondum conserentibus manus.’ c. 35. ‘ Quo celerius manus consererent.’ XXI. 29. ‘ An cum eo, qui primus se obtulisset Romanus exercitus, manus consereret.’ c. 31. ‘ Cum quo, priusquam in Italiam ventum foret, non erat in animo manus conserere :’ ubi quidam etiam *manum*. XXIII. 27. ‘ Jam primi conseruerant manus, quum alii catervatim currerent.’ cap. 27. ‘ Ibi nullo ad evagandum spatio cominus conserentur manus.’ XXV. 34. ‘ Cum obviis hostibus manus conseruit :’ ubi Sigonii vet. lib. similiter *manum*. Cap. 40. ‘ Monuisse duces dicitur, ne absente se cum hoste manus consereret.’ XXVII. 16. ‘ Prius pene, quam consererent manus, terga dederunt.’ c. 18. ‘ Instabilem eumdem ad cominus conserendas manus expulerunt loco.’ XXXIV. 13. ‘ Nunc justa pugna hostes cum hostibus conseretis manus.’ XLII. 59. ‘ Nec regii, sparsi jam ipsi passim sequendo, cum ordinatis et certo incedentibus gradu manus conserere audebant.’ Silius Ital. VII. 599. ‘ fisumque manus conferre Mahalcem.’ Valerius Flacc. II. 222. ‘ Pars conferre manus etiam, magnisque paratæ Cum facibus.’ Calpurn. Ecl. VI. 21. ‘ Vis conferre manus ? veniat licet arbiter Alcon :’ ubi etiam plures codd. *manum*. Vide quæ ad eum locum notavit Burmann. Quum itaque utrumque dicatur, optimos codd. qui nihil mutant, secutus, vulgatum servo.

In conspectu duorum exercituum cæsum torque spoliavit, tum pugnatam] *In conspectu auorum exercitum cæsum* Hav. literarum *a* et *d* similitudine in scriptura Longobardica *duorum* et *auorum* facillime commutari potuerunt. Vide Sciopp. in Arte Crit. p. 41. *in conspectū* Port. Tum *expoliavit* fragm. Hav. De verbo illo vide ad XXXVIII.

Digitized by Google

14. § 10. Hic tamen, dissentientibus optimis ac reliquis aliis, vulgatum præfero. Deinde *tum pugnatum* Voss. uterque, Leid. 1. Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. 'Pugnatum pugnam' eadem ratione dictum 'esse videri potest, qua 'eam congressionem factum est' in Claudio Quadrigario, eamdem pugnam Manlii cum provocatore Gallo referente, apud Gellium IX. 13. ex libro Buslid. emendavit Lud. Carrio Antiq. Lect. II. 1. At recte Gronov. ad d. l. Gellii docuit, sermonem similem exemplo carere. Hic ergo etiam mala manus videtur. Ita tamen præferunt etiam edd. Mediol. 1505. et Ascensianæ 1513. et 1516. verum ita distinguunt, *spoliavit. Tum pugnatum pluribus auctoribus magis adducor: ut credam.* Sed sine sensu.

§ 6 *Decem haud minus post annos ea acta*] *Decem aut minus* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. sollemni scribarum errore, qui adspirationem vel detraxerunt, vel addiderunt. Vide ad XXVIII. 2. § 11. Præterea voces *ea acta* desunt in Harl. 2. Port. et Hav. Exstant autem in Lov. 5. sed additis signis, quibus eas delendas esse librarii indicare voluerunt. *Post annos acta* præfert fragm. Hav. a m. sec. *post annos exacta* Leid. 2. qui error natus est ex similitudine literarum *a* et *x*. Vide ad XL. 59. § 8.

Hoc autem anno in Albano agro cum Gallis] Hac de re sic Polybius II. 18. Παραγενομένων δὲ πάλιν τῶν Κελτῶν εἰς Ἄλβαν στρατεύματι μεγάλῳ μετὰ τὴν τῆς πόλεως κατάληψιν ἔτει τριακοστῷ. Hoc tamen a Livio discrepat. Nam a Roma capta ad hunc annum non XXX. sed XXXIII. apud Livium numerantur. *Sigon. In Albano cum Gallis*, omissa voce *agro*, Port. et Hav. *Eodem anno in Albano cum Gallis* Klockian. Sed, optimis aliisque omnibus codd. τὸ *agro* servantibus, ei controversiam movendam non existimo. Vide ad II. 59. § 5.

§ 7 *Ingentem Galli terrorem memoriæ pristinæ cladis adtulerant*] *Attulerat* Voss. 2. Lov. 3. 5. a m. pr. et Harl. 2. quasi foret 'memoria cladis attulerat terrorem Galli,' et 'terror Galli' diceretur, quem Gallus incuteret. Ita 'terror suus,' quem ipse alteri infert, apud Hirtium in Bell. Afric. cap. 32. 'Concione advocata de terrore suo desperationeque exercitus Cæsaris verba fecit:' ubi vide Davis. et 'injuria vestra' v. 54. 'Etsi minus injuriæ vestræ, quam meæ calamitatis meminisse juvat.' Verum recepta scriptura, aliorum codicum auctoritate firmata, longe præstat.

§ 8 *Quum fuga se longinqua, tum quod passim*] Dele τὸ *se*, quod superfluum est. *J. F. Gron.* Post Gronovium τὸ *se* delere posse Doujatius monuit. Superest autem in omnibus scriptis, nisi quod *fugace longinqua* præferat Flor. Deinde *tum*, pro *quum*, Voss. 2. Leid. 2. Flor. Lov. 1. 4. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. N. et C. Vide hoc lib. ad c. 23. § 3.

Quod passim eos simul pavor terrorque distulerat, ab hoste sese tutati sunt] *Eos* deest in Voss. 2. *eo simul* habet Harl. 1. Sed ultimam literam τοῦ *eos* absorpsit prima vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Deinde *tutati sunt sese* alio ordine Leid. 2. et Lov. 1. *se secuti sunt* Flor. Hinc conjici posset *sese tuiti sunt*, vel *sese tuti sunt*. Sed vide quæ notantur ad III. 7. § 1.

Consensu Patrum plebisque triumphus decretus] Pighius in Annal. Rom. ad a. CCCLXXXVI. p. 261. testatur, Camilli triumphum omitti quidem a Plutarch. et Appian. Alex. in libri fragmento vel epitome, qui Celticus inscribitur, eum non præterisse. Verum in fragmentis ejus libri nullam istius triumphi a Camillo acti mentionem invenio. Ceterum *consensu Patrum plebeique* Klockian.

§ 9 *Comitia consulum adversa nobili-*

Digitized by Google

tate habita] *Aversa nobilitate* Lov. 2. *adversa voluntate* Hav. *adversus nobilitatem* Port. Nihil mutandum. Vide ad I. 46. § 2. Paullo ante *perfunctum eo bello*, pro *eum bello*, Lov. 2. Mox vero in seqq. *primum consul factus*, pro *primus*, Lov. 4. *primus consul factus est*, addito verbo substantivo, fragm. Hav.

§ 10 *Et ne is quidem finis certaminum fuit*] Contraria mente Pall. tres, binæque edd. *Et in his quidem finis certaminum fuit.* Gebh. *Et in hiis quidem finis certaminum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. et fragm. Hav. *Et in his quidem finis certaminum* Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. 1. Flor. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. et primæ edd. *Et in his quidem certaminum finis* Voss. 2. Harl. 2. et Port. *Et in is quidem finis certaminum* Hearnii Oxon. C. et Excerpta Pith. *Et in his finis certaminum* Lov. 2. *Et ne is quidem* primus vulgavit Frobenius 1531. quod rectum est. Vide ad I. 44. § 2. Præterea *certaminis* Leid. 1. Vide ad II. 53. § 1.

Quia patricii se auctores futuros negabant] J. F. Gronovius in priori ed. notarum ad Livii I. 17. pro *quia patricii*, legendum conjecit *quia Patres*, partim quia mox Livius in fine hujus cap. subjungit, 'Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent:' partim quia Patrum id juris, non patriciorum omnium. Postea tamen Observ. I. 15. (quo, multis additis, quibusdam mutatis, retulit, quæ olim ad d. l. Livii notarat, et in iterata ed. omisit,) monuit, se Ciacconio, ad Sallustii Histor. III. in orat. Licinii, *libera ab auctoribus Patribus suffragia*, pro *auctoribus patriciis*, emendanti, non accedere, quoniam 'patriciorum' in ea re Livius hoc loco meminerit, et Cicero tradat orat. pro Domo c. 14. si omnes 'patricii' adoptione ad plebem transeant, populum Romanum brevi tempore non habiturum 'auctores centuriatorum et curiatorum comitiorum.' Ea sententia verior videtur. Ex Ciceronis enim loco omnino colligendum, non omnium senatorum id jus fuisse, sed illorum tantum, qui erant ex ordine patricio. Τὸ *futuros* deest in Harl. 2. et Port.

Prope secessionem plebis res, &c. venit] Veteres libri *prope ad secessionem.* Probo. Nam VIII. 29. ait, 'Prope ad ultimum dimicationis ventum est:' et X. 22. 'Quum prope ad ultimum discrimen nuper ventum foret.' *Sigon.* Solus Pal. 2. *prope ad seditionem plebis*, et mox *terribilis ad alias minas.* In Pall. 1. ac 3. Mss. desideratur præpositio *ad*, ut et in edd. cascis, manuscriptorum codicum auctoritate jure pollentibus. *Gebh.* Ante Sigonium legebatur *prope secessionem*: et recte puto. Lib. XXVI. c. 48. 'Ea contentio cum prope seditionem veniret:' ubi τὸ *ad* similiter novitiæ quædam male adoptarunt. Epitome lib. XLIX. 'Quum prope vitæ finem ultimum esset:' hic iterum præsto est cum suo *ad* Sigonius. Tacitus Histor. III. 21. 'Id ægre tolerante milite prope seditionem ventum.' Idem Annal. VI. 13. 'Iisdem consulibus gravitate annonæ juxta seditionem ventum.' Sic Liv. VII. 10. 'Inter carminum prope modum inconditа quædam joculantes Torquati nomen auditum:' quod ita explicabamus: inter joculantes militariter incondita quædam dicta prope modum carminum, vel proxime modulos versuum. *J. F. Gron. Prope ad secessionem plebis* apud me superest in Port. et fragm. Hav. a m. sec. apud Hearnium vero in uno Oxon. B. Et ita loqui videtur Livius II. 24. 'Quum hostes prope ad portas essent:' et III. 40. 'Quum hostes prope ad portas sint.' At reliqui omnes codd. præpositionem constanter repellunt. Jam autem et illud loquendi genus, ut τὸ *prope* cum casu quarto jungatur,

Digitized by Google

Livio frequens est, eique restituit Gronovius ad II. 50. § 11. et X. 22. § 5. Et ita loquitur III. 22. 'Ut sensere, se jam prope hostes esse, signa constituunt.' XXVII. 38. 'Quum duo consulares exercitus tam prope hostem sine ducibus essent.' Idem restituendum Curtio VII. 4. 'Inopia frumenti prope famem ventum erat:' ita Bernegg. conjiciebat, cujus conjecturam probat Flor. codex: at editur nunc *prope ad famem*. X. 6. 'Jamque prope seditionem pervenerant, Nearcho pervicacius tuente sententiam:' ubi male plerique codd. *prope ad seditionem*. In his tamen præpositionem *ad* per ellipsin omitti, docuit Sanctius in Minerv. I. 16. Similiter *τῷ propius* additur casus quartus. Vide ad II. 41. § 11. et *τῷ proxime* etiam. Vide ad I. 21. § 1. Recte itaque Gronovius priscam lectionem revocavit, quam optimi ac numero plures codd. tuentur. *Propere*, loco *τοῦ prope*, est in Flor. solito scribarum errore. Vide ad XXXIX. 31. § 4. Ceterum transpositis vocibus *certaminum civilium* Harl. 2. Port. et Hav. quorum posterior etiam voces *cert. fuit: quia pat. se auct. fut. neg.*, *prope seces. pl. res terr. al. min.* neglexit, cujus rei caussa est vocis *certaminum* repetitio. Τὸ *alias* deficit in Port. et Harl. 2. eam vocem transponunt vett. edd. *minas alias*. Aldus vulgavit eo ordine, quo nunc edi solet. Et ita habent reliqui scripti, nisi quod *terribilesque ad minas* præferant Lov. 2. 4. et 5.

§ 11 *Quum tamen per dictatorem conditionibus sedatæ discordiæ sunt*] Aliquando conjeci *tum tamen*. Grut. Quemadmodum Gruterus conjecit, præferunt Leid. 2. et Lov. 2. Et solitos fuisse librarios has voces confundere, videbimus ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. At Ant. Perizonius ad marginem Livii existimavit, omnino scribendum esse *quum tandem*. Alibi sæpe vocabula hæc in Mss. commutantur. Vide ad XXII. 6. § 11. Si quid mutandum, potius Grutero consentirem. Mihi tamen vulgatum præferendum videtur.

Concessumque ab nobilitate plebi de consule plebeio] Pall. duo, 1. et 3. *consensumque*. Gebh. *Consensumque* Voss. 2. et Lov. 3. quæ varietas in libris scriptis frequens est. Vide ad IX. 7. § 7. Hic tamen nihil mutandum puto ob aliorum codicum in vulgatum conspirantium consensum. 'Concedere de consule,' ut III. 60. 'Postquam concessum propemodum de victoria credebant.' IV. 6. 'Adparebat, aut hostibus aut civibus de victoria concedendum esse.' Tum *a nobilitate* Lov. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Mox *et ab plebe nobilitati* Port. et Hav. *et a plebe nobilitati* fragm. Hav. a m. sec. *ac plebe nobilitati* Leid. 1. ut forte Livius dedisse videatur *ab plebe nobilitati*.

§ 12 *Ita ab diutina ira tandem in concordiam redactis ordinibus*] *A diutina ira* Gaertn. et fragm. Hav. Vox autem ultima male deficit in Hearnii Oxon. L. 2.

Quum dignam eam rem senatus censeret esse] Quam rem *dignam* vocet, ex prioribus non satis liquet. Quidam post *facturos* adjiciunt *fore*, sed ad sequentia verba, nihilominus in obscuro manente sensu. *Glar.* Livius 'eam rem,' quod nempe ordines ab diutina ira tandem in concordiam redacti essent, 'dignam' vocet. *Dignam rem eam* alio ordine habet Voss. 2.

Meritoque id, si quando umquam alias, Deum immortalium caussa libenter facturos, ut ludi maximi fierent, et dies unus] Sigonius emendat: *si quando umquam alias, hoc maxime tempore faciundum, factum SC. feriæ ut Latinæ fierent, et dies, &c.* Quod non probo. Neque enim ædiles ferias Latinas curabant. *H. Vales.* De hoc loco vide quæ scripsimus Observ. IV. 25. *J. F.*

Digitized by Google

Gron. Sigonius in prima ed. Scholiorum ita emendandum conjecit, quemadmodum Valesius ad hunc locum monuit: in contextu vero Livii ita edidit: *meritoque id, si quando unquam alias, factum S. C. feriæ ut Latinæ fierent, et dies unus.* In iteratis tamen edd. non modo ipsum scholion omisit, verum etiam in contextu priscam lectionem restituit; ut pateat, ipsum eum postea conjecturæ pœnituisse, quam etiam magnus Gronovius pluribus refellebat d. loc. Observat. et mentem Livii, quæ satis plane exprimitur in veteri scriptura, hanc esse docet: Cum eam rem dignam censeret senatus, ob quam fierent magnifici ludi et uno die aucti, qui solebant comitari Latinas; cumque idem censeret, ædiles plebis, si quando unquam alias, libentes merito id Deorum immortalium caussa facturos curaturosque; tum recusasse aggravatum munus ædiles, juvenes autem patricios succlamasse, se vero id honoris Deum immortalium caussa libenter acturos, cum eo ut fierent ædiles curules. Addit deinde, 'triduum' illud non aliud esse, quam triduum Latinarum, quæ vox si inserta esset, omnia fore clariora; nunc, quia abest, omnino intelligendam, ut multa voluit Livius. Tandem existimat, si quid mutandum esset, transpositione forsan faciendum esse, hoc modo: *quum dignam eam rem senatus censeret esse, ut ludi maximi fierent, et dies unus ad triduum adjiceretur, meritoque id, si quando unquam alias, Deum immortalium caussa libenter facturos fore; recusantibus id munus ædilibus plebis.* Quasi repetisset: quumque idem senatus censeret, merito id facturos ædiles plebis, recusantibus iis. Ceterum testatur etiam Gronovius, se varietatis hic nihil in scriptis codd. invenisse: neque aliquid in meis reperi, nisi quod *ipsi quando*, pro *id si quando*, præferat Lov. 3. *ludi maxime fierent* Leid. 1. Lov. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

Dies unus ad triduum adjiceretur] *Ad triduum diceretur* Harl. 2. *ad triduum adiretur* Leid. 1. a m. pr. *adiceretur* a m. sec. cum Lov. 1. et Gaertn. quod se etiam in duobus Palt. et Campani ed. vidisse, Gebhardus testatur ad III. 33. § 10. Vide ad II. 10. § 9. *ad triduum addiceret* Lov. 3. *ad triduum addiceretur* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 5. et fragm. Hav. Vide ad I. 30. § 3. *ad triduum reduceretur* Hav.

§ 13 *Conclamatum a patriciis est juvenibus, se id honoris Deum immortalium*] Pal. 2. *conclam. ab Patribus est juv.* Gebh. *Ab patriciis est juv.* Port. et Hav. *a patribus est juv.* Leid. 2. Deinde *Deorum immortalium* vett. edd. pro quo Aldus *Deum* dedit, concinentibus omnibus calamo exaratis. Paullo ante *id minus*, pro *id munus*, præferunt Hav. et Lov. 4.

§ 14 *Quibus quum ab universis gratiæ actæ essent, factum senatusconsultum*] *Quibus quum univ. gratiæ actæ essent* Port. et Hav. Præterea *factum senatusconsulto* Leid. 2. et Lov. 1. ac 4.

Ut duo viros ædiles] *Ut duos ædiles* Lov. 3. Voss. 2. et Leid. 2. *ut duumviros ædiles* Harl. 1. *ut duos viros ædiles* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. omnesque Oxonienses apud Hearnium. Neque aliter editi usque ad Gronovium, qui in notis ad XXXV. 21. § 5. testatus, membranas Thuaneas clare hoc loco *duo viros ædiles* præferre, eamdem lectionem deinde a. 1665. in contextum recepit. Et ita etiam ab initio exhibuit Flor. in quo alia manu litera *s* postea inter versus adscripta est, ut foret *duos viros*. Vide plura ad eum locum Livii.

Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent] Verba *ejus anni* Ms. non habet: sed erasis iis lacuna relicta est. *Klock.* Illa constanter super-

Digitized by Google

sunt in omnibus meis; nisi quod Gaertn. habeat *ejus concomiciis fierent*. Lov. 2. *comitiis ejus anni fierent*. Ceterum ad finem adjiciuntur hæc, *Hoc anno primum consul plebeius. Hoc anno primum prætor urbanus. Hoc anno primum ædilis curulis* in Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et apud Hearnium in Oxon. L. 2. B. et C. quæ eadem in Lov. 3. et Harl. 1. in principio libri seq. legebantur. Verum, illa olim pro lemmate margini adscripta, et postea in contextum recepta fuisse, nullus non videt. Vide ad VII. 40. § 4.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HDI
HW 2M0T V

Digitized by Google